Ayuntamiento de Madrid

HEMEROTECA MUNICIPAL

*Número de registro* ..........
*Estante* ..........
*Tabla* ..........
*Número de volúmenes* ..........
*Encuadernación* ..........

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

XVI-101

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

B. 603

# ¶ Prima pars Dictionarii in qua di|ctio quelibet per literas alphabeti in|tra congruētiā distinguitur ut quā fa|cillime omnia in ea contenta reperi|antur continetq; dictiones his literis|incipientes. A.B.C.D.

Applicat Conventui [illegible] de [illegible]
[illegible] ex voluntate concedentis
[illegible]

Ayuntamiento de Madrid

3.007

# ¶ Prima pars Dictionarij in qua dictio quelibet per literas alphabeti iuxta congruẽtiã diſtinguitur vt quã facillime omnia in ea contenta reperiantur continetq; dictiones his literis incipientes. A. B. C. D. E.

Ptinet Conventui diui geronymi ppe oppidum de Cavalla cum alijs duabus ptibus ex voluntate concedentis

p. ... cum alijs duabus ... bibliotecę ... Monreala ... Fr. ... palme

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Johannes Beckenhaub Moguntinus Lectori ſalutem. Etſi adoleſcentiā ſtudio literatum. viriles annos correcture impreſſorum devoverim: tamen in dictionario imprimendo correctoris officium agere: non abſqꝫ deliberatione conſtitui. Propterea maxime: ꝙ mihi ferenti celeriter oculos per exēplaria: loca quedā: ⁊ certe multa: immo quaſi innumera obuiauere: ita ſcriptorum lubrificata veſtigijs: vt vel caſum tranſeunti: vel tranſeundi minarent difficultatem. Parum enim intererat: vel antiqua illorum vitia emendare: vel novo labore mentē autoris vaticinari. Hoc tedioſum: illud preſumptuoſum: animum meū ab occupationis exercitato genere deterrebat. Quare latius exiſtimaui correcturam illius non tentare: ꝙ tentatam: vel cum rubore deſerere: vel cum ignominia conſumare. Nec tentaſſem niſi Virgiliani carminis hortatu: labor omnia vincit: improbus ⁊ duris vrgens in rebus egeſtas ⁊ deliberanti ⁊ deſperanti mihi ſpes modica fuiſſet illapſa: exemplariorum ⁊ originaliū ꝓmpta multitudine firmata ſimul ⁊ adaucta: ſuadens vel rectius promittens horum me conſilio poſſe facere: quod alias per me factū iri deſperaſſem. Ita partim perſuaſus: partim hortatus: emendando dictionario me cum non mediocri ſollicitudine mancipaui. In quo negocio: ſi vigilijs: diligentie: labori meo: valor dictionarij reſpōderit: aculeos reprehenſorum tute vitabo: an vero valori dictionarij mee vigilie diligentie: labores ſufficerint: eius erit iudicium: qui dictionarium impreſſū perluſtrabit: dumtaxat curioſo de proprijs regionum: vrbium: mōtium: fluminum pecudum: monſtrorum: piſcium: margaritarum ⁊ infinitarum quaſi rerum examine neglecto. Quarū certam notionem: cum incerta contentione mihi exemplaria ſuſpectam reddiderint: malui dubius iſta non tangere: ꝙ tangendo laqueo implicari erroris. Nec deeſt mihi in hac parte defenſor cicero: qui de nominibus diſputare pertinacibus relinquit. Recipit igitur arbitratu meo iſte locus excuſationem: cui ſuccedit alius qui accuſationem connectit. Fit nanqꝫ paſſim per totius operis contextum in adductis autoritatibus mutatio. Interdum ſenſu autoritatis: non autoritatis verbis vſus eſt artifex peritus: interdum variat accidentia vocum: puta ipſe numerum: ⁊ perſonam ⁊c. interdum ſolet dictionis ſynonimiū mutare: ⁊ plura huiuſmodi: q̄ negligentie mee non ſunt aſſignanda: qui in hoc aūt vigilem ⁊ precipuam autoris induſtriam: aut ſingularē ⁊ archanam illius complacentiam ſum imitatus. Si vero hec patienter ferantur: nec adhuc dignitati autoris: nec voluntati legētis motem geſſiſſe inſimulor: non dubium quin merear gratiam honeſtas huic mixta rubori: quē impinget (ſi tamen vllus impinget) monſtruoſa ⁊ ſqualida dictionarij effigies: librariorum rudi opificio deformata. Fiat ſicut me illam omnino indecoram ſpeciem reduxiſſe fuiſſet cōmendabile: ſic me quaſdam (ſi ſaltē emergunt) deformitatis notas reliquiſſe fiat tolerabile: cū vel rara vel nulla humanis laborata ingenijs oim conſenſu approbentur: alijs inuidia: alijs ſuperbia flagrantibus: quorum ego calumnias ex peſtifera ortas radice: cū maiori laude ſuſtineo ꝙ reuello. Nō ſi ab equis cēſoribus labor meus diſcutietur: oro illaſ temperamenti rationē amplexentur: que non videt acutius ꝙ par ſit: nec laceſſit magnis conuitijs paruas ⁊ pueriles offenſas. Magnas enim tam copioſo numero vndiqꝫ vere magiſtri ſui intelligētie puto mea cura ita cōciliatas: vt reſtare plures bona fiducia haud quaꝙ faciliter admittat. Ergo dictionarium ex multis laceris exemplaribus reintegratum: in mutilis diuiſionū membris reparatum: ordine tractabilem: ſenſu concinnū: ⁊ ad remiſſionū loca certū ducem accipere: cuius vtilitates ipſe partim ſuo epygrammate infra loquitur: reliquas potius tuo experimēto ꝙ rauco meo ꝑconio decreui eſtimādas: ⁊ eſtimatas declamari. Vale.

## Dictionarij ad lectorem epygramma.

Si varijs ornata libris penetralia curas.
  More tuo facias illa patere mihi.
At tibi ne vilis hoſpes ſim: ne mea vota.
  Irrita contendas: inclitus autor agat.
Cōpater hunc Petrum: ſtirps Berchoriū vocat illū
  Patria pictauum: cui dedit ille decus.
Et Benedicte ſacer: ſacre tu religionis
  Es pater: eſt Petrus: filius huius honor.
Hic memor exēpli ſeruū damnantis iniquum.
  Mnam ſibi commiſſam qui tumulauit humo
Horruit: ⁊ vires agitat mox indolis alte.
  Sorte datam ꝙ mnam fenoris auctet ope.
Fenoris haud huius qđ edaci perditur euo.
  Sed quod perpetuo litera fida fouet.
Litera qua ſacra conſtant qua deinde ꝓphana.
  Artificis noſtri concomitatur opus.
Nam biblie voces hic primo grammaticorum:
  Arte docet quicquid ſignificare ſolent.
Hinc vbi multiplicem reſonat vox vnica ſenſum.
  Explicat: ⁊ reddit cuilibet apta loca.
Deniqꝫ de lege moyſi: de dogmate xpi.
  Myſticus interpres maxima lucra refert.
Nec tacet illuſtres quid greci quid ue latini.
  Hyſtorici memorent: quid ſtatuere ſophi.
Nec Iouis imperium: nec auerni principis aulam
  Negligit equoreo nec data regna deo.
Nec tulit a ſtudio morali ſint alieni
  Vates egregij qui ſacra rite canunt.
Sed velut eſt apibus flores libare ſuaues.
  Et labor ⁊ ſtudium ꝙ pia mella parent.
Sic ſapidos flores cunctorum religioſi.
  Dogmatis in mella digerit autor apis.
Mella noto que guſtat hō dum pſbyter almus.
  Celibis autoris comprimit ore fauos.
Nec ſemꝑ blandit apis dulcedine mellis.
  Quin etiā vibrat ſpicula ſepe ſua.
Sic nec ego ſemꝑ virtutēs melle fouebō.
  Sed ſcelerum vindex aſpera verba ſono.
Scis modo quid referā: ſcis nomen: ſcis genus: ⁊ ſcis
  Autoris meritum: quem venerare loco.
Rarus ego latui: me bibliotheca tenebat
  Rara: ſed impreſſus creber vbiqꝫ vagor.
Dic igitur viuat Anthonius ipſe Koberger.
  Incola Nurnberge cuius ab ede vagor.
Et meus eternis celebretur laudibus autor.
  Ingenium cuius docta Minerua ꝓbat.
Et beckenhaub vitijs me purgans care Johannes.
  Viue diu: vita functus ad aſtra vola.
Retro licet ſcriptus calamo vitiatus inerti.
  Vndiqꝫ mendoſus: vndiqꝫ fractus eram.
Nunc tamen impreſſus veri ſplendore choruſco
  Integer: o lector crede ſimulqꝫ vale.

# Ante

q̄ autē ad dictionari-
uʒ in ſe redeam⁹ p̄mo
ponamus ſeriē dictio
nuʒ in hac p̄ima par
te dictionariȷ̄ cōtēta
rū: cū quota folioꝛū
ꝟſus dextraʒ annota
ta. Et nota q̄ habita
dictione recurrere ha-
bes immediate ad nu
merū p̄cedentē ꝛ nō
ſequētēʒ: q̄ꝛ quotquot
in vno folio ponunt:
vnū cōſequenter ſequū
tur numerū: ſuperflu
um enī eſſet eundē nu
merū totiēs replicare

## A. a. a. 4


A 4
Aaron 5
Ab 6
Abel 6
Abdias 7
Abia 7
Abiathar 7
Abducere 7
Abies 7
Abigail 7
Abigere 7
Abijcere 7
Abire 7
Abyſai 8
Abyſſus 8
Abominatio 11
Aboꝛtiuus 13
Abner eo.
Abꝛaam eo.
Abbꝛeuiare 14
Abs eo.
Abſalon eo.
Abſcindere 15
Abſcondere eodem
Abſentia.abeſſe 18
Abſoꝛbere 19
Abſoluere.abſo-lutio eodē
Abſq̄ 20
Abſtinentia eodem
Abuti 22
Ac 23
Achab eodeʒ
Accaron eodeʒ
Achates 24
Achaʒ eodeʒ
Accedere eodē
Accelerare.acce-leritas 25
Accendere 26
Acceptio perſo-narum eodē
Acceptabilis.ac-ceptus 28
Accerſire 29
Aceruus eodē
Acies eodem
Acetum eodem
Accidere eodeʒ
Accidia eodē
Achimaas 30
Actio. actiuus 30
Accingere eo.
Accipere 31
Acquieſcere 33
Acquirere 34
Accubare ſeu ac-cumbere 35
Acuere.acutus 36
Accuſare 37
Ad 38
Adam 39
Adadeʒer eodē
Adamare eodē
Adaquare eo.
Adar eo.
Adeps 40
Adequare eo.
Adeptus. adipi-ſci eodeʒ
Addere eodem
Adducere 41
Adherere 43
Adeſſe 44
Adijcere eodem
Adimplere eo.
Adinuenire 45
Adire eodem
Adiurare eodem
Adiutoꝛium eodē
Admirari 47
Admittere 48
Admonere eodem
Adnullare eo.
Adolere eodeʒ
Adoleſcentia eodē
Adonias 50
Adonibeſeth eodē
Adoptio eodem
Adoꝛare eodeʒ
Adhuc 53
Aduena eodeʒ
Aduentus 54
Aduenire 58
Aduerſari 59
Aduertere 60
Aduocatus eo.
Adulatio 61
Adulterium 63
Aer eo.
Affectio.affect⁹ 65
Afferre eodem
Afficere 67
Affigere eo.
Afflictio eodē
Affluentia 68
Agar 69
Ager eodeʒ
Agere 71
Agi. agitari eo.
Actiuus eodē
Agilis 72
Agnoſcere eodeʒ
Agnus eodem
Agon 74
Aggrauare eo.
Aggredi eo
Aggreſſus eo.
Agricola eo.
Ait 75
Ala eodē
Albedo 76
Aleph 77
Alexander eodeʒ
Alleluia 77
Alleuare 77
Alleuiare 77
Allicere eodem
Allidere eodeʒ
Alimentum eo.
Alienum 78
Alienigena 79
Alius eodē
Alligare 80
Alioquin 81
Aliquis eodē
Aliquando eodē
Aliter eo.
Alloqui eodē
Alonge eodeʒ
Altare eodem
Alter 83
Alterutrum 84
Altrinſecus eodeʒ
Alternus eodē
Altitudo eodem
Altiſſimus 85
Alueus 86
Amalech eodem
Amon eodeʒ
Amare eo.
Amoꝛ mundi 87
Amaritudo 88
Ambitio 89
Ambire.ambit⁹ 90
Ambo eodem
Ambulare eodē
Amen 92
Amicicia eodē
Amica 94
Amictus eodem
Aminadab. eoð.
Aman. amon. am-mon eo.
Amos eoð.
Amoꝛreus eoð.
Amouere amot⁹ eoð.
Amplexari 95
Amplius amplioꝛ ampliare eo.
Amputare eo.
An eoð.
Ananias eodē
Anathema eodē
Anathot eodē
Ancilla eodem
Angelus 96
Angulus 98
anguſtia eoð.
Anima 99
Animal 100
animus 101
Anna. eo.
Annus 102
annunciare eo.
Ante 103
Anteq̄ 104
Antiquus:antiqui-tas eo.
Antichꝛiſtus 105
antrum eodē
anulus eo.
Antiochus: antio-chia 106
Appellare eodē.
apparere 107
Appendere 109
apperire eodē
Applicare. 110
Apponere eo.
apoſtata eoð.
Apoſtolus eo.
Appꝛehendere 111
Appꝛopinquare. appꝛopinqua tio 112
aptus aptitudo. 113
Apud eodē
Aqua eo.
Aqueductus 115
aquila eo.
aquilo eo
Ara 116
Arabs:arabia eo.
arare eo.
Arbitrari eo.
Arboꝛ 117
Archa 119
arcus eo.
Ardoꝛ:ardere 120
area 121
Areſcere: aridi-tas eo.
Argentum 122
arguere eo.
Ariditas 123
aries eo.
Arma. eo.
armentum 124
aromata 124
Arrogantia eo.
ars: artifex. eoð.
arx arcis eodē.
aſa eo.
Aſaph eoð.
aſcalō eo.
aſcendere. eo.
Aſer 126
aſia eo.
aſinus eoð.
Aſoꝛ eo.
aſpectus aſpice-re eo.
aſpergere 127
aſpicere 128
aſſiduitas eo.
aſſimilari:aſſimila-tio eo.
aſſiſtere: aſtare eo.
aſſyrij 129
aſſur eo.
aſſumere aſſum-ptio 129
aſtutia 130
at eo.
attamen eoð.
atq̄' eo.
at vbi 131
attendere eodē
attenuatio eo.
atterere:attritio eo.
Atrium 132
auaricia. eodē
audax:audacia. 133
Audire eo.
Auertere 134
auferre eo.
Augere augmen-tum 135
Auis 135
auris eodē
Auroꝛa 136
aurum eo.
auſter:auſtra-lis 137
Aut eo.
autem 138
auxilium 139
Azarias eo.
azimus eodē
Azotus eoð.


## Baal. Ba


alim 139
Babylon: baby-lonia 140
Baculus 140
Balaam 141
Baltheus eoð.
Baptiſmus:bapti-zare eo.
Baſis eo.
Beatitudo eo.
Bellum 142
Bene 143
Benedicere eo.
Bn̄ficiū:beneface-re 144
Beneplacitū 145
Benignitas eo.
Beniamin eo.
Beſtia eodē
Bibere 146
Bethel 147
Bethleem eo.
Bis 147
Bini 148
Byſſus eo.
Bitumen eodē
Biuium eo.
Blandiri eoð.
Blaſphemia. 149
Bonitas bonum eo.
Bona tēpoꝛalia eo.
Bona eterna 150
Bos eoð.
Bꝛachium eo.
Bꝛeuitas 151
Buccina eo.
Butirum. eo.


## Cadauer 151


Cadere eodē
Capharnaum 152
Caiphas eo.
Cayn eo.
Calamitas 153
Calamus eodē
Calcare eodē
Calciare: calciamen-tum. eodē
Chaldei eodē
Caleph. eo.
Calefacere eo.
Caligo: caligare 154
Calix 155
Caluiciū: caluus eo
Calumnia eo.
Camelus eo.
Caminus eodem


Ayuntamiento de Madrid

Campeſtris 156
Campus eodeꝫ
Canaan. cananeus eo.
Candelabrum eodē
Candor 157
Canere. cantare eo.
Canis 158
Canicies. canus eo.
Capere. captio eo.
Capillus 159
Capra eo.
Caprea 160
Captiuus. captiuitas eo.
Caput eodem
Carbones 161
Carcer eodem
Caritas 162
Carmelus eo.
Carmen eodeꝫ
Carnalia 163
Caro eodē
Caſtellum 164
Caſtitas eodē
Caſtra eodem
Caſus 165
Cathedra eo.
Cathena eo.
Catulus eodeꝫ
Cauda eodem
Cauere 166
Caute. cautus. cautela eodem.
Cauerna 167
Caule eo.
Cauſa eodem
Cecus. cecitas eo.
Cedere 168
Cedrus eodeꝫ
Celare 169
Celebrare eo.
Celum eo.
Cena 170
Cenaculum 171
Centum eodē
Centurio eo.
Cepit eodem
Cerimonie eo.
Cernere eodem
Certamen eodē
Certitudo eodeꝫ
Cherub. cherubin eodem
Ceruix 172
Ceruus eodeꝫ
Ceſſare eo.
Ceteri eo.
Cetus eodē
Cibus eo.
Ciphus 173
Cilicium eodeꝫ
Cingulum 174
Cinis eo.
Circa 175
Circulus eodeꝫ
Circuire. circuitus eo.
Circundare 176
Circunciſio 177
Cithara eo.
Cito 178
Ciuitas eo.
Ciuis 180
Clam eo.
Clamare eo.
Clangor eo.
Claritas. clarus eo.
Claudere 181
Claudus. claudicare 182
Clauis eodeꝫ
Clauus 183
Clementia eodeꝫ
Clericus 184
Clipeus eodē
Coarare eo.
Codex eo.
Cogere eodē
Cogitatio eo.
Cognatio. conſanguinitas. parentela 185
Cognitio. cognoſcere eo.
Colere 186
Color eo.
Coluber 187
Columba eo.
Columna 188
Collidere eo.
Colligere. collectio eo.
Collis 189
Collocare eo.
Collum eo.
Comburere eo.
Comedere 190
Commendare 191
Cōminuere eo.
Comes eo.
Cōmixtio eo.
Commiſſio. committere eo.
Cōmorari eo.
Cōmouere. commotio eo.
ōmunitas 192
Cōmunicare eodē
ommutare eo.
Comparare eo.
CCompati. compaſſio eodē
Compedes eo.
Compellere eodeꝫ
Complacere 193
Complere. complementum eo.
Componere eodē
Comprehendere eo.
Comprimere eodē
Comprobare eodē
Computare eodeꝫ
Computreſcere eo.
Concedere eo.
Concidere eo.
Concilium 194
Concipere eo.
Concitare eo.
Concordia eo.
Concludere eo.
Conculcare eo.
Concupiſcentia 195
Concutere eo.
Concurrere eo.
Condemnare eo.
Conducere 195
Conferre eo.
Confeſtim eo.
Confidere. confidentia eo.
Configere 196
Confirmare eodē
Confiteri —— 197
Conflare eo.
Confortare eo.
Confringere 198
Confugere eo.
Confundere. confuſio eo.
Congregare. congregatio eo.
Coniunctio. coniungere 199
Coniugium 200
Conſcientia eodē
Conſecrare eo.
Conſentire. conſenſus 201
Conſequi eo.
Conſeruare eo.
Conſideratio. conſiderare 202
Conſilium eo.
Conſuetudo 203
Conſolatio eo.
Conſpectus eo.
Conſtantia 204
Conſtituere eo.
Conſummare eo.
Conſumere 205
Conſurgere eo.
Contaminare 206
Contemnere eo.
Contemplatio 207
Contentio eo.
Contritio —— eo.
Conteſtari 208
Contineri. continentia eo.
Contentus eo.
Continue eo.
Continuo eo.
Contingere 209
Cōtra ꝯtrarietas. 210
Contradicere. contradictio eo.
Contremiſcere eo.
Contriſtari eo.
Contumelia eodē
Conturbare. conturbatus eo.
Conuallis eo.
Conuenire. conuentus eo.
Conuerti. conuerſus. conuerſio 211
Conuerſatio. 213
conuiuium eo.
conuocare eo.
cooperire eo.
copia. copioſus eo.
cor eo.
coram 215
cornu 216
corona eo.
corpus 218
correctio. correptio 219
Corroborare 220
corruptio. corrumpere eo.
corus 221
cotidie eo.
cras craſtinus eo.
Creatura. creator. creare 222
credere eodē
creſcere 223
crimen 224
Cruciare. crucifigere eodē
crudelitas. crudelis 225
Cubile. cubiculū eo.
cubitus 226
cultura. cultus eo.
cum aduerbium eo.
cum ꝑpoſitio 227
cunctus. cuncta cunctum 229
cupere. cupiens eo.
cur eo.
cura 230
currere. curſus eo.
Currus 231
Curuare. curuitas 232
Cuſtodiri. cuſtodia eo.


## Dagon 234


Damaſcus 234
Damnare. condēnare eodē
Damnum eodē
Dan eo.
Daniel eodem
Dare 235
Dauid 236
De 237
Debere 238
Decem eodem
Decime. decim⁹ 239
Decere 240
Decernere. decretum eodeꝫ
Decidere eodē
Decipere eodē
Declarare 241
Declinare eo.
Decor. decorare. decorus eo.
Decretum 242
Dedicatio eo.
Deducere eodē
Deeſſe 243
Defendere eo.
Deferre eodē
Deficere. defectus eo.
Defunctus 244
Deijcere 245
Deinceps. deinde. deceteto eo.
Delectare. delectatio eo.
Delere 246
Deliberatio eo.
Delicie. delectatio eodem
Delictum. delinquere 247
Delonge eodē
Delubra 248
Demoliri eo.
Demon. demones. demoniū eo.
Demonſtrare eo.
Denarius 249
Denegare eo.
Dentes eodē
Demidare eo.
Denunciare eo.
Denuo eodē
Deorſum eo.
Deponere 250
Deprecari. deprecatio eodem
Deprehendere 251
Deprimere. depreſſio eo.
Derelinquere eo.
Deriſio. deridere 252
Deſcendere. deſcenſus eo.
Deſcribere 254
Deſerere. deſertus eo.
Deſertum 255
Deſiderare. deſiderium 256
Deſinere 258
Deſolatio. deſolatus. deſolari eo.
Deſperatio eo.
Deſpicere eo.
Deſponſare. deſponſatio 259
Deſtinare eo.
Deſtruere eo.
Deſuper. deſurſum 260
Deterior 261
Deteſtari eo.
Detineri eodē
Detrahere eo.
Deuotio eodē
Deuorare 262
Deus eo.
Deus pro creatura 263
Dexter. dextera eo.
Dyabolus 265
Dyadema eo.
Dicere eo.
Dies 266
Diffamare 268
Differre eodē
Difficultas eo.
Digitus 269
Dignus. dignitas eodem
Dignitas 270
Diligere. dilectio eo.
Dilectus et dilecta 271
Diligentia eo.
Diluculum 272
Dilatare. eleuatio ⁊ extenſio eo.
Diluculum 273
Dimicare eo.




Ayuntamiento de Madrid

Dimittere eo.
Dimidium eo.
dirigere.directõ 274
diripere eodē
diruere. dirutus eo.
dirumpere eo.
diſcedere eodē
Diſcere 275
diſciplina eo.
Diſcipulus. et fa-
mulus 276
Diſcordia eo.
diſcretio eodē
diſcumbere eo.
Diſcurrere 277
diſſenſio. diſcor-
dia eodez
Diſſimilis 278
diſſipare eodē
diſſolutio. diſſol-
uere eodē
Diſpenſator eodez
Diſperdere eo.
Diſpergere 279
Diſperire 280
Diſplicere eo.
Diſponere eo.
diſputatio eo.
Diſtare eodē
diſtinctio eo.
Diſtribuere eo.
Diuertere 281
Diuerſitas. di-
uerſus eo.
Diuitie eo.
Diuidere 282
Diuinus diuina-
re 284
Docere. doctri-
na eodē
Dolor. dolere 286
Dolus eodē
Dominus do-
minari 287
Domus 288
Donare. donū 290
Donec eo.
Dormire 291
Dorſum 293
draco eo.
dubitare eo.
Ducere. dux. du-
ctor eodez
Dulcedo. dulcis 296
Duo eo.
Duodecim 298
duplex dupli-
citas 299
duricia. durus. 299.
dum. 300.
Et tantū de prima parte huius operis videlicet dictionarij.

¶ In nomine trinitatis indiuidue. Repertorium morale perutile predicatoribus. Editum per fratrē Petrū berchariū pictauieñ. ordinis ſancti benedicti. meritoq; Dictionarius appellatū. quoniā quodlibet vocabulū (ſaltē pdicabile) ſm alphabeti ordinē dilatat. diſtinguit: autoritates diuidit: applicatq; exēpla naturalia. figuras et enigmata. Incipit feliciter.

# A.a. domīe deus

ecce neſcio loqui. q2 puer ego ſum Sicut dicit Bernardus in quodam ſermone. Conſideranti tibi quid ſis: occurrit tibi hō nudus et pauper: miſer et miſerabilis: Dolens ꝙ homo ſit. Erubeſcens ꝙ nudus ſit. plorās et murmurās ꝙ ſit. Reuera iſtud eſt ꝓpriū hoīs ſcire flere. Puer enim naſcitur flendo: et a. interiectionē dolentis clamando. miſeriam ad quam intrat eiulando teſtatur. Solus enim zoroaſtes in hora natiuitatis legit riſiſſe. Omēs vero reliquū genꝰ mortaliū inuenit fleuiſſe. Quid igit de me dicā. cū quidē mortalis homo ſimilis aliis hoībus de genere illius qui primo formatus adā. Et ideo cum humanas miſerias experiar omni die non reſtat niſi ꝙ petam. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis fontē lacrimarū et plorabo die ac nocte: vt et lacrime mee ſint mihi panes et cū fletu miſceam potū meū? Super omnia autē debeo lamētari qui opus tā laboris et tedij preſumpſi ſuſcipere et negociū qd meā excedit potentiā. ſcientiā: eloquentiā et virtutē ſcilꝫ preſens morale repertoriū inchoare. Sicut em̄ iā dudū in prologo reductorij mei promiſerā tractare propono de quolibet vocabulo pdicabili ſm ordinē alphabeti ſcꝫ verbū quodlibet exponēdo. dilatādo. diſtinguēdo autoritates diuidēdo. exēpla naturalia. figuras et enigmata applicādo. et ſm naturā vocabulorꝫ de diuerſis materijs pertractādo cū efficacia proponebā. ¶ Nūc vero ꝑ quis predictū opus cōpleuerim: quia cū ipſū iterum neceſſum habui reuidere: et multa obmiſſa inſerere et totū opus corrigere et ſupplere cū ad hoc non ſufficerit ingeniū mei tenuitas. Imbecillis potiſſime: cum ſtultiſſimꝰ ſim virorū: et ſapiētia hoīm nō ſit mecū. nō eſt mirū ſi doleo. et ſic pdicta verba recipio cum Hieremia flebiliter lamentādo. A.a.a. domine deus ecce neſcio loqui ⁊c. ¶ Dico em̄ primo. A. q2 ſum rudis ad intelligendū Secūdū. a. dico q2 ſum ebes ad inueniendū Dico tertiū. a. q2 ſum elinguis ad dictandū et ad perorandū. Triplici em̄ virtute indigeo in hoc opere ꝯſummādo. ſ. Intellectiua: que ſit ingenioſa. Inuētiua q̄ ſit prōpta facilis et ſtudioſa. Traditiua q̄ ſit eloquēs et ſerioſa. Nūc vero q2 inuentor minꝰ habēs. deficiēs in pōdere. numero et mēſura. Pōdere dico ꝓfunditatis intellectiue. Numero multiplicitatis inuentiue. Mēſura venuſtatis eloquētie traditiue. merito triſtor et doleo et. A. lamētabiliter ſepe dico. A.a.a. In quibus verbis.

Exprimitur doloris grauitas. Primū ꝓbat replicatio vocalis
Oſtēditur clamoris ruditas.
Pretēditur vigoris paucitas. a.a.a. Sed ſcdm ſupplicatio regalis: dñe deꝰ. Sꝫ tertiū ipeditio ꝟbalis neſcio loq̄. Quartū ꝟo īꝑfectio carnalis puer ego ſum

A ¶ Hic igit dico ꝙ exprimit deſolatio mentalis. cū dr triplex. a. Triplex em̄ cauſa dolēdi ineſt homini. Propter culpā preteritā. Propter miſeriā preſentē. Propter penā futurā. q2 ſm hiero. Hominis ingreſſus eſt miſerabilis. Progreſſus eſt culpabilis. Egreſſus penalis et dānabilis. Triplex autē culpa vel vitiū ineſt hoī. Et ideo nō mirū ſi tribꝰ vicibꝰ replicet. a. Peccat enim hō ex impotētia. Peccat ex ignorātia. Peccat ex proteruitate. vel malicia. Iterū peccat tripliciter. ſ. Peccato cordis. Peccato oris. Peccato operis. Iterū peccat tripliciter ſcꝫ In deū. In ſe et i proximū. Et ideo pro iſta triplicitate culpe non immerito tripliciter dr. a Unde Ezech. iiij. Comedent filij iſrael panē ſuum pollutum inter gentes et dixi. a. a. a. dñe deus. ¶ Iterum triplex ineſt homini miſeria ſcꝫ. Indigētie. Impotētie et Ignorātie. Uel triplex miſeria ſicut. Laboris. Timoris Langoris. Uel triplex miſeria ſcilicet fragilitas carnis. hebetudo mētis et timor mortis. Ideo ſiīr de iſta triplicitate triplicis miſerie pōt ſcꝫ dici triplex a. Iohelis. j. Uocate cetū cōgregate ſenes et clamate. a. a. a. Iterū triplex inerit hoī miſeria. Pena afflictionis corporū. Pena amiſſionis amicorū. Pena perditiōis rerū. Uel ſi ſit in inferno. Pena caretie viſiōis. Pena vermis vel remorſiōis. Pena ſenſus ignis vel afflictiōis. vel Pena carceris incuaſibilis. Pena deſperatiōis ſentētie irreuocabilis. Pena horrēs demonū: quorꝫ ſocietas eſt inevitabilis. Ideo de iſta triplici penali triplicitate debꝫ dici triplex a. Uñ Ezec. xxj. Ego ſuccendā igne in te: et obruā in te omē lignū viride et aridū nō extinguet flāma ſuccenſionis. Sequit Et dixi. a. a. a. Sic igit patet quomodo hō dꝫ plangere et pro miſeria et pro pena dicendo. a. a. a. Exprimit igitur deſolatio mētalis. ¶ Secundo dico ꝙ hic requirit miſeratio regalis. dñe deus B inquit. Neceſſe em̄ habeo deū requirere et eiꝰ miſericordiā implorare. Sicut em̄ dicit Plinius. Expertū eſt leones flecti precibus ſicut exemplificat de muliere getula que i deſerto leonē famelicū inueniēs ſe mulierē: paupꝛē: vilem predā tam generoſo animali allegās: ipſius iram flexit et ſui liberationē precibus impetrauit. Multo fortius igitur generoſus ille leo de tribu iuda aurē ſuā meis precibus inclinabit. et in hoc opē faciendo auxiliabit et fauebit. ¶ Dico igit cū pſ. Dñe deus meus in adiutoriū meū intēde. Ut et regratiādo referā illud pſ. Deus dominꝰ et illuxit nobis. Requirit igit miſeratio regalis. Domine deus. ¶ Tertio dico ꝙ hic oſtēditur impeditio verbalis. Neſcio inquit loqui. Et vere neſcio loqui ea ſcꝫ eloquētia qua deceret. Q2 ſcilꝫ cum apoſtolis. Neſcio dei magnalia varijs loqui linguis ſed potiꝰ noui inſtar crocodrilli qui lingua caret loqui phitonice rauca voce Eſaie. xxix. Erit quaſi vox phitonis vox tua et de humo eloquiū tuū muſitabit. Spero tñ ꝙ ille qui fecit elinguē Moyſen eloquentē. Et qui linguas infantiū facit diſertas. diſſoluet vinculū lingue mee et faciet recte loqui. ita ꝙ cū me inuitum turpe loquentē viderint mirabūtur. Dicitur igit impeditio verbalis. Neſcio inquit loqui Nee. xiij. filij eorū ex media parte loquebātur azotice et neſciebāt loqui iudaice. ¶ Quarto dico ꝙ hic oſtendit imꝑfectio moralis. Puer inqt ego ſum. Et vere puer. ſed potiꝰ ſenſibꝰ C ꝙ etate. Et potiꝰ dicꝰ a ſpurcicia ꝙ a puritate. Puer em̄ habet triplex incōmodū ſcꝫ Impotētiā. Ignorātiā Immūdiciam. Sic vere cum ego ſim ignorans. impotens et immundus. ſatis poſſum nomine pueri nominari. iij. Re. iij. Ego ſum puer paruulꝰ ignorās introitū meū et exitū. Uerū quia quidā ſunt pueri ingenioſi et ſortiunt alam bonā. Ideo vereor ne forte nō ꝓficiat excuſatio. Hiere. j. cū ſe diceret puerū et ignarum: audiuit dominū ſic loquētē. Noli inquit dicere. q2 puer ego ſum: q2 ad omnia que mittā te ibis et que mādauero tibi loqueris ad eos. Ecce dedi verba mea i ore tuo Sic igit non obſtāte imperfectiōe morali. q2 puer. Impeditione verbali: q2 neſcio loqui. Deſolatiōe mētali. a.a.a. Sed potius ſuffragāte ſupplicatiōe ſeu oratiōe vocali. qua ſcꝫ dico. Dominus deus. ¶ Et ecce ego frater. Petrus berchariū ordinis ſancti Benedicti monachus pictauienſis ſolo natꝰ ſm partem laborū meorū ſcꝫ Morale repertoriū incipio: ipſumq; reuerendiſſimo in xpo patri ac dño meo domino Petro de pratis Epiſcopo peneſtrine ac ſancte Romane eccleſie vice cancellario Cardinali: cuius ſum ego familiaris domeſticꝰ apud ipſum duodecim annis nutritus preſens opus ingenij mei manuumq; mearum offero laborē et preſento ad laudem ſcilicet et ad gloriam omnipotentis dei. Qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum Amen.

Finit prologus.



Ayuntamiento de Madrid

¶ Prima pars Dictionarij ordine alphabetico (vt p̄logo p̄missum est) incipit. Et primo de littera A.

A In primis notare possumus ꝙ ista dictio. A. tripliciter pōt sumi. Sumit enim pro litera principatiua. Pro in teriectione dolēti ⁊ lamētatiua. Pro prepositiōe ablatiua. Primo modo per a. possum intelligere rerū omnium principatorē. Per secundū possum accipere hominē miserū ⁊ viatorē. Per tertiū vero hominē impiū et peccatorē. Primo eīn modo a. est prima litera alphabeti significans illū qui in ordine rerū est primus scʒ deū qui de seipso dicit Apocalip. j. Ego sum alpha et o. principiū ⁊ finis. Alpha eīn grece: idē est ꝙ a latine. Secūdo a est interiectio dolentis ⁊ sic pōt significare humanā cōditionē que scʒ tota est flebilis ⁊ inanis. Unde ista est illa prima vox quā puer ad hanc miseriam veniens statim clamat dicēs a. quasi dolēdo pro miseria quā intrauit. De qua Sap. vij. Ego natus accepi communē aerem ⁊ in similiter factā decidi terrā et primā vocem similē omnibus emisi plorans. Tertio modo a. est prepositio ablatiua deseruiens ablatiuo. i. mundi principibus. Et sic potest mihi significare viros superbos qui semper alijs volūt preponi ⁊ maxime prepositos et balliuos qui deseruiunt ablatiuo q: semper student alienū auferre. vel seruiunt ablatiuo. i. mundi principibus quia non cessant auferre bona subditorum suorū. ij. Corint. xij. Damasci prepositus gentis arethe regis voluit me ꝯprehendere. Unde de tali. a. potest dici illud quod scribitur in ps. A viro iniquo eripe me. ¶ De primo. a. initiatiuo pōt dicere quicqd dr̄ de deo vel etiā de principio. vel de primo. De secūdo a. satis est dictū supra immediate in p̄logo. De tertio vero a. qđ ꝗs in scriptura qđ scʒ est ꝓpositio aliquid est dicēdum. Dicendū igit ꝙ a. sumitur quadrupliciter scʒ

B Effectiue. Significat dico effectiue vel causatiue: ⁊ sic dr̄ in ps. A dn̄o factum est istud ⁊ est mirabile i oculis nostris.
Inceptiue.
Separatiue.
Collatiue.

Item sumitur inceptiue. q: scʒ a. denotat inceptionem a tempore vel a loco. A tempore: sicut dicitur illud Ecclesi. xviij. A mane vsꝙ ad vesperā immutabitur tēpus. A loco sicut illud in ps. Dn̄abit a mari vsꝙ ad mare ⁊c. Itē sumitur separatiue seu sublatiue: sicut illud Ecclesi. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccatum ⁊c. Item sumitur collatiue: sicut illud ps.

C Dixit dominus dn̄o meo sede a dextris meis. ¶ His igitur premissis possumus dicere ꝙ cum a. semper significet terminum a quo possumus moraliter dicere quod est.

Unum a. diligibile. cui seruiendum.
Unum a. detestabile. a quo fugiendum.
Unum a. commendabile. cui insistendum.
Unum a. formidabile. a quo metuendum.
Unum a. nunciabile. quo bene vtendum.

¶ Dico ꝙ est vnum a. diligibile cui est seruiēdū. ⁊ sic a. significat deum: a quo sicut a causa primaria bona cuncta procedunt: quia sicut dicitur. Jacobi. j. Omne donum optimum et omne datum perfectum desursum est descendens a patre luminū. Sicut enim a fonte exeunt riuuli: a sole procedunt radij a stipite prodeunt flosculi. Sic vere a deo exeunt cuncta bona. christꝰ enim a patre processit. Johan xvj. Exiui a patre et veni in mundum. Et a christo omne bonum successit Ecclesiastici. j. Omnis sapientia a domino deo est. Et aduerte ꝙ ab ista causa prima nos accepimus.

Timorem.
Honorem.
Splendorem.
Uigorem.

Timorem dico vnde in ps. Timebunt qui habitāt terminos a signis tuis. Item honorem: Unde Baruch. v. Circundabo te diploide a deo iusticie et imponēt mitram capiti tuo honoris eterni. Item splendorem. ij. Corin. iij. Gloriam domini speculātes trāsformamur a claritate in claritatem: Item vigorem vnde in psal. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis ⁊c. Et istud. Esto nobis dn̄e turris fortitudinis a facie inimici. Istud est vnum. a. diligibile cui est seruiendum. ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur vnum. a. detestabile a quo fugiendū. Et sic dico ꝙ a. pōt significare D

Mundum qui deficit.
Carnem que allicit.
Culpam que inficit.
Hostem que interficit.
Mortem que deglutit.
Falsum amicum qui decipit.

Fugiamus igitur a mundo deficiente. vnde Numeri. xvj. Recedite a tabernaculis impiorū hominū ⁊c. Fertur enim ꝙ vulpes apposita aure auscultat si glacies sit fortis anteꝙ desuper transeat. Qđ si audierit aquā subtus tunc quia fragilis est recedit a loco et aliā viaꝫ querit. Sic et nos a mundo quia fragilis est periculosus. ⁊ defectiuꝰ: fugiamus ⁊ locū a liū. i. statū salutis ꝗramus Act. ij. Saluamini a gn̄atiōe hac praua. ¶ Item separemur a carne alliciente. Et sic oportet fugere.

A malis mulieribus.
A falsis adulatoribus.
A detractoribus et seductoribus.

Exemplo Herculis qui sicut dicitur in historia. Troiana. transiturus per loca syrenarum clausit aures et bene cauit a cantibus earundē ne forsitan sopiretur. Sic et nos aures claudamus ⁊ a mulierū: adulatorū. et deceptorū cantibus caueamus. De muliere enim dr̄ Prouerb. ij. Eruaris a muliere aliena ⁊ ab extranea ꝗ mollit sermones suos. Et Eccli. ix. Auerte faciem tuā a muliere compta. Et causa redditur Eccli. xxv. vbi dr̄ ꝙ a muliere initium factum est peccati ⁊ per illā omnes morimur. De adulatore autē dicitur in ps. Dn̄e libera animā meam a labijs iniquis et a lingua dolosa. De detractoribus vero dicitur Prouer. iiij. Remoue a te os prauum ⁊ detrahentia labia longe fac a te. Igitur fugiamus a carne alliciente. ¶ Item recedamꝰ a culpa inficiente. Auis enim si sciret periculū libēter fugeret a laqueo. Et homo si sciret imminere mortem caueret protinus a veneno. Sic et nos cauere debemꝰ sagaciter a peccato: Unde illud Eccli. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccatū. Et ideo Dauid petebat fugere et liberari a laqo quē statuerūt sibi sit a scādalis operātiū iniquitatē. A sagitta volāte in die a negocio perambulante in tenebris ⁊c. ¶ Itē caueamus ab hoste interficiēte scʒ a dyabolo: de quo scʒ liberari petebat ille qui dicebat in ps. Erue a framea deus animā meā ⁊ de manu canis vnicā meā. ¶ Itē caueamus a morte deglutiente scꝫ ab inferno: sicut se gaudebat cauisse Eccli. lj. Liberasti me domine a rugientibus preparatis ad escam. A pressura flāme que circundedit me ⁊c. Sicut enim dicit Eccli. i. Sapientia liberauit me a morte. ¶ Item caueamus a falso amico decipiente: dicēte illud ps. Declinate a me maligni ⁊ scrutabor mandata dei mei. Sic igitur patet qđ est vnum. A. detestabile a quo fugiendum. ¶ Tertio dico ꝙ est vnum a. commēdabile cui insistendum. Et sic a. significat terminum a quo: bonum scilicet deum: virtutes: legem: mandata: et similia. Separatio enim a tali termino est mala: perseuerantia est bona. Nam sicut corpora celestia nunꝙ recedunt a celo: sic nec homo debet recedere per petm̄ a deo. Unde in ps. A iudicijs tuis nō declinaui. A mādatis tuis intellexi. Et propter hoc petebat dauid a domino dicens. Ne proiicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. A tali enim termino nunꝙ est recedendum: sed ibi potius permanendum. E

Quo ibo

Quo ibo (inquit dauid) a ſpiritu tuo? quo a facie tua
fugiam.q.d.iſta eſſet mala receptio et ſeparatio homi
nis a deo.Et etiam ſeparatio dei ab homine.de qua di
cebat dauid.Ne auertas faciem tuam a me: ne decli-
nes in ira a ſeruo tuo ⁊ cetera ſimilia.Iſte eſt igitur ter
minus commendabilis:cui inſiſtendū. ¶Sed quar
to dico ꝙ eſt vnum a. formidabile.a quo metuendū.
Et iſtud ſignificat dei iudicia et penas etiam inferna-
les.De iudicio enī dicitur in ps.A iudicijs tuis timui
et a lege tua nō declinaui.Et alibi.A voce tonitrui tui
formidabunt.De inferno vero dicitur Eſaie.xxj. fuge
runt a facie gladij imminentis a facie arcus extenti a
facie grauis prelij.Iſtō eſt igitur a.formidabile a quo
metuendum.¶Sed quinto dico ꝙ eſt vnum a:nūcia
bile:quo bene vtendum.et ſic terminus a quo ſignat
principium vite noſtre:a quo ſcilicet ſemper eſt bonis
operibus inſiſtendum.Unde Eccli.lj.Ambulauit pes
meus iter rectum in iuuentute mea ⁊ ſic de alijs.Uide
ſi vis vbi Liberare.Recedere.Fugere.Abſtinere.Expe
re.Et alijs titulis ſimilibus in quibus omnibus ſatis
inuenies de.A.

A **Aaron.** Cum aaron fuerit ſummus ſacerdos et
pontifex legis dei a deo principaliter ele
ctus et eidem precipue dedicatus. Uidetur quod per
aaron poteſt intelligi vir pfect⁹et maxime eccleſiaſti
cus vel prelatus.Sicut enī ex ſcriptura ptz Aarō fuit.

Ex hebreis natus.
Hebreis prelatus,
A domino datus.
Limphis deputatus.
In monte leuatus.
Eloquens et gratus
Propheta vocatus.
Mons interpretatus.
Sceptro decoratus.
Deo dedicatus.

Sic vere dico mora
liter loquendo ꝙ ſa-
cerdos vel pontifex
ex hebreis debet ac-
cipi ſcꝫ de pprio gre-
ge.vel etiam ſi ſibi re
periatur ydoneus :
vt poſſit dicere cum
apoſtolo illud.ij.Co
rin.xj. Hebrei ſunt
et ego.Filij iſrael ſunt et ego.Unde de aaron hebreo di
citur Exod.vj.Quod ipſe aaron acceperat vxorem he-
bream quod eſt contra multos electores:qui alter alte
ri inuidentes vix volunt in alterutrum conſentire: ſed
potius nituntur extraneos ꝙ̄ ſocios intraneos eligere
⁊ pmouere.ſimiles perdici que alienos fetus in nido
ſuo recipit:a quibus poſtea modicum lucrum capit.
Sic et iſti qui volunt recipere ſocios in magiſtros cō
tra doctrinam domini .vt dicitur Deutero.xvij. Ideo
fit ꝙ propter lites:contentiones et controuerſias eorū
dominus papa totū reſeruat:et ſic recipiunt alienos
contra illud Prouerb.v. Non ſint alieni principes tui
¶Debet igitur pontifex ex proprijs accipi vel aſſumi
ipſe debet hebreis preſici vel preferri.Aaron enim fuit
B promotus non in alieno populo ſed in ſuo. Nume.xx.
Aaron pergat ad populum ſuum.quod eſt contra am
bitioſos:qui non contenti collegio: vel etiam propria
nituntur preſici aliena.Eſt etiam contra prelatos gy-
rouagos qui contemnentes obſeruantias regulares
captant officia principum et frequentant curias ſecu
lares et dimittūt eccleſias proprias vt palpent curias
alienas.ſimiles vulturi qui exercitus dicitur frequen-
tare vt de cadaueribus qui ibi abundant valeant ſe
replere:quia vere tales qui bene dicuntur vultures id
eſt volantes tarde eo quod per contemplationem vo-
lare non poſſunt exercitus et curias frequentant.vt de
cadaueribus ideſt donis et muneribus ſe replcāt atqꝫ
paſcant.Figurati in filio prodigo:qui cum paternam
domum reliquiſſet.et bona ſua in aliena patria con-
ſumpſiſſet vni ciuium adheſiſſet: cupiebat impleri de
ſiliquis quas porci manducabant.Sic tales eccleſia-
ſtici domos et beneficia deſerētes:et dona ſua alibi ꝙ̄
in ſuis eccleſijs expendentes alicui ciuium regionis.
ideſt alicui regi vel principi adherent: vt ei ſeruientes
in paſcendis porcis ideſt in gubernandis ſecularibus
ſubditis ſe occupant.et de ſiliquis porcorum. ideſt de
muneribus ſecularium impleri cupiunt et affectant.
Eſaie primo.Omnes diligunt munera ſequuntur re-
tributiones.Non ſic igitur:quia iſta debet hebreis pre
fici et ſuis proprijs aſſignari.et ſi quandoqꝫ pro nego-
cijs eccleſie ipſos dimiſerit debet ad eos cito reuerti.
Leuiti.xvj.Reuertetur Aaron in tabernaculum teſti
monij.¶Tertio dico quod iſte debet a domino dari:
C quia ſcilicet aaron a deo proprie fuit in ſacerdotē ele
ctus ſic vero nullus debet per ambitionem ſe ingere-
re:ſed a deo vocari ideſt iuſte et canonice ſe inſerere.
Hebreo.v.Nec quiſꝙ̄ ſumat ſibi honorem:ſed qui vo
catur a deo tanꝙ̄ Aaron.Et in Pſalm̄.dicitur. Aaron
quem elegit ipſum.Nam ſicut vapores terrei nō aſcē
dunt ſurſum niſi tracti radijs ſolaribus:ſic nec homo
debet promoueri niſi tractus diuinis inſpirationib⁹
Iohan.vj.Nemo poteſt venire ad me:niſi pater meus
traxerit eum.Quod tamen eſt contra ambitioſos:qui
ſcilicet more palearum non radijs ſolaribus: ſed tur-
binis dyabolici impulſibus eleuantur.Et ideo finali-
ter in infernum cadere et etiam hic quandoqꝫ per in-
fortunia comprobantur Pſal. Deieciſti eos dum al-
leuarentur:quia ſicut dicitur Mathei.xv. Omnis
plantatio quam non plantauit pater meus eradicabi
tur. Non ſic:quia verus debet a domino promoueri
et dari.¶Quarto ipſe debet limphis deputari.de aa-
D ron enim legimus quod anteꝙ̄ miniſtraret lotus fue
rit Leuiti.viij.Obtulit Aaron et filios eius:cumqꝫ la
uiſſet eos veſtiuit pontificem ſubula linea.Sic vere ec
cleſiaſticus anteꝙ̄ ad altare accedat et anteꝙ̄ offici-
um dignitatis aſſumat: debet aqua lacrymarum et
purificatione confeſſionis lauari et a cunctis vitiorū
ſordibus et contagijs atqꝫ maculis expiari. Exemplo
leene que fornicata cum pardo ſe balneat et anteꝙ̄ co
ram leone appareat ſeſe lauat: ſic et nos a vitijs nos
purgemus vt ſic coram leone iuſticie chriſto in ſacra-
mento altaris vel in dignitatis officio digne et lauda
biliter miniſtremus. Unde Exodi. xl. Laueruntqꝫ.
Moyſes et aaron et filij eius manus ſuas et pedes cū
ingrederentur tectum federis.Iſte igitur debet aquis
deputari.¶Quinto dico quod iſte. Aaron debet in
E altum leuari.De aaron enim legitur.Exodi.xxx.Cum
moyſe legem accepturo montem aſcendiſſe ad deno-
tandum quod eccleſiaſticus debet eſſe ſurſum per con
templationem leuatus:et cum moyſe ideſt cum chri-
ſto per deuotionem eleuatus.Et ideo Exodi.xix.Non
poterit vulgus aſcendere in montem ſynai.Sequitur.
Aſcendeſqꝫ tu et Aaron tecum. Debet igitur in altū
leuari.¶Sexto dico quod iſte debet eloquenter fari:
F decet enim prelatum quod ſit eloquens ad predican-
dum et docendum quod etiam in aaron figuratum
eſt in cuius tunica erant tintinnabula que in ingreſ-
ſu tabernaculi reſonabant.ſicut dicitur Exodi .xxix.
Quia ſcilicet ſonus diuine laudis . orationis confeſ-
ſionis:predicationis:debet in eccleſiaſticis inueniri.
Unde.Exodi.quinto. Aaron frater tuus leuites ſcio
quod eloquens eſt. ¶Septimo dico quod iſte debet
propheta vocari:quia ſcilicet de rebus futuris occul-
tis.arduis et ignotis debet tractare et bona paradi-
ſi.penas inferni:pericula mundi.terrorem iudicij me-
ditari.Exodi.quīto.Aaron frater tuus erit propheta.
¶Octauo dico quod iſte debet ſceptro decorari. De
aaron enim legitur quod iſte habuit virgam floridam
Numeri.decimoſeptimo.Ad denotandum quod pre-
latus debet habere virgam iuriſditionis qua debet diſ
colos caſtigare.Sed de hoc vide infra latius in vlti-
mo paragrapho. ¶Nono vero dico. Quod iſte de-
bet mons interpretari quia ſcilicet:Aaron interpre-
tatur mons fortis vel montanus. Et poteſt ſignifi-
care prelatum vel quemlibet virum perfectum qui
reuera debet eſſe fortis per conſtantie et perſeueran-
tie firmitatē.Mōs ⁊ montan⁹ p affectiōis:pfectionis
⁊ cōtēplationis ſublimitatē.Sicut enī mons a vallib⁹
ſegregat⁹ ſurſū verſus celū eleuat⁹ lucis radijs clari⁹
illuſtratur.Sic vere prelatus debet eſſe ab alijs diſtin

Ayuntamiento de Madrid

ctus et ſegregatus per vite perfectionē. Eleuatus per
celeſtiū contēplationē. Clare illuminatꝰ per ſcientie
diſtinctionē. Et ſic erit aaron mons ſcʒ et tales ad mo
dum. Aaron ſunt ſumme digni ꝙ ad ſacerdotiū et ad
gradus eccleſiaſticos aſſumātur. Jdeo de talibꝰ dicit
Eccli. xlv. Excelſum fecit aaron de tribu Leui. ſtatuit
ei teſtamētū eternū ⁊ dedit illi ſacerdotiū gētis. Aarō
enī .i. quilibet vir eccleſiaſticus qui dʒ ſumi ad ſacerdo
tiū per prelationē. Debet eſſe excelſus per cōfeſſionis
contemplationē. ⁊ habere teſtamentū. per legis diſcre
tionē: eternū per perſeuerātie durationē. Jdeo iſte dʒ
eſſe ſimilis aquile que altiſſime volat. clariſſime videt
liberaliſſime diuidit. acutiſſime pungit. Sic vere vir
eccleſiaſticus et prelatꝰ per contēplationē volat altiſ-
ſime. per diſtinctionē videt clariſſime. per ꝯpaſſioneʒ
donat largiſſime per correctionem pungit duriſſime.
Debet igitur mons interpretari. ¶ Decimo dico. Qꝺ
G iſte debet deo dedicari: q2. ſ. talis aaron figurari potuit
Exodi. xxviij. ⁊ xxix. Primo precipit ꝙ aaron ⁊ filij eius
aſſumant ad ſacerdotiū ⁊ ad miniſtrādū deo in taber
naculo federis. Sed ad hec multa erāt neceſſaria quia
primo oportebat ꝙ eligerētur ſcdo ꝙ veſtirētur tertio
ꝙ conſecrarētur. quarto ꝙ vngerētur. quinto ꝙ ſacri
ficia miniſtrarēt. ſexto ꝙ ſibi portionē a ſacrificio reci
perent ſeptimo ꝙ domino offerrent ſacrificia ac etiam
pſentarēt: ſicut omnia dicūtur in diuerſis locis Leui.
viij. ⁊ Exodi. xix. ⁊ xxviij. ⁊ alijs locis pluribus. Reuera
tales conditiones debēt habere eccleſiaſtici: qui ad di
gnitatē ſacerdotalē ⁊ adminiſtrationē dei in taberna
culo eccleſie militātis pre ceteris ſunt aſſumpti. Jſti
enī primo debēt eligi per ſagacem ſuperiorū diſcuſſio
neʒ: q2 ſcʒ nō debent aſſumi per acceptionē perſonaruʒ
vel numerū nec per carnis affectionē ſed tantū illi qui
ſunt probate vite ⁊ honeſte. videlicet aaron et filij eius
ideſt boni ⁊ iuſti ⁊ eorū imitatores. Jdeo dr Leui. xxix.
⁊ Exo. xxviij. Aaron ⁊ filios eiꝰ applicabis ad oſtiū ta
bernaculi: ⁊ exo. xxviij. Applica ad te aarō ⁊ filios eiꝰ
de medio populi vt ſacerdotio fungant mihi. taberna
culū dei eſt eccleſia triūphās. cuiꝰ oſtiū ⁊ ingreſſus eſt
eccl'ia militās i hac vita. Jtē dico ꝙ iſti ſi ri dñt veſti ⁊ pa
rari ꝑ moralē ꝯuerſationē. ſ. veſtimētis grāx ⁊ v̄tutū
et paramētis honeſte cōuerſationis. Exodi. xxviij. ca.
Facias Aaron fratri tuo veſtem ſanctā in gloriā ⁊ de-
corē: qꝺ ē cōtra multos qui in eccleſia vidētur tecti nu
di: quia ſcʒ oīa pudibunda ſua. i. oīa mala opera ſine
velamēto publice faciunt ⁊ impudenter. Vñ poſſunt
dicere illud Eſa. iij. Jn domo mea nō eſt panis neqꝫ ve
ſtimentū. Vide infra in titulo de veſtibus vbi inuenies
de veſtimentis aaron. ¶ Jtem tertio iſti debent con-
ſecrari per ſpiritualem deo dedicationē. Et hoc eſt cō
tra illos qui carni ⁊ mundo ſe dedicāt. ⁊ dei officium
et ſeruitium pretermittūt. Leui. viij. Fundēs oleū ſup
caput aaron conſecra. ¶ Jtē quarto iſti debent inun
gi oleo ſacratiſſimo per pietatē ⁊ compaſſionē: q2 ſcilʒ
ſicut illi vngebantur oleis et vnguētis. ſic vere iſti de-
bent eſſe vncti oleo ⁊ vnguēto fluide pietatis: quia ſi-
cut oleum facit manus lenes ⁊ fluidas: ita ꝙ quicqͩ
ibi eſt et tenetur faciliter labitur. Sic vere pietas facit
manus hominū ita fluidas ꝙ bona temporalia facit
faciliter inde cadere ⁊ ad alios per largitatis opera vel
charitatis dona pertranſire. Unde de liberalite taliuʒ
dicitur. ij. Paralip. xxxv. Filij aaron ſibi ⁊ ſacerdotibꝰ
nouiſſimis. qꝺ tamen eſt contra multos modernos ꝙ
non habent manus vnctas: non fluidas: ſed tenaces:
quia vero moderni eccleſiaſtici non ſunt fluidi per ele
moſynas pietatē et largitatē: ſed ſunt tenaces per aua
ricie cupiditatem et parcitatem. Contra quos dicitur
Exodi. xx. Aaron vnges et filios eius ſanctificabiſqꝫ
eos vt ſacerdotio fungantur mihi. ¶ Jtem quinto iſti
debent miniſtrare in tabernaculo per ſedulam occu-
pationem. Sed vere eccleſiaſtici habent diuina ſacra-
menta in tabernaculo miniſtrare Unde. j. Paralip.
xxiij. Separatus eſt aaron vt miniſtraret in ſancta ſan

ctorum ipſe et filij eius in ſempiternum. quod eſt con
tra illos qui ſe occupant in miniſtrandis mundi ne-
gocijs non diuinis. ¶ Jtem ſexto iſti habent accipere
certam portionem oblatorum per temporalem ſuſten
tationem. Dignus eſt enim operarius mercede ſua: q2
qui ſeruit altari debet viuere de altari: Moraliter vero
dic: quia ſicut dicitur Leuit. vij. Sacerdos accipiebat
de ſacrificijs pellem pectus. armum dextrum et ſto-
machum. Per pelleʒ que omnia velat. intelligitur ho
neſta conuerſatio: Per pectus vbi eſt cor: intelligitur
diſcreta meditatio: Per armum dextrum vbi eſt ro-
bur animalis: intelligitur fortitudo firmitatis. Per
ſtomachum autem qui cibos receptos non retinet ſi-
bi ſed alijs membris mittit: intelligitur perfecta am-
plitudo circunſtantie vel clementie pietatis et largita
tis. Que quidem quatuor eccleſiaſticus quilibet debʒ
ad partem ſuam retinere accipere et habere. Quia ve-
re pellis honeſte conuerſationis. Pectus diſcrete me
ditationis Venter fluide compaſſionis. Armus ſolide
perfectionis. debet ad partem virorum eccleſiaſtico-
rum diſtribui vel concedi. Quod tamen eſt hodie con
tra multos: qui ſunt in ſtatu eccleſiaſtico qui nō ſunt
hodie per conuerſationem operti. ſed per inſolentiaʒ
ſunt aperti. Non ſunt per meditationem cogitantes:
ſed per laſſitudinem deficientes. Non ſic chariſſimi:
ſed habeamus iſtas quatuor cōditiones. Unde Leui.
vij. Pectuſculum quoqꝫ erit aaron et filiorūʒ eius ar-
mus quoqꝫ dexter. Oſtenditur igitur quod eccleſiaſti-
ci debent eſſe examinati per diſcretionem. Applica
bit inquit ad te aaron. ¶ Si vis diuidere autorita- H
tem illam predictam. Exodi. xxviij. Applica ad te fra-
trem tuum aaron et filios eius de medio filiorum iſ-
rael vt ſacerdotio fungantur mihi vbi oſtenditur qꝺ
eccleſiaſtici et maxime ordinandi et promouendi de-
bent eſſe examinati per diſcuſſionem. Applica inquit
eos ad te. Concathenati per dilectionem: fratrem in-
quit tuum. Suppeditati per ſubiectionem: filios in-
quit eius. Diſſociati per diſtinctionem: quia debent
aſſumi. de medio filiorum iſrael. Debent igitur pri-
mo eccleſiaſtici per diſcuſſionē examinari: et hoc oſtē
ditur cum dicitur. Quia ipſe applicet eos ad ſe ſcilicet
diſcernēdo. diſcutiendo. et videndo. quales ſunt, ſi ſunt
digni tanto officio. Symia enim iſtam habet diſcre-
tionem quod quicquid in ventrem recipit primo ad
nares applicat: vt per odorem diſcernat vtrum ſibi ſit
congruum vel nociuum. Sic vere chariſſimi prelatus
ſuperior quicquid in ventrem ſuum ideſt in eccleſiam
vel clauſtrum recipit. ſcilicet ad eccleſiaſticam digni-
tatem vel promotionem. Primo debet ad ſe applica-
re et reſpicere et odorare. quid et quale et per diſcretam
diſcuſſionem et examinationem vt ſic poſſit cogitare
ſi digni fuerint vel indigni. vt eos recipiat vel repellat.
vnde illud predictum. Exodi. xxix. Aaron et filios eius
applicabis ad oſtium tabernaculi. Quod eſt contra il
los qui indiſtincte et ſine diſcuſſione promouent vni-
uerſos. Sed non ſic. ¶ Secundo dico quod ipſi debēt
eſſe concathenati per dilectionem: fratrem inquit tuū I
quia ſcilicet ipſi debent alter alterius eſſe frater per di
lectionem et amorem et alter alterum diligere ſicut
fratrem. Communiter enim omne animal diligit ſpe
ciem ſuam: Jſtud patʒ de elephantibus: qui miro mo
do ſe diligunt intantum quod ſi vnus eorum in terrā
ceciderit alij in adiutorium eius accurrunt ipſumqꝫ ſi
poſſunt erigunt: quod ſi non poſſunt compatiendo
barriunt atqꝫ plangunt. Sic vero chariſſimi nos alij
eccleſiaſtici qui omnes ſumus fratres et filij eiuſdem
patris: et in eadem domo. ſcilicet in eccleſia commo-
rantes. Quia ſicut dicitur Malach. ij. Pater vnus eſt
omnium noſtrum. Nos dico ſi ſumus veri elephan
tes et boni chriſtiani: debemus alter alterum diligere
et fouere. Quod ſi forte vnus noſtrum ad terram ideſt
ad infimum ſtatū per aliquod infortunium ceciderit
nos alij pro poſſe noſtro debemus eum iuuare et rele-
ua re et

Ayuntamiento de Madrid

nare ⁊ confortare:vel ſaltem ſi ꝓficere ei non poſſu-
mus:barritum doloris ⁊ cōpaſſionis debemus ei oſtē
dere ⁊ monſtrare qđ bene fuit figuratum in veſtimen-
tis Aaron. Cum enim eſſet ⁊ ſuper humerale: in iſtis
tamen erant anuli ⁊ cathene quibus vnum cum alte-
ro fortiſſime ligabatur. Aaron chariſſimi in iſto loco
ſignificat deum vel etiā eccleſiaſticos fundatores quo
rum ſi veſtimēta ſunt eccleſiaſtice perſone que ſibi ad
herent. Sed inter iſtos aliqui dicuntur rationale iudi
cij:⁊ iſti illi qui in eccleſia habent alios iudicare ⁊ ſm
rationem ſeipſos ⁊ alios gubernare. Alij autem dicū-
tur ſuphumerale:quia.ſ. hi negocia eccleſiaſtica ha-
bent ſuper humeros ſuſtinere. Primi ſe habent ꝑ mo
dum contemplatiue vite. Iſti ſe habent ꝑ modū acti-
ue. Sed tamen omnes iſti debent habere anulos ⁊ ca-
thenas firmiſſime charitatis:quibus alter debet alte
ri ſtringi pariter ⁊ ligari per amicicie fraternitatem:
quia ſicut dicitur.j.Johannis.iiij. Qui nō diligit fra-
trem ſuum quem videt:deum quem non videt quomo
do poteſt diligere. Et tamen prohdolor verificatuꝫ eſt
hodie illud Michee.vij. Uir fratrem ſuum venatur
ad mortem ⁊ inimici hominis domeſtici eius. Nā ho-
die ille in quo homo magis ſperat ipſum magis ꝺeci-
pit ⁊ impugnat:et tales ſunt ſimiles canibus q꜠ ꝗuis
ſint eiuſdem patris:ſepe tamen propter vnum os mo-
dicum: alter alterum impetit atq̃ mordet. Si etiam
vnus canis ab aliquo fuerit verberatus:alij non cur-
runt ad eum adiuuandum: ſicut faciunt elephantes:
immo omnes currunt ad eum mordendum ⁊ laniādū
Sic vere hodie eccleſiaſtici ſunt ita canini cupidi:ſcꝫ ⁊
ambitioſi:ꝙ ꝗuis ſint eiuſdem patris ⁊ matris colle-
gij fidei ⁊ religionis ville vel patrie vel cognatiōis pu
gnant tamen hodie vnus contra alium litibus:rixis:
diſcordijs:contentionibus ⁊ querelis:⁊ maxime quan
do aliquod os:ſcilicet aliquod officiuꝫ prebendum vel
beneficiū vel aliquod aliud temporale eſt inter eos di
uidendum. Quando etiam aliquis percutitur aliquo
infortunio paupertatis vel tribulationis: vere alij nō
currunt ad ipſum adiuuanduꝫ:ſed magis ad eū plus
grauanduꝫ. Iſta poſſunt figurari Gene.xiij. vbi loth
et abraam nequibant habitare communiter: quia
erat poſſeſſio eorum nimia: ⁊ facta eſt rixa inter eos ⁊
diuiſi ſunt alter a fratre ſuo. Sic vere chariſſimi inter
eos qui habent poſſeſſiones nimias ſepe oritur rixa ⁊
contentio: ꝗuis ſint fratres ⁊ affines ⁊ alter a fratre
diuiditur per diſcordias odia ſeu lites. Chariſſimi nō
ſic odiamus ſed diligamus inuicem:fratrem inqͭ tuū
vnde Gene.xiij. Ne queſo ſit iurgiū inter me ⁊ te fra-
tres enim ſumus:vt ſic dicatur illud.j. Paralipome.
xxiiij. Miſerunt ſortes contra fratres ſuos: ſcꝫ filios
aarō omnes ſors equaliter diuidebat. Et.j.Eſdre.j. Le
uite parauerunt ſibi ⁊ fratribꝰ ſuis filijs aaron:debent
igitur eſſe eccleſiaſtici cōcathenati per dilectionē. Fra-
trem tuum. ❡ Tertio dico debent eſſe humiliati per
R ſubiectionem:filios inquit eius: quia ſicut videmus:
ꝙ filij familias ꝗdiu ſunt cum patre viuunt in humi-
litate:obedientia ⁊ ſubiectione. Sic nos ⁊ alij eccleſia-
ſtici qui ſumus ſpūales filij dei patris per adoptionē
⁊ ſpālem vocationem debemus eſſe obedientes:humi
les ⁊ ſubiecti:iuxta illud Ephe.v. Filij obedite paren-
tibus veſtris. Et iſtud eſt contra multos qui nō ſunt
obedientes ſed ſuperbientes. Non ſunt humiles ſꝫ im
portabiles: non ſunt ſubiecti ſed cunctis vitijs ſunt
infecti:heu ꝓdolor quos iniquos filios habet hodie
eccleſia:quibus pro certo poteſt dici illud Eſaie.j. Ue
genti peccatrici:populo graui corde:ſemini neq̃ filijs
ſceleratis. Moderni enim clerici non videntur eſſe le-
gitimi ſed baſtardi. Sicut eni̅ leena q̃ſiq̃ maculatur a
pardo:qui cū eo adulteratꝛ:ita ꝙ filius genitus nō eſt
leo ſed leopardus degenerās a nobilitate leonina:nec
leoni ſimilis quoquomodo. Sic vero quādoq̃ accidit
immo cōmunius ꝙ pardus.i. diabolus adulteratur
cum leena.i. cum eccleſia que reuera eſt vxor leonis de
tribu iuda.i.xpi. Et in iſta generat ⁊ ꝓducit diabolus
multos filios ſpurios.i. multas malas ꝑſonas quas
ibi per ſymoniam vel per carnis affectionē: vel ꝑ mu-
neruꝫ acceptionem multipliciter introducit:ita ꝙ iſti
non ſunt ſimiles leoni xpo per imitationem:ſꝫ pardo:
id eſt diabolo: ⁊ ideo iſti ſunt hodie leopardi.i.crude-
les ⁊ iniqui filij eccleſie ſpurij ⁊ baſtardi. De hoc Oſee
ij. Filij fornicationū: quia fornicata eſt mater eorum.
Et nota ſi vis quomodo leopardꝰ diligit ſtercus hu-
manum: ideo ſalit in arborem vbi venator ipſum po-
ſuit:cadenſq̃ ſuper palos acutos interficitur. Sic iſti
ambitioſi diligētes ſtercora diuitiarū:ſaliūt per ambi
tionem ſurſum ad arbores dignitatum:vt talia ſterco
ra diuitiarum ſibi a venatore diabolo preparata deuo
rent ⁊ acquirant. Et ideo finaliter iſti cadunt ſuper pa
los acutos pene infernalis:ſicut dicitꝛ Matth. xviij.
Qui ſe exaltat humiliabitur. Nā vt dicit Grego. Se-
pe in altum vt cadens fortius confringatur. Qđ bene
figuratum eſt in duobus fatuis filijs aaron nadab et
abiu:qui ignem alienū intulerunt in tabernaculo: et
ideo interierunt Leuiti.x. Sic vere mali filij xpi.ſ.ma-
li eccleſiaſtici in tabernaculo eccleſie ignem alienum
ſcꝫ ardorem auaricie ⁊ luxurie introducentes mortis
eterne iaculis perimuntꝛ. ❡ Et nota ſi vis:ꝙ filij aarō
id eſt viri eccleſiaſtici debent eſſe
Filij deuotionis.
Filij ſanctificationis.
Filij laudis ⁊ iubilationis.
Filij honeſte conuerſationis.
De deuotione poteſt dici illud.j. Paralipome.vj.cap.
Aaron ⁊ filij eius adolebunt incenſum. De ſanctifica
tione dicitur Nee.xij. Leuite ſanctificabāt filios aarō
De laude et benedictione dicitur in ps. Domus aarō
benedicite domino. De conuerſatione vero dicitꝛ Exo-
di.xviij. Filijs aaron tunicas parabis ⁊c. Non ſic cha-
riſſimi non ſimus leopardi:ſed ſimus veri leones: nō
ſimus eccleſie filij ſpurij:ſed legitimi:quia vere ſicut fi
lius ſpurius non habet ius in hereditate:ſic tales ſpu
rij eccleſie indigne et indebite promoti: nullum habēt
ius in hereditate nec in patrimonio crucifixi:nec in be
neficijs eccleſiaſticis perperam impetratis. Unde dici
tur Judicum.xj. Heres in domo noſtra eſſe non pote
ris: quia de adultera natus es. Simus igitur veri filij
quia ꝙ ſi filius et heres per deū Gala.iiij. Debent igi
tur eccleſiaſtici eſſe humiliati per ſubiectionem:filios
inquit eius. ❡ Quarto debēt eſſe eccleſiaſtici diſſocia M
ti per diſtinctionem: quia ſcꝫ debent eſſe ſeparati ab
alijs per vite ſanctitatem et excellētiam: ſicut ab alijs
diuiduntur per dignitatem et eminentiam:quod oſtē
ditur cum dicitur: ꝙ de medio filiorum iſrael fuit aſ-
ſumptus aaron ⁊ filij eius. Uidemus enim ꝙ corpo-
ra celeſtia non ſolum ſunt diſtincta ab iſtis inferiori-
bus ſitus ſublimate: immo etiam forme et apparen-
tie nouitate et claritate. Sic vere eccleſiaſtici non ſolū
debent diſtingui ab inferioribus laicis ⁊ ſecularibus
quantum ad ſublimitatem:immo etiam quantuꝫ ad
claritatem ſagacitatis et nobilitatem totius bonita-
tis. De medio inquit filiorum iſrael. Quod eſt contra
modernos multos qui reuera peiores ſunt in pluribꝰ
ꝗ ſeculares:quia ſicut dicitur Oſee.iiij. ⁊ Eſa. xxiiij.
Sicut populus ſic et ſacerdos. Hodie eni non eſt di
ſtinctio iudei et greci. Non ſic chariſſimi: ſed diſtin-
guamur per vite ſanctitatem ab alijs chriſtianis. Un
de Numeri.viij. Cōſecrabis oblatos domino ac ſepa-
rabis de medio filiorum iſrael. Unde primo Parali-
po.xxiij. Separatꝰ eſt aaron vt miniſtraret in ſancta
ſanctoruꝫ.ipſe et filij eius in ſempiternū. Et bn̄ ſic ptꝫ

Ayuntamiento de Madrid

ꝙ eccleſiaſtici debent eſſe per diſcuſſionem examinati per dilectionē cōcathenati: per ſubiectionē hūilitati ⁊ per diſtinctionem electi ⁊ conſignati. Item nota ꝙ Aaron ſicut dicitur Numeri. xvij. taliter fuit electus: fuerunt enim plures: q̄ꝛ vnus de qualibet tribu quibus date ſunt ſingule virge: virga autem aarō ſtatim fronduit: floꝛuit ⁊ fructificauit: virge autem alioꝛum in ſiccitate pꝛiſtina permanſerunt. Ex hoc autē ſigno confirmatus fuit aaron in ſacerdotiū Sic reuera chariſſimi hodie in eccleſia ſunt multi qui habēt virgas: id eſt iuriſditiariam poteſtatem: qua ſcʒ ſubditos habent coꝛrigere ⁊ caſtigare. Sed vere quaſi omnes habent iſtas virgas ſiccas ſine humoꝛe alicuius gratie ⁊ deuotionis: q̄ꝛ ſicut virga ſicca percuſſum grauius ledit: ſic iſti cum virga iuriſditiōis ſue ledunt ſubditos excoꝛiant ⁊ moleſtant. Sed vere Aaron montanus. i. contemplatiui ⁊ iuſti pꝛelati habent virgam iuriſditionis non tantum ſiccam: immo cum floꝛibus honeſte conuerſationis ⁊ cū fructib⁹ boni operis. Et ideo tales debent aſſumi ad gradum ſacerdotum ⁊ eccleſiaſtice pꝛelationis. De tali virga dicitur in p̄s. Uirgā virtutis ſue emittet dñs ex ſyon. Tales enim a dño emittuntur ⁊ pꝛomouentur in ſyon. i. in eccleſia qui habēt virgam virtutis ⁊ perfectionis ad pꝛelationem ⁊ dominationem. Sed vere de modernis poteſt dici illud Ezech. vij. Floꝛuit virga germinauit ſuperbia in virga iniquitatis. Uirga enim. i. iuriſditio modernoꝛuʒ eſt virga iniquitatis non equitatis: virga ſuperbie nō iuſticie. Uirga germinans per tempoꝛales poſſeſſiones: non per virtutum perfectiōes. Uirga floꝛida per oꝛnatus ⁊ curioſitates: non per bonos affectus ⁊ voluntates. ¶ Uel expone ꝙ virga eſt beata virgo: q̄ꝛ ſicut virga quanto in arboꝛe altioꝛ tāto gracilioꝛ. Sic iſta ꝗ̄ꝗ̄ eſſet altiſſima tamen fuit humillima. Et ſicut virga floꝛem concipit non ex cōmixtione ſeminis: ſed virtute celeſtis influentie vel caloꝛis. Sic vere iſta floꝛeʒ id eſt dei filiū cōcepit nō ex ſemine virili: ſed ſine commixtione ⁊ coꝛruptiōe per influentiam ſpiritusſancti figurata per illam virgam aaron que fuit ſicca: q̄ꝛ iſta caruit humoꝛe omnis carnalitatis: ⁊ tamē nulla alia floꝛente. i. nulla alia virgine pariente. Iſta emiſit floꝛem humilitatis ⁊ fructum diuinitatis. Sed nota ꝙ iſta v̄ga dicitur fuiſſe amygdalina que eſt arboꝛ cui⁹ fructus febꝛes repꝛimit. Quia vere xp̄s qui eſt fructus huius arboꝛis febꝛes. i. ardoꝛes tentationuʒ repꝛimit ⁊ refrenat. Et ſicut virga aaron fuit poſita in archa teſtamenti in reuerentiam. Sic vere ſancta virgo poſita eſt in archa paradiſi: vnde Hebꝛeo. ix. Archa teſtamēti habens manna ⁊ virgā aaron que fronduerat. Talem igitur virgam: ſcʒ beatam virginem: debet aaron: id eſt vir eccleſiaſticus per deuotionē habere: ⁊ ea mediante gregem ſuum gubernare dicens domino illud p̄s. Uirga tua ⁊ baculus tuus ipſa me conſolata ſunt ꝗ̄uis aaron eſſet pꝛobus ⁊ ſanctus homo: multos tamen habuit inuidos ⁊ murmuratoꝛes. Unde dicit̄ Nume. xvj. ꝙ choꝛe ⁊ ſua cōgregatio pꝛe inuidia voluerūt eſſe ſacerdotes ⁊ offerre incenſum cuʒ non eſſent electi a dño: ſed egreſſus ignis deuoꝛauit eos. Aaron autem qui erat vere ſacerdos nunꝗ̄ leſus fuit ab incēdio. Cū vero in tabernaculo eccleſie ſint duo genera ſacerdotum. ſ. Aaron. i. boni ⁊ iuſti a deo electi ⁊ multi alij mali qui ſe ingeſſerint non vocati ⁊ fauoꝛe pꝛece vel pꝛecio foꝛes eccleſie introeunt malo modo. Sic eſt ꝙ cuʒ ſemper tales iniqui murmurant contra bonos p̄s. Irritauerunt moyſen in caſtris aaron ſanctuʒ domini. Sed vere deus miro modo diſtinguit inter eos: q̄ꝛ ſcʒ tales iniquos ꝯburit per finaleʒ inferni damnationē: ⁊ etiā in pꝛeſenti permittit eos comburi per auariciā: ſymoniam ⁊ ambitionem: iram: inuidiam ⁊ detractionem. Aaron autem. i. bonos a talibus incendijs pꝛeſeruat. Unde in p̄s. Flāma cōbuſſit peccatoꝛes. Aaron qui interpꝛetatur montanus poteſt ſignificare diaboluʒ vel quēlibet ſuperbū qui ſemper affectat eſſe in montib⁹ dignitatum. Et talis potuit figurari Exodi. xxxij. vbi dicitur: ꝙ cū moyſes eſſet abſens aarōq̄ꝫ fuiſſet dimiſſus in loco eius: fecit aaron vitulos aureos populo et adoꝛauerunt deos alienos: pꝛopter quos poſtmodum perierunt. Sic vere quando in aliqua eccleſia vel patria abſens eſt moyſes. i. quando deficit ibi bonus pꝛelatus: qui per moyſen deſignatur: ⁊ quando aarō mōtanus. i. malus ⁊ ſuperbus pꝛelatus pꝛincipatur ibi: tunc vero populus faciliter inclinat̄ ad deos alienos: id eſt ad aurū ⁊ argentum diuitias: carnem ⁊ mundū ⁊ tales deos ſequitur diligit ⁊ frequentat per auariciā luxuriam ⁊ ambitionem: pꝛopter qḋ in fine perpetuo permiātur: q̄ꝛ ſicut dicitur Pꝛouer. xviij. Regnantib⁹ impijs ruine hominum. Uel per Aarō intellige ſuperbum diabolicum: qui abſente moyſe. i. xp̄o in eccleſia introducit idola. i. vitia ⁊ peccata ⁊ facit per ſuas ſuggeſtiones ꝙ populus adoꝛet diligat ⁊ honoꝛet vitulos aureos. i. diuitias ⁊ peccata ⁊c. ſicut ſupꝛa. Uel vitulos aureos. i. malos pꝛelatos quos ibi perficit qui ſunt vituli per ſuperbiam ⁊ luxuriam: ⁊ ſunt aurei per diuitias ⁊ ſuperbiam: ⁊ ideo finaliter talis populus moꝛitur per peccatū et etiam per toꝛmentū. Uide de aarō infra de ſacerdote: ⁊ alijs locis pluribus.

a **B**. Nota ꝙ iſta pꝛepoſitio ab. idem videtur ſignificare: ſicut a: nec videtur eē differētia: niſi q̄ꝛ a ponitur quando ſequit̄ dictio que incipit per conſonantē ſicut cum dicitur a deo vel a dño. Ab vero tunc ponitur quando ſequitur dictio incipiens per vocalem: ſicut dicitur ab oꝛigine mundi vel ab euo. Igitur quicquid dictum eſt de a. poteſt dici de ab: quia ſcʒ ab ſignificat terminum a quo ſicut a. ſiue ſit A

Terminus conſtitutiuus vel effectiuus.
Terminus ſeparatiuus vel diminutiuus.
Terminus inchoatiuus vel inceptiuus.
Terminus collocatiuus vel diſtinctiuus.

Significat dico effectiue: ſicut Gene. x. vbi dicit̄. Ab his diuiſe ſunt inſule gentium. Et Mat. ij. Diligenter didicit ab eis tempus ſtelle Et in p̄s. Ego autē cōſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon montē ſanctū eius. Item ſignat ſeparatiue ſicut Ree. ix. vbi dicitur. Separatum eſt ſemē filioꝝ iſrael ab omni alienigena. Item ſignat inchoatiue: ſicut Eccli. xxiiij. Ab initio ⁊ añ ſecula creata ſum ⁊c. ⁊ Job. xxxj. Ab infantia creuit mecū miſeratio. Item ſignat localiter vel expꝛeſſiue ſicut in p̄s. vbi dicitur. A ſolis oꝛtu vſq̄ꝫ ad occa. ex ſyon ſpecies decoꝛis eius. Et illud Luce. xiij. Multi venient ab aquilone ⁊ auſtro ⁊c. Secundū igitur quod eſt quedam ſeparatio bona vel mala poſſumus diſtinguere de iſta dictione ab. Et ſic nota ꝙ eſt

Sep̄atio laudabilis.
Sep̄atio dānabilis
Sep̄atio triſtabilis.

Sep̄atio laudabilis eſt qñ q̇s ſeparat̄ ab hoſtis ſuggeſtione. A carnis infectione A mūdi deceptiōe. A mala ſocietate ⁊ federatione. Et ſic loquit̄ in p̄s. Ab oī via mala ꝓhi. pedes meos: ⁊ ſic petebat dauid alibi dicēs. Eripe me dñe ab ho. malo. ⁊ ſic de alijs ſi̇̄libus. Separatio dānabilis eſt: qñ q̇s ſeparatur a deo ⁊ ſanctis Mat. xxv. Sep̄auit eos ab inuicē ſicut paſtoꝛ ſegregat oues ab hedis. Sep̄atio triſtabilis erit in die iudicij: qñ dānati ſep̄abunt̄ a ſocietate ſctōꝝ Exod. xxj. Quicunq̄ꝫ volēs occidere hoīem: ab altari meo euelles eū. De hoc aūt ꝙ ab ſignat pꝛincipiū: iuuētutē: oꝛiginē vel ingreſſuʒ: vtpote qñ dꝛ ab initio: ab eterno: ab infantia: ab adoleſcētia: ab vtero: ab oꝛigine mūdi ⁊c. vide ī dict̄ titulis: vbi ſat̄ īuenies de ab. vbi aūt ſiḡt locū ſeu ſep̄ationē vl̄ ingreſſū a loco vl̄ a re: vl̄ a pſōa. vide vbi aq̄lo: vbi venire: recedere ⁊ ſilia.

**Abel.** Nota ꝙ Abel fuit ab Adā genitus. Quib⁹ deditus. Offerēs celitus. A fratre ꝑditus. A
Et dico ꝙ per abel pōt intelligi xp̄s quē adam. i. deus genuit: qui oībus. i. fidelibus pꝛefuit: qui ſeipſuʒ in holocauſtum obtulit quē frater ſuus Cayn. i. popul⁹ iudaicus occidit ⁊ de medio ſuſtulit Luc. xj. A ſanguine

abel iuſti

Ayuntamiento de Madrid

abel iuſti ⁊c. Uel dic ꝙ hec dictio ſignat bonū eccleſiaſticum vel prelatum: qui cum ſit paſtor ouium ⁊ deo ſacrificium offert a fratre ſuo cayn. i. a populo laicoꝝ quotidie moleſtatur: vel per infamationes occiditur ⁊ grauatur: vel dic ꝙ abel ſignat hominē: q̄r abel interpretatur luct⁹ vanitas vel miſerabilis: q̄r. ſ. homo naturaliter eſt vanus: miſerabilis: luctuoſus ⁊c. Ideo de homine poteſt dici illud Gene. iiij. Ubi eſt abel frater tuus ⁊c. q. d. Iſte nō habet exiſtentiā longā: immo trāſit vt vanitas ⁊ recedit.

**Abdias.** Interpretatur ſeruus domini domino ſeruiens: deum deteſtās: domino electus: ⁊ iſte fuit propheta: qui cū eſſet in ſeruitio regis achab cum prophete domini occiderentur a Jezabele iſte plurimos abſcōdit ⁊ pauit ⁊ a crudelitate ſue domine liberauit. Propter quod vt fertur ipſum dñs ſpiritu prophetie ditauit. Iſte igitur pōt ſignificare
Bonum ſeruitorem: quia domini ſeruus.
Bonum predicatorem: quia domini teſtis.
Bonum ſuperiorem: quia domino electus.
Bonum magiſtrum ſeu doctorem: quia propheta.
Bonum diſpenſatorem: quia pauit prophetas.
Bonū apparitorem: quia crudelitati domine ſue nō obediuit: ſed innocentes potius liberauit. Unde de tali abdia dicitur. iij. Regum. xviij. Abdias autem timebat dominum.

**Abia.** Abia fuit rex iuda: ⁊ quia ex toto ſperauit in dño: ideo hieroboam cum ſuo populo ſuperauit. Iterpretatur autem pater dominus vel patris dominium ſeu pater ibi fuit: hieroboam aūt diuiſio populi interpretatur. Igitur per abiam poteſt interpretari quilibet bonus prelat⁹ vel princeps qui eſt pater ⁊ dominus ſubditorum. Pater dico nutriēdo et amando: ⁊ dominus gubernando: quia ſcʒ talis confidit in domino hoſtes ſpirituales ⁊ tēporales ſuperat ⁊ glorioſe imperat ⁊ triumphat. ij. Paralipome. xiij. Regnauit abia ſuper iudam. Et breuiter talis cauſa notabiliter regit ⁊ regnat: ꝙ vbiq̄ vidētur ipſius bona facta: ita ꝙ bene poteſt dici ꝙ pater ibi fuit: ⁊ ꝙ ibi eſt dominiū patris non tyranni: ita ꝙ ſubditi poſſunt dicere illud Malachie. ij. Pater vnus omniū noſtrū.

**Abiathar.** Nota ꝙ abiathar poteſt ſumi in bono ⁊ in malo. In bono em̄ pōt ſignifare bonum prelatum vel religioſum. Fuit enim ſacerdos domini ⁊ valde fidelis regi dauid: ⁊ ꝓ eo etiā habuit multa pati: nec eum in neceſſitate dimiſit. Et interpretatur pater meus ros: q̄r ſcʒ iuſtus debet eſſe ſacerdos. i. ſacra docens ⁊ regi dauid. i. xp̄o perſeuerās ⁊ fidelis. Et debet dici pater per charitatem ⁊ ros etiā per rorifiuam pietatem. Item in malo poteſt ſignificare malum prelatum ⁊ vitioſum. Abiathar enim filiū adonie ambitioſi fouit: ⁊ eū etiam in regem ſublimare voluit. Et interpretatur pater meus ſuſcitās peccatum: vel pater peccato vigilans. Sic vere malus pater vel malus prelatus: qui ſcʒ ad peccatum vigilat ⁊ ſuis malis exemplis peccata ſuſcitat ſemper ſolet ambitioſis fauere: ⁊ eos contra iuſticiam promouere.

**Abducere.** Idē eſt qđ tollere: ſeparare: remouere: ſicut teſtatur Apoſtolus ad Hebre. Doctrinis varijs ⁊ peregrinis nolite adduci: vide autem in titulis ſupradictis.

**Abies.** Uide in tabula.

**Abigail.** Fuit vxor nabal ⁊ ſciuit taliter flectere irā dauid donis ⁊ precibus ſibi miſſis: ꝙ virum ſuum nabal fatuum non occidit: ⁊ quaʒ tandem in vxorem accepit. Sicut dicitur. j. Regū. xxv. Que interpretatur patris mei exultatio. Significare poteſt virginem glorioſam: que ſcʒ virum ſuum. i. genus humanum a morte eterna liberauit. Dauid. i. filij dei iram placauit: ⁊ ei per beatam incarnationem vxor extitit. Et ideo patris ſui adam ⁊ exultatio facta fuit ⁊c.

**Abigere.** Idem eſt qđ effugare: abijcere: vide infra de effugare ⁊ de abijcere.

**Abiſcere.** Abiectio aliquando fit in bono: aliquado in malo. Et ſic dico ꝙ eſt
Quedam abiectio laudabilis.
Quedam abiectio terribilis.
Quedam abiectio damnabilis.
Quedam abiectio miſerabilis.

Eſt ergo quedā abiectio laudabilis ⁊ virtuoſa: ⁊ iſta eſt quando homo abijcit a ſe illa que ſunt ſibi contraria ad ſalutem. Natura enim ſi ſit potens per ſe abijcit ſuperflua ⁊ nociua: ⁊ maxime quando iuuatur aliqua medicina. Sic ⁊ nos adiuti medicina verbi dei et gratie diuine debemus abijcere ⁊ fugere cōtraria ⁊ nociua ⁊ illa que ſuperfluūt ad ſalutem. Unde Jone. iij. Surrexit rex de ſolio ſuo abiecit veſtimentum ſuū: et indutus eſt ſacco ⁊ ſedit in cinere. Ecce igitur hec quatuor que ſunt a bonis abijcienda: ⁊ ſi non actu tamen affectu contemnenda ⁊ fugienda. Abijcere enim debet homo dignitatem ſupernalem. Surrexit inq̄ de ſolio ſcʒ temporalium facultatum: abiecit veſtimentū ſuuʒ id eſt corporalem voluptatem. Indutus eſt ſacco. i. cordialem leuitatem: ſedit inq̄ in cinere. Abijce igitur et contemne mundi dignitatem: q̄r ſcʒ tu debes ſurgere de ſolio mūdane dignitatis ipſamq̄ vilipēdere in corde tuo ⁊ abijcere. Uidemus enim ꝙ apes quando portant mel non volāt alte: immo baſſe circa terram. Sic vere: ſi mel gratie ⁊ deuotionis voluerimus conſeruare: neceſſe eſt ꝙ alta loca dignitatum officiorū ⁊ honorum abijciamus. Surrexit inq̄ de ſolio: quia ſolia prelaturarum officiorum ⁊ honorum non debemus querere vel amare. Juxta illud Eccli. vij. Noli q̄rere a principe ducatum neq̄ a rege cathedram honoris. Qđ eſt contra ambitioſos: qui ſemper querunt ⁊ appetunt loca alta ⁊ ibi pro poſſe: fauore: prece vel precio: aſcendūt q̄uis indigni: ſimiles hedere que eſt arbor debilis et infructuoſa: que tamen aſcendit ſuꝑ altas domos ⁊ turres: ⁊ hoc nō virtute propria: ſʒ virtute alicui⁹ alti muri: vel alicuius alte arboris cui innectit. Sic vero ambitioſi q̄uis ſint debiles ⁊ infructuoſi: viles ⁊ defectuoſi ſteriles atq̄ vitioſi: illi tamen ſemper nituntur aſcendere per ambitionē ad alta loca prelationū ⁊ honorū. Et inde eſt ꝙ multi mali hodie altis turribus ⁊ eccleſijs preferuntur. Sed hoc nō virtute propria: ſed quia ipſi adherent per affinitatem ⁊ familiaritatem alicui alte arbori vel muro: id eſt alicui magno principi vel prelato: cuius quandoq̄ per fictam bonitatem et applauſum: ita fiunt familiares ꝙ per eos promouētur. Ideo de talibus bene loquitur Innocentius lib. de miſeria humane conditionis. Ambitioſus ſemꝑ eſt pauidus: ſemper attentus: ne dicatur ꝙ diſpliceat: humilitatem ſimulat: honeſtatem mentitur: affabilitatem exhibet: benignitatem oſtendit: ſubſequitur ⁊ obſequitur: cunctos honorat: vniuerſis inclinat: frequēter curias viſitat: optimates aſſurgit ⁊ amplexatur: applaudit et adulatur. Bene nouit illud poeticum. Et ſi nullus erit puluis tamen excute nullum. Non ſic chariſſimi non ſic: ſed abijciamus mundi dignitatem: vt ſic de mundi dignitatibus dicatur illud. ij. Regum. j. Montes gelboe nec ros nec pluuia veniant ſuper vos. quia ibi abiectus eſt clypeus fortiuʒ. Surrexit inq̄ de ſolio ſuo: vt de nobis dicatur illud Eſaie. xlvij. Deſcende: ſede in puluere non eſt ſolium vltra filie caldeorū.

¶ Secundo debem⁹ abijcere ⁊ contemnere rerū facultatem. Abiecit inq̄ veſtimentum ſuum. Sicut enim videmus ꝙ arbores in hyeme abijciunt veſtimentum ſuum: ſcilicet folia: et in eſtate recipiunt aliqua noua pro eiſdem. Sic vero nos debem⁹ modo in hyeme preſentis vite turbulenta abijcere: contemnere: diſtribuere et erogare folia et veſtimenta noſtra: id eſt exteriora mundi bona: que ſm̄ Greg. nihil aliud ſunt q̄ quedam corꝑis indumēta: vt ſic in eſtate: id eſt in tꝑe ꝓſperitatis eterne ip̄a recuꝑare poterim⁹ tota noua: q̄r ſcʒ.

Ayuntamiento de Madrid

bona eterna habebim⁹ ꝑ caducis:abiecit inꝙ veſtimē tum ſuum. Figura ad hoc.iiij.Reg.ij.vbi dicitur ꝙ cū helyas aſcenderet in celum abiecit ⁊ dimiſit pallium ſuum. Ad denotandum ꝙ illi qui volunt aſcendere in celum:neceſſe habent veſtem bonorum temporalium abdicare:ꝙ ſi non actu ſaltem effectu. Et hoc eſt ꝯtra cupidos ⁊ auaros:q̄ iſtud veſtimētū frigore nolūt dimittere:ſed ſibi fortius aggregare. Nam ſicut frigore inualeſcente ſolent homines veſtimenta non abijcere ſed ea ſibi aſtringere:⁊ ita eis ſe inuoluere.Sic vero q̄ hodie tales frigore indeuotionis ſunt artati:ideo conſtringuntur per parcitatem ⁊ in veſtimentis bonorū temporalium ſe inuoluunt per eorū affectum ⁊ cupiditatem. Dicunt enim illud Apocalip. xvj. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua:ne nudus ambulet. Quia ſicut dicitur Prouerb. xxvj. Non eſt bonū ꝙ hō amittat pallium ſuum in die frigoris.Nō ſic chariſſimi:ſꝫ

C abijciamus rerum facultates. Abiecit veſtimentum ſuum. ¶ Tertio dico.ꝙ debemus abijcere carnis voluptatem:quia debemus eſſe induti ſacco:quod eſt indumentum aſperum:per quod penitentie aſperitas deſignatur:per quam abijcitur carnis voluptas. Sicut enim videmus ꝙ arbores abijciunt ⁊ emittunt in eſtate humorem groſſum ⁊ viſcoſum:ſicut apparet de pinis ⁊ cinis. Sic vere chariſſimi nos debemus a nobis abijcere omnem viſcoſitatem carnalitatis ⁊ voluptatis:quia debem⁹ indui ſacco.i.duritie penitentie ⁊ aſperitatis. Iuxta illud Iob.xvj. Saccum conſui ſuper cutem meam:vt de tali abiectione dicatur illud Gen.xxi ꝙ agar abiecit puerum ſubter vnam arborem. Puer enim carnis impuritatem ſignat quā ſub arbore crucis vir prudens abijcit atꝙ domat.Et iſtud eſt contra delitioſos qui voluptates non abijciunt ſed recipiūt: Non deſpiciunt:ſed aſpiciunt. Non deteſtant:ſed eas

D totis viribus amplexātur. Non ſic:ſed abijciam⁹ oēs voluptates. Indut⁹ eſt inquā ſacco ¶ Quarto dico: ꝙ nos debem⁹ abijcere cordis leuitatem.Sedit inꝙ in cinere. Per ſedere enim intelligitur quies ⁊ ſtat⁹:per cinerem autē intelligitur memoria mortis ⁊ noſtre incinerationis: q̄ vere ſi homo ſedet in memoriā mortis ſue omnes motus leuitatis penitus abijciūtur: ita ꝙ homo abijcit ⁊ vilipendit ſeipſum ⁊ efficitur humilis ⁊ quietus.Eſt enim conſideratio mortis ſimilis cuidam lapidi precioſo qui dicitur galatrides:qui eſt lapis colore cinereus qui incluſus in ore mētem turbat: circūdatus collo vbera lacte replet:ſi cum aqua tritus fuerit ⁊ oues inde aſpergantur lacte non modico fecūdantur. Alligatus femori facilem facit partū. Talis eſt conſideratio mortis. Iſta enim eſt cinerea propter hoc ꝙ cinis noſtre reſolutionis per eā intuetur. Iſta igitur primo mentē turbat:quia.ſ.facit hominem timidum ⁊ turbatum ⁊ a leuitate ⁊ inſolentia alienum. Si etiam homo ipſum circūdederit ⁊ alligauerit menti ſue:vere lac niueum ⁊ dulcis compaſſionis affluenter habebit:maxime ſi fuerit ouis ſimplex bon⁹ et benignus.Et partum bonorum operum faciliter facit. Et ideo faciamus ſm documentū Hieronymi in quadam epiſtola:vbi dicit.Memento mortis ⁊ non peccabis:quia qui ſe moriturum quotidie recordetur:vilipēdit preſentia ⁊ accelerat ad futura. Habeamus igitur conſiderationem mortis.Sedit inquā in cinere: vt ſic dicat quilibet illud Iob.xvj. Operui cinere carnē meā. Bene igitur dicebat Dauid. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei ⁊c. Eſt igitur abijcienda leuitas mentalis voluptas carnalis:facultas mundana: dignitas hūana. Iſta eſt igitur prima abiectio que eſt laudabilis ⁊

E virtuoſa. ¶ Secundo vlterius dico:ꝙ eſt quedā abiectio damnabilis vitioſa:de qua Iudicū.j. Remiſerunt eos vacuos ⁊ ſine honore abiecerunt:vbi oſtenditur ꝙ eſt quedam abiectio infidelitatis. Uacuos inquit. Itē alia abiectio ignobilitatis ſine inquit honore. Quidā igitur abijciuntur infideliter. Remiſerunt inquit vacuos. Et iſtud potiſſime facit diabolus:vſurari⁹:mala mulier. Iſti enim promittunt plenitudinem vt introducant vacuitatem. Ideo iſti ſunt ſimiles aranee: que primo in laqueis ſuis capit muſcam ⁊ ſtatim trahit eam ad foramen ⁊ cauernam ſuam:⁊ ibi ſuggit omnem humorem ei⁹: ⁊ ſtatim poſtꝙ ipſam videt vacuā ab humore eijcit eam. Si vero chariſſimi diabolus inuoluit hominem in laqueis malarum ſuggeſtionum ⁊ tentationum. Uſurarius pauperes in laqueis falſarum promiſſionū. Mulier luxurioſum in laqueis malorum geſtuum:aſpectuum ⁊ verborum. Qui omnes cum ita capti fuerint:procerto ſtatim euacuantur humore ſuo. Demon enim ſuggerit humorem gratie ⁊ deuotionis. Uſurarius humorem temporalis poſſeſſionis. Mala mulier humorem diuitiarum ⁊ ſubuentionis:⁊ tunc hodie homine euacuato ſtatim abijcitur: nec ab eo amplius reputatur. Mulier enim abijcit ribaldum ſi non habet qd donet: vſurarius pauperem ſi non habet quod vendat:diabolus peccatorem:ſcilicet a vita iſta per mortem:ſi non habet humorem gratie:qui eum defendat Hiere.xiiij. Reportauerunt vaſa ſua vacua. Iſtud fuit figuratum Iudicum.xvj.vbi ſanſon tonſus eſt a dalila: ⁊ poſtea abiectus ab ea ⁊ traditus philiſteis. Sic diabolus: vſurarius ⁊ mulier tondent hominem ⁊ auferunt ei capillos. Diabolus capillos virtutum ⁊ gratiarum:vſurarius capillos ⁊ vellus pratorum ⁊ vinearum:mulier autem vellus veſtiū ⁊ pecuniarum. Et tunc abijcitur miſer homo:vt dictū eſt:⁊ philiſteis traditur.i.vermibus in ſepulcro:⁊ ignibus in inferno.ſ.peccator balliuis ⁊ aduocatis.ſ. pauper. Et breuiter iſti ſunt obprobrium hominum ⁊ abiectio plebis. Uacua enim eſt ſpes illorum ⁊ labores ſine fructu. Sapien.iij. Alij etenim abijciuntur ignobiliter a deo:⁊ iſti peccatores ⁊ iniqui quos deus abijcit a gratia ſua qui ſunt ſimiles quem iudex abijcit condemnando vt ſuſpendatur. Sic iſti a deo eiecti et propria voluntati dimiſſi infernali patibulo deputantur Nam ſicut ribaldus a taberna abijcitur poſtꝙ totū expendit totus nudus. Sic peccator a mundo tot⁹ nudus abijcitur in infernū. Poſtꝙ quicquid habebat gratias.ſ.⁊ virtutes male viuendo conſumpſit in hac vita. Homo enim ſolet abijcere illud de quo nō curat Sic deus tales ſm occultas regulas ſue predeſtinationis abijcit.j.Reg.xv. Abijcit te dñs ne ſis rex ibidem. Ne reſpicias vultū quoniam abieci eum. Iſta eſt igitur abiectio terribilis ⁊ luctuoſa.

## Abire.

Nota ꝙ oēs actus humani non ſunt niſi vnū abire:oīa enim conſiſtūt in trāſitu ⁊ motu:ſiue bona fuerint ſiue mala. Sic enim ex ſcriptura poſſumus elicere: ꝙ nos inuenimus. A

Abire fluctuoſum:quod eſt temporalitatis.
Abire luctuoſum:quod eſt mortalitatis.
Abire virtuoſum:quod eſt ſagacitatis.
Abire gaudioſum:quod eſt felicitatis.
Abire vitioſum:quod eſt iniquitatis.
Abire doloroſum:quod eſt penalitatis.

Dico igitur ꝙ eſt vnum abire inſtabile ⁊ fluctuoſum: ⁊ iſtud eſt abire omnium rerum temporalium:que ſcilicet continue abeunt; tranſeunt ⁊ recedunt: ſiue ſint pſpera ſiue aduerſa. De proſperis dicit in ps. Abierūt in ſicco flumina. De aduerſis vero dicitur Canticorū ij. Hiems tranſijt imber abijt et receſſit ſurge amica mea et veni. Etiam celeſtia ⁊ terreſtria localiter vel formaliter per quaſdā mutationes abeūt. Unde dicitur. Apocalipſis.xx.et.xxj. Primum enim celum et pma terra abijt: et mare iam non eſt. Iſtud eſt igitur abire fluctuoſum. ¶ Secundo dico ꝙ inuenio abire luctuoſum et iſtud eſt curſus ad mortem. omnes enim continue de vita ad mortem abiunt et procedunt. Unde Thobie.viij. Abierunt vt foderent ſepulcrū. Et de illo qui iamdiu mortuus eſt: acſi reſponderetur illi queſtioni Canticorum quinto. Quo abijt dilectus tuus. Et dicitur Prouerbiorum ſexto. Non eſt vir in domo: ſcilicet in corpore abijt via lōgiſſima: ſcilicet B

in mortem

Ayuntamiento de Madrid

in moꝛtem. In die plene lune:ideſt in reſurrectione re-
uerſus eſt: Et iſtam abitionem preſentiens dauid di-
cebat in.ps. Remitte mihi ut refrigerer priuſq̄ abeaꝫ
⁊ amplius non ero. Iſtud eſt igitur abire luctuoſum.
¶ Tertio vero dico ꝙ inuenitur abire virtuoſum:⁊ ē
iſtud: qn̄ hō abit ⁊ progreditur de bono in melius vł
de malo in bonum. Et ſic nota ꝙ eſt abire.

Ad penitentie refrigerium.
Ad obedientie miniſterium.
Ad ſapientie magiſterium.
Ad deuotionis oratoꝛium.
Ad cōtemplatiōis ꝓmōtoꝛium
Ad confeſſionis purgatoꝛium.
Ad predicationis clamatoꝛium.
Ad virtutum viridarium.
Ad ſepulcri doꝛmitoꝛium.
Ad iudicij conſiſtoꝛium.
Ad inferni conflatoꝛium.
Ad paradiſi refectoꝛium

Abeamus ad pe-
nitentie refrige-
riuꝫ.ij. Reg.iiij.
Abierunt per viā
deſerti. Item ad
obdientie mini-
ſterium.iij.Reg.
xvij. Abijt ⁊ fecit
iuxta verbuꝫ do-
mini. Item ad de-
uotionis orato-
riū. math.xxvj.
Abijt ⁊ orauit tertio eundem ſermonem. Item ad cō-
templationis ꝓmōtoꝛium.ij.Paralip.j. Abijt cū vni
uerſa multitudine in excelſum. Item ad confeſſionis
purgatoꝛiuꝫ. vnde Joh.viij. Abijt ⁊ lauit ⁊ venit vidēs
Abijt ergo plenitudo: lauit confitendo: venit videns
miſericoꝛdiam conſequendo. Item ad predicationis
clamatoꝛium.ij.Regum.xx. Abijt amaſa vt conuoca
ret iudam. Item ad virtutum viridarium.j.Regum.
xviij.ca. Surgens dauid abijt in accaron: quod inter
pretat̄ paſcua: ſignans virtutes que ſunt paſcua ani-
marum. Item ad ſepulcri doꝛmitoꝛium .ſ. cogitando
de moꝛte.j.Regum.xxij. Abijt dauid ⁊ latuit in ſpelū-
ca. Et.j. Regum.ij. Elchana abijt in ramatha: quod
interpretatur: moꝛtem vidit. Item ad iudicij conſiſto
rium. Joh.x. Abijt iterum transioꝛdanem. Joꝛdanis
enim interpretatur: riuus iudicij. Item ad inferni cō-
flatoꝛium: quia ſcilicet per conſiderationem: neceſſe
eſt abire aliquotiens in infernuꝫ.ij. Reg.v. Abijt rex
ad Jebuzeum qđ ſcilicet interpretatur vallis meſticie
ſignificans infernum. Item ad paradiſi refectoꝛium.
vnde.j. Paral.xj. Abijt dauid ⁊ omnis iſrael in Iheru-
ſalē. vn̄ ij. Reg.iij. dicitur. Quod abner abijt vt lo-
queretur dauid in ebꝛon qđ interpretatur viſio ſempi
terna. Iſtud eſt igitur abire virtuoſum de quo.ſ. mo-
do qui abierit ſaluus erit: iuxta illud.j. Regum.xix.
Abijt itaqꝫ dauid ⁊ aufugit atqꝫ ſaluatus eſt. In tali
igitur abitione eſt perſeuerandum: ⁊ nunq̄ ab itinere
recedendum: iuxta illud.ij. Regum.j. Sagitta Jona-
the nunq̄ abijt retroꝛſum. Eſt igitur vnuꝫ abire vir-
tuoſum. ¶ Quarto dico: ꝙ eſt vnū abire gaudioſum
D ⁊ iſtud eſt abire beatoꝛum: qui poſt preſentem miſeriā
abeunt ad gaudia paradiſi.iij. Regum.xij. Abijt iſ-
rael i tabernacula ſua. Uide ſup̄ immediate. ¶ Quin
to dico ꝙ eſt vnū abire vitioſum Et eſt illud quo ma-
li qui nunq̄ habent ſtatum ſemper abeunt ⁊ tranſeūt
ad iniqua. Abeūt enim de bono in malum multiplici
mala via: videlicet.

Per iniquitatem.
Per fallacitatem.
Per cupiditatem.
Per carnalitatem
Per pompoſitatē.
Per vagabilitatē.
Per infidelitatem.

Dico per iniquitatē.j. Ma
chabeo.vj. Abierunt ad re-
gem viri iniqui. Secūdo per
fallacitatem. Matth.xxij.
Abeuntes phariſei conſilium inierunt vt ieſum cape-
rent in ſermone. Et in ps.j. Beatus vir qui non abijt
in cōſilio impioꝛum. ¶ Tertio per cupiditatem: ſicut
ille qui abiēs fodit in terram ⁊ abſcondit talentū. Et
ad literā auari fodiunt in terra talentum: vel ſpiritua
liter loquendo. In terra.i. in bonis terrenis abſcon-
dunt talenta ſua.i. dona ⁊ ingenia ſibi a deo conceſſa.
Unde de auaricia talium poteſt dici illud Oſee.v. Ef-
fraym fract⁹ iudicio quoniā cepit abire poſt ſoꝛdes.
Et cum Eccli.xxxj. dicitur. Beatus diues qui inuen-
tus eſt ſine macula ⁊ qui poſt aurum non abijt. Item
quarto abeunt per carnalitatem Hiere.vij. Abierūt
in voluptatib⁹ ⁊ in prauitate coꝛdis ſui mali. ¶ Quin-
to per pompoſitatem: exemplo Jude: de quo dicitur.
Matth.xxvij. ꝙ abiēs laqueo ſe ſuſpēdit: quia ſcꝫ pō-
poſi laqueo male complacētie in altum per iactanti-
tiam ⁊ inanem gloꝛiam ſe ſuſpendunt. ¶ Sexto ꝑ va-
gabilitatem. Sicut inconſtantes ⁊ inſolentes ⁊ vagi
Eſa.lvij. Abijt vagus in via coꝛdis ſui vias ei⁹ vidi ⁊ di
miſi eum. ¶ Septimo per infidelitatē.ſ. per idolola-
trias ⁊ ſoꝛtilegia Hiere.xiij. Abierunt poſt dios alie-
nos. Iſte ſunt vie per quas mali abeūt per abire vitio-
ſum. ¶ Sexto vero principaliter dixi. ꝙ eſt abire dolo E
roſum: ⁊ eſt illud per quod damnati in moꝛte abeunt
in toꝛmentum Hiere.xiiij. Pꝛopheta ⁊ ſacerdos abie-
runt in terram quam ignoꝛabant Treno.j. Abierunt
in captiuitatem ante faciem ſubſequentis. ¶ His igi
tur premiſſis dicendum eſt aliquid latius de abire vir
tuoſo: qđ ſcꝫ eſt quando homo abijt de vitijs ad virtu
tem: de malo ad bonum. De mundo ad patrem Luce
xix. Homo quidam nobilis abijt in regionem longin
quam accipere ſibi regnū. In quib⁹ verbis oſtendit: ꝙ
nos debemus abire de imprudentia ad diſcretionem
Homo: de iniuſticia ad perfectionem: nobilis: de indi
gentia ad refectionem: ⁊ de ignominia ad prelationeꝫ
quia abijt in regionem longinquā accipere ſibi regnū
Debet enim homo abire
Ad ſcientiam vt doceatur.
Ad iuſticiam vt compleatur.
Ad celi opulentiam vt repleatur.
Abire igitur debet de imprudētia ad diſcretionem qđ
notatur cum dicitur. Homo quidā. Eſt enim hō ani-
mal rationale ad denotandū ꝙ nos debemus eſſe ra-
tionabiles ⁊ diſcreti: ⁊ ſm ratiōem dirigere act⁹ nr̄os.
Et iſtud pꝛohdoloꝛ eſt contra multos qui ratione nō
videntur homines ſed beſtie: rationes videntur peni-
tus amiſiſſe quia.ſ. ſm ſenſum nec ſm rationem fa-
ciūt facta ſua. Tales maxime ſunt illi quos mūdi pꝛo-
ſperitas excecauit qui nō cogitant de futuris conten-
ti de preſentibus: ſicut ſunt mundi diuites luxurioſi ⁊
auari. De iſtis loquitur in ps. Homo cum in honoꝛe
eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipien
tibus ⁊ ſimilis factus eſt illis. Iumētis inquit homo
enim habet faciem ⁊ ſtaturam erectam: ad denotāduꝫ
ꝙ coꝛ eius debet eſſe erectum ſuperius ad deum et ad
celeſtia per deſiderium ⁊ affectum. Sed iſti ſunt ſimi-
les iumentis: quia coꝛ ⁊ mens ipſoꝛum ad terram per
auariciam inclinatur. Iſti ſunt ſimiles ſymie que ha
bet humanam effigiem: verūtamen caret humana ra
tione: piloſus etiam eſt vt eius vultus et ſtatura ver-
titur verſus terram. Et ſicut dicit Plinius. Symia
in plenilunio multum letatur et in defectu triſtatur.
Reuera tales ſunt mundi diuites: qui q̄uis effigiem
habent humanam: tamen non rationem: quia mens
eoꝛum deberet eſſe erecta ad eterna: ipſi tamen moꝛe
ſymie inclinantur inferius per auaritie appetitum.
Pſalmus. Statuerunt oculos ſuos declinare in ter-
ram. Iſti etiam ſunt piloſi velleri diuitiarum penitus
inuoluti. Et ideo iſti letantur in plenilunio: quia to-
ta leticia mundanoꝛum: quando luna: ideſt defecti-
bilis proſperitas ad plenum eius lucet. Juxta illud
Eſaie.xl. Ambulabūt gentes in lumine tuo: ⁊ reges in
ſplendoꝛe oꝛtus tui. Sed pꝛohdoloꝛ in fine menſis.i.
in fine huius vite.ſ. iſta lune claritas deficiet: qꝛ mun
di pꝛoſperitas eis ceſſabit: et tūc erunt triſtes in infer-
no Ezech.xxxj. Merere faciā oīa lumina celi.i. claros
mūdi diuites ⁊ potentes: qꝛ certe ſolē nube tegā.i. coꝛ-
pus impioꝝ ipſoꝝ qđ ſolū lucere in ſua patria videba
tur nube ſudarij inuoluā: ⁊ luna.i. mūdi ꝓſperitas nō
dabit de cetero lumē ſuū. Nō ſic chariſſimi nō ſic. Nō
ſimus ſimie nec iumenta: ſꝫ veri hoīes rationabiles ⁊
diſcreti: quia vere nos debemus abire de prudentia ad
diſcretionē. Homo quidā. Ad hec enim debem⁹ abire

Ayuntamiento de Madrid

vt de impꝛudētibꝰ docti fiamus: ⁊ vt de beſtijs vel lapi
dibus hoīes ſimꝰ: exemplo imaginis eburnee pigma
leonis. Que cum eſſet eburnea ſine ſenſu in hominez
ſm fabulas eſt mutata. Abijt inqui homo. Ruth. j.
Facta eſt fames in terra. Abijtq; homo de bethleem
iuda vt peregrinaretur: vt ſic quilibet talis poſſit di-
cere illud. Apoc. x. Abij ad angelum dicēs vt daret mi
hi libꝛum. Angelus enim ſignat ſubtilem doctoꝛem:
liber autem ſignat ſcientiam ⁊ doctrinam. Abeamꝰ
igitur de impꝛudentia ad diſcretionem. ¶ Secūdo di
co: ꝙ debemus abire de iniuſticia vel de iniquitate ad
perfectionem. Nobilis enim. ſ. ruſticitatem vitioꝛum
debemus relinquere: ⁊ ad virtutum nobilitatem abi-
re ⁊ tranſire: nobilis inquam. Nam ſicut videmus: ꝙ
cinis de ſua vili conditione tranſit ⁊ mutatur in nobi
lem ⁊ claram naturam. ſ. in vitrum. Sic vero nos de-
bemus conuerti ⁊ mutari ⁊ abire de vili conditione. ſ.
de ſtatu peccati ad nobilem. ſ. ad ſtatum virtutum.
Nobiles inqt vt de quolibet poſſet dicere illud. Pꝛo-
uerb. vlti. Nobilis in poꝛtis vir eius. Unde Caſſi. ſup
Matheum. Ille ſe clarum ⁊ nobilem eſſe putet: qui
ſeruire vitijs dedignatur. Iſta conuerſio ⁊ abiectio fu
it figurata. Apoc. xxj. ca. vbi dicitur. Pꝛimum eniz ce-
lum ⁊ pꝛima terra abijt ⁊ mare iam non eſt. Celuz qđ
eſt ſuperius ſine conditione ſignat animaz que eſt de
ſuperioꝛi ⁊ ſpirituali natura. Terra autem ſignat coꝛ
pus terrenum ⁊ moꝛtale. Mare autem ſignat amari
tudinem in peccato. Dicam igitur: ꝙ pꝛimum celum
⁊ pꝛima terra. i. pꝛime conditiones ⁊ anime ⁊ coꝛpoꝛis
defectuoſe ⁊ vitioſe debent abire ⁊ recedere: ⁊ mare. i.
peccati amaritudo non debent in nobis de cetero re-
periri Iuxta illud Ro. xij. Renouamini ſpiritu men-
tis veſtre. Et iſtud eſt contra multos qui reuera non
mutātur de malo in bonuz ſed potius de bono in ma-
lum. De quibus dicitur. Hiere. vij. Nō audierūt neq;
inclinauerunt aurem ſuam ſed abierunt in volupta-
tibus ſuis ⁊ in prauitate coꝛdis ſui mali. Non ſic ſed
nobilitatem virtutis acquiramꝰ: nobilis inquit. De-
B bemus igitur abire de iniuſticia ad perfectionem no
bilis. ¶ Tertio debemus abire de indigētia ad reple
tionem. ſ. de amoꝛe mundi ad amoꝛem eternoꝛum: qꝛ
ſcilicet nos debemus abire per deſiderium ⁊ affectum
de mundo indigenti ⁊ ſterili: ad regionez longinquā
paradiſi vt ibi poſſimus accipere nobis regnum: plā
ta vt communiter non bene pꝛoficit in loco in quo eſt
nata: immo vtile eſt ꝙ traſplantetur vt pꝛoficiat ⁊ cre
ſcat. Sic vere homo qui per affectum ⁊ deſideriū vult
moꝛam contrahere in loco vbi eſt natus ſcilicet i mū-
do vix poteſt pꝛoficere immo vere neceſſe eſt ꝙ alibi. ſ.
in paradiſo per affectum ⁊ deſiderium trāſplantetur
⁊ ꝙ ibi iam per contemplationem ⁊ conſiderationem
accipiat regnum ſuum. Unde dicit Ambꝛoſi. lib. de
virginitate. Diſcite in hoc mundo ſupꝛa mundu; eſſe
⁊ ſi coꝛpus in mundo geritis animus nobilitat in eter
nis. Exemplo virginis glorioſe de qua dicitur Luce. j.
Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatio-
ne. Abeamꝰ igitur in regionem accipere nobis regnū
vt ſic dicamus illud Iohan. xix. Regnum meum non
eſt de hoc mundo. Heu pꝛoh doloꝛ hodie multi nō ſic:
quia hodie quilibet appetit regnare in terra ſua: ſcꝫ in
mundo: ⁊ ibi habere regna ⁊ poſſeſſiones ⁊ officia ⁊ be
neficia: ⁊ de terra lōginqua paradiſi penitus nihil cu
rant. Iſti ſunt ſimiles colūbis que in illo loco vbi na-
te ſunt ⁊ nutrite ſemper volunt nidificare ⁊ pullificare
ꝙuis tam ipſe ꝙ omnes pꝛedeceſſoꝛes ſui ibi cōſueue-
uerunt amittere pullos ſuos. Sic vere fatui peccato-
res non volunt alicubi per affectionem moꝛari: niſi in
mundo vbi ipſi nati ſunt ⁊ nutriti: nec alibi volunt coꝛ
ſuum transferre: ꝙuis tam ipſi ꝙ alij fructus ſuos. i.
diuitias acquiſitas perdere ⁊ amittere ⁊ ibidez poſtea
derelinquere conſueuerunt. Ideo dicitur Oſee. xj. Ef-
fraim ſicut columba ſeducta non habens coꝛ. Unde
ſunt illi de quo dicitur Iohā. xviij. Abierunt retroꝛſuz
⁊ ceciderunt: quod potiſſime de malis eccleſiaſticis di
ci poteſt: qui ſcꝫ abire ante ſe ad bona paradiſi neſciūt
ſed retro ad bona mundi que dimiſerant retrocedunt
nō ſic chariſſimi non. Qꝛ vero non debemus abire de
mundi indigentia ad celi refectionem ⁊ repletionem:
de mētis iniuſticia ad moꝛum perfectionem de coꝛdis
impꝛudētia ad mentis diſcretionem. ¶ Adhuc aduer B
te ꝙ eſt quoddam abire vitioſum quando. ſ. de virtute
ad vitium abitur. Sicut faciūt mali de quibꝰ poteſt
dici illud Iohan. vj. Multi diſcipuloꝛum abierunt re
tro: ⁊ iam cum illo non ambulant: vbi videtur ꝙ mali
abeunt ⁊ recedunt a deo per mentis obſtinationem.
Abierunt inquit retroꝛſum. Item per pacis diſſipatio
nem: cum illo inquam non ambulant. Sunt igit̃ ma
li obſtinati quod oſtenditur: quia ipſi vadunt retro:
quia ſicut cancer non vadit in ante: immo ſemper va-
dit in retro: ſic mali ⁊ obſtinati nihil recte volunt fa-
cere: immo ſemper retro ⁊ econtrario veritati figurati
per vxoꝛem Loth Gene. xix. Que contra domini man
datum reſpexit retro: ⁊ ideo mutata eſt in ſtatuā. Sic
vere tales volunt reſpicere retro ⁊ oblique ad contra-
rium diuine voluntatis: ⁊ ideo fiunt ſtatue: quia ſcꝫ in
inferno perpetuo ſtatuentur Pſ. Ioꝛdanis conuerſus
eſt retroꝛſum. ¶ Quarto dico ꝙ mali recedūt a dei ſo-
cietate. Iam inquit cum illo non ambulant: quia ꝓ
mali non curant de ſocietate: nec dei nec pꝛoximi: im-
mo cuz omnibus volunt habere guerram ⁊ diſſentio-
nem: ſimiles auibus pꝛedalibus que ſole volūt viuere
⁊ alias impugnare: qꝛ ſicut dicitur. ij. Theſſa. ij. Deo
non placent: ⁊ cunctis hominibus aduerſantur.

**Abyſai.** Nota ꝙ abyſai fuit frater Ioab Con- A
ſaguineus dauid. Miles bellicoſus et
foꝛtis peregrinationis belloꝛū ⁊ negocioꝛum ipſiꝰ da-
uid indiuiduus comes: qui interpꝛetat̃ patris mei in-
cenſum mihi vel patris mei ſacrificium meum: ⁊ alio
modo pater ſalutis mee vel patris ſalutare mihi. Per
iſtum igitur accipe quemlibet virum iuſtum dauid. i.
chꝛiſti: per gratiam pꝛoximum ⁊ amicum contra vitia
bellicoſum xpi negocioꝛum comitem: ⁊ tribulationuz
eius participem ⁊ vicinum: qui cum ſit pater ſalutis
de ſe tamen patre noſtro deo: facit ſacrificium ⁊ inſen
ſum. ij. Regum. xxj. Pꝛeſidio fuit dauid filiꝰ ſaruie.

**Abyſſus.** Exaltauit illum Ezechie. xiij. Quo-
niam chariſſimi abyſſus eſt locus
vbi eſt tanta aquarum abundātia ꝙ dato ꝙ totꝰ mū- A
dus ibidem hauriret nūꝙ exhaurire videtur. Maria
talis abyſſus eſt cuiꝰ aquarum: id eſt gratiarum tam
eximia plenitudo ꝙ nūꝙ ipſam exhaurit deuote hau
rientium: id eſt oꝛantium multitudo. Deus enim iſtā
abyſſum videtur feciſſe: vt adaquaret populum ſuuz
velut in abyſſo multa Pſalmiſta. Quia ſm Bernar-
dum. De plenitudine eius accipiunt vniuerſi: vnde
pꝛopꝛie iſta eſt illa terra filijs iſrael repꝛomiſſa: de qua
dicitur Deuterono. viij. Dominus deus tuus intro-
ducet te in terram bonam terram riuoꝛum atq; fon-
tium: in cuius campis et montibus erumpunt flu-
uioꝛum abyſſi. Igitur de abyſſo tractaturi iſtam abyſ
ſum angelicoq; ſalutemus de eius plenitudine gratie
ſtillicidia haurientes. Abyſſus multis modis ſumi-
tur in ſcriptura.

Eſt abyſſus inilluſtrabilis.

Eſt abyſſus inſatiabilis.

Eſt abyſſus imperſcrutabilis.

Eſt abyſſus inexhauſtabilis.

¶ Abyſſus inilluſtrabilis eſt locus damnatoꝛum: ſci
licet infernus qui dicitur abyſſus ab a quod eſt ſine ⁊
byſſus candoꝛ: quaſi ſine candoꝛe Iob. xxxviij. Nun
quid ingreſſus es pꝛofundum maris et in nouiſſimis
abyſſi deambulaſti. Nunquid aperte ſunt tibi poꝛte
moꝛtis et oſtia tenebꝛoſa vidiſti. Et Apocalipſis. xx.
dicitur ꝙ angelus ligauit dꝛaconem et miſit eum in
abyſſum. ¶ Scđo abyſſus inſatiabilis eſt animꝰ aua
roꝝ. Un̄ auarus eſt ille puteꝰ abyſſi ardoꝛis inſatiabi B
lis de quo

Ayuntamiento de Madrid

lis de quo dicit. Apoc. ix. Johãnes ſtellã vidit in terras cecidiſſe. ⁊ data eſt ei clauis putei abyſſi: ⁊ aperuit puteum abyſſi: ⁊ aſcendit fumus putei ſicut fum⁹ fornacis magne. Auarus enim dicitur ſtella: ꝑpter ſplẽdorem proſperitatis. dicitur cadere in terra: ꝑpter curam terrene facultatis. Dicitur puteus abyſſi: ꝑpter profunditatẽ inſatiabilis. dr̃ habere fumũ fornacis: ꝑpter affectuꝫ cupiditatis. ¶ Dixi tertio: ꝙ eſt abyſſus
C inſcrutabilis videlꝫ diuinitatis profunditatis. deus enim ⁊ res diuine dicunt abyſſus: eo ꝙ ꝑpter profunditatẽ ſue immenſitatis nõ poſſunt ab oĩbus pſcrutari: nec cognoſci: apprehendi. ⁊ ſicut ſapiens Eccli. i. dicit Arenã maris ⁊ pluuie guttas quis dinumerauit Altitudinẽ celi. latitudinẽ terre. ꝓfunduꝫ abyſſi quis dimenſus eſt. ſapientiã dei precedẽtẽ oĩa quis inueſtigauit? q. d. Imperſcrutabilia ſũt. ps. Iudicia tua abyſ
D ſus multa. ¶ Dixi quarto ꝙ eſt abyſſus inexhauſtibilis ⁊ eſt ſagacitas pfectoꝝ ſeu ſubtilitas ſapiẽtium et doctoꝝ: qꝛ pro certo abundantia ſcientie ⁊ ſapientie necnõ virtutuꝫ ⁊ gratie ipſoꝝ ſanctoꝝ doctoꝝ eccleſia abyſſus dr̃: eo ꝙ exhauſtibiliter ibidẽ omnis popul⁹ adaquat: ⁊ de aquis inexhauſtibilib⁹ ſuarũ ſciẽtiarũ totus hortus eccleſie irrigatur. Vñ illud ſupradictuꝫ. In cuius mõtib⁹ erumpunt fluui orũ abyſſi: vt ſic de quolibet ſctẽ eccleſie doctore dicat illud Eccli. xxiiij. A mari eñ abundauit cogitatio ei⁹: ⁊ cõſiliũ eius velut in abyſſo magna. Et ſequitur ſtatim de ſapientia talis viri. Ego ſapientia effudi flumina. ego quaſi trames aque immẽſe de fluuio. Ego quaſi fluuius dorix. exiui de paradiſo dixi rigabo hortũ plãtationũ. Et qꝛ chariſſimi iſte beatus Thomas qui etiã abyſſus iterpretatur. abyſſum totius ſcientie in ſe cõtinuit et habuit. Hinc eſt ꝙ talis abyſſus eñ ſuarũ ſcientiarũ et gratiarum cõgrue pono thema meũ. Abyſſus exaltauit eũ. vbi ſupra. Igit dico chariſſimi: ꝙ iſte beatus doctor verbis iſtis a tribus principaliter cõmendatur videlꝫ. A figuratiua promotiõe. Iſte eñ nominat figuraliter: qꝛ dicitur Abyſſus. A prerogatiua promotiõe Iſte ſublimat ſupernaturaliter. qꝛ exaltauit. A demõſtratiua perfectione. Iſte predicat demõſtrabiliter: qꝛ dicitur eũ. Dico igit primo: ꝙ iſte cõmendatur a quadã nominatione: qꝛ dicitur abyſſus. Video eñ in mũdo ꝙ precioſe reliquie nõ nude hoĩbus oſtenduntur. immo criſtallis vel aliꝫs opculis cõtegunt. video etiã ꝙ fructus arboꝝ natura folijs operit ipſoſqꝫ ſub velamine cõtegit ⁊ abſcõdit. Video inſuꝑ ꝙ notabilia facta ſcripture nõ nude ⁊ publice demonſtrant: immo ſub figuris et enigmatib⁹ inuoluunt. modo ſic eſt ꝙ iſte beatus põt cõparari reliquijs precioſis: põt cõparari arborib⁹ fructuoſis. Põt inſuper aſſimilari operib⁹ ⁊ negocijs glorioſis. quapropter bene concludo ꝙ ipſius ꝓprietates debuerũt nobis nomiari ⁊ dici ſub quibuſdã nominib⁹ obſcuris ⁊ enigmatib⁹ tenebroſis. Igitur iſte abyſſus dr̃: ⁊ ſub iſto nomine ipſius virtus multiplex deſignatur. Et ſic dico bene ꝙ iſte cõmendatur a quadã figurali nominatiõe. Abyſſus inquit. vt ſic de talis nominis periculo intelligat illud ps. Abyſſus ſicut veſtimentũ amictus eius. Et videte ꝙ p iſtud vocabulũ abyſſus: ꝗ nihil aliud eſt ꝙ aquarum immenſitas. ⁊ potiſſime marinarũ. ſicut de mari rubro ⁊ ſubmerſione Pharaonis dr̃ Exo. xv. ꝙ abyſſi operuerũt eos deſcenderũt in ꝓfundũ quaſi lapis.
E Poteſt proprie intelligi iſte ſanctus iſte doctor: ⁊ etiã quilibet eccleſiaſticus: ⁊ maxime religionis ſue profeſſionis ſectator. Habet eñ abyſſus.

| | |
|---|---|
| Latam capacitatem. | Sic vere iſte fuit capax: ꝑpter latã dilectionẽ. Profũ |
| Ymam ꝓfunditatem. | dus: ꝑpter hũilẽ affectionẽ |
| Certam mobilitatem. | Mobilis: ꝑpt ſedulã ſubiectionẽ. Obſcur⁹: ꝑpter dei- |
| Fuſcaꝫ obſcuritatem. | ctã ꝯuerſationẽ. Sonor⁹: ꝑ |
| Magnã ſonoritatem. | pt altã pdicationẽ. Cert⁹ et |
| Certam ſtabilitatẽ. | limitat⁹ ꝑpt. repſſaꝫ euaga |
| Plenã ſonoritatẽ. | |
| Multã diuerſitatẽ | |

tionẽ. Plen⁹ ⁊ immẽſus propter ſciẽtie ſeu gratie redũdationẽ. Fructuoſus propter mundanã tribulationem. ¶ Perſequamur igitur chariſſimi iſtas. ſcilicet proprietates iſtius abyſſi ⁊ ipſas ad vtilitateꝫ noſtrã tam de ipſo: ꝙ de quolibet religioſo ⁊ eccleſiaſtico et moraliter exponamus. Et dico primo. ꝙ abyſſus habet latã capacitatem: quia procerto iſte habuit latitudinem ⁊ charitatem dilectionis. Nam ſicut latitudo abyſſi tãta ẽ ꝙ ipſa continet omnes aquas nõ ſolum dulces: immo etiam amaras. Sic vere vir iuſtus debet habere charitatem ita latam ⁊ extenſam: quia oẽs homines debet continere: non ſoluꝫ dulces. i. amicos familiares ⁊ notos. immo etiam amaros ideſt inimicos extraneos ⁊ remotos. vt ſic de ipſa charitatiua cõtinentia poſſit dicere illud Jone. ij. Abyſſus vallauit me pelago cooperuit caput meum. quod tamẽ eſt cõtra multos qui non videntur eſſe lati ſed ſtricti. non extenti ſed retenti. nõ capaces ⁊ charitatiui: ſed aliorũ fugaces ⁊ ſuꝑpſius conſtricti et concluſi. Et ideo iſti videtur eſſe ſimiles cuidam vaſi. de quo loquitur Ariſtotel. ꝙ ſi fiat de cera virginea vndiqꝫ clauſum ⁊ ponatur in mari intrabit in eo aqua dulcis verũtamen non amara. Sed ꝟo tales qui in mare iſtius mundi amari ſunt poſiti. videntur vndiqꝫ conſtricti ⁊ clauſi quod bene apparet: quia in corde ſuo affectionis charitatis bene poteſt intrare aqua dulcis: id eſt: illi qui ſunt eis dulces ⁊ delectabiles. ſ. cõſanguinei et amici. Sed ꝓ certo aqua amara: id eſt: illi triſtabiles ⁊ amari. ſ. inimici ⁊ extranei nunꝙ intrãt capacitatẽ cordis ſui. quod bene patet de nuncijs domini ⁊ prelatis qui non curãt promouere nec in corde per dilectionẽ habere: niſi ꝯſanguineos ⁊ amicos: dimittẽtes. ꝗꝙ ſint digniores. extraneos longinquos. Iſti igitur nõ ſunt abyſſus lata: ſed abyſſus cõſtricta et congelata aqua Job. xxxviij. dicitur in ſimilitudinẽ lapidis induratur aque ⁊ ſuperficies abyſſi conſtringuntur. Nõ ſic iſte ⁊ non ſic qlibet eccleſiaſticus: qꝛ pro certo iſte habuit la-
tam capacitatẽ charitatẽ dilectiõis. ¶ Secũdo dico: F
ꝙ iſte habuit imã profunditatẽ humiliatiue affectionis: abyſſus enim tantã profunditatẽ habere noſcit: ꝙ in pleriſqꝫ locis eius fundus nõ inuenitur. Et ideo dicitur abyſſus ab a. quod eſt ſine. ⁊ baſi. quaſi ſine baſi. i. fundamẽto ⁊ fundo. ⁊ reuera talis fuit hic: ⁊ talis debet eſſe quilibet eccleſiaſticus: quia vere iſte debet eſſe per humilitatem ita profundus: ita debet eſſe in ymum per ſuum deſpectũ ſubijcere: quod cunctis debet humiliter ſubiacere: vt ſic dicat humilitas ſua illud Ecci. xxiiij. Gyrum celi circuiui ſola ⁊ profundum abyſſi penetraui. In fluctibus maris perambulaui ⁊ in omni loco ſteti ⁊ in omni populo et gente primatũ habui. Et vere bene loquitur ꝓfunditas ⁊ humilitas iſtius abyſſi. quia vere humilitas eſt iſta virtus: que gyrum celi circuit contẽplatione ⁊ occupatione: que in fluctib⁹ maris. i. in tribulationis amaritudinẽ ambulat patientia ⁊ mentis que in omni loco ſtat perſeuerantia ⁊ duratione: ⁊ in omni populo primatum accipit exaltatione ⁊ promotione: quia ꝓculdubio iſta
humilitas abyſſalis. G

| | |
|---|---|
| Promotionẽ facit acquirere. | Et mũdi tribula- |
| Contẽplationẽ ſolet inducere | tiões ſolet vince- |
| Perſeuerantiã ſolet efficere. | re ⁊ cõtẽnere iſtã. |

diuites peccatores. Et iſti ſignificantur per reptilia
animalia ⁊ ydola domus iſrael.Iſti enim dicuntur re
ptilia: quia ſcilicet ipſi reptant circa terram et terre⸗
na per auariciam.et ſunt venenoſi per iniuſticiam et
maliciam. Iſti dicuntur animalia.quia ſcilicet cru⸗
deles per rapinam et violentiam .et maxime princi⸗
pes et prelati.Sunt etiam ydola domus iſrael. quia
ſcilicet ab alijs adorantur per reuerentiam et obedi⸗
entiam. Et iſti dicuntur depingi in parietibus.quia
ſicut pictura non habet exiſtentiam: ſed apparentiāꝫ
tantum.Si vero tales ita ſunt vani ⁊ ficti qui non ha
bent niſi per apparentiam glorie mūdane.que ad mo
dum picture faciliter diſſipatur.quia ſecundū Sene⸗
cam. Nihil quod ſimulachrum et fictum eſt poteſt
eſſe diuturnum: nec habent etiam niſi apparentiam
in promiſſis: quia ſcilicet multa promittunt et pauca
reddunt. Tales igitur ſunt deo abominabiles.quia ſi
cut dicitur Luce decimoſexto. Quod altum eſt apud
homines abominatio eſt apud deum.Iſti ſunt igitur
mundani preceſſores.¶ Secūdo dico.quod deo ſunt
abominabiles magnatum conſultores.Et iſti ſignan
tur per ſeniores qui thurificabant coram reptilibus.
quia vere dato quod in curijs principum et prelatorū
malorum : ſicut ſeniores ſcientia et etate pollētes in
ipſorum officijs conſtituti.et eorum factores et con⸗
ſiliatores: cum communiter omnes ſtudent thurifi⸗
care et adulari.et nebulam vanorum verborum detra
ctionum.Adulationum falſarum accuſationum cō⸗
ſiliorum malorum et exactionum coram eis eleuari.
Prouerbiorū viceſimoſeptimo . Pauperem falſe ac
cuſando.et contra eum conſilia dando: vbiq; abomi
nabilis eſt apud deum.quia vix inuenitur vnus in ſer
uitio dominorum qui non ſtudeat propoſſe adulari.
quia alr̃s nec diligeretur nec bonus reputaretur. ſed
arrogans et ſuperbus: Ideo dicit Hiero. ad celantiā
Iſto maxime tempore regnat vicium adulationis. qr
pro certo grauiſſimum eſt quia humilitatis et beni⸗
uolentie loco aſſumitur.Et ita hodie ſic qui adulare
neſcit.aut ſuperbus aut inuidus reputetur.Sunt er
go deo abominabiles malorum cōſulatores.quia nō
audent eos reprehendere: ſed ſemper volunt placere.
¶ Tertio ſunt abominabiles vane leticie ſectatores:
et illi plangunt adonydem.ſcilicet iuuenes et iuuen⸗
cule: qui hodie faciunt ſuos plāctus ⁊ ſuſpiria de deo
amoris.Et in iſta leui leticia et vanitate ponunt cor
deſiderium et affectum.quia hodie vix tales loquun
tur niſi de ſuis inanibus amoribus et leticijs deſide
rijs ac meſticijs.ſed vere illi qui modo ſunt meſti pro
pter talem fatuum amorem : erunt meſti finaliter in
inferno.et de flamma ignis mali amoris quem hi vi⸗
dent ſuſtinebunt ignem perpetuum quem non vidēt
Ezechiel.decimoquinto. De igne egredientur et ignis
conſumit eos.Iſti ſunt ergo vane amicicie ⁊ leticie ſeu
vane triſticie ſectatores. ¶ Quarto dico qd̃ deo ſunt
abominabiles mali eccleſie ſectatores.Et iſti ſignan⸗
tur per illos qui adorabant ad ortum ſolis. et qui ver
tebant dorſuꝫ ad altare.Et vere moderni eccleſiaſtici
vertunt faciem ad ortum ſolis.id eſt ad lucem ⁊ ſplen
dorem proſperitatis mundane.Et ad altare. id eſt ad
eccleſiam dei et ad ſeruitium eius vertunt dorſum.
Sicut patet de illis: qui in eſtate receptis fructibꝰ ſta
tim recedūt ⁊ vertūt dorſum. De canonicis cathedra
libus qui intrant vt habeant diſtributionē ſꝫ ſtatim
vertūt dorſum ⁊ recedūt.Et breuiter quaſi oēs moder
ni eccleſiaſtici et religioſi et ſeculares vertūt dorſum
xp̃o et vtilitati ecclie et bonis ſpūalibus. Juxta illud
Hiere.ij.

Ayuntamiento de Madrid

Hieremi. ſecundo Dorſum non faciem verterunt ad me. Et ideo vere dominus oſtendit dorſum ſuum. qꝛ ſcilicet non videtur de eis curare: quia dimittit eos in manus principum et tyrannorum qui perſequuntur et infeſtant. Unde ipſe dicit Hieremͣ. xl. Dorſum ⁊ nō faciem oſtendam eis in die perditionis ipſorum dicit dominus. Iſti igitur ſunt abominabiles deo et mundo. quia hodie eccleſiaſtici propter malam vitam ſuā nec diliguntur nec reputantur ab aliquo. Ideo de talibus dicitur Mala. ſecundo. Abominatio facta eſt in iſrael et in hieruſalē. quia contaminauit iudas ſanctificationem domini. qui dilexit et habuit filiam alieni dei. Judas confitens et glorificans ſignat eccleſiaſticos qui deum debent glorificare et peccata populo confiteri. Alienus autem deus eſt mundus qui a nobis ſicut deus colitur. cum tamen debeᷓret vt alienus repelli. Filia autem iſtius eſt proſperitas. In iſrael igitur et in hieruſalem id eſt in eccleſia que dicitur iſrael videns deum. Per diſcretionem et contemplationem dicitur hieruſalem. pacifica per concordiā ⁊ fidei vnionem. Et hodie pro certo magna abominatio. Quare? Quia certe iudas. i. perſone eccleſiaſtice contamināt hodie per ſua vicia et peccata totam ſanctificationē domini id eſt totum ſtatum eccleſiaſticum. Et hoc quia certe ipſi diligunt filiam alieni dei id eſt proſperitatem quam deberent alienam reputare et refutare Sed pro deo que eſt cauſa quare iſta quattuor genera hominum hodie committunt tot abominationes? ꝓ certo quia ipſi videntur credere ꝙ dominus reliquit terram et ꝙ dominus non videt. Non enim videntur imaginari ꝙ deus eos videat nec ꝙ eos puniat in futurum. Dicunt enim illud Job. xxxvij. Nubes latibulum ſuum nec noſtra conſiderat. Abhominationes ergo ſunt deo mali eccleſie ſeruitores. Malorum diuitum conſultores. vane leticie ſectatores. et mali ſeculi predeceſſores. Unde de muliere ebria ſanguine martyrum ieſu qui portabat vaſculum plenum abominatione. et. c. ¶ Si autē vis notare dic ꝙ apud deum et homines abominabiles reputantur.

Fallaces mercatores.
Mendaces locutores.
Mordaces detractores.
Doloſi ſeductores.
Sanguinis effuſores.
Superbie ſectatores.
Luxurie poſſeſſores.
Crudelitatis actores.
Infidelitatis fautores.

De malis mercatoribus dicitur Prouerbio. xx. Abominatio apud dominum pondus. et pondus. De mendacibus dicitur. Prouerbio. xij. Abhominatio domino labia mendacia. Detractoribus dicitur Prouerb. xxiiij. Abominatio domino detractor. De deceptoribus vero dicitur in pſ. Uirū ſanguinum et doloſum abominabitur dominus. De ſuperbis dicitur Heſter. xiiij. Tu ſcis ꝙ abominer ſignum ſuperbie. et Prouerbio. xvj. Abominatio domino omnis arrogans. De impijs et crudelibus dicitur. Prouerb. xvj. Quod abominabilis domino vita impij. De hereticis ⁊ infidelibus dicitur. iij. Regū. xxj. Quod ille malus rex factus eſt abominabilis tantum ꝙ ſequit ydola. De luxurioſis vero dicitur. Ezechie. xxij. Abominationem in vxorem proximi ſui potiſſime autem peccatum contra naturam eſt abominabile etiam apud alios peccatores. Sicut enim dicunt medici qꝺ colera inaturalis ſcilicet colera nigra ita ē vilis ⁊ corrupta qꝺ etiam muſce non tangunt. ſed abominātur ipſam. Sic vere etiam ipſi mali peccatum innaturale et ſodomiticum deteſtantur. vnde Leuiti. xviij. Cum maſculo non commiſceris coitu femineo. qꝛ abominatio ē. Et breuiter multis viris abominabilibꝰ ⁊ multis viciorꝝ abominationibus eſt hodie plenus mundus. et etiam eccleſie dei ſtatus. Hiere. xvj. Abominationibus impleuerūt ciuitatem meam. Et ideo quia viri abominabiles domini: abominari videntur. Iuxte illud Job. xix. Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei. Non eſt mirū ſi ipſos abominatur et ſi eos pro ceteris deteſtatur. vnde in pſ. Iratus eſt dominꝰ furore in populum ſuum. et abominatus eſt hereditatem ſuam. Et hec de abominatione ſufficiant.

**Abortiuus.** Nota ꝙ ille abortiuus dicit̄ q̄ ex vtero matris naſcitur mortuus. Et ſicut poſſum perpēdere ſignat triplicater in ſcriptura. A

Signat enim
Mortalē conditionē
Pcti infectionē ſeu voluntatis corruptionē.
Hūilitatis dilectionē.

Signat dico mortalē cōditionem. Uita em̄ ꝓſens eſt ita breuis ⁊ miſera. ꝙ q̄ſi videtur mori aniq̄ naſci. Iuxta illud Sap. v. Nos ſtatim nati deſinimus eſſe. Et ideo bene pōt hoc abortiuo cadaueri comparari. ⁊ maxime ꝑ peccatum originale ante moritur q̄ naſcatur. vnde Job deplangens iſtam miſeriam dicebat Job. iij. Quare non in vulua mortuꝰ ſum? Sequitur. Nunc em̄ dormiens ſilerem. aut ſicut abortiuū abſconditū non ſubſiſterē. Item ſignat peccati infectionē. Peccatum em̄ mortale eſt ſicut malus fetus qui mortuus ⁊ corruptus in opus naſcitur ab ipſo vtero volūtatis. ſicut ex multis cauſis mulier parturit abortiuum ſcilicet. Ex tonitrui concuſſione Ex lapidis ꝑcuſſione. Ex ſanguinis effuſione ſeu mutatione vel intuitione. Ex herbarum cōfectione ⁊ deliberata machinatione. Sic anima fetum boni ꝓpoſiti qꝺ concepit: emittit mortuum per peccatū in vtero voluntatis. et ſpiritualiter multis cauſis ſcilicet.

Per tonitruum dyabolice tētationis
Per percuſſionē timoris ⁊ turbatiōis
Per euacuationē ſanguinis id eſt
Per obliuionē dn̄ice paſſionis et
Per cōfectionē male doctrine et erronee eruditionis.

Iſta enim oīa aborſum ſpūale faciunt bonū propoſitū occidunt et fetū mortuū. i. mortale peccatū emittunt. Signat igitur peccati infectionē. ſeu operis imperfectionem. Nume. xij. Obſecro domine ne imputes nobis hoc peccatum. nec fiat hec quaſi mortua ⁊ vt abortiuum quod proijcitur. Et ideo peccatori neceſſe eſt ꝙ bibat ꝺ fonte lēpnas: que eſt in archadia. De quo dicit Iſido. Quod conceptus adunat. et qꝺ virtutem receptiuam iuuans non ſinit fieri abortiuum. talis fons eſt lacrimatio vel deuotio elemoſyna. vel compaſſio. quia pro certo qui iſtum guſtauerit ⁊ habuerit abortiuum peccati ſeu imperfecti operis non faciet ſed conceptum boni propoſiti retinebit Job. xxj. Bos eorꝫ peperit et non abortiuit. vacca peperit et non eſt priuata fetu ſuo. ¶ Item dico. ꝙ ſignat humilem deiectionem: quia ſcilicet humilis ſe reputat abortiuum in q̄tum ſcilicet videt ꝙ per peccatum originale prius inuenitur mortuus q̄ ſit natꝰ Et in q̄tum vili conditioni et modice reputationi naturaliter eſt ſubiectus. vnde apoſtolus de ſeipſo dicit j. Corꝫ decimoquinto. Nouiſſime autem dominꝰ ieſus tanq̄ abortiuo viſus eſt et mihi ⁊c. A

**Abner.** Nota ꝙ abner poteſt mihi ſignificare.

Malum ſuperiorem.
Chriſtum mediatorem
Bonum predicatorem
Simplicem ſeruitorem

Dico igit̄ ꝙ ſignat malū ſuperiorem. quia ſcilicet abner fuit princeps exercitus regis ſaul qui cum deberet quadam vice cuſtodire regem dominū ſuum. obdormiuit et eum in periculo dereliquit. Ideo dicitur ſibi. Filij mortis eſtis vos qui non cuſtoditis chriſtum domini. ſicut dicitur primo Regum viceſimoſexto. Iſte abner regem conſtituit yſboſeth. nec voluit quod dauid regnaret. ſicut dicitur. ſecundi

Regum.ij.Item iſte auerſa haſta occidit aſabel curſorem velociſſimum. ſecundi Regum .ij. Finaliter iſte fuit a Joab fratre eiꝰ aſaclis interfectꝰ. ſicut dicitur iij. Regum tertio. Talis pro certo ſignat multos malos qui hodie principantur in exercitu eccleſie militātis vel etiam in mundo. Iſti enim ſunt dormientes ꝑ negligentiam. et ideo regem chriſtum nec eius eccleſiam nec eius pauperes cuſtodiunt vt deberent: propter quod mortis filij poſſunt dici. Iſti enim ſunt ſicut formido in cucumerario qui nihil cuſtodit: ſicut dicitur Baruch. ſexto. Iſti etiam regem conſtituunt yſboſeth. qui interpretatur vir confuſionis: quia ſcilicet mali principes et prelati conſtituunt hodie reges et magiſtros eccleſie et patrie yſboſeth. id eſt viros cōfuſionis malos ⁊ inutiles perſonas quibus dant officia et beneficia tam eccleſiaſtica q̄ mūdana. Iſti etiam ſcilicet prelati ⁊ mali principes occidūt aſabel curſorem velocem auerſa haſta. Per haſtam enim intelligitur poteſtas iudiciaria que debet eſſe recta et iuſta. rigida et acuta. ad malos puniendos ⁊ iuſtos defendendum. Sed vere iſtam haſtam iſti ſepe auertūt et peruertunt, vt poſſint occidere impugnare et moleſtare aſabel. qui interpretatur pſalmatio dei. id eſt bonos ſubditos et ſimplices. que ſunt dei pſalmatio et creatura: qui velociter ad paradiſum currunt. quia ſcilicet iſti auerſa haſta id eſt corrupta iuſticia et ſub diſſimulatione iudiciarie poteſtatis imponunt tallias. exactiones ⁊ ſubuentiones bonis ſubditis atq3 iuſtis ipſos etiam ſepe ad litteram interimunt et occidunt. Sed vere frater eorum Joab id eſt chriſtus in die iudicij vindicabit. et iſtos malefactores per eternam condemnationē occidet et vulnerabit. Joab enim qui interpretatur pater vel inimicus ſignat deum patrem: qui talibus occidetur finaliter inimicus. Ideo cuilibet pauperi et iuſto dicit dominus chriſtus illud Geneſis decimo quinto. Inimicus ero inimicis tuis: et affligentes te affligam. ſignat igitur malum ſuperiorem. ¶ Secundo dico. ꝙ ſignat chriſtum mediatorē. Abner enim interpretatur pater lucidus vel patris lucerna. Iſte ſicut dicitur. ij. Regum tertio. Adduxit ad dauid vxorem ſuam mychol. quia a patre ſuo ſaul alteri viro fuit nupta. voluit etiam totū iſrael ſubiugare dauid. Sed timens Joab ꝙ dauid faceret eum magiſtrum et ducem exercitus ſui: occidit eum in dolo quaſi pacifice conſulens cum eodē. Dauid eſt deus pater: quia dauid interpretatur vultu deſiderabilis et manu fortis. quia ſcilicet deꝰ pater eſt miſerabilis ſcilicet q̄tum ad bonos miſericordiam faciendo. Manu fortis: q̄tum ad malos iuſticiam exercendo. vxor eius eſt anima humana chriſtiana. quā ſibi per creationem deſponſauit Saul qui eſt pater iſtius ſignat mundum. qui ſaul interpretatur abutens: quia mundus abutitur omnibus bonis ſibi conceſſis: quia ſcilicet iſte filiam ſuam id eſt animam vel humanam naturam alteri viro q̄ deo patri ſcilicet vicijs ⁊ peccatis copularat Joab qui interpretatur inimicus eſt dyabolus: qui eſt humani generis inimicus. Dico igitur ꝙ abner id eſt chriſtus qui eſt dei patris lucerna: voluit ad dauid id eſt ad deum patrem reducere vxorem ſuam id eſt animam chriſtianam. a ſaul id eſt a mundo cum multis vicijs proſtitutam. tunc vero Joab id eſt inimicus dyabolus vel populus iudaicꝰ ſibi inuidēs ipſum occidi et interimi ꝓcurauit. vnde Mathei decimo tertio. Inimicus hō hoc fecit. ¶ Tertio ſignat verum predicatorem: quia quando abner id eſt bonꝰ prelatus vel bonus predicator: vel quicunq3 alius vir perfectus qui reuera poteſt dici pater lucidus per honeſtatem patris lucerna per ſcientie claritatem: qui animam vxoris dauid id eſt chriſti nititur ad eum reducere doctrinis ſcilicet et exemplis. ſtatim adeſt ioab id eſt dyabolus qui timet ꝙ dauid. id eſt chriſtus preficiat iſtam ſuperius in paradiſo. ſibi arridet per ſuggeſtiones et delectationes. ipſumq3 percutit ꝑ temptationes. ⁊ eum occidit per conſenſus et operationes. ¶ Quarto ſignat ⁊c. Et ſic contra inuidos. qui ſtatī cum vident ꝙ dauid id eſt aliquis rex vel dominus. vult abner id eſt aliquam bonam perſonam preficere et promouere: ſtatim in dolo et fallacia occidunt eum per falſas diffamationes: bonumq3 ſuum impediunt q̄tum poſſunt quia conſiderat peccator iuſtū et querit mortificare eum ps.

A

## Abraam.

Cum abraham fuerit ſummus patriarcha et domini ſpecialis amicus videtur ꝙ per abraam poteſt intelligi quilibet homo ſanctus. et maxime in officio prelationis patriarchatus ſeu dignitatis eccleſiaſtice conſtitutꝰ Abraam enim deum amauit et coluit. patriam propriam ad eius mandatum deſeruit. Loth captiuum ſaluauit ⁊ eripuit. Proprio filio ipſe ꝑcere noluit. ſ3 eū occidere voluit. Terre ſancte et incarnatiōis filij promiſſionem habuit nominis mutationem: et augmentationem recipere meruit: ſacramentum circunciſionis accepit. Et tandem in ade ſepulchro in ſpelūca duplici feliciter occubuit. ſicut hec omnia patent in libro Geneſis in diuerſis capitulis ſcilicet a cap̄. xij. vſq3 ad capitulum vigeſimum quartum. Sic vere per omnia vir perfectus debet deum amare ⁊ colere Geneſis vigeſimo primo. Abraam plantauit nemus. Et ſequitur. ꝙ ibi inuocauit nomen dei eterni. ¶ Item debet q̄tum ad affectum pro deo parētes et patriam dimittere. et in mundo ſicut peregrinus manere Geneſis duodecimo dicit dominus ad abraam. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui ⁊ veni in terram quam monſtrauero tibi. quia ſcilicet boni debent patriam et parentes quandoq3 dimittere: vt deo et animo ſuo poſſint liberius intēdere ⁊ vacare. vnde Geneſis vigeſimo. Abraam peregrinatus eſt in geraris. ¶ Item fratrem ſuum Loth. qui interpretatur declinans id eſt proprium affectum quē rex babylonis dyabolus vna cum alijs malis regibus id eſt cum vicinis per malis complacētias detinebat captiuū: debet liberare ⁊ eripere. Et propriū filiū. i. ꝓprium corpus debet per penitentiam morti id eſt mortificationi et macerationi ſi neceſſe eſt dare: et domino inclinare et immolare Geneſis vigeſimo ſecūdo. Vocauit deus abraham dicens. Tolle filium tuum quē diligis yſaac: et offeres mihi illum in holocauſtum. ¶ Item debet ſemetipſum ab omni ſuperfluitate ⁊ vicio per continentiam circuncidere et purgare Geneſis decimo ſeptimo. Abraham nonaginta erat annorum quando circuncidit carnem preputij ſui. Si talis igitur fuerit: tunc deus proculdubio nomen etiā per prelaturam temporalem forſitan mutabit et augmentabit. et eum abraham id eſt patrem multarū gētium id eſt prelatum et principem nominabit dicens ſcilicet illud Geneſis decimo ſeptimo. Non vocabitur nomen tuum abram: ſed appellaberis abraam. quia patrem multarum gentium cōſtitui te. Sic etiam dominus terram promiſſionis paradiſi ſibi promittetur et dabit: et filium ſuum per viſionem beatā eidem communicabit. Luce primo. Juſiurandum quod iurauit ad abraam patrem noſtrum daturum ſe nobis. et eum cum adam. id eſt cum patriarchis et ſanctis in ſpelūca duplici paradiſi. vbi ſcilicet duplex ſtola beatis dabitur. ſepeliet et locabit Geneſis vigeſimo quinto. Fuerunt dies vite abrahe. cxcv. anni. et mortuus eſt in ſenectute bona. ꝓuecteq3 etatis in ſpelunca duplici. Talis igitur ſanctus poteſt dici abraā: ad quem debemus ſicut ad exemplar totius perfectionis attēdere. et ad imitationem ipſius anhelare. Juxta illud Eſa. lj. Attendite ad abraam patrem veſtrum et merito. quia iſte fuit in omnibus virtuoſus. vnde Geneſis vigeſimo quarto. Erat autem abraam ſenex B

dierūq3

Ayuntamiento de Madrid

dicrumqꝫ multorum. In quibus quattuor oſtenduntur a quibus iſte abraam commendatur. Iſte enim habuit firmitatis et conſtantie fortitudinem. Veritatis et ſcientie certitudinem. Pietatis et clementie plenitudinem. Sanctitatis et iuſticie lōgitudinem. Probat firmitateꝫ verbum ſubſtantiuum. Erat. Probat veritatem ſignum aſſertiuum. autem. i. certe. Probat pietatem nomen nutritiuum Abraam. i. pater. Probat ſanctitatē tēpus duratiuum. ſcilicet pſeuerantia ſenex ⁊c. Dico igitur ꝙ iſte abrahā habuit fortitudinem. qđ oſtēditur quando dicitur. Erat. qđ eſt verbū ſubſtantiuū ſignās exiſtentiā pmanentem: qꝛ ſcilicet iſte ſemꝑ fuit in cōſtantia pmanēs atqꝫ fortis. ⁊ cōtra tribulatiōes ſtabilis atqꝫ fortis firmus. ſimilis illis auibꝰ que ſm ſolinū cariſtie nominantur. que quādā ſoliditatē naturalē habēt: qua preualent contra ignes ꝙ per ignes impune tanſeūt. ⁊ ignes ipſos nō vulnerāt ⁊ affligunt: ſed ſine detrimēto in ignibꝰ ſani viuūt Unde etiā de iſto abraam ꝙ in vrbe chaldeoꝝ in igne fuit deiectus. ſed ſine leſione mirabiliter fuit liberatꝰ. Sic vere viri ſancti tantā ſpiritus conſtantiā habuerunt. ꝙ ignes ſpūales ⁊ corporales ſcꝫ Mūdi tribulatiōes. Auaricie infflāmationes. Ire inuidie ⁊ luxurie eſtuatiōes fortiter ſuperauerūt nec eis ſuccubuerūt. ſed victorioſe ſine damno ſui reſtituerūt ps. Igne me examinaſti ⁊ nō eſt inuēta in me iniquitas. vnde etiaꝫ de abraam dicitur Nee. ix. Deus tu elegiſti abraam: ⁊ eduxiſti eum de vr chaldeorūꝫ. ⁊ poſuiſti nomen eius abraā ⁊ inueniſti cor eius fidele corā te. Erat inquit hoc eſt dictu. ꝙ ipſe nō deficiebat. ſed pmanēs ⁊ ſtabilis ſemꝑ erat. vñ Iob. j. Erat vir ille iuſtus et rectus et timens deum. et recedens a malo. Et ſi quis querit. quis erat. vbi erat. ad quid erat. cuiꝰ. erat? Rñdeo ad oīa per hoc verbū. Erat. Quis inqꝫ erat? Rñdeo Ioh iij. Ipſe erat lucerna ardēs ⁊ lucēs. Ubi inqꝫ erat? Reſpōdeo Ioh. j. In mūdo erat ⁊ mūdus ꝑ ipm factꝰ eſt. id eſt reparatꝰ eſt. Ad quid inqꝫ erat? Rñdeo ad illuminandum. ad predicādum. ad docēdum Ioh. j. Erat lux vera que illuminat omneꝫ hominē venientē in hūc mundū. Cuius erat? Reſpondeo xpi. Marci. xv. Vere h homo filius dei erat. Et breuiter nos poſſumus cōcludere illud Luce. xxiij. Vere hic hō iuſtus erat. Patet igit̃ ꝙ hic habuit fortitudinē firmitatis in tolerādo. Erat inquit. Quod ꝓh dolor eſt hodie contra multos: de quibus ſcilicet nō pōt erat: ſed fuerat dici: quia ſcꝫ ipſi nō ſunt ſtabiles vel pmanſiui. ſed potius incōſtātes ⁊ defectiui. De quo Hiere. iiij. dicit̃. Uidi montes: ⁊ ecce mouebātur ⁊ colles ⁊ conturbati ſunt. Intuitus ſum ⁊ nō erat hō. Et ibidē dicitur. Aſpexi terrā et ecce erat vacua ⁊ celos ⁊ nō erat lux in eis. Iſti igit̃ nō erāt ſed fuerāt. qꝛ nō ſunt conſtātes. ſed potiꝰ deſiſtētes. quia ſcꝫ. Mōtes alti ⁊ ſuperiores. Colles. i. medij ⁊ collaterales. Homo animal rōnale. i. clerici ⁊ ſapiētiores. Terra. i. ruſtici. ⁊ inferiores. Celi. i. luminoſi ⁊ regulares. In quibꝰ paciſcunt̃ eclypſiꝫ. ita ꝙ de multis iſtoꝝ meliꝰ verificat̃ fuerāt ꝙ erāt. qꝛ. ſ. ipſi ꝑ incōſtātiā cōmouent̃. Per imbecillitatē cōturbant̃ acſi non eſſent hoīes. Per ignorātiā occultant̃ vel obſcurātur ⁊ ſunt vacui ab omī grā. ⁊ nō eſt lux in eis. i. ſcientia vl̃ bona apparētia. De quolibet inconſtāti pōt dici illud ps. Uidi impium ſuꝑexaltatum et eleuatum ſicut cedrus lybani. tranſiui: et ecce nō erat. Sed non ſic iſte abraam. quia proculdubio ſemper erat.

Erat ſubtilis ⁊ ingenioſus
Erat diligens ⁊ operoſus.
Erat per compaſſionem infirmus et viſceroſus
Erat beate virgini deuotus et obſequioſus.

Sed non ſic iſte abraam: quia ꝓculdubio ſemper erat Qđ iſte eſſet intelligens et ingenioſus dicit̃. Sapien. viij. Puer erā ingenioſus ⁊ ſortitꝰ ſum aīam bonā. Itē ꝙ eſſet diligēs ⁊ operoſus ptꝫ. Prouerbi. xviij. Qñ appēdebat fundamēta terre cū ipſo erā cūcta cōponens. Itē ꝙ eſſet cōpatiēs ⁊ viſceroſus patet Iohā. iiij. vbi dicit̃. Qđ erat quidā regulus cuius filius infirmabat̃ capharnaū. qui ſcꝫ regulus ꝓ ipſiꝰ cura venit ad ieſum. Itē ꝙ eēt beate virgini deuotꝰ et amoroſus pꝫ Iohā. xj. vbi dicit̃. Huic erat ſoror noīe Maria. Et breuiter de iſto abrahā q̄ talis ⁊ tātus erat: pōt dici illud Geñ. xiij. Erat abrahā diues valde in poſſeſſione auri ⁊ argenti. Auri dico ſapiētie. ⁊ argēti eloquentie vel auri ſoliditatis ⁊ cōſtantie. et argenti puritatis et cōtinētie. Patet igit̃ ꝙ iſte abrahaꝫ habuit fortitudinem firmitatis. Erat inquit. Iudicū. viij. Pater noſter abraam tentatus eſt. et per multas tribulationes probatus: amicus dei effectus. ¶ Secundo dico. ꝙ iſte C habuit plenitudinē pietatis. qꝛ dicit̃ abraaꝫ. quod interpretatur pater multarum gentium. Pater vero qui habet liberos enutrire naturaliter eſt pius. nomē eſt pietatis ſicut enim inter feminas parentes ſolent filios diligere: defendere et nutrire. Sic iſte ſubditos: et alios chriſtianos tanꝙ filios dilexit: ipſoſqꝫ documētis et elemoſynis nutriuit et oratione defendit iuriſdictione protexit. Sed de hoc vide primo titulo de patre abraam. Unde Eccleſia. xliiij. Abraam magnus pater iuſtus multitudinis gentium non eſt inuentus ſimilis illi. Et ſi vis dilata: quoniam abraam duos filios habuit. ſicut dicitur Galath. quarto. Et expone quomodo prelati habent ſubditos bonos et malos ⁊c. Uide eam infra et inuenies etiaꝫ de malis patribus qui filios deuorant ſicut infra. Ita ꝙ iam multis poteſt dici illud Luce tertio. Ne ceperitis dicere patrem habemus abraam immo pro certo de prelatis et principibꝰ poteſt dici illud Ezech decimo ſexto. Pater tuus amorreus et mater tua cethea. Expone et nota. ꝙ iſte abraam fuit.

Pater verus per ſpei conſolationem.
Pater iuſtus per morum compoſitionem.
Pater videns per contemplationem.
Pater credens per fidem et mentis iluminationem.

De iſtius igitur leticia et ſpei conſolatione: poteſt dici illud Luce decimo Abraam pater veſter exultauit vt videret diem meum. vidit et gauiſus eſt. De iuſticia ⁊ perfectione dicit̃. ij. Paralyp. xxxvj. capitulo. Tu deus non poſuiſti penitentiam iuſtis abraam yſaac et Iacob. qui non peccauerunt ⁊c. De ipſius contemplatione: poteſt dici illud Geneſis vigeſimo ſecundo Eleuans abraam oculos vidit locum procul. De eius autem fide et illuminatione: dicitur Roma. quarto. Credidit deo abraam et reputatum eſt ſibi ad iuſticiam. Iſte eſt igitur abraaꝫ inquit. vnde de eo poſſumus dicere illud Iohannis octauo. Nūquid tu maior es patre noſtro abraam. Patet igitur. Quod iſte habuit plenitudinem pietatis. ¶ Tertio dico. quod D iſte habuit certitudinem veritatis. quod oſtēditur cū dicitur. Autem. ꝙ idem eſt quod certe. In verbo enim et opere fuit certus et non mendax ſuperſtitioſus aut fictus. nec etiam hypocrita ſeu vanus. Iohannis octauo. Ego autem veritatē dico. Sicut enim videmus quod illud ſpeculum dicitur verum et certum quod oſtendit imaginem ꝓut eſt in re ſiue pulcra fuerit ſiue turpis. Sic vero ille verus et certus dicitur: qui ſine qualibet fictione ſe talem qualis eſt fatetur. Quod tamen eſt contra multos. qui ſcilicet ſunt ſimiles polipis qui ſunt piſces: qui dum ſunt in mari ſepiſſime mutant colorem. Induunt enim more cameleontis formam coloris rei cuiuſlibet conuicine. Ita quod de iſtis vix poteſt ſciri quid ſint duꝫ ſunt in mari. ſicut ait Plinius libro decimoquarto. et vigeſimooctauo capitulo. Sic vere multi ſunt ficti et picti quod colorem conuerſationis mutant et variant multis. ita quod vix de eis poteſt ſciri qui vel quales interius exiſtant. Omnibus eñ conformare ſe volunt et cuilibet applaudere ⁊ ſe bonos oſtendere querūt. et ſic maliciam ſuam

Ayuntamiento de Madrid

tali colore contegunt et abſcondunt. Iſti igitur non ſunt ſpecula vera et plana: ſed potius ſicut ſpecula cōcaua imaginē alio modo ꝙ̄ ſit reddētia et ꝯfidentia. Ideo cuilibet tali perſone pōt dici illud Ezechie. xvj. Feciſti tibi imagines maſculinas ⁊ fornicata es in eis ſumpſiſti veſtimēta tua multicolorra. et veſtita es eis iſti enim imagines maſculinas id eſt bonam conuerſationem oſtendunt: ſed cum ea fornicari dicuntur ꝓ eo ꝙ ipſam faciliter pretendunt inꝙ̄tum ſub veſtibꝰ multicoribus fictionem ſue nequicie veritatem abſcōdunt. Non ſic iſte quia iſte fuit. Autem. vt de iſto autem dicatur illud. Actuum vndecimo. Aperiens autē Petrus os ſuum dixit. In veritate. Et de iſto abrahā dicatur illud Geneſis vigeſimo. Orante autem abraham: ſanauit deus abymelech. Et ſi vis dilata de iſto autem ſicut infra in loco ſuo. Patet igitur ꝙ iuſtus habet certitudinem veritatis autē inquit. ¶ Quar-
E to dicēdo. ꝙ iſte habuit vel quod nos habere debemꝰ longitudinem bonitatis. quia ſcilicet diu debemus perſeuerare in bono. quod oſtēditur: cum dicit. Senex. In bono eīm debemꝰ ſeneſcere vſqȝ ad mortē ī bono cōſiſtere ⁊ manere. Uide prio de ſene ī bono ſignificato applica et allega Geñ. vigeſimo. v. Abraham mortuꝰ eſt in ſenectute bona. Patet igitur ꝙ quilibet ſpiritualis abraham: debet habere longitudinem in perſeuerando. Certitudinem in perorando. Plenitudinē in miſerando. fortitudinem in tolerando. Iſte eſt igitur abraham ad quem debemus attendere. Cui debemus obedire: et eius nos cōditionibus debemus cōformare. Attendere dico ſicut ad exemplar virtutum. Unde illud predictum Eſaie lj. ca. Attendite ad abraham patrem veſtrum. Obedire etiam quia pater multarū gentium prima Pe. tertio. Sara obediebat abraham. Conformare inſuper ſicut regule omnium bonorum. Joh. octauo ca. Si filij abrae eſtis opera abrae facite. Et ſic patet quomodo per abraam poteſt intelligi populus iudaicus inꝙ̄tum ſcilicet circuncīſionem tenuit Geneſis decimo ſeptimo. Et inꝙ̄tuȝ arietem herentem cornibus id eſt chriſtum in cornibus poſitum imolauit Geneſis vigeſimo ſecundo. Sed de hoc vide alibi.

## Abreuiare.

Uide vbi breuitas.

## Abs.

Nota ꝙ abs vt communiter ſumitur pro a ſeparatiuo. ſicut illud pſalmiſte. Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Et Math. quinto. Erue eum et proijce abs te. Uide de hoc ſupra de A. et de Ab.

## Abſalon.

Nota ꝙ abſalon multipliciter ſignat in ſcriptura. ſignificat enim. Demonem proditioſum. Subditum ambitioſuȝ. Humilem religioſum. Dei filium generoſum vel glorioſum. Juuenem luxurioſum. Hominem pernicioſum.
A ¶ Signat dico primo Dyabolum plenum deceptione. Ablaſon enim Amon fratrem ſuum ad conuiuiū vocauit et occidit. et tandem patrem ſuum de regno fraudulenter eiecit. vt habetur ſecundi Regum decimo tertio et decimo quinto. Sic dyabolus fratrem ſuum hominem ad conuiuiū gule vel mundi proſperitatem vocat: vbi per multa vicia ipſum necat. Patrem vero ſuum id eſt deum de regno ſuo. id eſt de cordibus fidelium quotidie eijcit et ibi loco ipſius regnū ſumit. iij. Reguȝ decimo ſexto. Irruēs ȝambri percuſſit hela ⁊ regnauit pro eo. Et ſicut iſte vt patrem eijceret amplexans et oſculans populum ſub ſpecie boni alliciebat dicens ſecundi. Regum decimo ſeptimo Quis me conſtituat iudicem ſuper terram vt iuſte iudicem? Sic dyabolus populuȝ ciuitatis id eſt ſenſus corporis mediantibus oculis ſuggeſtionum et delectationum decipit: et ſic ſub ſpecie boni trahit homines ad cōſenſum vt ſuper eos ſumat regnū. Job. quadrageſimo Ipſe ē rex ſuper omnes filios ſuperbie. Et ſicut iſte fedauit cōcubinas patris propter quod. Dauid eas abominans amplius non cognouit. ſed in domo ſeparata habitare cocgit. Sic dyabolus animas chriſti ſponſas inficit propter qd̄ ipſas abhominatur et refugit et in domo inferni ſeparat ⁊ dimergit Pſal. Abhominatus eſt hereditatem ſuam: Abſalon enim interpretatur amaricatio. qꝛ ſcilicet et dyabolus ⁊ mūdus amaricationem culpe et pene finalis introducūt Iſte enim fuit ſicut auceps qui vocat auem ad pabulum vt occidat. Sic vere dyabolus animam ad mundi proſpera. Nam abſalon volens occidere Amon fratrem ſuum parauit ſibi conuiuium maximum ſicut conuiuium regis. Cumqȝ Amon ſatis bibiſſet occiſus eſt a ſeruis Abſalon Dixerat enim abſalon ſeruis ſuis Obſeruate vſqȝ cū temulentus fuerit Amon vino. percutite ⁊ occidite. nolite inquit timere ego ſum qui precipio vobis. Roboramini ⁊ eſtote viri fortes. Abſalon igitur eſt dyabolus qui nihil aliud eſt ꝙ̄ amaricatio animarum Amon autem qui interpretatur dolens eſt homo qui eſt frater dyaboli. quia ſcilicet ab eodem patre. ſcilicet deo creati ſunt ambo. qui etiam dolens et flebilis in hac vita poteſt dici. ¶ Ideo poteſt dicere homo illud Job. xxx. Frater fui draconum et ſociꝰ ſtrutionum. Sic eſt tamen ꝙ iſte Abſalon ſemper deſiderat per culpam et per penam occidere fratrem ſuum ſcilicet hominem. Et ideo pro certo ipſe quando parat conuiuium ſibi id eſt feſtum mundane proſperitatis vocat eum ad delicias: diuitias et honores vbi cuȝ vino et ceteris mundi bonis ſcientijs et delicijs ebriꝰ fuerit temulentus et repletus ſubito dum non aduertit veniunt ſerui abſalon. ſcilicet mors et infirmitates que ipſum vulnerant et occidunt. Eſaie. vigeſimo ſexto capitulo Subito dum non ſperatur veniet contritio eius. frater enim fratrem ſuum venatur ad mortem ſicut dicitur Michee ſeptimo Uel expone ad literam contra proditores qui homines vocant ad domos et ad cōuiuia ſua. vt ipſos ſub ſpecie amicicie poſſint decipere. Uel pone contra vicium gule: Et pone ꝙ draco tunc inuadit elephantem: quando videt euȝ potu grauidum ⁊c. ſicut ſupra de abſtrahi. ¶ Figura de abſalon dyabolus: qui quando in conuiuijs ⁊ epulis, videt hominem temulentum et ebrium ſtatim precipit ſeruis ſuis. id eſt tentationibus carnis et mentis vt ipſum inuadānt et malos conſenſus et actus cū occidant. Bene igitur conſulitur Prouerbiorum. vigeſimotertio. Noli eſſe temulentus conuiuijs peccatorum. Bene ergo dicitur. ſecundi Regum. tredecimū cap. Cū temulentus fuerit Amon percutite euȝ et interficite: verba ſunt ipſius Abſalon. Signat dico dyabolum plenum proditione. Secundo dico. Quod B
abſalon ſignat malum ſubditum plenum ambitione Sicut enim Jupiter ſecundum poetas fingitur patrē ſuum a regno expuliſſe. et hoc quia cum ſaturnus qui eſt ſupra habeat circulum altiorem. Jupiter quādoqȝ vſqȝ ad illum circulum attingit ac ſi cum ſaturno luctare vellet ipſumqȝ expellere de propria manſiōe. Tales ſunt multi mali in eccleſia. qui cum Saturno id eſt cum prelato et ſuperiore ſemper volunt luctare. ſcilicet rixis: contentionibus: diſcordijs et querelis ipſumqȝ per ambitionis vicium de ſuo circulo. id eſt officio vel beneficio expellere vt ipſum valeant vſurpare. Figura. ſecundi Regum decimoquinto capitulo. vbi dicitur ꝙ abſalon filius Dauid ab exilio reduxerat applaudebat venientibus ad curiam patris ipſoſqȝ oſculabatur et demulcebat vt ipſum in regem eligerent: patremqȝ ſuum deponerent et fugarent. Et ſic actum eſt vt patreȝ proprium de regno deiecit. Sic vere ſunt hodie multi falſi et malicioſi ꝙ ꝙ̄uis pater eorū. id eſt prelatus ſuperior ſit dauid id eſt bona perſona ⁊ perfecta. ꝙ̄uis etiā ipſos ab exilio. id eſt a ſtatu paupertatis eduxerit ipſoſqȝ ꝓmouerit ipſi ambiūt ad regimē officiū ⁊ beneficiū eius Et bene accidit ꝙ fraudulēter

oſculis

Ayuntamiento de Madrid

oſculis ⁊ applauſionibus attrahunt corda aliorum ⁊
faciunt ſibi currus et equites id eſt faciunt ſibi ptes
aggregāt ad ſe ⁊ ad ſua vota aliquam partem eccleſie
collegij vel couentus.et tandem faciunt conſpiratio⸗
nem contra patrem et prelatum ſuum. pugnantqꝫ cō
tra eum per lites:afflictiones et controuerſias ipſū⸗
qꝫ quandoqꝫ de regno. id eſt officio ſuo deponunt⸗ et
regnāt loco eius.Unde dicitur.Michee.vij.filius cō⸗
tumeliā facit patri ⁊ inimici hominis domeſtici eius
C Signat igitur ſubditum plenū ambitione. ¶ Tertio
dico.Quod ſignat peccatorem plenum rebellione: vel
infectione.Sicut enim dicitur.ij. Regum. xviij.capi⸗
tulo.Abſalon vt obtineret regnum contra patrem de
bellauit.Sed dum eſſet in regno vel in prelio adheſit
frondibus cuiuſdam arboris et ibi remāſit ſuſpenſus
per ceſariem capillorum.⁊ tandem venit Joab qui in⸗
uenit eum ſic herentē et infixit tres lanceas in corde
eius:et ſic mortuus eſt.ſicut dicitur .ij. Regum . xviij.
Abſalon eſt peccator:qui amaricatio eſt anime ſue ꝓ
prie per eternam damnationem quam ſibi procurat.
Iſte igitur vt habeat regnum et gloriam huius mun⸗
di preliatur per vicia ⁊ peccata contra dauid. id eſt cō
tra deum patrem ſuum.Itaqꝫ quandoqꝫ accidit ꝙ ip⸗
ſe in mundo iſto inuenit arborem mundane proſperi
tatis cui ſcilicet ſtatim adheret cum capillis:id eſt cū
affectionibus ⁊ deſiderijs mentis ſue que eſt a capite
id eſt a corrupta intentiōe progrediunt.Sed vere quā
do ioab qui interpretatur inimicus id eſt dyabol⁹ vi⸗
det hominem ſic herentem arbori proſperitatis :ipſe
pro certo ſtatim infigit in cor eius tres lanceas id eſt
tria genera peccatorum . Prima lancea eſt mala con⸗
ſuetudo:qua ſcilicet homo paulatiue deflectit ad pec
catum.Secūda lancea eſt obſtinatio qua ſcilicet ho⸗
mo induratur in peccato.et quaſi videtur ſibi impoſſi
bile ꝙ reſiliat.Tertia autē lancea eſt deſperatio . qñ
ſcilicet homo corporaliter deſperat ſe poſſe ſaluari:et
quando vtitur preſentibus vt eternis.et quādoqꝫ ſpe
rat in futurū damnari.⁊ in hoc ſeculo facit omne ma
lum quod poteſt.⁊ ſic finaliter per dānationem eter⸗
nam interficitur.Ideo dicitur.Eccleſiaſtici.xxvj. capi
tulo .A tribus timuit cor meū ⁊ in quarto facies mea
D metuit ſignat igitur peccatorem. ¶ Quarto abſalon
ſignat chriſtum:vel etiam virum iuſtum plenum per
fectione.Abſalon ſicut dicitur.ij.Regum.xiiij. filius
regis dauid fuit pulcherrim⁹: quia a planta pedis vſ⸗
qꝫ ad verticem non erat in eo vlla macula.Ceſariē etiā
habebat pulcherrimam que a mulieribus annis ſin⸗
gulis charіſſime comparabatur . Abſalon qui inter⸗
pretatur pater pacis:ſignat viros pacificos ⁊ pfectos
qui ſunt filij regis chriſti.q̄ ſicut dicit Mat.v. Beati
pacifici quoniam filij dei vocabuntur.Et maxime bo
nos eccleſiaſticos prelatos et religioſos.quia iſti de⸗
bent eſſe ita puri ſancti et mundi ꝙ nulla peccati ma
cula debet in eis apparere nec in capite intentionis
nec in pede affectionis.Capillos etiā.id eſt exteriorē
conuerſationē ⁊ apparentiam debent habere pulcer
rimam ⁊ honeſtam intātum ꝙ mulieres id eſt viri ſe⸗
culares et imperfecti ipſam poſſint vt ſibi neceſſariā
vendicare ⁊ permutationem et exemplum ſibi appro⸗
priare et etiam comparare vt de talib⁹ poſſit dici.Si⸗
ne macula ſunt ante thronum dei.Apoc.xiiij . Uel dic
ꝙ Abſalon eſt chriſtus filius dei patris ⁊c.ſicut ſupra
Et pone ſicut abſalon occidit amon in vindictā Tha
mar ſororis ſue quā ipſe corruperat.Sic chriſt⁹ dya⸗
bolum qui occidit animam per peccata in iudicio cō
demnabit. Et ſicut abſalon adherens ramis a ioab
interfectus eſt.Sic xp̄s adherens cruci a iudeis occi⸗
ſus eſt .ij. Regum capitulo decimo octauo . Abſalon
E filius regis mortuus eſt . ¶ Quinto dico. ꝙ abſalon
ſignat luxurioſum iuuenem cū leui conditione. quia
ſcilicet iſte erat pulcerrimus capillis plenus et ſine
macula.ſic luxurioſi iuuenes pulchri et compti et in
capillis curioſi qui ſcilicet ſunt apud fatuas iuuencu

las multum chari.

# Abſcindere.

Nota ꝙ abſcindere:idē eſt ꝙ A
partē a parte diuidere. ⁊ ma
xime quando talis diuiſio fit gladio mediante.poſſu
mus igitur notare ꝙ abſcindere ſumitur ⁊ in bono ⁊
in malo ſcilicet.Abſcindere .

Mortalitatis. Abſcindit igit̃ vita ꝑ mortis neceſſi
Iniquitatis tatem.Unde Eſa.liij. Abſciſus eſt de
Sagacitatis ⁊ terra viuentium . Mors enim ſicut
Penalitatis ſciſſor pānorum qui ſcilicet illud qſi
multo labore et diuturno tempore orditum eſt ſubito
rumpit et ſcindit.quia vitam humanam multis die⸗
bus ⁊ laboribus compoſitam . mors ſubito diuidit et
ſcindit.Abac.iij.Abſcindetur de ouili pec⁹ . vnde Eſa.
xxxviij.Preciſa eſt velut a texente vita mea dum ad⸗
huc ordirer ſuccidit me . Mors enim eſt ſicut ſecuris
dei cū qua in ſilua mundi ſuccindit arbores ⁊ ramos
id eſt perſonas et ſtatus eorum figura Dani.iiij. Ubi
arbor pulcerrima et rami ipſius ſucciſi. Ubi dicitur.
Succindite arborem et preſcidite ramos eius. ¶ Se⸗ B
cundo abſcinditur et corrūpitur gratia per culpe ini⸗
quitatem.peccatum enim eſt gladius dyaboli cū quo
abſcindit cordam diuine gratie cū qua nauis anime
eſt ad portum ſalutis ligata.vt per mare huius mun⸗
di per vana deſideria fluctuare cogatur.⁊ vt finaliter
per mortis eterne periculum confringatur. Actuum
xvij.Abſciderūt milites funes ſcaphe.Sicut enim di⸗
cit plinius.Femina palma non fructificat niſi palma
maſculi ſit coniuncta. ꝙ ſi quis maſculam abſciderit
femina ſterileſcit.Sic vere cum xp̄s et anima ſit ſicut
palma maſcula et femella: iſta eſt veritas . ꝙ niſi ſibi
chriſtus per peccatum abſcinditur ſtatim iſta femi⸗
na id eſt anima a fructu bonorum operum deſiccatur
ita ꝙ peccatores poſſunt dicere illud Ezechi.xxxvij.
Aruerunt oſſa mea:perijt ſpes noſtra et abſciſi ſum⁹
Iſta eſt igitur abſciſio:que fuit per culpam et iniqui⸗
tatē.Sed circa hec nota ꝙ aliqui habent. Abſciſū ca
put recte intentionis. Abſciſam manum bone ope⸗
rationis. Abſciſam aurem obedientie et auditionis.
Abſciſum cornu potentie et iuriſditionis.Abſciſā ve⸗
ſtem dei vnitatis et cōmunionis. Abſciſos pedes bo
ne affectionis.Illi qui habent caput abſciſū ſunt ma
licioſi qui ſcilicet in nullo actu cum bona intentione
procedunt. figurati in holoferne.Judic.xiij . Cui que
dam mulier caput abſtulit dum dormiret. quia ſcili⸗
cet mala mulier malicia abſcindit capita id eſt inten
tionem debitam iniquorum.Unde.ij.Regum vigeſi⸗
mo Abſciſum caput Sibe filij bochri proiecerunt ad
ioab. ¶ Item illi qui habent abſciſam manum : ſunt
deſidioſi qui ſcilicet nullum bonum operari volunt
ac ſi recte haberent manus abſciſas. figurati i dagon
idolo.j. Regum quinto. Quod fuit inuentum ſuꝑ
limen oſtij templi ſui capite et duabus palmis abſci⸗
ſis quia ſcilicet deſidioſi et pigri ac ſi eſſet idolum in⸗
ſenſibile ſine motu videntur manus et palmas id eſt
executionem bonorum operum et etiam caput bone
conſciētie perdidiſſe Dañ.ij.Abſciſus.eſt lapis de mō
te ſine manibus. ¶ Item illi qui habent aurem abſci
ſam:ſunt obſtinati et litigioſi qui ſcilicet aurem debi
te attentionis et obedientie et auditionis non habēt
ſimiles orpaſce.qui cum rex perſarum tantus fuiſſet
et cum a concubina proditus eſſet aures habere abſci
ſas regno pulſus et occiſus eſt.vt dicit Juſtinus libro
primo quia ſcilicet regnū paradiſi merentur perdere
qui auribus obedientie dignoſcuntur . figurati in il⸗
lo ſeruo ſacerdotum cui Petrus abſcidit auriculam
eius dextram. Petrus enim dictus a petra. poteſt
ſignificare dyabolum quia petreus et obſtinat⁹ exi⸗
ſtit qui .ſ.obſtinatis aurem dextrā ſcilicet volūtatem
audiēdi ſpūalia ⁊ obedientie tollit. Aurē tn̄ ſiniſtram
i.voluntatē audiendi cantilenas, et alia inutilia eis
dimittit Ezec.xxiij.Naſum tuū et aures preſcindet.
Naſum dico deuotionis et aures auditionis. Itē illi

Ayuntamiento de Madrid

qui habēt cornu abſciſum ſunt imbecilles plati τ deli
cioſi qui ſc3 cornu potētie τ audacie perdiderūt. Hie-
remie .xlviij. Abſciſum ē cornu Moab. ¶ Itē illi qui ha
bent veſtes abſciſas ſunt ſciſmatici τ pniciosi q.ſ. veſtē
chriſti inconſutilem .i. eccleſiam per ſciſmata diuidūt
et abſcidunt. figurati in Dauid. Qui abſcidit orā cla
midis regis Saul in ſpelunca .j. Regum. xxiiij. qui .ſ.
heretici in ſpeluncis et abditis vbi .ſ. tenent ſua con-
uenticula preſcindunt clamidem regis chri ſti id eſt
eccleſie vnitatem peiores illis qui eum crucifixerunt
qui .ſ. tunicam eius inconſutilem ſcindere vel diuide-
re noluerunt. figura etiam in illis ſeruis Saul quib⁹
rex Amon preſcidit veſtes vſq ad nates. ij. Reg. x. quia
vere ſciſmatici ita ſunt hodie per regem Amon id eſt:
per dyabolum abſciſi τ truncati et veſtis ſuarum eccle
ſiarum ita eſt diuiſa ꝙ ipſorum maniſeſte apparent
omnia pudibunda: et vilitas ſeu miſeria ſui ſtatus. i.
parali. xix. pſcidit; tunicas eorū a natib⁹ iō dauid dr. j.
Regum. ca. xxiiij. Quod ipſe percuſſit cor ſuum eo ꝙ
abſcidiſſet oram clamidis regis Saul. ¶ Item illi qui
habent pedes abſciſos ſunt odioſi: qui .ſ. pedibus bo-
ne affectionis carent. ita ꝙ mentem ſuam ad charita
tem aliquam ad diligendū non tranſferunt neq por
tant. figurati ei. ij. mac. vij. Ubi rex peſſim⁹ Anthioch⁹
linguam manus et pedes Machabeo preſcidit. quia
ſcilicet malus rex preſcindit illis linguam bone locu-
tionis. manus bone operationis. pedes bone affectio
nis. Sic igitur patet ꝙ diuerſimode abſcinditur et rū
pitur gratia: per culpe iniquitatem. quod eſt ſecundū.
Tertio dico: ꝙ abſcinditur mala ſocietas vel etiā cul-
pa et iniquitas per prudentiam et ſagacitatem. Ra-
mi enim ſuperflui abſcinduntur de arbore vt fructifi-
cet. Membrum putridum ſcinditur de corpore ne in
fectionem multiplicet. Infirmitas abſcinditur a car-
ne ne hominem occidat. Sic prelatus debet abſcinde
re de corpore eccleſie perſonas corruptas et precipue
hereticos. Ad. Gal. v. Utinam abſcindantur qui vos
conturbant. Homo etiam debet a mente ſua abſcin-
dere malos mores et conditiones vicioſas. Eccleſia
ſtici. x. Breuem lāguorem preſcidit medicus. Ideo de
mala muliere dicitur Eccleſiaſtici. xxv. A carne tua ab
ſcinde illam ne ſemper te abutatur. Et de mala ope-
ratione dicitur Mathei. ix. capſo. Si manus tua ſcā
dalizat te proijce abs te. Abſcinditur igitur malū per
prudentiam et ſagacitatem. ¶ Quarto dico ꝙ ab-
ſcinditur damnatus per iuſticiam et ſeueritatem. Si
cut enim membra putrida abſcinduntur et in ſterqui
linium eijciuntur. ſic damnati a congerie bonoꝝ tol
lentur et in inferni ſterquiliniū ponentur. In corpore
ſerpentis ſi diuidatur pars. que remanet cum capite
viuit. pars vero abſciſa morit᷑ ꝙ̄uis diu reſpirare pal
pitare et ſe mouere ſeruatur. Serpens eſt chriſtus ſm
Auguſtinū in ſermone. Corpus eius eſt congeries om
nium chriſtianorum. In iudicio igitur illi qui rema
nebunt cum capite .i. cum chriſto viuent ineternū. Il
li vero qui per ſententiam ab eo preſcindentur ſcilicet
improbi et reprobi quibus dicetur Ite maledicti in ig
nem eternum morientur. Et cum per remorſum con-
ſcientie ſemper palpitare noſcentur Ideo de tali abſci
ſione damnatorum dicitur Eſaie. xviij. Abſcindentur
excutientur τ relinquentur auibus montium τ beſtijs
terre Sic igitur habetur quomodo eſt quadruplex ab
ſciſio. ſcilicet reproborum iniquorum viciorum et via-
torum.

## Abſcōdere.

In ſcriptura accipitur multifor
miter. Eſt enim abſcōſio dei et
hoīs. Dei τ hec dupliciter. vna .ſ. terribilis τ alia dele-
ctabilis. Terribilis eſt qñ non ſe abſondit a peccatori
bus Et ſic abſconſio idem eſt: ꝙ conteptus ſeu abomi
natio ſeu eterna damnatio. Et de hac dicit Deutero
nomi. xxxij. Abſcondam faciem meam ab eis. et conſi
derabo nouiſſima eorū. Uel abſcōſio dei idē eſt qđ ſua
petitio adiutoriū τ defenſio. et etiā eterna conſolatio
Et de hac dicitur Job. xiiij. Quis mihi hoc tribuat vt
in inferno ꝓtegas me τ abſcondas me donec ptranſe
at furor tuus τ cōſtituas mihi tempus in quo recor- B
deris mei. ¶ Item alia eſt abſconſio hominis: τ hec ē
ſimiliter duplex. ſ. vna cōmendabilis. alia vituperabi
lis. Cōmendabilis eſt. qđ boni de ꝓprijs meritis, τ vi-
ribus nō preſumentes ſe abſcondunt per humilitatē
τ fugiunt occaſiones peccatoꝝ. Et de hoc dicit᷑. Joh.
viij. Jhs autē abſcondit ſe τ exiuit de templo. Eſt etiā
abſconſio mala τ vituperabilis. qñ .ſ. homo abſcondit
ſe a deo τ a ꝓximo. A deo ꝓpria peccata ei celādo. Et
de hoc dr prouer. xxiij. Qui abſcondit ſcelera ſua non
dirigetur in terra. A ꝓximo bona ſua ei negādo: τ ab
eo neceſſitatis tpe fugiendo. τ fraudes occulte τ falla-
citer ꝓcurādo. Et de hoc ꝓuer. j. Abſcondamus tēdi-
culas cōtra inſontē. ¶ Alijs modis τ multi accipitur C
abſconſio in ſcriptura. ſed hec exempli gratia ſuffici-
ant et de duobus vltimis aliquid ꝓſequamur. Dico
igitur primo ꝙ eſt quedam abſconſio vituperabilis τ
iſta eſt abſconſio. qua abſconduntur mali τ a deo et a
ꝓximo. τ maxime diuites. qui reuera ſunt ſimiles eri-
cio. q2 ſm Ariſto. li. j. de animalib⁹. Et Iſid. li. xj. Ethi-
mol. Ericius eſt animal ſpinis vndiq circūſeptum q̄
ſunt ei loco armature. Nam qñ a canib⁹ impetit᷑ ſta-
tim ſe inuoluit τ abſcōditur. ſpinas etiā ſuas eis obij-
cit. τ ſic tangi a canib⁹ nō audet. Et iſtud animal ſicut
dicit. Ariſto. lib. iij. ſup alia animalia debilis eſt audi-
tus. Reuera chariſſimi. tales ſunt diuites τ peccato-
res mundi. Primo enī ipſi habent ſpinas ꝓ armatu-
ra. Et iſte ſignant mūdi diuitias q̄ pungunt τ ſollici-
tant cor humanū. Signant etiā verba pungitiua inïu
rioſa τ corroſiua mordacia τ detractoria: quibus oīb⁹
mundani diuites ſunt armati. Ideo poteſt eis dici il-
lud. Judicū. vij. Conterā carnes veſtras cū ſpinis et
tribulis deſerti. Iſti igitur qñq pſequuntur a canib⁹
dico tēporalibus τ ſpiritualibus. Canes ſpūales ſunt
predicatores qui contra tales habēt latrare τ eos cor
rigere τ mordere: τ lupum .i. dyabolum ab ouili domi
nico effugare. Canes etiā tpales ſunt principes τ pre-
lati: qui etiā volunt quandoq pſequi τ p cenſuram iu
diciariā caſtigare. Sed vere iſti optime ſe ſciunt inuo
luere τ abſcondere p multas falſitates: palliationes τ
excuſationes τ per ypocriſis fictiones. Nā cōtra mor-
ſurā canū .i. peccatoꝝ. τ contra eorum correctionē op
time ſciunt ſe abſcōdere τ inuoluere τ ſua crimina ex-
cuſare τ in cōfeſſione τ alias celare tegere vel negare
et eis etiam ſpinas .i. mala verba τ pungitiua obijcere
et eos qñq diffamare. Et propter hec tales canes vix
audent eos tangere: ſicut ad literā videmus ꝙ predi-
catores moderni nō audent diuitibus dicere veritatē
q2 ſicut dicitur ꝓuer. ix. Qui arguit deriſorē ipſe ſibi
iniuriā facit. ſ. deriſor. Item qñ canes tpales .i. mundi
principes et prelati eos volunt pſequi τ corrigere pro
certo ita caute τ malicioſe ſciunt ſe abſcondere et in-
uoluere per palliationem ſuorum malorum contra-
ctuum et vſurarum et ſymoniarum. ꝙ etiam vix poſ-
ſunt ab aliquo tangi τ maxime: quia quando vidēt ꝙ
aliquis eos pſequitur ſtatim obijciunt eis ſpinas. id
eſt diuitias ſuas offerendo ſcilicet munera atq dona
Et ſit ꝙ propter ſuam abſconſionem τ ſpinarū ſuarū
obiectionem incorrecti τ intacti ab omnibus dimit-
tuntur. Et ideo tam predicatores ꝙ̄ prelati ꝙ̄ etiam
principes ceteriq iudices huius mundi poſſunt dice
re illud. Eſaie. lxiiij. Non eſt qui conſurgat et teneat
te abſcondiſti faciem tuam a nobis. Sed ſcitis quali-
ter ſit de ericio. pro certo ꝙ̄uis in terra poſitus opti-
me ſe inuoluat et abſcōdat: ita ꝙ ſua interiora neque
ant videri. qñ tamē in aqua ponit᷑: tūc ſtatim explicat
τ extenditur. et oſtēditur. et ſic ſuorum vilium mēbro
rum qualitas que prius erat abſcondita reuelatur.
Sic vere chariſſimi ꝙ̄uis mundi diuites τ peccato-
res ſint modo in terra id eſt in iſta temporali vita mi
rabiliter

Ayuntamiento de Madrid

rabiliter innoſunt ⁊ abſconditi:ita ꝙ interiora ſua vix
videntur aut ſciuntur:quando tamen in aqua eterne
miſerie fuerint in inferno poſiti et ſubmerſi.tunc pro
culdubio omnia pudibunda ſua omnia crimina ⁊ vi=
cia ipſorum omnibus intuentibus apparebunt.quia
ſcilicet in inferno ⁊ iudicio alter alteri⁹ crimina intel
liget et cognoſcet. Unde Eſa.xlvij. Reuelabitur crimē
tuum et ignominia tua.et videbitur opprobrium tuū.
Et iſti pro certo debiles ſunt auditu. quia vere non
poſſunt audire correctionem verbum dei vel predica=
tionem. Unde Hiere.vj. Incircuncise aures omnium
et audire non poſſunt. Habent igitur iſti abſconſio=
nem vituperabilem. Job.xxij. Omnes tenebre abſcon
dite ſunt tenebre dico id eſt mali.et ideo de multipli=
D ci abſconſione mala malorum poteſt exponi illud qđ
dicitur Job.xviij. Exardeſcet contra eum ſitis abſcon
dita eſt in terra pedica eius et decipula illius ſuper ſe
mittam. In qua quidem autoritate aduertendum eſt
ꝙ mali tripliciter abſconduntur. Abſconduntur em̄
per auariciam et cupiditatem. Exardeſcet inquit con
tra eum ſitis. Per ſymoniam et tenacitatem. Abſcō=
dita eſt inquit in terra pedica eius. Per fraudulenti=
am et fallacitatem decipula inquit eius ſuper ſemi=
tam. Dico ꝙ eſt quedam abſconſio auaritie ⁊ cupidi
tatis. Et hec eſt quādo auari ardore acquirendi ⁊ ha
bendi et inflammati abſconduntur ſcilicet ab homi=
num frequentia ne ipſos oporteat aliquam facere lar
gitatem. Abſcondunt etiam ſua ſcilicet bladum et vi=
num et alia.ipſaq; per auariciam accumulant ⁊ reſer
uant:nullā inde elemoynā facientes.iiij. Reg.vij.ca.
Abſcōdent leproſi aurum et argentum. Ideo iſti ſunt
ſimiles lupo:qui eſt animal voraciſſimum:qui cibos
quos non poteſt comedere reponit et abſcōdit: ita ꝙ
quandoq; ipſi per diuturnā cuſtodiam computreſcūt
Sic vere mundi diuites ⁊ auari cauſa voracitatis aua
ricie:crudelitatis et violentie ſunt repleti. ꝙ cibos id
eſt bona ſua temporalia que eis ſuperſunt et ſuperflu
unt non diuidunt alijs per largitatem elemoſynam ⁊
pietatem.immo pro certo ipſa abſcōdunt et reſeruāt
et continuo accumulant et augmentant: ita ꝙ quan
doq; totum corrumpitur et putreſcit propter nimiaȝ
B tias alienas triplici ratione.ſ. Ut ſatient voluntateȝ. Dꝛaco inquit. Ut amplient ventrẽ. Implent ventrem ſuũ. Ut ſatient voluptatẽ. Quia volũt habere teneritudinẽ. Uolũt igiť volũtatem ſatiare. Dꝛaco inquit: Eſt igitur dꝛaco animal calidiſſimũ ⁊ ita inflãmati ardoꝛis ꝙ anhelitus ſuus aerẽ inflãmat. ita ꝙ ignẽ videť ſpirare. Et pꝛopter hoc ꝓ ſiti hmõi tꝑanda. Dꝛaco ꝑ mare ⁊ flumina gradiť vt abſoꝛbẽdo aquã ſitis tꝑeť. Uere tales ſunt auari. quia vere iſti ſunt ardentiſſimi per auariciã. ita ꝙ aerẽ.i. patriã circũiacentẽ ꝑ exactiones vſuras ⁊ rapinas deſtruunt: diſſipant: depauperant ⁊ inflãmãt. Ignẽ eñ rapine ⁊ excoꝛiationis ſemper emittere cõſueuerũt. Sũt eñ ita per ambitionem et auariciã ſitibundi: ꝙ aquas.i. diuitias q̃ moꝛe aque cito defluunt attrahũt rapiũt ⁊ abſoꝛbent. vt ſic ſitim ſue auaricie ſatient: tẽperent ⁊ refrenẽt: qđ tñ impoſſibile eſt: qꝛ ſicut dicitur. Pꝛouer.xiij. Uenter impioꝝ inſatiabilis. Iſte aũt ardoꝛ inſatiabilis abſoꝛbendi figuratus eſt Job.xl. vbi diciť de vehemoth beſtia inſaturabili.i. de diabolo. Abſoꝛbebit ĩquit fluuiũ ⁊ nõ mirabitur. habet eñ fiduciã ꝙ fluat ioꝛdanis in os eius qꝛ auari beſtiales ⁊ diabolici abſoꝛbent hodie fluuiuȝ id eſt: diuitias ſeu mũdanã pꝛoſperitatẽ que ſemper eſt in fluxu ⁊ refluxu. vt.ſ. ſatient ſuã cupiditatẽ quod tamen nõ fit. qꝛ dato ꝙ ipſi habeãt. magnum fluuiũ.i. maximã copiã diuitiarũ. ipſi tñ de hoc nõ miranť. immo ſemper cupiũt ad maioꝛa ⁊ ſperant ꝙ ioꝛdanis.i. omnis alioꝝ abundantia influat in eiſdem: Quia ſm̄ Senc. Hoc habet peſſimũ cupiditas: ꝙ non reſpicit vnde veniat. ſed quo vadat. hõ eñ auarus ⁊ ingratus non aduertit vnde venerit.ſ. ex qua humili plebe: vel infimo ſtatu vel exuli cõceptione et natiuitate. Sed vere ſemꝑ habet oculũ quo tẽdat: qꝛ ſemꝑ ſperat aliq̇d amplius acquirere et gradũ ſcandere altioꝛẽ. iſti ſunt igitur dꝛacones inſatiabiles. Ideo cuilibet taliũ põt dici illud Ezech.xxxj. Leoni gentiũ aſſimilaui te ⁊ dꝛaconi qui eſt in mari: aſſimilãtur eñ leoni per crudelitatẽ dꝛaconi: qꝛ ſunt i mari. ideſt i amaritudine ꝑ ſolitudinẽ ⁊ fluctuoſitateȝ. Uolunt igiť iſti abſoꝛbitoꝛes volũtatẽ ſatiare. Dꝛaco abſoꝛbuit ĩquit. vnde iſti videnť dicere illđ Eſa.xlj. Diſſipabo ⁊ abſoꝛbebo ſimul. ¶ Itẽ iſti abſoꝛbent: qꝛ volunt facultatem ampliare. Impleuit inquit vẽtrẽ ſuũ.i. domũ ſuã ⁊ interioꝛa ſua volunt implere diuitijs alienis. Sanguiſuga ſugẽdo et abſoꝛbẽdo attrahit ſanguinẽ alienũ. Sic vere auari abſoꝛbẽt per auariciã: vſurã: rapinã. diuitias alioꝝ vt ventrẽ ſuum.i. domũ ⁊ hoſpitiũ impleant ⁊ augmẽtant. figurati ꝑ illũ lepꝛoſum Luce.xv. Qui cupiebat implere ventrẽ ſuum de micis q̃ cadebãt de menſa diuitis. Menſa eñ mali diuitis.i. dyaboli eſt mundus micę huius mẽſe ſunt bona huius mũdi: q̃ ꝓ certo nõ ſunt niſi modice mice quedaȝ parue reliq̇e: q̃s cupit abſoꝛbere ⁊ quibus deſiderat ſe replere cupida mens auaroꝝ. Abſoꝛbẽt igitur iſti diuitias. qꝛ volũt facultatẽ ãpliare. Iuxta illud p̄s. Impleta eſt terra.i. auarꝰ poſſeſſione ſua.ſ. o pauper. Abacuc.j. Bibent oẽs gẽtes iugiť ⁊ abſoꝛbebunť. ¶ Tertio qꝛ volũt voluptatẽ ſatiare teneritudine inq̇t mea. qꝛ.ſ. cibos teneros molles ⁊ delicatos volũt habere. Et hoc multi delicias abſoꝛbẽt vt tandẽ delicijs poſſint vti. Sicut eñ videmꝰ ꝙ capꝛe in arboꝛibꝰ eligunt partẽ tenerioꝛẽ. Sic vere diuites in iſto mũdo eligũt illud qđ eſt tenerũ et delicatũ. Unde de iſtis delicatis dꝛ Abđ.ij. Bibent et abſoꝛbebunt ⁊ erũt quaſi non ſint. vñ dꝛ Heſter.xv. Pꝛe delicijs ⁊ nimia teneritudine coꝛpus ferre non ſuſtinens. Et ſic igitur patet ꝙ eſt quedã abſoꝛbitio auaricie. ⁊ ꝙ abſoꝛbet auarus poſſeſſionẽ terrenã. ¶ Scđo C
principaliter dico ꝙ abſoꝛbet infernus inſanã cõgregationẽ.i. ſocietatẽ oĩȝ maloꝝ. Infernus eñ abſoꝛbet et deuoꝛat oẽs malos. vbi nota. Qđ ĩfernꝰ eſt ſimilis ceruo: q̇ cũ naribꝰ abſoꝛbet ſerpẽtes de cauernis ſuis et ipſos mãducat: vt dicit Iſido. Sic vere dyabolꝰ abſoꝛbet peccatoꝛes ſerpẽtinos fallaces ac venenoſos de cauernis huiꝰ mũdi, vt ipſos in vtero ſuo.i. in interioꝛibꝰ inferni deglutiat ⁊ tranſpoꝛtet. Ideo in perſona dei iudicantis et inferni recipientis põt exponi illud



Ayuntamiento de Madrid

Eſa.xlij. Tacui ſemper ſilui patiẽs fui quaſi pariens
loquar diſſipabo ⁊ abſorbebo ſimul deſertos faciam
montes excelſos ⁊ colles ⁊ germẽ coꝝ exſiccabo. Deꝰ
enĩ chariſſimi in vita iſta multũ patiens eſt tacet ⁊ ſi
let nõ exercet ſtrepitũ iuſticie. nec punit quẽlibet de⸗
linquẽtẽ q: ſicut dicitur. ij. Pe. ij. Patenter expectat
deus nolens aliquẽ perire. Sed ꝓ certo in die iudicij
loquetur in modum mulieris parietis. ſ. rigide ⁊ au⸗
ſtere dicẽs. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Mat. xxv. Et
ibi ꝓ certo diſſipabit exſiccabit ⁊ abſorbebit. i. ab infer
no abſorberi mãdabit ſimul i vna maſſa miſeros pec
D catores. ¶ Ibi etiam deſertos faciet tria genera ma⸗
lignoꝝ. videlicet. Per inuidiam inflatos. Quia ſicut
mõtes. Per ſupbiã elatos. Et iſti ſunt colles. Per lu
xuriã ligatos. Et iſti ſunt germina. Abſorbent igitur
illi qui inflati ſunt per inuidiã. Inuidia enĩ facit ho⸗
minẽ tumidum ⁊ inflatũ. Montes inquit qui ſcꝫ in ſe
ſũt tumidi: ⁊ etiã qñqꝫ ꝯtinẽt in ſe ignẽ. Sic inuidi ita
inflati ſunt ꝙ qñqꝫ vix pñt dicere verbũ. Ita ſcꝫ in cor
de ſuo ꝑ inuidiã ſunt ardentes Eccli. xl. In vẽtre im⸗
pij ignis ardebit. Sicut igitur qñqꝫ terremotus cõcu⸗
tit mõtes ⁊ ſm Sene. facit eos ſub terra in vaſtis ſpe
cubus abſorberi. Sic vere terremotus diuini iudicij
iſtos in inferno ſub terra facit abſorberi. ⁊ in loco mi⸗
ſerie ⁊ luto fecis recludi. Et iſti fuerũt figurati per il⸗
lum dathã ⁊ abyron. Nũe. xvj. Qui iuidi ſuꝑ moyſen
et aaron ſeruis dñi voluerunt ſacerdotiũ vſurpare. et
ad mandatũ moyſi noluerũt venire: ⁊ ideo aperta eſt
terra. ⁊ abſorbuit eos ⁊ deſcenderũt ad infernũ viuen
tes. Reuera patres chariſſimi tales inuidi ſunt ho⸗
die multi in eccleſia. Nõ ſi aaron ad ſacerdotiũ ideſt
aliqua bona ꝑſona ad aliquod bonũ ꝓmouet: ſtatiꝫ
aderũt dathã ⁊ abyron. i. detractores inuidi ⁊ oblocu
tores ſuꝑbi ⁊ ꝯtradictores: qui etiã Moyſi. i. prelato
iuſto ⁊ bono obediẽtia cõtẽnũt q̇ quidẽ indignantur
qñ alius preter ipſos ad officiũ ꝓmouet. Et iſti dicũ⸗
tur dathã qđ interꝑtat donũ ſufficiẽs. Et abyron qđ
interꝑtatur pr̃ murmurãs. q. ſ. tales qui videt ẽe pẽs
ratione autoritatis ⁊ tñ ſunt murmuratores rõne ini
quitatis ⁊ mordacitatis ſunt ſufficientes ꝙ ipi dyabo
lo ꝑpetuo ſunt dotati. Et iđ terra ipſos finaliter ab⸗
ſorbebit vñ in ps. Apta eſt terra ⁊ deglutiuit dathan
et operuit ſuꝑ cõgregation ẽ abyron. Iſti igitur ſunt
mõtes ſcꝫ tumidi ꝑ inuidiã. Ideo dr̃. Exod. xix. Totus
mõs ſynai fumigabat. Iſti enĩ hñt intus ignẽ inuidie
abſcõditũ. q̇ eos ſtimulat ⁊ cõburit. ideo fumũ detra
ctionis bl'ſphemãt ⁊ diffamatiõis ꝯtra illos fulminãt
et emittũt. vnde de tali igne inuidie põt exponi illud
Nũeri. xj. Orauit Moyſes ⁊ abſorptꝰ eſt ignis. Abſor
bet igit infernꝰ illos qui ꝑ inuidiã ſunt inflati. Mon
tes inquit. q: ſ. mõs eſt locus tumidus ⁊ inflatꝰ. Iteꝫ
abſorbet infernꝰ illos q̇ ꝑ ſuperbiã ſunt elati. Excel⸗
ſos inq̄t colles Collis enĩ excelſus a valle eſt remotꝰ
ventis ⁊ flatibꝰ expoſitus ⁊ ſurſum in aere ſublimatꝰ
fit aũt talis collis excelſus qñqꝫ ꝓpter ventũ interclu
ſum: qui terrã ſurſum eleuat ⁊ facit vnũ magnũ collẽ
finaliter cũ terra rũpit ⁊ vẽtus exit ⁊ ſic totus collis
ille inferiꝰ abſorbet: ſicut ꝯſuetũ eſt fieri in terremotu.
Sic vere chariſſimi. qñ vẽtus ſuꝑbie ⁊ vanitatis inclu
ditur in homine: ipſe ꝓ certo efficit altus ⁊ excluſus in
ſua reputatione. Sed vere qñ terra. i. corpꝰ ſuũ rũpit
per mortẽ. tũc ventus vanitatis qui ipſum eleuabat
deficit ⁊ ipſe abſorbet q̄tũ ad aĩam infernus in inferno
Et hoc fuit figuratũ Nũme. xj. vbi dicit. Nõ accẽſus ẽ
quidã ignis maximꝰ qui cõburebat filios iſrael. Sed
ad preceptũ ⁊ orationẽ moyſi ignis ille abſorptus ẽ a
terra. Ignis chariſſimi qui ſemꝑ ſurſum aſcendit: ſi⸗
gnat ſuꝑbos qui ſemꝑ volũt alijs ꝑeſſe ⁊ ꝑeminere. et
alios per rapinã ⁊ crudelitatẽ comburere ⁊ ardere: Et
ideo tales in vita iſta cõburũt infeſtãt cruciãt ⁊ afflit⸗
gunt per ſuas exactiones filios iſrael. i. ſubditos ⁊ vi⸗
cinos ſimplices atqꝫ iuſtos. Sic vere finaliter iſti ab⸗
ſorbebunt infra terrã inferiꝰ in inferno. Ideo iſti ſunt
de quibꝰ dicit Deut. xj. Quos aperto ore terra abſor⸗
buit. Colles inq̄t excelſos. Et đ hoc põt dici illud Aba
cuc. iij. Incuruati ſunt colles mũdi. i. alti ⁊ ſuꝑbi: q̇. ſ.
in morte in inferno incuruant. Abſorbent igit illi qui
per ſuperbiam ſunt elati. ¶ Tertio abſorbent illi qui
etiã per mollicie ſunt roborati. ſ. delicioſi qui nomine
germinis intelliguntur: germẽ inquit q: ſicut germen
et tenerũ ⁊ molle eſt: ſic delicioſi ſunt teneri ⁊ molles.
nullũqꝫ poſſunt laboreꝫ penitentie ſuſtinere. Et ſicut
videmus ꝙ talia germina faciliter deſiccantur abſor
bentur ⁊ annihilant gelu. ſ. vel calore. ſic vere qñ fri⸗
gus vel tẽpeſtas eterne dãnationis euenerit. Quãdo
etiã calor. i. ardor mortis ⁊ diuini iudicij ingruerit: tũc
talia germina tales molles delicioſi ⁊ luxurioſi ſicca
bunt abſorbebuntur ⁊ annihilabunt. ſ. in inferno. vñ
Abacuc. iij. ca. Abſcondet de ouili pecus ⁊ non erit ger
men in vineis. Illi enĩ qui ſunt pecus per carnis luxu
riã ⁊ petulãtias: illi q̇ ſunt germen ꝑ teneritudinẽ ⁊ de
licias. Illi dico abſcindent per mortẽ tꝑalẽ ⁊ eternam
de ouili. i. de cõgregatione alioꝝ cõſimiliũ. ⁊ de vinea
mũdane proſperitatis penitus auferent. Et hoc fuit
figuratũ. Apoc. xij. vbi dr̃. Nõ terra aperuit os ſuũ et
abſorbuit vnũ fluuiũ qui ſeq̄bat vnã mulierẽ vt attra
heret eã. qui quidẽ fluuiꝰ de ore vnius draconis fue⸗
rat editus ⁊ emiſſus. Sic vere chariſſimi terra abſor⸗
bebit inferius in inferno illos qui ſunt fluuij. i. fluxi⸗
biles ⁊ delicioſi. ⁊ illos qui ſequũtur mulieres. ſ. illos
qui ſunt incõtinẽtes ⁊ luxurioſi quos. ſ. draco. i. dyabo
lus ab ore ſue praue ſuggeſtionis euomit ⁊ emittit ad
ſua mala opera facienda. Iđ de abſorbitiõe taliũ põt
dici illud. j. Coꝝ. xv. Abſorbeat illud quod mortale eſt
Et ſic patet ꝙ actus abſorbendi eſt cõmunis in infer
no pariter ⁊ auaro.

## Abſoluere. Abſolutio.

Nota ꝙ abſoluere
idem eſt: ꝙ a vinculo ſoluere. liberare ⁊ expedire. Su
mitur autem cõmuniter abſolutio pro iudiciali vl' pe
nitentiali ſententia liberatiua. vel a crimine qđ appo
nitur: vel a culpa que incurritur expeditiua. Duplex ẽ
igitur abſolutio ſm ꝙ eſt duplex forus. Eſt igitur ab
ſolutio tꝑalis q̄ fit in foro iudiciali. Eſt abſolutio ſpi
ritualis q̄ fit in foro penitentiali. Prima debet habe⸗
re iuſticie rectitudinẽ. Scđa debet habere clementie
plenitudineꝫ. Prima fit per iudicij prolationẽ. Scđa
fit ꝑ manuum ſacerdotaliũ appoſitionẽ. Prima tollit
temporalẽ punitionẽ. Scđa tollit eternalẽ dãnatio⸗
nem. Prima reſtituit bonã famã. Scđa reſtituit grãꝫ
⁊ tandem eterne glorie cõfert palmã. ¶ Dicamꝰ igit
aliquid de abſolutione ſacramẽtali: q̄ habet pietatis
plenitudinẽ. Sicut video ꝙ deꝰ in natura quaſdã res
naturales ⁊ cauſas voluit ponere q̄ poſſent ligata ſol
uere. ⁊ cõſtricta laxare. ſicut patꝫ q: terra cõgelata ca
loris influẽtia ſoluit: humor cõpectus in corpore me⸗
dici diligẽtia ⁊ medicine efficacia laxat. Sic vere deꝰ
ſpiritualiter quaſdã virtutes ſuꝑnales cõſtituit. ſ. ſa⸗
cramentũ penitẽtie ⁊ poteſtatẽ ſacerdotis quibus et
quoꝝ miniſterio homo congelatione vicioꝝ abſoluit
et omnis compago criminũ relaxatur. Et ideo videt
ꝙ ſacerdotes ſint ſimiles quibuſdã populis qui in ꝓ⸗
uincia elladis eſſe ſolebãt: qui ſcꝫ ſm crateꝫ pergame⸗
num tante virtutis erant: ꝙ ſolo tactu manuum adiu
uabant venena: ⁊ hominẽ a periculo liberabant. Ta⸗
les etiã populi fuerunt ſcilli quidã populi affricani q̇
ſm Plinium a venenoſis nõ ſolũ nõ ledebant. immo
venenati curabantur ꝑ eos. Reuera talis eſt populꝰ
ſacerdotũ q: ꝓ certo ſolo tactu ⁊ appoſitione manus
hoieꝫ per abſolutionẽ ſacramentalẽ a pctõꝝ venenis
eximũt ⁊ ſanitatẽ gratie introducũt. Iſti enĩ ita debẽt
eſſe ſancti ⁊ mũdi ꝙ a venenis vicioꝝ ledi nequeant:
vt ſic digne ab alijs venena vicioꝝ ꝑ abſolutioneꝫ ab
ſtergãt. De tali igitur abſolutiõe poteſt intelligi illud
Mar. vltimo. Suꝑ egros manus imponẽt ⁊ bene ha
bebũt ⁊ ſi mortiferũ quid biberint nõ eos nocebit. Ad

verte

Ayuntamiento de Madrid

uerte tñ ꝙ iuſtinꝰ in libꝛo dicit. Nã cũ cleopatra egy⸗
pti regina ⁊ antonij cõcubina ſpe vite amiſſa venenũ
aſpidũ bibiſſet ⁊ ſic doꝛmiendo perijſſet et occubuiſſz
ſcilli additi fuerũt qui venenũ extrahere ⁊ eã ad vitã
reducere nequiuerũt. Mꝛ ꝓ certo chariſſimi illi qui vo
luntarie venenũ peccati bibũt ⁊ aſpidi dyabolo ſe tra
dunt ⁊ in peccato delectanꝭ. ⁊ doꝛmiũt per ſcilloꝝ ap⸗
poſitionẽ. ideſt per ſacerdotũ abſolutionẽ nullatenꝰ
reuiuiſcũt. Solus eñ penitẽs abſoluiꝭ. ⁊ ſolus ille cui
peccatũ diſplicet ꝑ abſolutionis remediũ liberaꝭ. Jõ
Aug. ſuꝑ illõ p̄s. Fuerũt mihi lachꝛyme mee panes ⁊c.
de fletu penitẽtie dicit ſic. Fletus eſt cibꝰ animarũ coꝛ
roboꝛatio ſenſuũ abſolutio peccatoꝛũ refectio mẽtiũ
lauacrũ culparũ. Quia reuera cũ fletu ⁊ doloꝛe cõtri⸗
tionis ⁊ cũ volũtario ꝓpoſito bone intentiõis debet
homo ad ſacerdotem accedere. ſi vult abſolutionẽ de
bitã repoꝛtare. vt ſic deo ⁊ ſacerdoti dicat anima illud
Thobie. iij. Ad te dñe faciẽ meam cõuerto ad te ocu⸗
los meos erigo. peto dñe vt de vinculo huius imperij
abſoluas me. Jſta eſt igitur abſolutio ſacramentalis
Sed de hac vide infra de Cõfeſſione ⁊ Penitentia. Et
de Ligare. Soluere. Tangere manus ⁊ in alijs ſimili⸗
bus titulis. ¶ Scdõ dico: ꝙ eſt abſolutio iudicialis.
que. ſ. debet habere iuſticie rectitudinez. Sicut enim
dicit ſcriptura. ⁊ qui iuſtificat. i. qui abſoluit impium
et qui condẽnat iuſtuz vterq̄z abominabilis eſt apud
deũ Prouer. xvij. Statera eñ ſi ſit recta ⁊ vera ſemper
flectitur ad illã ꝑtẽ q̄ ponderat. Sic vere iudex vel pꝛe
latus ſi iuſtus fuerit ſemꝑ inclinatur ⁊ fauet ad abſo⸗
lutionẽ vel pꝛomotionẽ illius partis q̄ plus habet de
pondere meritoꝛũ. Ab altera vero parte q̄ minus ha⸗
bet de iuſticia ⁊ bonitate recedit ⁊ ab ea eleuaꝭ. ⁊ eam
condẽnat deſerit ⁊ dimittit. iuxta illud qõ pꝛecipitur
Deut. xxv. Nã ſcz illi quẽ iuſtum inuenierint iuſticie
palmã dabũt. illũ vero quẽ impiũ condẽnabunt. Jſta
tñ ſunt cõtra impios iudices iniuſtos qui libentiꝰ ab
ſoluunt malos q̄ȝ iuſtos. Res eñ gibboſa et toꝛtuoſa
nũq̄ȝ bene coniungitur cũ re recta. Bene igiꝭ vnitur
et cõiungitur cuz re alia toꝛtuoſa. Sic vere toꝛtuoſi et
mali iudices nũq̄ȝ bene applicanꝭ cuz hoibus bonis
rectis ⁊ iuſtis. tales ei nõ ſolẽt diligere nec eoꝝ partẽ
fouere nec pꝛo eis iudicare. Sed reuera ad hoĩes toꝛ⸗
tuoſos ⁊ iniuſtos ſolent amplius accedere ⁊ eos abſol
uere. ⁊ cõtra iuſticiã ſuſtinere cõtra quos Eſa. v. Ue q̄
iuſtificatis impium pꝛo muneribus ⁊ iuſticiã iuſti au
fertis ab eo. Bene eñ figurati ſunt. ij. Mach. iiij. vbi
dicitur. Nã antiochus rex iniquus Menelaũ vniuer
ſe nequicie reum criminibus abſoluit ꝓ quo. ſ. Ptho
lomeus quidã pꝛinceps ꝓmiſſis ꝑ reo muneribus in
terceſſit. miſeros vero innocẽtes moꝛte dãnauit. Mꝛ
vero antiochus qui interpꝛetatur pauperis ſilentiuz
ideſt malus iudex coꝛam quo pauperes non audẽt lo
qui nec iuſticiam petere: ſemper ſolet Menelaũ qui
interpꝛetatur maledictus. ideſt quẽlibet impium ⁊ ma
ledictum abſoluere. dum tamẽ munera det aduocati
videantur intercedere. bonos vero ſi ſint pauperes et
miſeri condemnare. Sed pꝛo certo tales deberent in⸗
telligere illud Senece dicẽtis. Jlle ſe damnat qui no
centes abſoluit. Sic igitur patet: ꝙ duplex eſt abſo⸗
lutio. Sed ad p̄ſens gratia leuitatis ſufficit quod di⸗
ctum eſt de vtraq̄z. Uide in alijs titulis ſcilicet de Ju⸗
dice. de Juſticia. de Muneribus. Et de acceptione ꝑ
ſonarũ: qꝛ hic valde pauce ſunt autoꝛitates.

**Abſq̄z.** Cũ iſtud vocabulũ. Abſq̄z ſit dictio pꝛiua⸗
tiua: põt vocari ꝙ cõſeruatiua vocabu⸗
li cui adiungitur põt ſignificare vel bonũ vel malum.
Sic igitur dicam ꝙ per abſq̄z poteſt denotari.

Carentia virtualiũ bonoꝝ.
Carentia criminaliũ maloꝝ.
Carẽtia tẽpoꝛaliũ donoꝝ.
Carentia ſpiritualiũ gaudioꝝ.
Carentia infernaliũ toꝛmentoꝛũ.

Primum abſq̄z habẽt vani pec⸗
catoꝛes. Secun
dum abſq̄z ha
bẽt iuſti viatoꝛes
Dico igiꝭ pꝛimo ꝙ ſignat carentiã virtualiũ bonoꝛuz
et iſtud eſt illud abſq̄z qõ habent mali qui. ſ. ſunt abſq̄z
gratia diuina. ⁊ abſq̄z moꝛibus et operibus virtuoſis.
Oſſa enim leonis ſunt abſq̄z medulla. ſicut dicit Soli
nus. Sic vere oſſa diaboli. id eſt peccatoꝛes ſunt ho⸗
die abſq̄z medulla gratie et virtutuz. Et ſic nota ꝙ ma
li ſunt hodie. Abſq̄z.

Conſilio pꝛudentie.
Auxilio potentie.
Lumine ſcientie.
Dulcedine clementie.
Diſciplina temperancie.
Jugo obedientie.
Congregatione amicitie.
Clauſura continentie.

Dico igiꝭ ꝙ mali carẽt cõ
ſilio ⁊ pꝛudentia ſimiles
mulieribꝰ penitẽtie ⁊ ca⸗
ſtratis que ſunt vt cõiter
abſq̄z barba. q̄. ſ. pꝛudẽtia
dignos cõſueuit deſigna
re. Mꝛ reuera peccatoꝛes
qui ſunt mulieres ⁊ effemi
nati qui ſunt puerıles parũ infoꝛmati. qui ſunt a gene
ratione ⁊ ꝓductiõe bonoꝛũ operũ caſtrati ⁊ pꝛiuati ſũt
abſq̄z barba pꝛudẽtie ⁊ ſine cõſilio ſapẽtie ⁊ doctrine.
Deut. xxxij. Gens abſq̄z conſilio ⁊ ſine pꝛudẽtia vtinã
ſaperent intelligerent ⁊ nouiſſima ꝓuiderent. ¶ Jtẽ
mali ſunt abſq̄z auxilio et potẽtia Nõ habẽt eñi pote
ſtatẽ reſiſtendi vel ſe a diabolo defendendi Judicum
v. Jngreſſi ſunt ſine arcu ⁊ ſagitta ⁊ abſq̄z ſcuto ⁊ gladio
Jtem ſunt abſq̄z lumine ⁊ ſcientia ſimiles talpe q̄ na⸗
turaliter caret viſu: ⁊ figurati in ceco nato quem natu
ra creauerat abſq̄z oculis Sic iſti oculis clari intellecꝰ
carent ⁊ viſum diſcretiõis nõ habẽt. ita ꝙ ipi p̄ñt dice
re illud Eſaie. lix. Nos oẽs ſicut oues errauimꝰ ⁊ qua
ſi ceci abſq̄z oculis attractauimꝰ ¶ Jtẽ ſunt abſq̄z dul
cedine ⁊ clementia ſicut de ligdamo ſyracuſano dicit
ſolinꝰ qꝛ oſſa eius dep̄henſa ſunt abſq̄z medulla dulci
flue pietatis ⁊ miſcdie clemẽtie aut bonitatis. Oſee. j.
Uoca nomẽ eius abſq̄z miſericoꝛdia. Et iſti ſunt potiſ
ſime diuites ⁊ delicioſi. qꝛ. ſ. nunq̄ȝ ſudaſſe nec laboꝛaſ
ſe reperiunꝭ. p̄s. Jn laboꝛe hoim non ſunt. qꝛ. ſ. iſti ſunt
qui abſq̄z medulla miſcdie inueniunꝭ. ¶ Jtẽ iſti ſunt
abſq̄z diſciplina ⁊ teꝑerantia. Figurati. Exech. xiij. vbi
dicitur Nã pꝛophete eoꝛũ leniebant abſq̄z tꝑamento
vidẽtes vana ⁊ diuinãtes mẽdacia. qꝛ. ſ. ꝓphete iſtoꝛũ
i. demones ⁊ adulatoꝛes qui vaticinãt eis falſa leniũt
eos. ſ. applaudẽdo ⁊ delectãdo. ⁊ hoc ſine tẽperãtia. i.
ſine moderamine diſcipline Exech. xiij. Dic eis q̄d li⸗
niunt abſq̄z tꝑamento ꝙ caſurus ſit. ¶ Jtẽ ſunt abſq̄z
iugo ⁊ obedientia ſimiles onagro qui nunq̄ȝ põt ſubij
ci iugo ſicut nec iſti obedientie. Job. xxxix. Quis dimi
ſit onagrũ liberũ ⁊ vincula eius quis ſoluit? Jtem de
iſtis dicitur Oſee. vij. Reuerſi ſunt vt eſſent abſq̄z iu⸗
go. ¶ Jtẽ iſti volũt eẽ abſq̄z ꝯgregatiõe ꝯcoꝛdia ⁊ ami
cicia p̄s. Abſq̄z ſynagogis faciẽt vos. ¶ Jtẽ iſti volũt
eſſe abſq̄z muro ⁊ cõtinẽtia ſeu cuſtodia qõ potiſſime
pertinet ad religioſos qui nõ p̄ñt moꝛari in clauſtro
ſimiles aque illius fontis quẽ nullũ vas põt cõtinere
p̄ter vngulam equi ſic iſtos nulla clauſura. vñ. zacha.
ij. Abſq̄z muro habitabiꝭ hieruſalẽ. Et Prouerb. xviij.
Sicut vꝛbs patens ⁊ abſq̄z muroꝛũ ambitu ſic ſtultus.
¶ Jtẽ iſti volũt eſſe abſq̄z lege ⁊ ſapiẽtia. ſicut ptz de
indeuotis de quibꝰ dꝛ. ij. Paral. p. xv. Tranſibũt autẽ
multi dies in iſrael abſq̄z deo doctoꝛe ſacerdote ⁊ lege
iſtud eſt igiꝭ vnũ abſq̄z qõ ꝑtinet ad malos. qui. ſ. hñt B
carentiam bonoꝛũ virtualiũ. ¶ Scdõ dico ꝙ eſt vnũ
abſq̄z quod ſignat carentiã maloꝛuz criminaliũ iſtud
eſt quod pertinet ad iuſtos et virtuoſos. qui. ſ. volunt
eſſe abſq̄z coꝛruptela peccati. Figurati in agno paſcha
li. de quo dicitur Exo. xij. Nã debebat eſſe agnus ſine
macula maſculꝰ anniculꝰ. vbi nota ꝙ iuſti ſunt Abſq̄z
malicie pꝛauitate. Quia agnus. abſq̄z luxurie feditate
Quia abſq̄z macula. Abſq̄z incõſtantie debilitate quia
maſculus. Abſq̄z obſtinatione antiquitate Quia anni
culus. Sunt igiꝭ iſti abſq̄z malicie depꝛauatione quia
ſunt agnus Leuit. ij. Omnis oblatio que offertur do⸗
mino abſq̄z fermento erit. Fermentũ enim ſignat ma⸗
liciam. ſicut patet. j. Coꝝ. v. in fine. Jtem iſti ſunt abſq̄z
inquinatione. Abſq̄z macula inquit Job. xj. Tunc leua
re poteris faciẽ abſq̄z macula ¶ Jtem iſti ſunt abſq̄z in



Ayuntamiento de Madrid

conſtantie defectio ne:q2 non maſculus non femella.
vnde ipſi ſunt abſq3 timore et imbecillitate feminea
Deutero.xj. Abſq3 timore habitabitis. ¶ Itē iſti ſunt
abſq3 male cōſuetudinis obſtinatione:q2 ſunt annicu
li. Leui.xiiij. Offeret oue anniculā abſq3 macula.vide
infra. De agno.vbi videbis p̄dictā auctoritatē ꝓſecu
tam cū cōcordantijs vocabulis. Et breuiter iſti habēt
C carentiā maloꝝ criminaliū. ¶ Tertio dico ꝙ vnū eſt
abſq3 qd̄ ſignat carentiā bonoꝝ eternaliū.⁊ iſtud eſt
abſq3 dānatoꝝ:qui ſc3 ſunt abſq3 leticia in inferno
Nota ꝙ iſti ſunt Abſq3

Virtutis fortitudine.
Salutis certitudine.
Jocūditatis quietudine.

Nō ſint abſq3 virtute.pat3
Treno.j. Ubi d2. Abierunt
abſq3 fortitudine ante fa
ciem tribulātis. Itē ꝙ ſint abſq3 ſalute.pat3 Eſa.xliij.
Ubi dn̄s dicit. Abſq3 me nō eſt deus.⁊ abſq3 me nō eſt
ſaluator. ¶ Item ꝙ ſint abſq3 iocūditate p3 Eſa.xliij.
Ubi aīe deſolate d2. Paupercula tempeſtate cōuerſa
D abſq3 cōſolatione vlla. Sic patet ꝙ abſq3 ſignat caren
tiam gaudioꝝ ſupnaliū. ¶ Quarto dico: ꝙ abſq3 ſi
gnat qn̄q3 carentiā tormētoꝝ infernaliū.⁊ iſtud eſt
abſq3 beatoꝝ:que reuera in paradiſo ſunt. Abſq3

Pauore.
Terrore.
Dolore.
Jndigentia.
Auaricia.
Verecundia.

Abſq3 dico pauore. Leuitici.xxvj. Abſq3
pauore habitabitis ⁊c. Abſq3 terrore.pro
uer.xxv. Juſt9 aūt ꝯfidēs quaſi leo abſ
q3 terrore erit. Abſq3 dolore inſup.q2.ſ.
ibi nō erit bellū nec gladius.ideſt ali
qd̄ doloroſū.iij. Reg.xxij. Tranſierūt
tres anni abſq3 bello. Abſq3 penuria etiā erat. q2 ſicut
dicit. Deute.viij. Dabit tibi dn̄s terrā olei ⁊ mellis vbi
abſq3 vlla penuria comedas. Erunt nihilominus abſq3
auaricia.q2.ſ.nullus appetet aliena bona.immo qui
libet alteri cōmunicabit propria Deuter.xxiij. fratri
aūt dabis abſq3 vſura. Jpſi etiā erunt abſq3 verecūdia
Unde de Ruth.i.de beata anima dicitur Ruth.ij. Ut
ſit verbū dei ad angelos. De noſtris autē manipulis
proijcite ex induſtria ⁊ remanere permittite: vt abſq3
rubore colligat. Sic igit patet quomodo iſta prepoſi
tio Abſq3 poteſt quadruplicē carentiā deſignare. Nō
applico alias proſecutiones gratia breuitatis. Vide
infra de Sine.

## Abſtinentia.

Poteſt accipi dupliciter. ſpiritualiter ⁊ corporaliter
A Spiritualiter qn̄ quis abſtinet a vitijs ⁊ peccatis ⁊ re
bus illicitis. Corporaliter etiā qn̄ abſtinet a rebus li
citis.vt ſc3 deo placeat ⁊ carnem edomet ⁊ deuincat.
Sunt quedā animalia que ſunt magne abſtinentie et
ieiunij.vt ſunt ſerpentes. Et pro certo talia ſunt inge
nij cautioris.⁊ vite etiā longioris. Sic vere chariſſimi
illi qui ſunt abſtinentes ſc3 a delicijs corporalib9.etiā
vicijs ſpiritualibus:tales dico ſunt ingenij ſanioris:
ſenſus clarioris:⁊ ſapientie ſubtilioris. Jſtud fuit figu
ratum Dan.j. Ubi d2. Pueri qui erant de ſemie regio
et de filijs iſrael noluerunt comedere de cibis delicio
ſis menſe regis Nabuch.ne per hoc macularentur ſ3
tm̄mō leguminib9 fuerunt cōtenti. Et ſic actum eſt ꝙ
iſti fuerunt pulchriores et in ſcientia clariores. Cha
riſſimi rex iſte deſignat dyabolum qui vere in babylo
ne.i.in mundo: vbi eſt perpetua cōfuſio principat. q2
ſicut d2 Job.xlj. Jpſe eſt rex ſuper oēs filios ſupbie. Jſte
rex habet in ciuitate huius mūdi mēſam ſuā:que eſt
mundi proſperitas in qua pro certo ſunt duo genera
ciborum ſc3 corporales ⁊ ſpirituales. Corporales cibi
ſunt diuitie ⁊ delicie. Spirituales aūt ſūt vicia ⁊ pctā.
Jn iſta ciuitate ſunt aliqui pueri q̄ ſunt de ſemine re
gis xp̄i qui eſt rex regū. Job.viij. Semen abrahe ſum9
Et iſtos pro certo multū cupit dyabolus nutrire de ci
bis mēſe ſue q2 multū vult ꝙ ipſi ament ⁊ acquirāt di
uitias ⁊ delicias ⁊ vicia ⁊ peccata ⁊ iō ſuggerit ꝙ ipſi
fiāt raptores ſymoniaci:auari:guloſi: delicioſi. Dicit
eīn Can.v. Venite amici mei ⁊ bibite ⁊c. S3 vere illi q̄
ſunt ſapiētes ſumme cauēt de iſtis cibis babylonicis.
immo faciūt abſtinentiā ab eiſdē:q2 ſicut d2 Eccli.iij
Cor ſapiēs abſtinet ſe a pctis:q2 qui cibis mūdane ꝓ
ſperitatis vtit faciliter polluit.ſ.p auariciā ⁊ luxuriā3
et ꝓ certo iſti erūt ſapientie clarioris.apparentie pul
chrioris ⁊ eſſentie melioris.⁊ vite etiā longioris:quia
non ſolū tpaliter immo etiā eternaliter ſemp viuent.
Vn̄ Eccli.xxxvij. Propter crapulā multi perierūt:qui
aūt abſtinens eſt adijciet vitā. Et ideo figura facit ad
hoc illud Judicū.xiij. Ubi angelus apparēs Manueli
dictauit ſibi qualiter Sanſon deberet regere vitā ſuā
dicens. Abſtineat inquit ⁊ quicquid ex vinea naſcitur
nō comedat vinū ⁊ ſicerā non bibat: nullo veſcat im
mūdo. Et ecce q2 ſicut medicus dictat dietā infirmo ⁊
docet cibos.infirmus a quib9 debet abſtinere Sic ve
re iſte angelus verbis iſtis docet tria a quibus princi
paliter ē abſtinedū. Et iſta tria ſunt. Proſperitas mū
dana. Vinea naſcit. Sagacitas humana. Vinū ⁊ ſice
ram nō bibat. Jniquitas inſana. Nullo inquit veſcat
immūdo. ¶ Abſtineamus igit ab affluētia tēporali. B
Quicquid inquit de vinea naſcit nō comedat. Vinea
chariſſimi ſignat mundū. Jſta eſt eīn vinea ad quā mi
ſit paterfamilias ſeruū ⁊ filiū: quos cū agricole occi
derūt:ſicut dicit Matth.xxj. q2.ſ.⁊ chriſtus dei filius
⁊ prophete ⁊ apoſtoli in huius mūdi vinea ſunt occiſi.
Jllud aūt qd̄ de iſta vinea naſcit: eſt mūdana proſperi
tas:que cōtinet racemos.id eſt diuitias. cōtinet vinū.
id eſt:delicias.cōtinet etiā ramos.id eſt:gradus ⁊ emi
nētias. Debemus igit abſtinere ab illis qui in vinea
huius mūdi naſcunt.ſ.a diuitijs:delicijs:⁊ eminētijs.
Juxta illud Job.xxiiij. Non ambulet p viā vinearum
Nā mundus et mundana ꝓſperitas eſt recte ſimilis
cuidā arbori q̄ dicitur taxus.que ſm Jſid.li.xvij. Ethi.
Eſt arbor venenata:⁊ de fructu ei9 eliquatur liquor ni
mis eīn laxat caro eius.i.ligni ſubſtantia ignem gre
cum ſeruat in extinguibilē. vmbra etiā eius dormien
tibus eſt mortifera ⁊ nociua.vt dicit diaſcorides. Ar
bor eſt magna ⁊ procera.ramos habens groſſos ⁊ fle
xibiles:de quib9 ꝓthi faciūt arcus ſuos.vnde Poeta
Taxi tendūtur in arcus. Reuera talis videt mundus
et mūdana proſperitas:q2 vere nihil eſt ibi quin ſit ve
nenoſum aie xp̄iane. Eſt eīn ibi lignū ſiccū ſeu caro:⁊
ſignat diuitias tēporales que i reb9 ſuis ideſt granis
vaſis pecunijs ⁊ veſtib9 ⁊c. fruct9 ei9 ſignat delicias
corporales.ſuccus aūt eius ſignat ſcientias ſeculares
Umbra eius ſignat eminētias populares: q̄ pro certo
oia ſunt aie venenoſa.q2.ſ.ipſam inuenenāt p diuerſa
vicia ⁊ peccata. Caro eīn eius.i.diuitie inuenenāt per
auariciā.q2 vere ignē auaricie agūt ⁊ ſeruant inextin
guibilē.q2 vermis coꝝ nō morit.ignis coꝝ nō extigue
tur. Eſaie.lxvj. Fructus eius ideſt delicie inuenenāt p
luxuriā ⁊ infectionē. Succus ei9.i.ſcientie inuenenāt
per arrogantiā ⁊ preſumptionē. Nā taliter laxāt volū
tatē per malū deſideriū ⁊ affectū:ꝙ introducūt mor
tē ⁊ dānationē.q2 ſicut d2 Rom.viij. Prudētia carnis
mors eſt. Qd̄ bene fuit figuratū in illo Ezechia. Sede
chia.qui ſicut d2 in hiſtoria ſcholaſtica. Bibit in aula
babylonis poculū laxatiuū.q2 cecus erat ⁊ nō videbat
quid bibebat.⁊ ſic corā oibus ignominioſe laxat9 eſt
Sic vere mundi ſapientes ⁊ diuites quoꝝ oculus in
tellectualis eſt per diuerſa vitia excecatus bibunt ho
die in babylonis aula ideſt in aula huius mundi po
culū laxatiuū.ſ.mūdi delicias ⁊ ſciētias ⁊ ꝓ certo ipſi
ignominioſe laxant ad multa vilia opera ⁊ inhoneſta
Jdeo pōt eis mundus dicere illud Hiere.viij. Potu3
dedi vobis aquā fellis. Jtē vmbra iſtius arboris.i.emi
nētia dignitatis.q̄ faciliter decipit. ſicut vmbra eſt iſti
venenoſa.q2 vere aīam inuenenāt p ſupbiā credulita
tem ⁊ violentiam. Nā ſicut videmus illi qui ſunt ſub
vmbra mundane proſperitatis: ſunt hodie intoxicati
et inuenenati per diuerſa peccata:et ideo mortē3 eter
nā incurrūt finaliter in iferno. Et tūc dicēt illd̄ Hier.
vj. Ve nobis q2 declinauit dies ⁊ facte ſunt vmbre lō
giores veſperi. Nam qn̄ dies et lux proſperitatis defe
cerit:qn̄ ei9 vmbra tēporalis dignitatis tranſierit.qn̄
ſc3 veſper

Ayuntamiento de Madrid

ſcʒ veſper mortalis neceſſitatis aduenerit tūc vere ta
lib⁹ erit ve.i.maledictio dānatiōis eterne.Iſte eſt igiť
taxus id eſt mūdus cuius oēs ꝑticule ſunt anie ꝑicu⸗
loſe ⁊ nociue:qꝛ breuiter ſicut dꝛ.j.Johan.ij.Omne qđ
eſt in mūdo:aut eſt cōcupiſcētia oculoꝝ:aut ↄcupiſcē
tia carnis:aut ſupbia vite.Et ideo dꝛ ibidē.Nolite di⸗
ligere mūdū neq₃ ea que in mūdo ſunt. Iſta eſt igitur
vinea mūdane ꝓſperitatis a qua eſt abſtinēdū.Quic
quid inqͭ ex vinea naſciť nō comedes. Et ideo iſta vi
nea figurari:potuit Prouer.xxiiij.Per agrū īquit ho
minis pigri tranſiui ⁊ ꝑ vineā viri ſtulti et ecce totuʒ
repleuerant vrtice ⁊ ſpine ⁊ maceria lapidū deſtructa
erat.Hō enim piger eſt dyabolus qui eſt hō ꝙtuʒ ad
ſcientiā ⁊ rōnem piger ꝙtum ad bonaꝝ operationem
Ager aūt ⁊ vinea iſtius eſt mūdus ⁊ mūdana ꝓſperi
tas q̄ reuera plena eſt vrticꝭ.i.delicijs que faciūt pru
riginē ⁊ ardorē ſpinis.i.diuitijs que generāt pūctionē
ſollicitudinē et laborē.Maceria etiā lapidū id ē clau
ſura regulariū ſtatuoꝝ.i.diuinoꝝ mandatoꝝ deſtru
cta eſt ꝑ violentiā peccatoꝝ ⁊ furorē.vnde Eſa.v.De⸗
ſtruā ſepē eius ⁊ erit in direptionē. Abſtineamus igi
tur chariſſimi ab affluentia tēporali Actꝭ.v.Abſtine⸗
ant ſe a cōtaminationib⁹ id eſt a pᷣdictꝭ bonis ꝓſpe
C ritatis mūdane. ¶ Secūdo eſt abſtinēdū a ſapientia
ſeculari.vinū inquit ⁊ ſiceram nō bibet.Elephas quā⸗
do eſt ieiun⁹ facilius triūphat de dracone. Draco eñ
qñ videt elephantē potu grauidum libētius inuadit
ipſum ⁊ facilius preualet cōtra euʒ. Sic vere chariſſi
mi draco dyabolus minus pōt preualere contra illos
qui ſunt ieiuni ⁊ abſtinētes a potu ſapientie ſecularꝭ
ꝙ contra illos qui iſto potu ſunt ebrij ⁊ repleti.Nam
ꝓ certo qñ dyabolus hominē grauidū tali potu inue
nit imbutū ſapientia ſeculari facilius inuadit eum ꝑ
ſuas tentationes.ſ.tentando de ſupbia.vel arrogātia
de preſumptione de inuidia de ambitione et de cete⸗
ris peccatis ſpūalibus. Et breuiter veruʒ eſt illud qđ
dꝛ.j.Corin.iij.Sapiētia huius mundi inimica eſt deo.
legi eñ iuſticie nō eſt ſubiecta quia ſicut dicitur ʒach
iij.Iſta eſt ſapiētia terrena animalis ⁊ dyabolica.Di⸗
citur eñ ſapientia mūdi terrena propter cupiditatē
aīalis propter annexam fallacitatē dyabolica ꝑpter
annexā peruerſitatē.Terrena dicitur qꝛ vere ſicut tal
pa optime ⁊ ſapienter ſe ſcit regere in terra extra aūt
nō.Sic mūdi ſapiētes in terra id eſt terrenis negocijs
ſciunt optime ſe habere.quia ſcʒ ibi habent ſuas vias
ſubterraneas id eſt ſuas cautelas ⁊ malicias ⁊ etiam
ſuos modos acquirendi temporalia ita ꝙ de vna via
ad aliam faciliter ſe conuertunt.Sed vere extra terrā
i. ꝙtum ad illa que nō tangunt terrā nec terrena.ſ.in
negocijs ſpūalibus neſciūt ſe regere ⁊ ratio eſt qꝛ ceci
ſunt.Excecauit eñ eos malicia eoꝝ.Sapi.ij. Itē iſta ē
ſapientia animalis.Sicut enim aīalia habent quādā
induſtriam ⁊ ſapientiā naturalē de qua vnū aliud de
cipit et fraudat ſicut patet de vulpe quod eſt animal
fraudulentū ⁊ mirabilem habet induſtriam ⁊ ſagaci⸗
tatē ad decipiendū pullos ⁊ gallinas ⁊ alias auiculas
innocentes ⁊ diciť vulpes quaſi volupes: eo ꝙ volu⸗
biliter ⁊ tortuoſe:et nūꝙ rectis itineribus incedit.Ta
les pro certo ſunt mundi ſapientes quia vere mirabi⸗
lem habent induſtriā ad alios defraudandū. Iſti eñ
nunꝙ recte incedūt ſed fraudulēter tortuoſe ⁊ malicio
ſe auiculaſq₃ innocētes id eſt pauperes ſimplices ⁊ vi
cinos ledunt ꝑ ſuam ſapientiam et defraudant qꝛ ſicut
diciť Hierem.iiij.Sapientes ſunt vt faciant mala be
ne aūt facere neſcierunt.Patet de aduocatis quoꝝ ſa
piētia ⁊ ſubtilitas aufert alijs iura ſua. Iſta igitur ha
bent annexā fallacitatem qꝛ animalis.Sed adhuc di⸗
co ꝙ habent annexā peruerſitatem qꝛ dyabolica.Nā
dyabolici habent ſcientiam ſubtiliſſimam. Sunt ta⸗
men ita peruerſi et obſtinati ꝙ ipſa non vtuntur niſi
contra omnimodam rationem ⁊ ad dei et hominum
propugnationem.Sic vere multi ſunt ita obſtinati in
malu ʒ ꝙ ꝙuis habeant ſubtiliſſimū ingeniū ⁊ ſapien
tiā et ſcientiā naturalē ſubtilē ⁊ clarā ipſi tamen ipaʒ
peruertunt ad dei ⁊ hominū nocumentū ⁊ impugna
tionem ⁊ ad ſuipſius damnationē.vnde Sene.in epi
ſtola loquens de Marcellino diciť ſic.Eſt inquit ſub
tilis ingenij ſʒ tendēs in prauū:qꝛ ſcʒ ſicut dꝛ.ij. Theſ.
ij.Deo nō placēt et cūctis hominib⁹ aduerſantur.Ab
iſta igitur mundi ſapiētia terrena animali ⁊ dyaboli⸗
ca debemus abſtinere.Et hoc datur intelligi quando
diciť Uinum ⁊ ſiceram non bibet.Per vinuʒ quod eſt
potus obliuionis ⁊ ebrietatis inductiuus ire ⁊ frene⸗
ſis excitatiuus.Et ſiceram que eſt potus inflatiu⁹ in⸗
telligo ſapientiam mundialem:que pro certo inducit
dei ⁊ ꝓximi obliuionem ire ⁊ arrogātie commotionē
preſumptionis et ſuperbie inflaturam ⁊ elationem.j.
Choꝝ.viij.Scientia inflat charitas aūt edificat Iſtā
igiť non debemus bibere ſed ab ea potius abſtinere.
Ecci.ij.Cogitaui a vino abſtrahere carnē mean: vt
animum meum transferrem ad ſapientiaʒ ſupple ve⸗
ram.Et maxime nos alij eccleſiaſtici circa diuina offi
cia occupati:debemus a ſuperfluis ⁊ ſecularibus ab⸗
ſtinere.niſi forte inꝙtum faciunt ad vtilitatē eccleſie
et ad ſuarum regimen facultatum quia tunc iſta non
dicitur ſapientia ſecularis ſed potius ſpiritualis quā
do ſcilicet ad finem debitum ordinatur a tali abſtinē
tia talium deliciarum et ſcientiarum quā ſcilicet ec⸗
cleſiaſtici debēt habere fuit nobis figuratum Nume.
vj.vbi diciť.Qđ cum aliquis volebat eſſe domino cō⸗
ſecratus ⁊ nazareus a tribus debebat ſpecialiter abſti C
nere videlicet ab ornatu ſuorum capilloꝝ quia ipſos
debebat abradere ⁊ abſcindere.Iteʒ a frequētia occiſo
rum ⁊ mortuorū quia ſcilicet nullū mortuū nec patrē
matrem nec aliū debebat viſitare vel frequentare nec
in eorum obſequijs intereſſe. Item ab omni guſtatio⸗
ne vinoꝝ quia nec vinū nec aliquid qđ poſſit inebriare
debebat bibere nec vuaʒ:nec aliquid qđ de vua naſci⸗
tur mādu care.Et ſic efficiebatur ſanctus et nazareus
⁊ plenarie domino cōſecrat⁹.Reuera chariſſimi nos
alij eccleſiaſtici ſumus deo ſpecialiter dedicati et ad
eius ſeruitium ſpecialiter deputati et ideo debemus
eſſe nazarei et nazareni id eſt viri floridi virtuoſi ⁊ ho⸗
neſti.Sed pro certo ad hoc eſt nobis neceſſe abſtine⸗
re a tribus.A ſuperfluis diuitijs Ab incongruis con⸗
ſortijs.Ab aſſiduis delicijs. Dico primo ꝙ abſtinēdū
eſt a diuitijs ſupfluis et hec intelligūtur per capillos
qui nō ſunt de eſſentia corporis immo ſunt quaſi ſup⸗
flui in natura ⁊ ſine detrimēto corpis pñt abradi. Sic
vere diuitie nō ſunt nobis ſubſtātiales nō ſunt de hu
mana quidditate ſed de mūdana ſupfluitate. Nō ſūt
de hominis natura ſed de ſeculi factura. Et ideo prīo
et principaliter debemus abſtergere radere:et euelle⸗
re ꝑ contemptū ⁊ abominationē et ab ipſis nō expedi
re ꝑ largitatē pietatē ⁊ compaſſionem ⁊ bonoꝝ tēpo⸗
ralium liberalem diſtributionem vnde Ezech.v. Su⸗
me tibi gladiū acutum radentem tibi pilos. Gladiuʒ
dico acutū hoc eſt dictū virtutē pietatis ⁊ liberalitatꝭ D
que pilos diuitiaꝝ diſtribuit eradicat ⁊ euellit. ¶ Itē
debem⁹ abſtinere ab incōgruis cōſortijs ⁊ hoc dať in⸗
telligi ꝑ hoīes mortuos Quia vere ſi aliqͥs hō ſit mor
tuus ꝑ diuerſa vicia ⁊ peccata ita ꝙ vitā gratie ſcien⸗
tie ⁊ morū nō habeat etiā ſi fuerit pater noſter:frater
⁊ ſoror vel quātūcunq₃ nobis familiaris ⁊ affinis ip⸗
ſum tñ debem⁹ vitare nec ei⁹ conſortiū frequētare.ſʒ
magꝭ fugere ⁊ declinare ne forte ꝑ eū corrūpamur. Et
de hoc Leuiť.xxj.dꝛ.Nō cōtamineť ſacerdos in morti⸗
bus ciuiū ſuoꝝ niſi tm̄ conſanguineis et propinquis E
ſed etiam nec malis. ¶ Itē debem⁹ abſtinere ab aſſi⸗
duis delicijs vel etiam ſcientijs.Et hoc datur intelli⸗
gi ꝑ vuas que ſunt dulces hee ſunt delicie ꝑ vinuʒ qđ
inebriat hee ſunt ſunt ſciētie.Delicie dico corporales
et ſcientie dico ſeculares et ideo dicitur prouer.xxxj.
Noli regib⁹ dare vinū.Reges eñ diciť eccleſiaſtici

Ayuntamiento de Madrid

⁊ pfecti.qꝛ.ſ.ſe ⁊ alios habēt regere dirigere ⁊ guberna
re.Et ſic bene patet ꝙ debemus abſtinere a ſapientia
f mundiali vinū inquit et ſicerā nō bibat. ❡ Tertio di
co ꝙ debemus abſtinere ab iniuſticia criminali.Nul
lo inquit veſcatꝛ immūdo.Quia vere illa que ſunt ime
mūda.ſ.vicia.⁊ peccata nō debemus veſci nec comede
re.i.nobis appropriare vel incorporare.ſed ab eis abſti
nere.Sicut enim videmus ꝙ homo libenter abſtinet
a veneno qꝛ ſcit ipſum ſui corporis corruptiuū Sic ve
re a peccato debemus abſtinere qđ eſt aīe corruptiuuꝫ
⁊ inuenenatiuū atqꝫ etiā mortis perpetue inductiuuꝫ
Nullo inquit veſcatꝛ immūdo.i.nullo peccato.iđ vt ſit
criminū ⁊ viciorū de quolibet poſſet dici illud Sap̄.ij.
Abſtinet ſe a vicijs veſtris tanꝗ̄ ab immūdicijs Sicut
de Thobia bene dr̄ Thobie.j.Qđ ipſe filiū ſuū ab in-
fantia timere deū docuit ⁊ abſtinere ab omni peccato
De immundicijs aūt peccatorū vite infra.titulo ſuo.
Et ſic bene dico ꝙ abſtinēdū eſt ab immūdicia crimi
g nali.a ſapiētia mundiali.ab affluentia tēporali. ❡ Itē
ad hoc nota de abſtinētia que eſt appetenda et ad hoc
etiā nos inducunt exempla animaliū brutorꝫ dicit eīm
Plinius qđ leo habet vrinā valde fetentē quam more
canis leuato crure eijcit ⁊ expellit.Et dicit q ſi ſe videt
repletū.⁊ propter repletionē ad curſuꝫ inhabilē ſolet ꝑ
tres dies ꝯtinue ieiunare.Sic pro certo chariſſimi. qꝛ
vrina.id eſt fetulētia peccatorū corā deo ⁊ angelis val-
de fetet qꝛ etiā ita ſumus repleti delicijs ⁊ vicijs ꝙ ad
curſuꝫ bonorū operuꝫ ſumus inhabiles ⁊ inepti.Ideo
crus.i ſpem ⁊ affectū ſuper quē nitimur debemus ſur
ſum ad deū dirigere per deuotionē.vrinā iſtā.i.vicia ⁊
peccata expellere per confeſſionē.⁊ a carnis delicijs.a
peccatiſqꝫ ⁊ vicijs abſtinere per carnis afflictioneꝫ et
macerationē.vnde dicit Grego. Nos inquit qui ꝑ ci
bū a paradiſo cecidimus ꝑ abſtinentiā reſurgamus.Eſt
eīm abſtinētia ſimilis cuidā vene terre que dr̄ ram.que
ſicut dicit.Cicero eſt terrea frigida ⁊ ſicca ⁊ mirabilem
habet potētiā reſtringēdi.qꝛ reſtringit ſanguinē vnde
cunqꝫ fluat Talis vero eſt abſtinentia quia iſta dꝫ eſſe
terrea per mortis meditationē.frigida per diuini ter
roris concuſſionē. ſicca per oīs voluptatis abdicatio
nē qꝛ vere reſtringit ſanguinē id eſt carnales ⁊ ſangui
neos appetitꝰ per rationis moderationē. Et ideo.j.
Pet.ij.dr̄.Obſecro vos tanꝗ̄ aduenas et peregrinos
abſtinere vos a carnalibus deſiderijs que militāt ad-
uerſus animā.In quibus verbis oſtēduntꝛ tria ꝓpter
q̄ debemꝰ hāc virtutē abſtinētie.ſ.Qꝛ ſumꝰ exteris pti
bus hoſpitati.ꝑegrinos inquit.Qꝛ ſumꝰ aſperis hoſti
bus ſociati.ſ.carnis deſiderijs.Qꝛ ſumus verbis icti-
h bus impugnati.Militāt aduerſus animā ❡ Dico pri
mo ꝙ debemus abſtinere.qꝛ ſumꝰ hoſpitati in extera
regiōe qꝛ.ſ.nos ſumꝰ aduene ⁊ ꝑegrini.Aduena dr̄ qua
ſi aliunde veniēs.ꝑegrinus qꝛ alienas partes ꝑagrās
⁊ ſignat hoīem viatorē q̄ in mūdū iſtū aliūde venit per
natiuitatē.ſ.a deo.ibi etiā ſicut in loco alieno ꝑagrat
et moratur Heb.xiij.Non habemus hic manentē ci-
uitatem.Et ideo ſicut videmꝰ ꝙ peregrinus dum ē in
peregrinatiōe parū curat de cibarijs delicatis nec de
noticijs hoīm illiꝰ terre in qua eſt.Et hic qꝛ ſcit ꝙ ibi
non diu morabitꝛ qꝛ etiā ſperat ꝙ cito ad domū ꝓpriā
reuertetꝛ vbi ſibi poterit parare cibaria delicata. Sic
ve chariſſimi.qꝛ in mūdo iſto ſumꝰ ſicut aduene ⁊ pe
regrini.qꝛ.ſ.ſicut dicit apl's.ij.Cori.v. Quādiu ſumus
in corꝑe ꝑegrinamur a dn̄o nō debemꝰ curare nec de
fauore hoīm nec de curioſa p̄paratione cibariorū ⁊ de-
liciarū ſed magis ab eis abſtinere Et hoc qꝛ in iſtis ꝑ
tibus.i.in miſera vita iſta parū ſumꝰ moraturi ⁊ etiaꝫ
quādo ad hoſpitiū noſtrū.i.ad paradiſuꝫ ⁊ ad deū re-
uenerimus ibi lautas delicias eterne glorie inuenie-
mus.Aduenas igitur ⁊ peregrinos.Ideo poteſt dice-
re quilibet illud p̄s. Aduena ego ſum apud te ⁊ pere-
grinus ſicut oēs patres mei.Sunt enim chariſſimi in
mundo iſto duo genera hominum.Quidam qui parū
comedunt de mane et iſti optime comedunt de ſero.

Alij aūt ſunt qui multū comedūt de mane.⁊ iſti nihil
poſſunt comedere de ſero. Sic vere in mūdo iſto duo
ſunt genera hominū.ſ.abſtinētes ⁊ viatores.Abſtinē
tes ſunt illi qui parū comedūt.et q̄ faciunt abſtinēti-
am de mane vite p̄ntis et iſti ꝓ certo in ſero id eſt i tē
pore mortis et alteriꝰ vite optime comedūt.ſ. in para
diſo vbi ſatiabuntꝛ eterne glorie voluptate.Iuxta illud
p̄s.Satiabor cū apparuerit gloria tua.Sed vere gulo
ſi qui in mane huiꝰ vite ſe replēt diuitijs delicijs atqꝫ
cibis in ſero alterius vite nihil penitꝰ poterunt man-
ducare qꝛ ſcꝫ fame eterne miſerie cruciabuntꝛ.Figurati
ꝑ illū diuitē et ꝑ illū pauperē Lu.xvj.Quia pauper la
zarus qui in mane huius vite parū comederat: qꝛ ſcꝫ
cupiebat ſaturari de micis que cadebāt de mēſa diui-
tis et nemo illi dabat.Iſte dico in ſero id eſt poſt mor-
tē optime cenauit ⁊ recreatus fuit:qꝛ ſcꝫ ipſe poſitꝰ cū
bonis aīabus in ſinu abrae.Diues aūt epulo q̄ in ma
ne huius vite epulabatꝛ quotidie ſplēdide:qn̄ venit ſe
ro id eſt tēpus mortis tunc vere ipſe peſſime cenauit
qꝛ ſcꝫ mortuus eſt et ſepultus in inferno:vbi etiā indi-
guit gutta aque:ſicut dicitur ibidē:qꝛ ſicut dicit Hie-
ro.Impoſſibile eſt ꝙ hō duplici proſperitate fruatur
tēporali ſcꝫ et eterna.Et ꝙ hic ventrē impleat ibi mē
tē.Simus igitꝛ ꝑegrini in vita iſta chariſſimi.Et ideo
delicijs nec de lauto matutino prandio nō curemus:
ſperantes ꝙ quando poſt mortē in domo paradiſi eri
mus ibi plenarie comedemꝰ qꝛ ſcꝫ tunc nō erimus ho
ſpites nec aduene.ſed tunc erimus ciues et domeſtici
dei ſicut dicitur ad Ephe.ij.Abſtineamus modo cha
riſſimi:qꝛ ſumus hoſpitati in extera regione peregri- I
nos inquit ⁊ aduenas. ❡ Secūdo debemus abſtine-
re:qꝛ ſumus hoſpitati cū aſpera legione ſcꝫ carnalibꝰ
deſiderijs hō enim qui hoſpitibus capitalibus habet
neceſſe cōmunicare debet cauere ⁊ abſtinere a cibis q̄
ſibi apponuntꝛ ne forte hoſtes ſui ſibi miſceāt aliquid
venenoſi.Sic vere chariſſimi nos q̄ neceſſe habemus
conuerſari cū hoſtibus noſtris capitalibus .ſ. cū car-
nis deſiderijs et motibꝰ debemꝰ abſtinere a cibis de-
licie huius mūdi qꝛ vere ſi eis indiſcrete nimis et fa-
ciliter iſti inimici noſtri ſcꝫ carnis deſideria miſcebūt
aliquid venenoſum ſcꝫ aliquod peccatuꝫ vt puta luxu
riam ebrietateꝫ:pigriciā ⁊c. Et ideo dicitꝛ Roma.viij.
Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis non perficietis.
Eſt enim abſtinentia ſimilis cuidam arbori que dici-
tur Mirtus que creſcit iuxta mare et multum eſt re-
ſtictiua id eſt medicinalis quia valet contra morſus
ſcorpionum ⁊ contra multas alias paſſiones.vt dicit.
Dyaſcorus . talis eſt abſtinentia qꝛ vere quādo iuxta
mare id eſt iuxta amaritudinē cōtritionis vel conſide
ratōis mortꝛ et infirmitatis ſue eſt medicinalis ſpūa
lis.Quia vere virtuteꝫ habet reſtictiuā:qꝛ ſcꝫ reſtrin-
git vicia ⁊ peccata et morſus et punctiones tentatio-
nes et ſuggeſtiones ſcorpionū in facie id eſt in principio
lambunt per delectationē. In cauda aūt id eſt in
fine pungunt ꝑ eternā damnationē. Iſtoruꝫ dico ſcor
pionū ictus et pūcturas abſtinētia reſecat atqꝫ ſanat
Ideo dicit Iſido.in libro.j.de ſummo bono Libidinis
igens ciborum fomentis increſcunt.Corpus autē qđ
abſtinentia frangit tentatio nō exurit.Et hec bene fi
guratum fuit Dan̄.iij.In illis pilis abſtinentibus ſy-
drach miſac ⁊ abdenago quos fornax non combuſſit.
Sic vere chariſſimi ardor et fornax tentationum car-
naliū non comburit illos qui in abſtinētia ꝑſeuerant
Eſaie.xliij.Cum tranſieris per ignem flāma non no-
cebit te.Habeamus igitur chariſſimi abſtinentiam
qua ſumus combinati cum temera legione ſcilicet cuꝫ le
carnalibus deſiderijs. ❡ Tertio dico ꝙ debemus ab-
ſtinere : quia ſumus impugnati ab aſpera paſſione:
quia ſcꝫ militant aduerſus animā. Miles qui eſt con
miſſurꝰ preliū abſtinet nec cibis ſe replet vt meliꝰ va
leat contra hoſtem.Sic vere chariſſimi:quia nos ha-
bemus militare contra hoſtem ſcilicet carnem neceſ-
ſe eſt ꝙ abſtinentiam habeamus vt de hoſte iſto faci
lius triūphemꝰ

Ayuntamiento de Madrid

hius triũphẽmꝰ. Militant inquit aduerſus animam: quia ſcꝫ militia eſt vita hoĩs ſuper terrã Aues em̃ que ſiccioꝛis ſunt nature foꝛtioꝛis ſunt virtutis et altioꝛis volatus: ſicut patet de auibꝰ pꝛedalibus que naturaliter nõ ſunt pingues: immo ſunt ſicce et macre: quia ſcꝫ ceteris melius pꝛeualẽt cõtra alias aues. Sic vere chariſſimi illi qui ſunt ſicci ꝑ abſtinentiã ⁊ temperantiã ſunt volatus altioꝛis ꝑ contemplationẽ ⁊ virtutis foꝛtioꝛis per conſtantiã ⁊ ꝑfectionẽ: qꝛ ſcꝫ facilius pꝛeualent cõtra hoſtes. Figura Exo. xv. vbi dicit. Nõ filij iſrael qui de pharaone triũphauerunt. Ambulauerũt per ſiccum in medio mari. Et ſic pꝛeualuerunt contra potentiã pharaonis: qꝛ ꝓ certo illi qui volunt eſſe ſicci per abſtinẽtiã ⁊ ambulare per mare id eſt ꝑ amarã penitẽtiã pꝛeualẽt cõtra pharaonẽ id eſt cõtra carnis tentationẽ ⁊ violentiã ẽt dyaboli. Et iſtud ꝓh doloꝛ eſt cõtra multos qui nõ querũt viuere in ſiccitate ſed in voluptate. Nõ in abſtinẽtia ſed in delicijs: nõ in cõtentionis puritate ſed ĩpudicie feditate: qꝛ ſm̃ Hiero. Uẽter ſaturatꝰ faciliter ſpumat in libidinẽ. Iſti ſunt ſimiles poꝛco qui in hyeme multũ ꝓpter motꝰ parcitudinẽ impinguat. Sic vere chariſſimi poꝛci. id eſt homines delicioſi qui in hyeme huius turbulente vite parũ mouent ꝑ penitẽtiã ⁊ laboꝛẽ multis hodie delicijs impiguant. Sed vere qñ eſtas id eſt feruoꝛ mortꝭ iudicij vel inferni eis aduenit: tunc nõ erunt pingues ſꝫ tenues nõ erũt in quiete. ſed in laboꝛe nõ erũt in delicijs ſed in ſupplicijs nõ erunt in gloꝛia ſed ĩ miſeria. Et ideo dicitur Eſa. x. Attenuabit gloꝛia Jacob ⁊ pingues carnes eius marceſcent. Nõ ſic chariſſimi. Non impiguemur ꝑ delicias: ſed ſimus ſicci et macri ꝑ abſtinẽtias vt ſic poſſimus pꝛeualere cõtra carnis ⁊ hoſtis nequitias ⁊ aſtutias quia ſcꝫ iſta ſunt que militãt aduerſus animã vt ſic nos poſſimꝰ dicere illõ. ij. Coꝛ. x. in. carne ambulantes non ſm̃ carnem militamus arma enim noſtre militie non ſunt carnalia ſimus
L igitur abſtinentes.

Propter dure paſſionis anxietatem
Propter dire legionis ſocietatem
Propter nr̃e regionis alienitatem
Item nota ꝙ abſtinentia
Stringit carnis luxuriam
Frangit carnis laſciuiam
Sternit carnis ſeuiciam
Parat coꝛdis leticiam
Tollit moꝛtis triſticiam
Confert diuinam gratiam.

Dico primo ꝙ iſta ſtringit carnis luxuriã. Eſt em̃ abſtinẽtia ſimilis plũbo de quo dicit Galienus. Nõ ſi plumbi lamina ſuꝑ lũbos ponat venenũ reſtrigit. Dicit em̃ dyaſcoꝛides. Nõ ſaphirus eſt talis virtutis. ꝙ ſanguinẽ ⁊ ſudoꝛeꝫ habet reſtringere vere talis eſt abſtinẽtia iſta ⁊ compat plũbo ꝓpter pondus diuini timoꝛis ꝙ eaꝫ debet cõicari. Compatur ſaphiro ꝓpter honeſtatẽ celeſtis coloꝛis quo debet abſtinens adoꝛnari. Et iſtam pꝛo certo ſi carni applicaueris ⁊ ſi eam tecũ habueris ⁊ poꝛtaueris: a te ꝓ certo reſtringet: refrenabit: auertet et abdicabit venenum luxurie et voluptatis ⁊ ſanguinẽ ⁊ ſudoꝛẽ gule caſtrimargie et carnalitatis. Figura Mat. ix. vbi dꝛ. Nõ illa mulier q̃ ſanguine fluebat tacta veſte ieſu ſanata eſt ⁊ fluxꝰ ſui ſanguinis eſt reſtrictus chariſſimi veſtis ieſu eſt abſtinẽtia. Iſta em̃ induit in deſerto vbi ieiunauit quadraginta diebus ⁊ q̃draginta noctibus. Iſtã igit veſtẽ. i. lapidẽ pꝛecioſum ſi habuerimus et poꝛtauerimꝰ omnẽ ꝓ certo fluxũ ſanguinis id eſt gule ⁊ luxurie voluptateꝫ in nobis deſtruet ⁊ reſtriget Ezech. xvj. Mũdaui ſanguinẽ tuũ ex te. ¶ Item dico ꝙ abſtinẽtia frangit carnis laſciuiam ſicut em̃ equus impinguatꝰ recalcitrat maceratus autẽ fame pacifice operatur. Sic vere chariſſimi caro noſtra que equꝰ noſter quia ſicut dicitur. Eſa. xxx. Equi coꝛum caro et non ſpiritus. Iſte igitur quando delicijs carnalibus impinguatur recalcitrat contra ſpiritum et rebellat. Si autem fuerit per abſtinentiam maceratus tunc omnis penitentia in patiẽtia ſubſtinebit. Eſt enim abſtinentia ſicut frenuꝫ quo caro noſtra ſtringitur et tenetur. vnde Ecci. xxxiij. Operatur in diſciplina ⁊ q̃rit requieſcere laxa manus illi ⁊ querit libertatẽ quia ſicut dicitur Pꝛouer. xxix. Qui delicate nutrit ſeruum ſuum inueniet eũ in tꝑe cõtumacẽ. ¶ Tertio dico ꝙ abſtinentia ſternit hoſtis ſe- M
uiciam dicit em̃ Amb. in Examerone. Nõ ſi hõ ieiunus contra ſerpentem ſpuerit ſerpenſq̃ de illo ſputo guſtauerit moꝛit qꝛ ſicut ſputũ ſerpentis eſt hoĩ venenũ ſic etiam ſputum ieiuni hominis eſt ſerpenti venenũ. Sic vere chariſſimi ſi homo ſit ieiunãs ⁊ abſtinẽs ſputũ qḋ ex eius oꝛe ꝓcedit ſcꝫ oĩo ſiue confeſſio ſerpentẽ id eſt dyabolũ vl' carnis maliciã ꝓſternit. vnde Augꝰ. in quodã ſermone. Ieiuniuꝫ purgat mentẽ ſubleuat ſpiritũ: carnẽ ſpũi ſubijcit: coꝛ facit tribulatũ. ¶ Quarto dico ꝙ abſtinentia parit coꝛdis leticiã: qꝛ aues que parũ comedũt dulcius cantant vt ſunt aues parue: ⁊ que multũ comedũt hoꝛribiliter cantãt ⁊ pꝛecipue comedẽtes carnes vt aquile atq̃ coꝛui atq̃ que multum potant ſemꝑ in aqua exiſtentes vt anſeres ⁊ anatee. Sic homo parũ comedẽs ꝑ abſtinentiã coꝛaꝫ deo dulcius modulatur. Sed guloſi q̇ cibis ⁊ carnibꝰ ſemꝑ veſcunt ⁊ ſuffunduntur aquis deliciarũ cantãt hoꝛribiliter coꝛã deo. Jurando blaſphemãdo mentiendo. Et tales dilicioſi cõparant anſeribꝰ qꝛ ſemꝑ volũt eſſe in luto et in fecibus ꝑ luxuriã. Itẽꝫ cõparant coꝛuis qꝛ ſemꝑ volũt comedere carnes hoĩm ꝑ dentis detractionẽ. Ideo pꝛecipit cuilibet Pꝛouer. xxiij. Noli eẽ in conuiuio potatoꝝ nec illoꝝ qui carnes offerunt ad veſcendũ. Delicioſi em̃ in conuiuijs ⁊ potibꝰ ſuis cõſueuerũt vt coĩter carnes alioꝝ ꝑ detractioneꝫ voꝛare Sed ecõtra abſtinẽtes ſolẽt venenũ extinguere ſꝫ lete ⁊ hylarit cuilibet ꝯgaudere Eſa. liiij. Letare ſterilis vñ de ſiccitate et ſpũali leticia abſtinẽtiũ põt dici illõ ps. Pingueſcẽt ſpecioſa deſerti ⁊ exultatiõe colles accingent. ¶ Quinto dico ꝙ abſtinẽtia tollit moꝛtis ſeuiciam Uidemꝰ ꝙ infirmꝰ aliqñ euadit moꝛtẽ qñ minuit ſibi ſanguinem. Sic vere chariſſimi qñ hõ vult vitare moꝛtẽ eternã neceſſe eſt ꝙ qñq̃ de ſanguine carnalium deliciarũ aliq̇d ſibi tollat ꝑ abſtinẽtie ꝑcitatẽ. Sꝫ quidã ſunt ſimiles illis qui ſibi minuũt de manu qui ſtatim ponunt eã in aquã ⁊ etiã in manu baculũ non accipiũt. Sic vere multi ſunt qui qñ in quadrageſima ſanguinẽ id eſt carnis delicias derelinquũt ſtatim refugiũt ſcꝫ ad delicias piſcium baculumq̃ penitentie non aſſumunt. Juxta illud Mat. x. Nolite poꝛtare baculum ⁊c. Iſta igit tollit moꝛtis ſeuiciã id eſt damnationẽ etnã Ecci. xxxvij. Qui aũt abſtinẽs ẽ adijciet vitã. ¶ Sexto dico ꝙ abſtinẽtia ꝯfert eternã gliam ſeu diuinã graꝫ Dicit em̃ yſaac ĩ dictis ꝙ aĩalia q̃ ſunt ꝑui cibi ⁊ potꝰ ſunt acceptabilia ⁊ vtilia ad comedendũ multũq̃ comedentibus ꝓferunt. Sic vere illi q parũ ſunt comedentes ꝑ abſtinentiã deo ⁊ angelis ꝑ gratiam in pꝛeſenti ⁊ per gloꝛiam in futuro ſunt accepti Illi autem qui hic per gule voꝛacitatem multũ comedunt ab his tanq̃ inutiles repꝛobentur. ¶ Item no- N
re per eccleſiaſticas promotiones prope Moyſen. i.
prope deum. Et quare. Certe quia ipſi bene vident co
gnoſcunt et percipiunt ꝙ ipſe habet cornua. id eſt ri-
gorem iuſticie et auſteritatis. quia ipſos paratus eſt
ledere ⁊ ferire niſi faciant debitū ſuum. Iſte eſt igitur
acceſſus iuſtificans. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt acceſſus vi-
uificans. ⁊ iſte eſt acceſſus dei ad hominem per gra-
tiam ⁊ inſpirationem bonam. Sicut enim ſol certis
temporibus accedit ad nos. ⁊ in ſuo acceſſu facit oīa
reuiuere florere ⁊ fructificare. Sic vere deus quando
accedit ad hominem, peccatorem ipſuꝫ per ſuam gra
tiam viſitando ipſe pro certo facit eum reuiuere ꝑ gra
tiam ⁊ virtutes. et flores bonarum affectionum. fru
ctuſqꝫ bonarum operationum producere ⁊ proferre.
Figura Luc. vii. Ubi mortuus efferebatur vnicus filiꝰ
matris ſue. et hec vidua erat et turba ciuitatis mul-
ta cum ea. Motus autem Jeſus ſuper ipſam acceſſit
et tetigit loculū. hi autem qui ferebant ſteterunt. Et
ait. Adoleſcens tibi dico ſurge. et reſedit qui erat mor
tuus et cepit loqui. et dedit illum matri ſue. Mater
autem iſta chariſſimi eſt eccleſia que omnes fideles
portat. et infra vterum fidei concipit atqꝫ nutrit que re
uera a multis turbis ⁊ populis linguis ⁊ nationibus
eſt hodie circūſepta. Sed vere ſepe accidit qd̄ filius
ſuus. id eſt homo chriſtianus moritur per peccatum
mortale. et ad foueam infernalem effertur. Illi autem
qui efferunt ipſum ſunt quattuor. ſcilicet

Spes longe vite.
Spes future penitentie
Cōplacentia delectationis.
Diſplicētia ſatiſfactionis.

Sꝫ qd̄. ve qn̄qꝫ Xp̄us
reſpicit hmōi mortuū
pctōrē. ⁊ motus miſe
ricordia accedit ad euꝫ
per ſue gratie inſpirationem. tangit etiam loculum in
quo portatur. id eſt ſtatum ſuum vel corpus per ali-
quam tribulationeꝫ. ⁊ ſic reuiuiſcit qui erat mortuus
per gratie ſuſceptionem ⁊ per cordis contritionem et
conuerſionem ⁊ loqui incipit per confeſſionem ⁊ gra
tiarum actionem. ⁊ maxime quando ſibi dicitur. Ado
leſcēs ſurge: per monitionē ⁊ predicationem. ⁊ de tali
acceſſu poteſt dici illud Geñ. xxvii. Accede ad me vt
tangam te. quod etiam poteſt eſſe verbuꝫ prelati ſub-
ditum examinare volentis. Sed vide eam ſuper illo
verbo. Tāgere. iſte ē ergo acceſſus viuificās. ¶ Quar-
to dico ꝙ eſt acceſſus dānificans. ⁊ iſte eſt ille quo per
affectionem. ⁊ auariciam acceditur ad terrena. Papi
lio, incaute accedēs circa lumen comburitur. Sic ho-
mo dum incaute ad lumen mūdane proſperitatis ac
cedit per tētationes comburitur atqꝫ perit. Figura de
Abimelech Judicū. ix. Qui indiſcrete accedens iuxta
turrim altiſſimā que erat in ciuitate vt ignem ſuppo-
neret proiecit quedam ancilla fragmen vnius mole ⁊
alliſit cerebrum eius. Turris chariſſimi eſt excellen-
tia ſtatus mundani ad quam homo multuꝫ cupit at
tingere: vt ignem rigoris et iuriſditionis ibidem poſ-
ſit attendere ⁊ nutrire. Et ideo ad iſtam turrim ꝑ am
bitionem immoderatam quandoqꝫ tā incaute appro
piat et accedit. ꝙ ancilla id eſt caro mittit ſibi lapidē
molarem. id eſt aliquam fortem et duram tentationē
ipſumqꝫ per diuerſa peccata mortalia diſſipat et pro
ſternit. Ideo bene dicitur. ii. Regum. xi. Quare acceſ
ſiſſent ad murum an ignorabatis quod multa de ſu-
per tela mittantur. Iſte eſt ergo acceſſus damnificās.
¶ Quinto dico: quod eſt acceſſus mortificās ſcilicet
ille quo dyabolus accedit ad tentandum. figuratus
in illo Abimelech ⁊c. Abimelech enim eſt dyabolus
qui accedit quotidie ad expugnandum turrim conſci
entie. et ſumme nititur apponere: et ibi ignem Con-
cupiſcentie: ire: auaritie ⁊ luxurie. Et ideo ancilla cō-
ſcientie ſcilicet ideo debet accipere molam. id eſt con
ſiderare lapideam duriciem mortis iudicii et inferni
vel fragmētum mole. i. fracturam corporis noſtri per
mortem et inde ferire abimelech dyabolum in caput
eius. i. in ſue temptationis principium. ſ. ſtatim ꝙ co-
gitationem ⁊ delectationē immittit ⁊ ſic caput ⁊ prin
cipium ſuum taliter frangere ꝙ contra turrim cōſciē-
tie nequeat preliare. De tali autē acceſſu dicit Mat.
quarto. Accedens tentator dixit ei ſcilicet conſcientie
et voluntati. Mitte te deorſum. Ideo bene docet Ec-
cleſiaſtici tertio. Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta
in iuſticia ⁊ timore. et prepara aiam tuā ad tētationē.

## Accelerare. Acceleritas.

Nota ꝙ in ſcriptura inuenit acceleratio. ſeu celeritas
multiplex. Moraliter loquendo. Eſt enim
Celeritas laudabilis.
Celeritas damnabilis.
Celeritas amabilis.
Celeritas terribilis.
Prima eſt acceleratio diligentie. Secunda eſt acce-
leratio imprudentie. Tertia eſt acceleratio dei gratie.
Quarta eſt acceleratio peſtilētie. ¶ Dico ergo. ꝙ eſt
acceleratio diligentie ſeu obedientie. quando ſcilicet
homines illa que tenentur facere prompte ⁊ celeriter
exequunt: ſimiles aranee: ꝗ ꝗuis ſit modicū animal
tamen

Ayuntamiento de Madrid

tũ celeriter facit telã ⁊ etiã ordinatiſſime facit ipſam. qꝛ reuera q̇libet debet bona opera ⁊ iniũcta officia celeriter exequi ⁊ omnia honeſte ⁊ celeriter ordinare. Similis etiã vento q̃ eſt impreſſio valde celeris motus. vñ Eccli.xliij. Eius imperio accelerauit vẽtus. Vñ nota. ꝙ celeriter bonũ facere tria faciũt ſeu cauſant. Vel celerit̃ a malo deſiſtere vl' ad deũ accelerare ⁊ currere.

Timor ꝯcuſſiuus.
Dolor impreſſiuꝰ.
Vigor innatiuus.

Accelerat ergo homo rõne timoris: qꝛ vere qui deũ timet nũꝙ ꝑ deſiderium tepere ſolet. Exẽplo ij. Paral'.xxvj. Ozie regis iuda. Qui adolendo incenſum lepra percuſſus eſſet eo ꝙ alienũ officiũ vſurparet territus plaga accelerauit egredi. Itẽ accelerat ratione doloris. dolor em̃ ⁊ tribulatio faciũt hoiem celeriter bene agere. Exẽplo molẽdini qđ tunc celerius currit qñ maior vis fluminis ipſum impellit. Etiam nauis celeriꝰ ad portũ accelerat quãdo maior vis fluminis ipſum portat. Quia reuera qñ eſt maior tribulationis impetꝰ. tanto eſt ad deũ celerior mentis curſus ⁊ celerius accingit̃ celi portus. p̃s. Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ poſtea accelerauerũt. qđ eſt cõtra pigros ⁊c. Itẽ accelerat ratione vigoris. qꝛ ſcꝫ celerius currit iuuenis ꝙ̃ ſenex eo ꝙ maioris vt coiter eſt vigoris. Sic illi qui maiori vigore gratie replent̃ bonũ celerius operant̃. Sapiẽ.ij. Vtamur creatura tãꝙ̃ in iuuẽtute celeriter. Sic ergo patꝫ: ꝙ eſt acceleratio diligentie. ¶ Scđo dico: ꝙ eſt acceleratio imprudentie qꝛ.ſ. imprudẽtes nimis celeriter ⁊ nimis indeliberate et precipitãter operant̃. Planeta em̃ quãto terre propinquior tãto videt̃ eſſe in motu celerior. Et hoc quia celerius cõplet curſum. Sic vere illi qui ſunt terrei.i. terrenis bonis propinquiores ꝑ auariciã. ⁊ a celo remotiores ꝑ nequitiaꝫ. ſunt celeriores ꝑ precipitẽ violentiam ⁊ per indeliberataꝫ imprudentiam. Unde de iſtis dr̃ a dyabolo illud Eſa.viij. Accelera ſpolia detrahe feſtina predari. Cõpara iſtos tygridi. qui pro eo tygris: qđ idẽ eſt ꝙ ſagitta dr̃ eo ꝙ more ſagitte celeriter currit ⁊ gradit̃. Sic iſti more ſagitte iactibꝰ ſuis p̃cipites ⁊ contra pauperes ſunt crudeles. Figurati.ij. Mach.ix. in illo nequiſſimo Antiocho. de quo dicit̃. ꝙ cũ iret in iudeã cõtra iudeos ſupbia repletꝰ ignem ſpirãs omnino in iudeos p̃cipiens accelerari negociũ contingit illũ impetu euntẽ de curru cadere. qꝛ reuera ſepe fit. ꝙ illi i multa infortunia ruũt qui impetuoſe celeriter ⁊ precipitãter cũ ſupbia alios ledere q̃rũt Iſta eſt ergo acceleratio imprudẽtie. Tertio dico ꝙ. eſt acceleratio diuine gratie. Deus em̃ celeriter dat aliquibus ſalutẽ poſt ꝙ̃ immiſerit tribulationẽ et peſtẽ. vñ Baruch.iiij. Sicut em̃ viderũt vicini captiuitatẽ vr̃aꝫ ſic videbũt in celeritate ſalutẽ veſtrã. ¶ Quarto ẽ acceleratio. Peſtilentie ⁊ hec eſt qđ dũ non aduertit hõ in proſperitate exiſtẽs infortuniũ eius celeriter venit. ij. Pet.ij. Dominũ inquit negãt ſuperducẽtes ſibi celerẽ perditionẽ. Arbores em̃ ⁊ herbe que celeriter creſcunt celeriter pereũt. vt pꝫ in cucurbita que valde celeriter venit ad cõplementũ. ſed ſtatim ſiccat̃ ⁊ venit ad detrimẽtũ. Sic vere qui ſubito fiunt diuites celeriter per infortunia ſiccãtur ⁊ tẽporaliter ⁊ eternaliter tribulantur: Sap̃.iij. Si celerius defuncti fuerint. non habebũt ſpem in die agnitionis.

A **Accendere.** et ſuccẽdere pro eodẽ ſignificãt Et eſt accendere ignẽ in aliqua materia cõbuſtibili miniſterialiter ꝓducere. ⁊ cã etiã inflãmare. Sicut ergo moraliter loquẽdo diuerſa ſũt genera igniũ. ſicut ſunt diuerſa genera accenſionum. Et ſic nota ꝙ in ſcriptura reperitur Accenſio

Flaminis. ſeu numinis.
Hominis.
Demonis.

Eſt dico accẽſio numinis. ideſt dei q̇ ſcꝫ i ſcriptura ꝯparat̃ igni Deut̃.iiij. Deus noſter ignis cõſumens eſt. ⁊ idõ ad modũ ignis accenditur inꝙ̃tum cũ feruore aliq̇d operat̃. Et poſſuꝫ notare ꝙ deꝰ moraliter loquẽdo accẽdit̃ multis modis. Nã iſte accẽdit̃.

Per amorem.
Per dolorem.
Per ſplendorem.
Per rigorem.

Prima ergo accenſio amoris fuit in carnis aſſumptione. multũ em̃ fuit accenſus ardens ⁊ feruẽs amor quãdo ꝓ nobis carnẽ aſſumpſit. p̃s. Ignis a facie eiꝰ exarſit carbones ſuccẽſi ſunt ab eo. Siĺis enim fuit illi igni qui eſt in mõte ethna q̇ cõtinue ardet ⁊ accendit̃ ⁊ tñ illa terreſtris mõtis materia ꝓpter ignẽ nõ cõſumit̃. Sic vere iſte ignis deus in monte totius ꝑfectionis ideſt beata virgine ꝑ incarnationẽ fuit accenſus. ⁊ tñ ſue virginitatis pudor nõ fuit ibi cõſumptus. nec in aliquo diminutꝰ. figuratus in illo igne. Exo.iij. Ubi rubus ardebat ⁊ accendebatur ⁊ tñ nõ cõburebatur. p̃s. Ignis accẽſus eſt in iacob. Iſta em̃ fuit accenſio amoris q̃ fuit in carnis aſſumptionẽ. ¶ Scđa accenſio doloris fuit in crucis paſſione ⁊ afflictione. ibi em̃ fuit xp̃s fenici ſiꝉis: qui inter ligna aromatica ſuccẽdit ⁊ incinerat ſemetip̃m. Sic iſte inter ligna crucis fuit per dolorẽ accẽſus ⁊ ꝑ hũilitatẽ incineratus Treñ.ij. Succẽdit in iacob q̃ſi ignem flãme deuorantis in gyro. ¶ Tertio eſt accenſio ſplendoris q̃ facta fuit in ſp̃us miſſiõe. Aliqua em̃ ſunt animalia q̇ mittunt ignẽ quo aer accendit̃ quem attingit ſicut legitur de dracone. Sic xp̃us ignẽ ſpiritusſancti emiſit q̇ mũdũ per amorẽ accẽdit ⁊ eum per fidẽ ⁊ ſciẽtiã illuminauit Luc.ij. Ignẽ veni mittere in terrã ⁊ quid volo niſi vt ardeat. lucerne em̃ igne accẽdunt̃. ⁊ poſt per iſtũ ignẽ domui illuminare noſcunt̃. Sic xp̃us ſicut bonꝰ ſacriſta lucernas.i. ſanctos igne ſp̃uſſcti ſuccẽdit. ⁊ ſic per eos domũ eccleſie illuminat vnde.j. Mach.iiij.ca dr̃. Qđ in tẽplo dedicato ⁊ purgato accẽdũt lucernas ſup̃ cãdelabꝝ. ¶ Quarto ẽ accẽſio rigoris q̃ fiet in iudicij executiõe. ⁊ quotidie fit in tribulationũ immiſſione ⁊ maloꝝ punitione. Deus em̃ eſt ſicut calx viua: q̃.ſ. aqua accendit̃ oleo extinguit̃. Qđ Aug. de ciuitate dei numerat inter mũdi mirabilia: talis eſt deus. Iſte eſt qui aquis.i. culpis ⁊ peccatis noſtris ſuccẽdit̃ ꝑ iuſticiã ad vindictã. Oleo tñ. ideſt operibus mie ardor ⁊ ſuccenſio ipſius mitigat̃. p̃s. Accẽdet̃ velut ignis zelus tuus. Iſte eſt ignis accẽſus deuorauit extremã partẽ caſtroꝝ populi cõtra deũ murmurantis ſicut dr̃ Nũe.xj. Quia reuera ignis diuine iuſticie cõtra illos accẽdit̃ quoꝝ murmuribꝰ blaſphemijs ⁊ iniurijs ſp̃us rigoris ipſiꝰ excitat̃. Iud.viij. Nõ eſt iſte ſermo qui miam ꝓuocat. ſꝫ potius qui irã excitet ⁊ furorem accẽdat. Iſta eſt ergo accẽſio dei que eſt amoris: doloris: ſplẽdoris: rigoris. Inuenit̃ ergo accẽſio numinis ſup̃ioris. ¶ Scđo p̃ricipaliter dico ꝙ inuenit̃ accẽſio hois īterioris. hõ em̃ accendit̃ interius.

Per dilectionem.
Per cõpaſſionẽ. B
Per cõtritionẽ.
Per zelationẽ.
Per diſcretionẽ.

Primo dico. ꝙ accenditur per dilectionẽ ⁊ amicicia m. qꝛ.ſ. viri boni faciliter amãt: ſimiles Criſolito cuius q̃dã ſpecies q̃ dicitur Criſolentus faciliime rapit ignem. ſicut etiã de ſpeculo cõcauo apparet qđ cum oſtenditur radijs ſolaribus: ſtatim accẽditur ibi ignis: ſi pannus vel materia cõbuſtibilis adhibetur Sic vere corda bonorum que ſunt ſicut criſolitus preciosa per humilitatem. et per puritatẽ ſpecularia atꝙ mũda faciliter rapiunt ignẽ amoris. quo.ſ. per deſiderium accenduntur ⁊ in amorẽ dei et proximi iflãmãt̃ Ignem etiam cõpaſſionis qui pungit et accendit cor ipſius quãdo videt miſerias aliorum. Itẽ ignẽ contritionis qñ cogitat propria ſcelera. Item ignẽ zeli iuſticie ⁊ equitatis. qñ videt iniuſticias alijs fieri. Itẽ ignẽ luminoſe eruditionis. qñ.ſ. verbũ dei. vel bonuꝫ documentũ ſibi per aliquẽ inſtilatur faciliter rapit: qui cor ipſius ſtimulat ⁊ accendit. vñ de accenſione dilectiõis poteſt dici illud Lu.xx. Accẽſo igne ĩ medio atrij erat petrus in medio circunſtantiũ ſuppl. Et.ij. Mach.j Dicit̃. qđ cũ perfuſi eſſent lapides aqua.ſ. accenſa eſt. in eis flãma. qꝛ.ſ. q̇ aqua ꝑfundũt̃ faciliter ꝑ dilectionẽ accẽdunt̃. ¶ De accẽſione aũt cõpaſſiõis põt dici illud Actuũ.xxviij.c. Accenſa pira reficiebãt.ſ. paulus et alij naufragoſi. ¶ De accenſione ꝟo contritionis.



Ayuntamiento de Madrid

poteſt dici illud p̄s. Ignis accenſus eſt in iacob. et ira dei aſcendit in iſrael. Ira dico i. diſplicētia de pc̄tō. De accenſiōe vero iuſticie ⁊ zelatiōis pōt dici illud Eccli. xxxij. Qui timēt dn̄m inueniēt iudiciū iuſtū ⁊ iuſticias quaſi lumē accēdēt. ❡ De accenſione ſc̄do diſcretiōis dr̄. Eſa. l. Omnes vos accēdētes ignē accincti flamis ambulate in lumine ignis veſtri. Iſta eſt ergo accenſio hoīs interioris. ❡ Tertio principaliter dico. ꝙ inuenit̄ accenſio demonis deterioris. demō em̄ eſt ſicut
C forneriꝰ qui diuerſos malos ignes accendit: ⁊ homīes eſtuat ⁊ ſuccendit: vnde nota ꝙ dyabolus Accendit ignem temptatiōis Accendit ignē tribulatiōis Accēdit ignē eterne damnatiōis Accēdit dico ignē Temptationis. qꝛ reuera dyabolns ardorē malorū deſideriorū accendit ⁊ ſic ignibus. auaricie. luxurie. inuidie ⁊ diſcordie ſuccēdit Baruch. j. Ceperūt chaldei hieruſalem ⁊ ſuccēderūt eā igni. Chaldei em̄ quaſi demones interpretant̄. Sicut em̄ Plini. dicit in fi. ij. li. Malta em̄ eſt quoddā bitumē qd̄ ſtatim cū tangit aliqd̄ ſolidū accēditur ⁊ tactu vt ait fugiētes ſequit̄ aqua vel liquore nō extinguit̄. ſed ſolū arena vel puluere ſuperat̄. Inuenit̄ autē iſtud bitumē vt ait in vrbe cōmagene Reuera tale bitumē ſignat dyaboli temptationē. qꝛ reuera iſta ē que fortiꝰ accendit̄ ꝙ cū ſolidā materiā. i. fortē ⁊ reſiſtentē hoīem experit̄. qꝛ ſcʒ dyabolꝰ cōtra tales atrocius debacha̅t: ⁊ luctat̄. Hiere. xlvj. Fortis īpegit ī fortē. Iſte etiā ſequit̄ fugiētes. qꝛ ꝓ certo ignis tētationis nō cōſueuit quieſcere ſtatimqꝫ cū inceperis fugere: ſed potiꝰ ſolet te perſequi ⁊ inuadere. ita ꝙ vbicunqꝫ declinaueris te poterit inuenire. p̄s. Nō eſt qui ſe abſcōdat a calore eius. aqua ergo deliciarū ignē hunc nō extinguit: ſed potiꝰ ip̄m irritat et accendit. Hiere. xxj. Succendet̄ ⁊ nō ſit qui extinguat. Solus em̄ puluis. i. mortis memoria et arena. i. aſperitas penitētie iſtā ſuccenſionem extinguunt et omnem dyabolicam tentationem compeſcunt ⁊ ſi vis ſcire quis eſt iſte ignis dyabolicus dico ꝙ iſte eſt.

| | |
|---|---|
| D Ignis luxurie. | Iſti em̄ ſunt qdā mali ignes quos |
| Ignis diſcordie. | dyabolꝰ ꝑ ſe ⁊ ꝑ alios nutrit ⁊ per |
| Ignis malicie. | quos ciuitates xp̄i. i. aīas concre- |
| Ignis inuidie. | mat ⁊ ſuccēdit Figura. iiij. Regū. |
| Ignis ſeuicie. | viij. vbi benadab regi ſyrie dictū ē |
| Ignis iracūdie. | de filijs iſrael Ciuitates eorū muni |
| Ignis auaricie. | tas igne ſuccēdas. iuuenes eorū in |

terficies paruulos allides. ⁊ pregnātes diuides. Iſte ei rex gētilis ſignat dyabolū q̄ ſcʒ ciuitates cordiū nō ceſſat p̄dictis malis ignibꝰ ſuccēdere. Iuuenes id eſt oēʒ fortitudinē in eis ꝑdere. paruulos. i. humilitatē ⁊ innocentiā ab eis tollere ⁊ pregnantes. i. cōceptū boni ꝓpoſiti in ipſis perimere. Dan. iij. Precepit rex vt ſuccēderetur fornax ſeptuplū. ideſt ſeptē peccatis generibꝰ ignium. Aduertē tn̄ ꝙ ibi dicit̄ ꝙ miniſtri nō ceſſabāt ſuccēdere fornacē babylonicā qꝛ reuera rex babylonis i. ꝯfuſiōis dyabolꝰ ad ſuccēdēdū fornacē igniū p̄dictorū multos hʒ malos miniſtros. Nō em̄ ē dare aliquē ignē de p̄dictis quin habeat adiutorē. ſicut pʒ ꝑ luxuriā ſuccēdūt lenones Diſcordiā ſuccēdūt detractores Maliciā mali ꝯſultores. Inuidiā adulatores. Irā inſtigatores. Auariciā ſuccēdūt vxores ⁊ ſeruitores. Omnibus em̄ iſtis modis malis miniſtris vtit̄ dyabolus ad ignes dyabolicos ſuccēdēdū. Un̄ de iſtis ſeptē dr̄ Ezechie. xxxix. Succēdēt ea igni ſeptē annis. heu proh dolor talibꝰ ignibꝰ ē hodie ſuccēſa eccleſia de qua plangēs dauid dicebat in p̄s. Incenderūt igni ſanctuariū tuū in terra deſtruxerūt tēplum tuū polluerūt tabernaculū nominis tui Et. ij. Paral. xxxvj. Incenderunt hoſtes domū domini. Religio incenſa eſt igne diabolico Eccl. xlix. Incenderūt electā ciuitatem. De mundo etiam ꝙ talibus ignibus ſic accenſus. dicitur Hieremie. lj. Paludes incenſe ſunt igni. Et ſi vis dic ꝙ ſicut fornacis babylonis ignis erumpēs miniſtros ſuccenſionis occidit. ſic tales mali inſtigatores qui alios ad peccatum ſuccendūt mortē ⁊ damnationem incurrunt. quia ſicut dicitur Rom̄. j. Non ſolum qui talia agunt digni ſunt morte. ſed qui eis conſentiunt. Sic igitur patet ꝙ dyabolus accendit ignem tentatiōis. ❡ Sc̄do dico ꝙ ipſe ſuccendit ignem tribulationis. Sicut enim aurifaber ſuccendit fornacē in qua mundantur metalla. Sic dyabolus accēdit tribulatiōes vt ibi affligantur iuſti Hieremie. j. Ollam ſuccenſam ego video ⁊ facies eiꝰ a facie aquilonis. ❡ Tertio ſc̄do dico. ꝙ iſte ſuccendit ignem eterne dānationis: quia ſcilicet ignis inferni ideſt punitio malorum per dyabolum ſuccenditur inꝙtū per eū procuratur. Eſt em̄ vnum bitumē quod dicitur napha quod ſm̄ Pliniū eſt valde cognatum ignibus. rapit enim ignem vndequaqꝫ extenſum. Unde ſm̄ Albertum cuʒ tali bitumine ſolebant facere falſa miracula: quia ſcilicet capita luminarium que erant in alto tali bitumine liniebāt et poſt a longe ignem vel candelā preſentabant. et ſic ſubito ignis capiebatur in alijs qd̄ ſimplices per miraculū factum exiſtimabāt. Talis conditionis videntur eſſe anime dānate. ſunt enim cognate ignium infernalium. quia reuera ignis īferni ſtatim poſt mortē in eis rapitur a quo miſerabiliter ſuccendūtur Eſai. j. Ciuitates veſtre ſuccenſe ſunt igni. Et ſi volumus poſſumus notare ꝙ in inferno ſuccenduntur.

| | |
|---|---|
| Potentes oppreſſores. | Incenduntur ergo pau |
| Fallaces adulatores. | perū oppreſſores ſcʒ tyrā |
| Inuidi murmuratores. | ni ⁊ potentes. Unde. iij. E |
| Diſcordie inflāmatores. | Reg. ix. Cepit Gazer ſuc |
| Malicioſi exploratores. | cenditqꝫ eaʒ. Gazer em̄ |
| Luxurioſi inquinatores. | interpretat̄ robuſte cō |
| Duri perturbatores. | ſurgēs ⁊ ſignat tyrānos |

❡ Item incendūtur falſi adulatores. qui ſcʒ figurantur in Sicelech. que interpretatur vox defecata: quia iſti habent vocem defecatam ⁊ placentem. j. Reg. xxx. Amelechite ſuccendunt ſicelech. Iſti em̄ ſunt qui nūc incēdunt thura adulationū. ſicut dicitur. j. Macha. j. In plateis incendebant thura. et ideo iuſtum eſt eos incendi igne tribulationum. ❡ Item incenduntur in inferno inuidi detractores. Iſti ſunt Dagon. qui interpretatur piſcis meroris. quia ſcʒ inuidi ſemper ſunt in merore. j. Macha. xj. Oſtenderunt ei templum dagō ſuccenſum. ❡ Item ſuccenduntur diſcordie ſuccenſores. de quibus ſcilicet dicitur Eccleſia. xxviij. Homo iracundus incendit litem. Et iſti figurātur in azoto. qd̄ interpretatur incēdiū. de quo. j. Mach. x. Ionatas ſuccendit azotum. ❡ Item ſuccenduntur mali exploratores illi. ſ. q̄ nō ceſſant explorari facta alioꝝ vt ſemper habeant vnde noceāt. Et iſti figurant̄ in ſyon que interpretatur ſpecula. Tren. iiij. Succendit ignem in ſyon. ❡ Item ſuccenduntur duri perturbatores: qui figurantur in iacob. qui fuit luctator et interpretatur ſupplantator. qꝛ. ſ. illi qui alios luctando perturbant et ipſos in pace viuere nō permittūt. ſed potius ipſos decipiūt ⁊ ſupplantant in inferno cremant̄. Un̄ in p̄s. Ignis accenſus eſt in Iacob. ❡ Itē ſuccendunt̄ luxurioſi inquinatores. De quibus Oſee. vij. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccēſus. Iſti figurati ſunt in damaſco. qui interpretatur ſanguinem propinans vel ſanguinis oſculum. quia. ſ. luxurioſi ſemper habent in oſculis ⁊ laudis ſuis ſanguinem feditatis admixtum Hieremie. xlix. Succēdam ignem in muro Damaſci. Patet ergo quomō inuenitur multiplex incendium in ſcriptura.

## Acceptio perſonarum.

A a deo plurimum reprobatur. quia ſicut dicitur Rom̄. j. Nō eſt acceptio perſonarum apud deum. vnde Act. x. In veritate comperi ꝙ non ſit acceptor perſonarum deꝰ. Nō vult em̄ deus ꝙ res vſibꝰ coībꝰ deputata in ſpecialibus commodis expendat̄. Et ideo perſona publica ſiue iudex: ſiue prelatus qui vſibus communibus populi deputatur non debet per acceptionem perſonarum ita vacare ad particulariū cōmoda amicoꝝ: ꝙ publicū amittatur

Ayuntamiento de Madrid

tatur. debet enim eſſe iudex vel prelatus ſicut aqua que de ſui natura eſt indifferens ſm Iſido. ad omnē colorē et saporē. nec ad aliquid eſt determinata: determinatur tñ ſe ſm qualitatem terre per quā tranſit. q2 ſi tranſit per calidas. vel per dulces. vel per ſalſas terre venas: efficit calida dulcis ſeu ſalſa. ⁊ inde eſt ꝙ alique aque ſiue in puteis. ſiue in fontibus inueniuntur ſalſe: calide ſeu dulces. Sic vere chariſſimi debet eſſe de quolibet prelato vel iudice eccleſiaſtico vel mundano: quia vere ipſe debet eſſe indifferens ⁊ indeterminatus ad omnes colores ⁊ ſapores id eſt: ad omnes perſonas ſibi ſubiectas. q2.ſ. nō debet plus accedere ad vnū ꝙ ad aliuz per acceptionē perſonarū: immo in tali indifferētia equitatis ⁊ iuſticie debet equaliter ei eſſe cura de omnibus ſicut dicit Sap. vj. Verūtamē ſm venas terre per quas tranſit. i. ſm conditiones perſonarū quibus preeſt. conditiones ſuas debet conuertere ⁊ mutare: vt cū ſalſis ſalſus: cum dulcibus dulcis. cum bonis bonus. cuz malis auſterus continue debeat inueniri. Non enī debet dici affectio perſonarum nec acceptio ſed ſm merita perſonarum prelatus iſtum promouet illum punit cum diuerſitas promotiōis nō procedat ex inequalitate acceptionis ſed ex inequalitate ſue cōditionis. Et ideo contra acceptatores dicit Deut. j. Siue ciuis ſit ipſe. ſiue peregrinus. nulla erit diſtātia perſonarū: ita paruū audietis vt magnū: nec accipietis cuiuſꝙ perſonā. quia dei iudiciū eſt. Et ecce ꝙ per iſtas quattuor perſonas que hic exprimunt ſcilicet. Ciuis peregrinus magnus ⁊ paruus. Intelligūtur quattuor hominū ſpecies. quibus precipue cōtingit per acceptionē perſonaruz: qui propter hoc ſunt ſpecialiter interdicti. Et iſti ſunt illi qui habent Carnalem propinquitatem. Ciuis. Verbalē duplicitatem. Peregrinus. Elatam ſublimitatem. Magnus. Velatā humilitatē. Paruus. ¶ Iſti enī ſunt cōſanguinei. adulatores: diuites: hypocrite. Accipiunt igitur quidā ꝑ ꝓpinquitatē carnalē. Ciuis inquit. q2 vere multi ſunt qui. nec promouēt nec expediunt. niſi illos q ſunt ciues cōpatriote: familiares: cōſanguinei ⁊ vicini. Et tales ſunt ſimiles quibuſdā animalibus que dicunt glires. de quibus dicit Pli. li. viij. c. lvij. Quod ſocios ſuos multuz diligunt. contra alios vero pugnāt ⁊ parētes ſuos nutriunt atqꝫ fouent. Reuera multi ſunt hodie tales ꝑlati: principes: iudices: ⁊ magnates: quia vere in ſuis iudicijs et promotionibus. multum ſunt fauorabiles ſuis parentib9: ſocijs ⁊ vicinis: familiarib9 ⁊ amicis ipſoꝛqꝫ in cauſis ⁊ litigijs ſuis iuſte vel iniuſte fouent ⁊ ſuſtinent cōtra omnes: ⁊ eos multotiens. ꝙꝙ indignos. promouent ⁊ exaltāt. Alios aūt longiquos et remotos impugnāt: multipliciter ⁊ infeſtāt. Iſtud maxime patet in malis iudicibus ⁊ etiam aduocatis qui ſocios ſuos inuicē ſuſtinent alios aūt non. Iſtud etiam eſt contra malos prelatos: qui qñqꝫ nimis ſunt fauorabiles parētib9 ſuis in preiudiciū alioꝝ ipſoſqꝫ ſuſtinent in ſuis criminibus cōtra iura. Iſti igitur faciunt contra illud quod dicitur Mat. v. Diliges amicum tuū ⁊ odio habebis inimicū tuum. Iſti igitur ſuſtinent ciues ſuos. Vñ Amos. iiij. ca. Super vnā ciuitatem plui. ſup aliā non plui. heu chariſſimi ſic nō debet eſſe. immo vere omnis iudex ⁊ prelatus ſumme debet cauere vt ſemper teneat equitatem. Sicut enī videmus. Agricola ſpargit ſemen ſuum equali9 ꝙtum poteſt ſuper terram. Et ideo manum cuz greſſu concordat vt equaliter ſeminet ſemen ſuum. Verūtamen qñ in diuerſis terris ſeminat bene conſueuit in pingui ⁊ in bona terra magis ſpargere de ſemine ꝙ in macra. Sic vere chariſſimi. Agricola. idest prelatus vel iudex ſemen beneficiorum eccleſiaſticorum ⁊ aliorum bonoꝝ debet diſtribuere: ſm iuſticie equitatē. Non vni multū. alteri paruū ꝑ acceptionē perſonarum. Et ideo greſſus affectionū ſuarū cū manu operationū debet proportionare vt iuſte ⁊ equaliter faciat facta ſua. q2 ſicut ager non eſt pulcher quādo in vno loco multum et in alio paruū de ſemine ſpargit. Sicut nec collegiū. conuentus vel eccleſia bene ordinatur: vbi vnus eſurit. alius ebrius eſt. niſi forte terre pinguedo vel macies. idest perſonarū ſufficientia aut inſufficiētia hec requirat. quia tunc debet erga eos inequaliter ſe habere. alſ nō. Figura Deuter. xviij. Vbi dicitur. ꝙ ſi aliquis leuita veniret ad miniſtrandum in tēplo de aliqua longinqua ciuitate. alij qui erant ibi prius: debebāt recipere ⁊ eandem ciboꝝ portionē debebat recipere ſicut ⁊ ceteri. Sic vere chariſſimi ſi in tēplo. i. in eccleſiaſtico collegio vel conuentu ſunt aliqui extranei vel longinqui ipſi pro certo debent ab alijs fraterne ⁊ charitatiue tractari. ⁊ candē portionē de bonis eccleſie accipere. ſicut alij qui magis ſunt prelatis noti familiares ⁊ vicini. Vnde Ezech. xlvij. Poſſidebitis eā ſinguli eque vt frater ſuus. ſed nō ſic mali. q2 vere ipſi accipiūt pſonas per ꝓpinquitatē carnalē. Ciuis dicēdo. ſ. ipſis ſuis carnalibus parentibus illud Ephe. v. Fratres iā non eſtis hoſpites ⁊ aduene. ſed eſtis ciues ſanctoꝝ ⁊ domeſtici dei. ¶ Scḋo dico. Qḋ alij accipiuntur per fallacitatē verbalē. Peregrinus. q2. ſ. multi ſunt qui fallaces verboſos ⁊ duplices adulatores magis ꝙ alios bonos ſuſtinent promouent atqꝫ fouent — C
Ventus enī perflans aquā facit eam eſſe inequalem. Aqua enī de ſui natura habet eſſe equalis. Et ideo ſꝫ Iſid. Aqua dicitur quaſi equa. Verūtñ qñ ventus flat in aque ſupficie inequalitatem ibi generat ⁊ inducit. Sic vere chariſſimi. ꝙuis in aqua. idest in prelato habeat eſſe equalitas diſtributionis ⁊ diſpenſatiōis ita ꝙ ceteris paribus nō debet vnū magis ꝙ aliū pmouere. nec ad vnam partem magis ꝙ ad aliam declinare. Verūtñ ſic eſt ꝙ ventus adulationis ſic hodie perflat iſtis aquā. idest prelatos fluxibiles atqꝫ molles ꝙ inequalitas affectionis ⁊ acceptionis in eis generatur. quia vere multotiens accidit: ꝙ prelati nō promouēt aliquos niſi ſm ꝙ vel ipſi vel alijs ꝑ ipſis flāt ſibilāt: applaudūt: loquūtur ⁊ adulant. Et tales adulatores deſignātur ſub nomine peregrinus. Peregrinus enī dicitur a peregre qui ſm Priſcianū eſt aduerbium cōmune: q2 ſcꝫ indifferenter ſe habet ad omnez locū ⁊ ad omne tempus: quia competēter poteſt dici peregre venio peregre ſum. peregre vado. peregre ero. Tales vero ſunt adulatores. quaſi ipſi ſe reddunt cōmunes ad oē propoſitū ⁊ ad omne quare. ⁊ ad oē tempus ⁊ locum ꝙtum eſt de verbali apparētia. ſed vere ipſi ſunt pegrini. i. alieni: q2 ſcꝫ coꝛ eorum alienum eſt ab illis q proferūt verba ſua Eſaie. xxix. Populus iſte labijs me honorat. coꝛ aūt coꝝ longe eſt a me. ⁊ de talibus falſis pegrinis dicit Sopho. j. Viſitabo inquit ſup omēs qui induti ſunt veſte pegrina. ⁊ viſitabo ſup omnē qui arroganter ingreditur ſup limen in die illa que implent domū dñi dei ſui iniquitate ⁊ dolo. Iſti enim accipiuntur ⁊ accipiunt: qui ſcꝫ accipiunt a platis ⁊ accipiunt etiā beneficia ſua que alijs debebātur ꝑs. Epatum eius accipiet alter. iſti igitur accipiūtur propter verbalē duplicitatē. Peregrinus inqt. ¶ Tertio dico. ꝙ quidam accipiuntur propter elatam proſperitatez. Magnus inquit quia ſcꝫ. qui ſunt magni vel in diuitijs: vel i parentibus: vel in eminētijs: vł in honoribus: ꝙꝙ ſint inſufficientes in moribus hodie promouentur ſuſtinent. ⁊ contra iuſticiam aduerſus pauperes roborantur. ⁊ ab omnibus acceptātur. pauperes autem reprobantur ⁊ refutantur. quia ſicut dicitur Prouer. xiiij. Etiā proximo ſuo pauper odioſus erit. Amici ꝟo diuitum multi. Et ideo ſic eſt nobis hodie ſicut de ſtrutione. Strutio enim ſicut dꝛ in glo. et in moralibus ſup Iob. xxxix. Talis eſt conditionis: ꝙ oua ſua in ſabulo ponit ⁊ ſtatim obliuiſcit eorum. nec recolit de ipſis ꝙdiu in ſabulo fuerint. ſed tandem illa oua calore ſolis in ſabulo fouentur ⁊ pullus ibi generatur: ⁊ tunc cum ſtrutio viderit ꝙ ouum ſuum factū eſt pullus ipſuz ſicut ſuū recipit recolligit atqꝫ nutrit quē primitus in ſabulo contēnebat. Strutio cha



Ayuntamiento de Madrid

riſſimi ſignat acceptorē perſonarū qui vere nullū re-
colligit nec iuuat quē in ſabulo.id eſt:in aſperitate et
ſterilitate tribulationis ⁊ paupertatis viderit heredi
tare dato quod iſti ſunt oua ſua.id eſt:de ſuo ſanguine
et parētela immo ipſos obliuiſcit ⁊ recipere dedigna-
tur.ſed ⁊ vere illos qui ſunt extra ſabulū paupertatis.ſ.
diuites homines ⁊ potentes iſtos dico recolligit ⁊ ac-
ceptat ⁊ eos iure vel iniuria promouet ⁊ exaltat.Sepe
enim accidit: ꝙ homo dum eſt in ſtatu paupertatis
etiam a parentibus contemnitur ⁊ ab eis abhorretur
Sed ſi virtute ſolis.id eſt:virtute dei occulte prouidē
tie pullus effectus fuerit.id eſt: magnus ⁊ diues tunc
ab eis cognoſcitur recolligitur et fouetur:quia di-
uitie addunt amicos plurimos a paupere autem ⁊ hi
quos habuerat receſſerunt.Prouerbiorum.xix.Nam
ad ſtatum proſperitatis deueniens recipitur qui exi-
ſtens in paupertatis ſabulo ſpernebatur.⁊ hoc multū
irratiōabile eſt quod homo ſcilicet acceptetur propter
proſperitatem annexam.vnde dicit Hieronym.ſuper
Malach. ſcdo. Inter omnia peccata ſacerdotum hoc
maximū notat:quando non cauſas ſed perſonas cōſi
derant ⁊ deſpecto iuſto paupere. diuites iniuſtos ho-
norant.Et ſi talis acceptio diuitum in omnibus ſit re
prehenſibilis: precipue tamen debet in iudicibus re-
prehendi : quibus ex officio incumbit iuſte iudicium
equitatis. Et ideo tales debent eſſe iuſti equi pariter
et correcti . Cuius tamen contrarium in multis pro-
hdolor.hodie inuenitur ⁊ reperitur.Sicut enim vide
mus ꝙ virga de ſui natura habet eſſe recta: quandoqꝫ
tamē taliter incuruatur quando eſt nouella: ꝙ incur-
uata induratur ita ꝙ non poteſt amplius rectificari.
quinimmo potius frangitur ꝙ̄ ad rectitudinē reuo-
cetur Sic vere iudex ꝗ debet eſſe virga ad alios corri-
gendum:de ſui natura officij habet eſſe iuſtus rectus
et equus.Sepe tamē contingit:ꝙ per acceptionē per-
ſonarum efficitur curuus:falſus ⁊ tortus:⁊ ad vnā par
tem magis ꝙ̄ ad aliā inclinatus.In qua curuitate ali
quotiens taliter per malā cōſuetudinē induratur: ꝙ
vix aut nunꝙ̄ poteſt ad equitatē rectitudinis perue-
nire.vn̄ Hiere.deciotertio.Si mutare poteſt ethiops
pellem ſuam:⁊ pardus varietates ſuas.⁊ ſic vos pote
ritis bonū facere cū didiceritis malū . qr breuiter ho-
mines indurati in malis conſuetudinibus ⁊ maxime
ad acceptionē munerū aut perſonarū vix aut nūꝙ̄ poſ
ſunt amplius reſilire.Sicut enim virga curua nunꝙ̄
efficitur recta.niſi primo in igne diſſoluatur ⁊ mollia
tur:ſic nec tales efficiunt iuſti niſi igne ſpiritusſancti
fuerint per inſpirationē ⁊ gratiā emolliti.⁊ ſicut virga
non ledit hominē bene veſtitū ſed nudū.ſic vere tales
mali iudices nō ledunt:nec corrigunt.nec puniūt.nec
caſtigant illos qui diuitiarū temporaliū veſtimēta de
ferunt.ſ.diuites ⁊ potentes:ſed vere illos qui ſunt nu
di a diuitijs per paupertatē ipſi ledunt:trucidant ⁊ af
fligunt.quādo ſiue iuſte ſiue iniuſte cōtra ipſos ſuam
exaſperant poteſtatē.figuratus. j. Reg.xv. vbi Saul
rex iniqu9. pepercit pinguioribus amalech.quicquid
autē vile ⁊ reprobū fuit demolliti ſunt.Sic vere chariſ
ſimi mali reges iudices ⁊ prelati parcunt hodie per ac
ceptionem perſonarū pinguioribus amalech.i.malis
diuitibus ⁊ iniquis pauperes aūt viles reprobos ⁊ de
preſſos demolliunt trucidāt ⁊ predant.De talibus lo-
quit Innocētius de cōditione vilitatis humane.Pau
perum cauſas cū mora negligitis. diuitū cū inſtantia
promouetis.In illis rigorē oſtenditis. in iſtis ex mā-
ſuetudine diſpenſatis.Illos cū difficultate reſpicitis.
Iſtos cum fauore tractatis. Illos negligēter auditis
Iſtos ſubtiliter auſcultatis.Accipiūtur ergo perſone
que habent elatā proſperitatē.Magnus inquit. De
E quibus dicitur.Act.xj.ca. Hec eſt virtus dei que dicit
magna.Quarto autem dico:ꝙ accipiunt perſone illo
rum qui habent velatā humilitatē.ſicut ſunt hypocri
te:qui per ſuā fictam humilitatē multotiēs a maiori-
bus acceptant.Paruus. Iſti enī ſunt parui: quātum
ad apparentiā humilitatis.parui:id eſt:parū virtuoſi
parui:id eſt:parū veri.quia vere tales vt cōmuniter nō
ſunt nec veri.nec valentes.nec virtuoſi ꝙ̄uis parui et
humiles videant.tales vident ſimiles quibuſdā ſerpē
tibus qui vident eſſe minimi quātitate.⁊ tn̄ ſunt maxi
mi in nociua venenoſitate.vnde dicit Iſid.de dipſa.et
allegat poetā ꝙ eſt ſerpens tante exiguitatis ꝙ cū cal
catur vix videt.Et ideo illius venenū citius interficit:
ꝙ̄ ab illo qui percutitur ſentiat Sic vere chariſſimi in
ter homines quidā ſunt magne exiguitatis per fictā
humilitatē: ſunt tamē magne venenoſitatis ꝑ iniquā
falſitatē.ſicut ſunt hypocrite.qui propter ſuā fictā hu
militatē ⁊ paruitatē non vident.nec cognoſcunt.quia
ſcilicet ſua malicia contegitur ⁊ celatur.immo ꝓpter
hoc multotiens magis reputantur:et acceptantur et
promouentur:⁊ ad conuentus eccleſiaſticaqꝫ officia ⁊
beneficia ſublimantur.Sed ſepiſſime accidit ꝙ illos
qui eos calcant:id eſt:qui eos corrigunt in caſtigādo
inuiſibiliter ⁊ imperceptibiliter inuenenāt ⁊ occidunt
ſcilicet in abſētia eos diffamando. faciliter eos dam-
num eorum procurando ⁊ eis mordaciter detrahēdo.
Et de tali fallaci prauitate loquit Heſter.x.Fons par-
uus creuit in fluuium magnum.Iſti enim qui primo
ſunt fontes parui:per fictam humilitatem:quādo vi-
dent perſonam ſuam maioribus acceptatā. ⁊ quādo
vidēt ꝙ tam ſunt radicati ⁊ introducti.in collegio:offi
cio vel beneficio.tunc pro certo bene volunt creſcere in
fluuium magnum:⁊ bene volunt apparere ⁊ reputari
magni fluuiales ⁊ excellētes ⁊ autoritatē in alijs vſur-
pantes.Ideo pulcre loquitur Bern̄.de talibus. Hy-
pocrite inquit volūt eſſe humiles ſine deſpectu:pau-
peres ſine defectu.bene veſtiti.ſine ſollicitudie.delica
te paſci.ſine labore:alijs adulantes ⁊ alijs detrahen-
tes.mordaces vt canes.doloſi vt vulpes.ſuperbi vt leo
nes. rapaces vt lupi.laſciui vt vrſi.ibi volunt eſſe ſine
autoritate iudices. ſine viſu teſtes. poſtremo falſi ac-
cuſatores ⁊ oī ꝟtute carētes.Iſta ergo ſūt quattuor ge
nera hominū qui faciliter acceptant.ſ.illi qui habent

Velamentum humilitatis. f
Fundamentum proſperitatis.
Parlamentum fallacitatis.
Ligamentum propinquitatis.

Inter paruū ⁊ ma-
gnū ꝑegrinū ⁊ ciuē
nulla apud maio-
res debet eſſe diſtā
tia perſonarū.Ita inquit debet audiri vnus ſicut ali9.
quia dei iudiciū eſt.Ideo bene dicit Leuit.xix.ca.Nō
conſideres perſonam pauperis.nec honores vultum
potentis.Inter aquam putealem vel lacualem ⁊ plu-
uialem talis eſt differentia.Qꝛ fluuialis putealis vel
lacualis non irrigat:niſi terram ſibi contiguam ⁊ vi-
cinam.ſed illam quandoqꝫ taliter irrigat ⁊ humectat
ꝙ ibi facit creſcere multas herbas inutiles atqꝫ malas
Pluuia autem que de celo venit omnem terram cir-
cumiacentem conſueuit equaliter irrigare . Sic vere
chariſſimi cum in mundo ſint duo genera hominum
ſuperiorum boni et mali acceptatores perſonarum et
iuſti. Quidam ſunt qui ſunt ſicut lacus vel puteus. i.
terreſtri modo in eccleſia introducti.ſ.prece precio vel
fauore. Quidam etiam pluuia.ſ. boni in celo.⁊ celeſti
inſpiratione deriuati vocati et promoti.Illi pro certo
qui ſunt terreſtres puteales ⁊ lacuales.ſ.acceptatores
perſonarum non irrigant nec humectāt per beneficio
rum ſuorum collationem niſi terram propinquam . i.
niſi ſuos parētes.amicos ⁊ ꝓpinquos familiares pari
ter ⁊ vicinos quos qſiqꝫ taliter īpinguāt.ꝙ male her-
be.i.mala deſideria ⁊ vicia ⁊ pctā in eis affluūt ⁊ abun
dāt.Sed vere illi ꝗ ſūt ſicut pluuia.ſ.celeſtes ſpūales.
Iuſti ⁊ boni a deo ꝓmoti ⁊ introducti.tales dico oēm
terrā circūiacentē.i.oēm populū ſibi ſubiectū equalit
⁊ ſine ꝑſonarū acceptiōe ſuis bn̄ficijs quantū in ſe eſt
irrigant ⁊ fecūdāt ſm̄ merita ꝑſonarū.Vn̄ Leui.vj.Cū
ct ſ filijs aarō equalit ꝑ ſingulos diuidet.¶ In Ethyo
pia ſʒ Iſid . ⁊ Plini.ſūt qdā ppl̄i ꝗ dicunt blemi ꝗ nō
hn̄t caput ⁊ oclos hn̄t pectori infixos.Sic vē chariſſimi
in ethyopia regiōe exuſta.i. i mūdo iſto ꝗ igne luxurie
et auaricie

Ayuntamiento de Madrid

et auaricie comburit̃ ⁊ ardet̃. ſunt multe male perſo- ne publice tã in ſeculo ꝙ̃ in clauſtro que ꝓ certo vidẽ tur eſſe mõſtra in natura. Carent eñ capite. i. recta in tentione. q̃r. ſ. in oībus ſuis actib⁹ ipſi non attẽdunt ſini ad ꝓpriũ lucrũ non ad vtilitatẽ cõmunẽ. Ocu- los etiã habẽt in pectore circa cor. q̃r. ſ. iſti non habẽt oculos niſi ad illos q̃ in eis ſunt in corde ꝑ affectionẽ particularẽ. Ad iſtos eñ cõuertunt oculos ſuos pro- mouendo ⁊ exaltando. De iſtis d̃r figuraliter Judith. xiiij. Ecce holofernes iacet in terra ⁊ caput eius non eſt in eo: q̃r ſcʒ cũ eſſet dux exercitus Nabuch. ⁊ qua- dam die nimis potatus obdormiret. Judith que erat quedã mulier abſtulit ſibi caput. Sic vere chariſſimi holofernes q̃ interpretatur infirmitas diſſenſiõis vel firmans vitulũ ſaginatũ. i. malus Judex princeps vel prelatus q̃ eſt dux ⁊ ductor in aliquo exercitu. i. in ali- qua villa vel patria. collegio vel eccleſia regione vł re ligione. qui d̃r infirmitas diſſenſionis. q̃r. ſ. ipſe eſt cau ſa infirmitatũ ſpiritualiũ lucrum ⁊ diſſenſionũ. vitu- los etiam ſaginatos. i. diuites ⁊ impinguatos firmat ſtabilit ⁊ ſupportat. ſ. per ꝑſonarũ acceptionẽ. Talis dico multotiẽs vacat potibus ⁊ ſolacijs mundane ꝓ ſperitatis ita ꝙ ꝑ negligentiã efficitur ſomnolent⁹. ⁊ ſic q̃ñq; accidit ꝙ Judith quedã mulier. i. carnalis af fectio et perſonalis acceptio ipſum inuadit: et caput recte intentionis ſibi tollit. ⁊ in terrã. i. amorẽ terreno rum ipſum per auariciã detrahit ⁊ proſternit. Lu. xix. Ad terrã proſternent te. ⁊ nõ derelinquent ſuper te la pidem. i. aliquam conſtantiã vel virtutem. Dicit Pli- nius lib. viij. Nõ ſunt quedã animalia q̃ incolis ter- re in qua morant̃ ſunt innoxia que tamẽ extraneis plu rimũ ſunt infeſta. Unde dicit quod Angues circa eu- fraten incolas terre nõ ledũt. Alios aũt de alijs parti bus venientes ibidẽ percutiũt ⁊ occidũt. Dicit etiam Plinius quod Ariſtoteles tradit in quodam monte a ſcorpionibus incolas non ledi. ſed alios enecari. Sic chariſſimi per ſerpẽtes ⁊ ſcorpiones intelligo peruer ſos iudices principes ⁊ prelatos. qui ſerpunt per aua riciam ſuper terram. ⁊ vt noceant more ſcorpionis fal laciter blandiuntur. Jſti eñ non nocent incolis ter- re ſue. i. parentibus vicinis ⁊ notis et amicis. quia. ſ. iſtos non puniunt etiam delinquentes ſed vere om- nes extraneos ꝙ̃ ꝙ̃ bonos ⁊ iuſtos rapinis ⁊ exactio- nibus ſiue iuſte ſiue iniuſte cruciant. puniunt ⁊ affli- gunt. Contra illud Deut. xvj. non accipies perſonam nec munera. Lupus ẜm Homerum iſtaʒ habet aſtu- riam: quia predam non capit iuxta littus vbi catulos ſuos nutrit immo vadit longe ad predandum. Et hoc facit ne contra ſe ⁊ catulos ſuos odium prouocet vici- norum. Sic vere acceptores perſonarum non nocent nec depredantur illos qui ſunt iuxta ſe ⁊ iuxta catulos ſuos. i. illos qui ſunt amici ⁊ propinqui ſibi ⁊ catulis. i. filijs ⁊ parentib⁹ ſuis. immo iure vel iniuria tales ſuſti nent atq; fouent. ſed vere eos qui ſunt longe qui nihil eis attinent. nec ſunt noti vel familiares ſui vel ſuorũ impoſitionibus ⁊ exactionibus impetunt ⁊ infeſtant. Job. xxxix. De longe contemplatur eſcam. Et loquitur de aquila cuius eſt talis natura ꝙ iuxta nidũ ſuuʒ nõ ꝑdatur ſed lõge ⁊c. Expone ſicut. ſ̃ẜʒ marcianũ ca. iiij. Jnter planetas ſunt quidam boni ſimpliciter et iſti tam ſuos ꝙ̃ non ſuos ſemper iuuant. vt eſt iupiter et ventus. Alij ſunt mali totaliter. qui ꝙ̃uis ſuis ſemper faciant bonum: non ſuis tamen ſemper faciunt ma- luʒ. ſicut eſt ſaturnus ⁊ mars. alij ſunt mediocres qui ſuis ſemper bonum faciunt. non ſuis autem nunc bo num faciunt et nunc malum. Sic vere inter ſtellas ſu periores. i. principes: iudices et prelatos et etiã inter alios quoſcũq; eſt magna differentia. quia ſicut d̃r. j. Cor. xv. Stella differt a ſtella in claritate. Sunt eñ quidã ſimpliciter beniuoli ſcilicet iuſti perfecti: ⁊ ſan cti viri. Et iſti ꝓ certo ſine acceptione perſonarũ tam ſuos ꝙ̃ non ſuos. tã propinquos ꝙ̃ remotos adiuuãt ſpũaliter ⁊ tẽpalibus ꝙ̃tum poſſunt. Unde iſti ſunt ſi- miles patri ſuo qui ſolẽ ſuũ facit oriri ſuꝑ bonos ⁊ ma los Math. v. Alij aũt ſunt ſimpliciter mali. ſ. raptores Crudeles iniuſti ⁊ iniqui ⁊ perſonarũ acceptores. Et iſti bene iuuãt ſuos. ſ. parentes. familiares. amicos et notos. Sed vere nõ ſuos. ſ. extraneos ſemꝑ cõſueuerũt nocere. ⁊ eos detractionibus. deceptionib⁹. exactioni- bus ⁊ inuaſionib⁹ multipliciter infeſtare. Alij autem ſunt mediocres qui non ſunt penitus boni. nec penit⁹ mali qui ſuos ſemꝑ iuuant alijs autẽ nũc ꝯferũt bonũ ⁊ nũc malũ. Et breuiter hic poſſum⁹ dicere. ꝙ nullus ẽ planeta ita maliuolus quin ſuos iuuet ſed nũc iuuet nunc noceat alienos. Sic vere nullus dʒ eſſe ita mal⁹ qui nõ ſaltẽ ſuos. ſ. parẽtes ⁊ notos vel ſubditos ſuos qui in cõſtellatiõe ſua. i. iuriſditione ſua ſunt adiuuet ⁊ ſupportet quicq̃d faciet alienis. qđ eſt cõtra auaros. impios ⁊ crudeles. q̃ etiã ꝓprijs amicis ⁊ vicinis ⁊ parẽ tibus ſunt infeſti Cõtra quos. j. Thim. v. d̃r. Qui ſuorũ et maxime domeſticorũ curam nõ habet fidẽ negauit. ⁊ eſt infideli deterior. Oculus q̃ñq; decipit̃ ita ꝙ vnuʒ iudicat eſſe duo. Et hoc fit q̃ñ aliq̃s humor vel vapor groſſus turbat oculũ. Uel etiã q̃ñ eſt aliquod interme diũ inter oculũ ⁊ rem viſaʒ. Sic vere chariſſimi quãdo oculus noſter eſt turbat⁹ per acceptionẽ ꝑſonarũ ita ꝙ nos videmus aliquã perſonã mediãte aliquo groſſo medio. ſ. carnali affectiõe vel cordiali odio. vel inuidia vel rancore. tunc vere oculi noſtri iudiciũ faciliter deci pitur diſcernendo. q̃r. ſ. vnum credimus eſſe duo bonũ enim illius quem diligimus credimus in duplo mai⁹ ꝙ̃ ſit: ⁊ ſimiliter malum illius quem odimus. Jdeo be ne precipitur in euangelio. Nolite iudicare ẜm faciem ſed verũ iudiciuʒ iudicate. Nimia propinquitas q̃ñq; impedit verũ iudiciũ q̃r aut res viſa penitus nõ videt̃ ſicut fit q̃ñ eſt immediate ſuper oculũ aut ſaltẽ maior videtur eſſe ꝙ̃ ſit ẜm rei veritatẽ. ſicut apparet de luna que ꝙ̃uis ſit minor ceteris ſtellis videtur t̃ñ omnibus eſſe maior: et hoc facit q̃r nobis eſt propinquior. Sic ve re chariſſimi nimia propinquitas cognationis fami- liaritatis. vel affectionis impedit hodie certe iudiciuʒ rationis quia vere aut illud quod diligitur penit⁹ nõ videtur vt q̃r tantus eſt amor ꝙ homo nõ conſiderat aliquod malum nec aliquam ineptam cõditionẽ que ſit in illo vel ſaltem ipſum maiorem vel valentioreʒ re putat ꝙ̃ ceteros ⁊ etiam meliorem ꝙ̃uis cõtrarium ſit de facto. quod totũ facit propinquitas affectiõis ⁊ ine qualitas acceptionis. De hoc Greg. in Omelia. Judi care de ſubditis digne nequeunt qui in ſubditoꝝ cau ſis non merita: ſed odiuʒ vel gratiã attendunt. Nota ꝙ ſicut videmus ꝙ ſol virtutẽ ſuã generaliter diſtri- buit omnib⁹ hominibus ꝙ̃tum in ſe eſt. verũt̃ñ ẜm ca- pacitatem ⁊ cõditionem creaturarũ ẜm magis ⁊ mi- nus influentiã ſuã variat in eiſdẽ. ſicut patet de corpo ribus magis puris q̃ magis ab eo illuminãtur. ſicut eſt aer ⁊ ignis. Sic vere bonus prelatus vel quecunq; bona perſona publica ꝙ̃tum eſt de ſe debʒ influentiã ſuorum beneficiorum tam temporalium ꝙ̃ ſpiritua- liũ cũctis equaliter diſtillare ſine acceptione aliqua- rum perſonarum. Uerũt̃ñ q̃r creature inferiores. id eſt hoĩes ſibi ſubiecti ſunt diuerſimode diſpoſiti: q̃r alij ſunt alijs meliores: ⁊ etiã puriores ẜm hoc poteſt ſu- perior ſuam influentiam variare. vt. ſ. ẜm merita ⁊ exi gentiam perſonarũ alios plus ꝙ̃ alios illuminet pro moueat ⁊ exaltet. ideo poteſt dicere q̃libet talis illud Job. xxxij. Non accipiam perſonam viri: et deum ho- mini non equabo. vbi tres perſone oſtenduntur quas ſine acceptione põt prelatus debite ꝓmouere. videlʒ.

Moraliter ꝓuectos viri.
Humiliter deiectos. homini
Ueraciter perfectos. deum.

Primo igit̃ ſunt pro mouendi illi qui ſunt moraliter prouecti Uiri inquit. Sicut enim videmus ꝙ tunc mater parit et emittit filiũ quando eſt bene formatus et perfectus et in vtero animatus et completus. Sic vere ꝑlatus tunc dʒ parere emittere ⁊ ad exteriora officia ⁊ bñficia promouere ſubditũ quando videt eum in virtutibus



Ayuntamiento de Madrid

et moribus formatū ⁊ donis ⁊ gratijs animatū. ſ3 heu
prohdolor: videt ꝙ multe matres hodie pariant abor-
tiuū. Mulier eñ pregnans q̄ſi nimis p̄mit̄. vel q̄ſi ali-
quo graui ⁊ pōderoſo pcutit̄ tūc ita ledit̄ ꝙ nō pōt ex-
pectare ꝙ fetus in vtero formet̄ ⁊ cōpleat̄. imo an̄ tem-
pus abortiuū parturit ⁊ emittit. Sic hīnt per mulierē
poſſu3 intelligere mollē imbecillē ⁊ affectuoſu3 prin-
cipē iudicē vel p̄latū. q2 mulier dicit̄ quaſi mollis aer.
Per ventrē ſuū poſſum intelligere clauſtrū. collegiu3
ſubiectū: territoriū. capitulū vel conuentū. villā. patriā
regionē. fetus ibi exñs. i. clericus ⁊ religioſus: vel etiā
alia perſona ſubdita quecunq3 in vtero religionis vel
eccleſie. territorij vel patrie. habitat vel moratur. Par
turitio autē eſt ad aliquod beneficiū vel officiu3 emiſ
ſio ⁊ promotio. Accidit igitur chariſſimi ꝙ quandoq3
mulier. i. affectuoſus princeps vel prelatꝰ in vtero ſuo
i. in eccleſia. conuentu. dyoceſi. patria vel villa aliquē3
fetum informatum. qui. i. non eſt formatꝰ per gratias
et virtutes. nec per ſcientie diſciplinam. ſ. aliquā per-
ſonam inſufficientem. ita ꝙ non eſt tempus ipſu3 pa
riendi. i. ad aliquod officium ſeu beneficiū emittendi.
quandoq3 tamē comprimitur. ſ. affectione carnis. vel
precibus amicoꝝ vel principū ⁊ magnatum. qñq3 etiā
iſte percutitur aliquo graui ⁊ ponderoſo. i. cū magno
ſacco pleno pecunia ⁊ cum ipſe compellitur emittere:
promouere: perficere ⁊ parere abortiuum. i. perſonam
inutilem ⁊ ineptā. quod hodie apparet in multis prin
cipibus ⁊ prelatis. qui donis fauoribus ⁊ precibus ho
die cōſtituūt i officijs ⁊ bñficijs iudicaturijs ⁊ p̄poſitu
ris. ⁊ alijs ignorātes ⁊ improuidos ⁊ iniquos. ideo di-
citur Eſa. iij. Dabo pueros principes eorum ⁊ effemi-
nati dominabūtur eis. Illi enim qui ſunt pueri per in
ſufficientiam fiunt hodie principes per temporalē po
teſtatem ⁊ potentiam: ⁊ illi qui ſunt effeminati per in
conſtantiam: dominantur per eminentiam. non ſic. ſ.
viri debent promoueri nō abortiui. nō accipiā inquit
perſonam viri. ſ. eum repellēdo ſed eum promouēdo.
Unde Gen. xlvij. Si quos noſti viros induſtrioſos
cōſtitue eos magiſtros pecorum meorum. Debēt igi-
tur promoueri ſine acceptione illi qui ſunt moraliter
b prouecti viri nō pueri vel ignari vñ. ps. Nō accipiā de
domo tua vitulos neq3 de gregibꝰ tuis hircos. ¶ Secū
do illi qui ſunt humiliter deiecti homini. Sagitta q̄ſi
magis in chorda deprimitur tāto citius ⁊ altius eleua
tur. ſic vere illi qui in hoc mūndo ſunt humiles ⁊ de-
preſſi: debent cito ⁊ alte promoueri et eleuari. Et iſta
humilitas oſtenditur cum dicitur. homini. quia. ſ. ho-
mo de ſui natura eſt animal mite flebile: ibecille: nu-
dum ⁊ debile ⁊ fragile: per quem omnia ſtatus humi-
litatis ⁊ deiectionis poteſt competenter notari. Ideo
de promotiōe taliū poteſt dici illud Eccli. xvij. Deus
de terra creauit hominē: ⁊ ſm ſe veſtiuit illum virtute.
deus enim id eſt: prelatus debet de terra. i. de ſtatu in
fimo creare ⁊ erigere hominem. ſ. perſonam humilem
atq3 mitem. ⁊ ipſum per promotionem veſtire poten
tia ⁊ virtute. i. bonorū temporalium facultate ⁊ digni-
tatis etiam maieſtate. heu prohdolor. ſic non faciunt
homines multi. quia vere ipſi non dant officia vel be
neficia humilibus ⁊ deiectis. immo tātum ſuperiori-
bus ditioribus ⁊ prouectis ⁊ maxime familiaribus et
propinquis. Iſti non creāt hodie homines: ſed magis
beſtias ⁊ bufones. Iſti non promouēt hodie humiles
ſed magis omni bonitate ſteriles. Et ideo ſic videtur
hodie errare prelati eccleſiaſtici: ⁊ etiam alij in promo
tionibus quas faciunt ſicut errat natura in creatione
rane. cū enim natura deberet creare hominē perfectū
et completum. Alij tamen habent parum de materia
ita ꝙ nō pōt omnia mēbra corporis perficere ꝓpter
materie paucitatem: ⁊ tunc materiā quā habet diſtri
buit inequaliter: quia membris que ſunt prope cor. ſ.
capiti ⁊ pectori ſatis dat de iſta materia: membris au-
tem inferioribus ⁊ remotis a corde. ſ. pedibus ⁊ mani-
bus quaſi de eis nō curās. quaſi nihil dat de materia
ſua. ⁊ inde eſt ꝙ membra cordi propinqua ſunt nimis
magna. ſ. caput: ⁊ pectus: membra autem extrema et
a corde remota ſunt nimis parua. ſicut de pedibus ⁊
manibus eſt oſtenſum. chariſſimi: per naturam poſſu
mus intelligere prelatū vel quēcunq3 publicum diſpē
ſatorem. per corpus quod iſta natura habet regere et
formare: intelligo quēcunq3 locum eccleſiaſticum col
legium: vel conuentum. quod tales habet gubernare.
quia ſicut dicitur Roma. xij. Multi vnum corpus ſu
mus in chriſto: materiam quā habet diſtribuere ſunt
bona temporalia: officia. beneficia ⁊ prebēde: quia igi-
tur chariſſimi materia huiuſmodi. ſ. bona temporalia
eſt ita defectuoſa ꝙ nō poteſt ſufficere pro omnibus
membris. i. pro omnibus perſonis: que ſunt i eccleſia
vel conuentu. quia etiam tantum hodie creuit ambi-
tio. ꝙ vix ſufficeret prouino. ideo natura. i. prelatus ip-
ſam etiam inequaliter diſpenſat. quia membris que
ſunt prope cor ſuum. ſ. familiaribus ⁊ amicis ⁊ paren-
tibus ⁊ propinquis quos habet prope cor dat mul-
tum de iſta materia. ſ. de bonis temporalibus eccleſie.
ita ꝙ facit eos groſſos diuites ⁊ inflatos. illis autem
qui ſunt i extremis ⁊ longe a corde ſuo: ad quos nō ha
bet particularem affectionem. ⁊ maxime pedibus qui
tangunt terram. i. humilibus ⁊ depreſſis qui in terra
mortalitatis ſue cōtinue cogitant. vel in terra. i. in ſta-
tu infimo perſeuerant. talibus dico nihil dat de iſta
materia nec promouet eos ad officia vel beneficia. Et
ideo iſti ſunt parui: exiles ⁊ iformes ⁊ nihil inter alios
reputati. Alij autem ſunt de iſtis beneficijs nimis pin
gues ⁊ in diuitijs dilatati Unde. j. Cor. xj. Alius qui-
dem eſurit. alius ebrius eſt. Non ſic chariſſimi nō ſic.
quia ratione non obſtante aliqua exceptione promo-
ueri debent humiles ⁊ deiecti homini inquit. ¶ Ter-
tio debent promoueri veraciter perfecti. ſ. boni ⁊ iuſti
qui dei nomine deſignantur Deū inquit in ordine vni
uerſi: res quanto eſt melior: perfectior ⁊ nobilior tan-
to natura dat ſibi locum perfectiorem et nobiliorem.
Sic vere chariſſimi debet facere princeps ⁊ prelatus.
quia q̄to videt aliquem ſubditum ſuum habere maio
rem ſcientiarum ⁊ virtutum bonitatem ⁊ nobilitate3.
Accūbūt igitur iuſti virtutū florib9. de quo dr̄. Ezec. xxxiiij. In verbis virentib9 in paſcuis pinguib9 accu bare eos faciā ꝛ oues meas. ¶ Itē accūbūt mundani terrenis operib9: ſc3 i amore terrenoꝝ: q̄ ſunt ꝑ nimiā ſollicitudinē nimis dura. Amos. ij. Super veſtimen tis pignorata accubuerūt. Veſtimēta igit ſm̄ Grego rium ſunt bona tēporalia. ¶ Itē accūbunt beati ſecu ris turribus. ſ. in paradiſo. Sophonie. iij. Paſcentur et accubabunt ꝛ non erit qui exterreat. ¶ Itē accum bunt mali cilparu3 fecibus. Vn̄. ij. Reg. xiij. de Amon luxurioſo dr̄. Accubuit amon ꝛ egrotauit. ¶ Itē accū bunt dānati inferni ignib9. Accubabunt in medio ei9 greges oēs beſtie gentiu3 onocrotalus ꝛ hyricius et eri cius et liminib9 eius morabunt. Per iſta eīm anima lia accipientur diuerſa genera pctoꝝ. His igitur pre miſſis nota. Qd̄ eſt accubitus ſeu recubitus bonoru3 qui eſt laudabilis. Et eſt accubitus maloꝝ. qui eſt odi bilis. ¶ Primo igit videam9 de bonoꝝ accubitu lau dabili. Sicut eīm videmus ad oculu3: ꝙ omne animal indiget quiete ꝛ accubitu poſt laborē. Sic vere omnis poſtꝙ ſatis laborauerit in negocijs huius mūdi: ne ceſſe eſt ꝙ aliqn̄ aliquā quietē ſpiritualē: ꝛ aliquē mē talē accubitu3 cōſequatur. Et de hoc poteſt exponi il lud. Gen̄. xlix. Iſachar aſin9 fortis accubans inter ter minos. Ecce hic oſtenditur ꝙ boni diuerſimode reqe ſcunt ꝛ accūbunt videlicet. B
In ſecuritate ſpei confidentis.
In humilitate cordis patientis.
In poſteritate finis ſubſequentis.
Sit igitur in nobis ſpei ſecuritas ꝛ cōfidentia. qd̄ oſte ditur cū dr̄. yſachar. qd̄ interꝑtat dn̄m memorās. Ite3 cordis humilitas ꝛ patiētia. q2 debem9 eſſe aſinus for tis. Itē ſit i nobis finis poſteritas cū preuidētia. quia ſc3 debemus habitare inter termīos. Eſt igitur reqes ſeu accubit9 in cōfidētia ſuſtētatoria. hoc eſt dictu in ſpe ꝛ fiducia ipſius dei. yſachar elephas accūbit ꝛ dor mit innixus arbori. habet eīm tantā corporis grauita tem: ꝙ ſi ad terrā accūberet dormiendo nūꝙ poſſet ſe amplius leuare. Et ideo neceſſe eſt ꝙ totus erect9 ſu per poplites anteriores dormiat: et ꝙ innitat arbori dū accubit. Reuera chariſſimi: ꝑ elephātē poſſum in telligere quēlibet virū iuſtū: qui inuita iſta pagrat me moria mūdi huius. Iſte eīm neceſſe habet alicubi ac cumbere ꝛ requieſcere per deſideriū ꝛ affectū. Modo ſic eſt ꝙ iſte naturaliter eſt grauis ꝛ ponderoſe condi

tionis.q: ſcꝫ homo naturaliter eſt grauis ⁊ ponderoſus ad bonum faciendū: ⁊ inclinatus ad malū exequendū q: ſicut dicit᷑ Gen.viij. Senſus ⁊ cogitatio hominis prona ſunt ad malū ab adoleſcētia ſua. Et ideo ſi hō velit accūbere terre ⁊ quieſcere circa terrena: pro certo vix aut nūꝙ poterit ſe erigere ad eterna. immo erit in periculo ꝙ ibi per auariciā taliter infigat᷑ qd̄ nūꝙ amplius erigatur. Quid debet igit᷑ facere? vere ipſe dꝫ accūbere tot⁹ erectus ſurſum ad eterna ꝑ deſideriū ⁊ affectiōeꝫ. Debet etiā inniti arbori.i.deo per fiduciā ⁊ ꝑ ſpem et deuotionē ⁊ ita requieſcet ſine periculo per mētis cōſolationē. Et hoc oſtēdit᷑ cū dicit᷑. yſachar. qd̄ interp̄tatur memorās dn̄m. q: vere ita debꝫ ſperare ⁊ cōfidere in dn̄o: ꝙ ipm̄ ſemꝑ debet cōtinue memorare. ⁊ mētali memorie cōmendare. q: beatus hō qui cōfidit in dn̄o. Hiere.xvij. vn̄ Deut.xxxiij. Letare zabulon i exitu tuo ⁊ yſachar in tabernaculis tuis. Homo em̄ qui dr̄ zabulon.i.defluens per mortalē cōditionē: debet eſſe ſicut yſachar in tabernaculis ⁊ fiduciā ⁊ deuotionē habere. Iuxta illud Eſa.xxxij. Sedebit populus meus in multitudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulēta. Sꝫ vere chariſſimi: videt᷑ ꝙ multis accidit ſicut elephanti: qui qn̄ꝙ nō eligit fortem arborem ad innitendum: imo innitit᷑ arbori interi⁹ cōcaue: vel a venatore ſecate: ⁊ tūc arbor illa ſtatim frangit᷑: ipſeq̄ cadit ⁊ occiditur. Sic vere hō quādoq̄ nō innitit᷑ ꝑ ſpem ⁊ fiduciā forti arbori.i.deo ⁊ ſanctis: imo qn̄q̄ accūbit ſuꝑ arborē putridā.i.ſuꝑ carnē ⁊ carnalē amiciciā: qn̄q̄ ſuꝑ arborē ſecatā ⁊ inſolidā.i.ſuꝑ mūdū ⁊ mūdanā ꝓſperitatem ⁊ opulentiā. Qn̄q̄ ſuꝑ arborē ventis expoſitā.i.ſuper honorū eminētiā: qui quidē cito ei deficiūt. ipſoq̄ cadente per mortē venatores inferni ipm̄ interficiūt et occidūt. Et ideo mund⁹ ⁊ mūdana ꝓſperitas figuratur in baculo harūdineo egypti. de quo Eſa.xxxvj.c. Ecce inquit cōfidis in baculū iſtū harūdineū egypti. cui ſi innixus fuerit homo: intrabit per manū eius et perforabit eā. ſic pharao rex egypti omnib⁹ qui ꝯfidūt in eo. Egyptus iſte chariſſimi: ſignat mundū q: egypt⁹ interpretat᷑ tenebre: ⁊ mund⁹ iſte per ignorantiā tenebroſus. bacul⁹ iſtius egypti eſt mūdi ꝓſperitas que vere eſt bacul⁹.i. ſuſtentatio fatuorū quidē harūdineus. q: ſcꝫ nō eſt ſolidus neq̄ firm⁹: ſed defectibilis ⁊ inanis atq̄ ad modū harūdinis diſſipat᷑: frangit᷑ et delet᷑ Rex aūt pharao qui iſtū baculū ⁊ iſtū egyptū.i. mūdū et mūdi ꝓſperitatē gubernat: ſignat mūdi pricipes et potētes qui mundū ⁊ ſua ꝓſpera habēt in manu ſua: qui etiā dicunt᷑ pharao: qui interp̄tat᷑ nudās denegās et diſcooperiens q: vere iſti denegant pauperibus pietatem: et ſubditos et vicinos ſuos per rapinam et exactionem diſcooperiunt et denudant Job.xxiiij. Nudos dimittunt homines veſtimenta tollentes. Mali gni et fatui confidunt in egypto.i.in mundo: et etiam innituntur per confidentiam ſuper baculo eius harūdineo.i. ſuper mundi proſperitate: et ſuper pharaone rege eius. ſuper mundi diuitibus et potentibus. que tamen omnia cito deficiunt et franguntur. et ſic decipiuntur innitentes. Sicut quotidie videmus ad oculum de multis: qui ſperantes in ſe quos promiſſionibus alliciunt ſuis fraudulentijs decipiunt. Et ideo dicitur in ps. Bonum eſt confidere in domino. ꝙ confidere in homine. Et ideo ſtultus eſt elephas idest homo qui accumbit per confidentiaꝫ ſuper iſtis. Ideo bene dicitur Eccli.xx. Cum aliena muliere ne ſedeas nec accumbas ſuper cubitum eius. Aliena enim mulier ē mundana proſperitas que ſcꝫ eſt more mulieris mutabilis atq̄ vana ſuper quā nō eſt aliqualiter per amorē et cōfidentiā accūbenduꝫ. Nō ſic igitur chariſſimi: ſed innitamur forti arbori.ſ.deo ⁊ ſuꝑ eū accūbamus per confidentiā ſuſtentatoriā yſachar Exēplo beati Johis de quo legit᷑ Joh.xiij. Qd̄ ipſe recubuit in cena ſuper pectus dn̄i. ¶ Scd̄o accūbamus ⁊ requieſcam⁹ ꝑ patiē

C tiam ſupportatoriā Aſinus inquit fortis. Nā ſicut videmus ꝙ tutū eſt accubare in caſtro forti ⁊ firmo: qd̄ nō timet machinas bellatorū. Sic vere tutū eſt accūbere ſpiritualiter quieſcere ⁊ dormire in virtute patiētie ⁊ humilitatis q̄ nihil aliud eſt: ꝙ quoddā caſtrum ſpirituale: qd̄ nō poteſt diſſipari nec deſtrui tribulationib⁹ quibuſcūq̄. Et hoc oſtendit᷑ cū dicitur aſin⁹ fortis. q: ſcꝫ debem⁹ eſſe aſini per humilitatē: fortes per patientie firmitatē. Eſt em̄ aſinus ſm̄ Iſido. aial̄ ſimplex ⁊ tardū. humanis nutib⁹ obediēs ⁊ ſubiectū obliuioſum: oniferum. patiens oneris itineris ⁊ laboris: vili ⁊ modico vtens cibo. Inter ſpinas ⁊ tribulos querēs victū. Talis ꝓ certo debet eſſe vir fortis humilis ⁊ ꝑfectus. q: iſte debet eſſe ſimplex.i. ſine plica malicie ꝑ innocētie puritatē. tardus ꝑ tēperantie maturitatē. obliuioſus: ſcꝫ iniuriarū ꝑ clementiā ⁊ pietatē: ſubiectus.ſ. maiorib⁹ ꝑ obedientiā ⁊ humilitatem: vtēs modico cibo ꝑ abſtinentiā ⁊ ſobrietatē. Inter tribulos querēs victū ꝑ penitētiā ⁊ aſperitatē. oniferuꝫ et laborioſum ꝑ patientiā ⁊ lōganimitatē. Ideo de talibus aſinis patiētibus pōt intelligi illud Gen.xliiij Oneratis aſinis reuerſi ſunt i opidū. Et ſicut videm⁹. ꝙ aſinus eſt fortior in parte poſteriori ꝙ anteriori: ſic homo debet fortior ⁊ potētior eſſe in poſteriori parte ſenectutis: ꝙ anteriori iuuētutis. ij. Cor.xij. Cū aūt infirmor: tunc fortior ſum. Sed heu proh dolor ꝙ pauci ſunt hodie tales aſini in mūdo.ſ. viri patientes. videt᷑ em̄ adimpletū hodie verbū. Pli.li.viij.c.xliiij. q̄ dicit. Qd̄ in frigidiſſimis regionib⁹ vt eſt pōtus nō inueniunt᷑ aſini. Sic vere q: mūdus eſt frigidiſſima regio ꝑ indeuotionē: q: ſcꝫ amor diuinus ardorq̄ charitatis ibidem nō ardet Ideo nulli vel pauci aſini.i. viri patientes ⁊ humiles inſunt ibi. Et ideo videt᷑ impleta figura Exodi.xiij. Primogenitum aſini mutabis oue: q: vere iſti qui deberent eſſe aſini: ideſt fortes patientes humiles ⁊ ſtabiles: ſcꝫ clerici et religioſi. et etiam alij chriſtiani mutati ſunt hodie in oues.i. in viros molles inſtabiles et imbecilles. Non ſic chariſſimi non: ſed ſimus aſini virtuoſi ⁊ patientes in tribulationib⁹ reſiſtentes. Figurati.iij. Regū.xiij. Per illum aſinum prophete mortui quem leo occiderat: qui ſtabat iuxta cadauer magiſtri ſui. de quo dicit᷑ ibidem. ꝙ nō comedit leo de cadauere nec leſit aſinum. Q: a vere chariſſimi: illi qui ſunt vere aſini: ideſt humiles ⁊ patiētes qui iuxta cadauer prophete mortui: ideſt iuxta chriſtū mortuum ſtāt per ſue mortis meditationem. a leone ideſt dyabolo ⁊ ceteris crudelibus: nec ab eorum tormentis ⁊ tribulationib⁹ non leditur nec grauat᷑. Ideo dicitur Eccli.xxxiij. Cibus ⁊ virga ⁊ onus aſino: panis et diſciplina ⁊ opus ſeruo Accumbam⁹ igitur ⁊ quieſcamus per patientiā cuncta ſuſtinētes. Et de tali accubitu fortitudinis ⁊ patientie: dicitur illud predictū Soph.iij. Paſcentur et accubabunt ⁊ non erit qui exterreat. ¶ Tertio accūbamus per prouidentiā mortē cogitatā.i. accubamus in cōſideratione mortis et futurorum cōtingentium. Accūbamus inquit inter terminos. Nam per meditationē ⁊ cōſiderationē debemus accūbere vel dormire inter terminos mortis iudicij: purgatorij: ⁊ inferni. Iſti ſunt fines cōcluſionis et vie nr̄e. Et ideo nos debemus facere ſicut quedam belua: q̄ dicitur vitulus marinus. q̄ cubat et habitat inter terminos maris ⁊ terre. In terra em̄ cubat ſicut beſtia ⁊ ibi partunt fetus ſuos. In mari aūt natat et ambulat ſicut piſcis. ⁊ iſta belua ſuꝑ oīa aīalia opprimitur graui ſomno. vt dicit Pli.li.viij.ca.xij. Uere chariſſimi: ſic debemus facere: q: vere nos debem⁹ cubare in terra per conſiderationem noſtre terreſtreitatis et mortalitatis. Item natare per mare. ideſt per amaritudinē mortis purgatorij: iudicij et infernalis. aſperitatis habere ſomnū. ideſt requiem cōtemplationis eterne felicitatis. Et ideo de iſta duplici conſideratione. ſcꝫ proſperitatis ⁊ aſperitatis. et de iſto vitulo pōt dici illud Eſa.xvij. Ibi paſcet᷑ vitulus ⁊ ibi accubabit. Uitulus em̄ iſte.ſ. homo ꝯtēplatiu⁹ ⁊ cōſideratiu⁹ paſcetur

D

Ayuntamiento de Madrid

ſectur ibi ſcꝫ in paradiſo.ꝑ opulentie cōtēplationē:et
ibi accubabit in morte:in iudicio:purgatorio ⁊ infer-
no.per diuine iuſticie meditationē. Heu ꝓh dolor ꝙ
pauci ſunt hodie tales vituli.q2 vere vix inueniť hodie
qui cogitet vel qui preuideat de futuris:qđ maxie ve-
rū eſt de mūdi diuitibꝰ quos miſera ꝓſperitas taliter
delectat:ꝙ nō cōſiderant finē ſuū.vñ Tren.j.Sordes
eius in pedibꝰ eius nec recordata eſt finis ſuis.Tales
ſunt ſiles ranis que ſunt aialia in aquis dulcibꝰ ha-
bitantia.cauda carentia:ſemꝑ clamātia:ſupuenietes
timentia ⁊ fugientia aialia etiā ſunt lutoſa:venenoſa
ſub ventre ſunt maculoſa.abominabilia ⁊ odioſa.Ue
re tales ſunt multi diuites potētes.Iſti em̄ in aquis
dulcibus deliciarū habitāt ⁊ morantur. Cauda etiaꝫ
que eſt finis corporis.i.memoria ſui finis ⁊ cōſidera-
tiōe futuroꝝ penitus ſūt priuati.Iuxta illud:Eſa. iij.
Auferet a te dn̄s caput ⁊ caudā.Et ideo tales ſunt ho
die clamātes per iactantiā;detractionē:⁊ diſcordiam
timoroſi ꝑ ignorātiā.aquoſi ꝑ luxuriā. lutoſi ꝑ auari-
ciā.venenoſi ꝑ maliciā.maculoſi: ꝑ macularū.i.pctōꝝ
abūdantiā.Et iō cūctis hoibꝰ.i.cūctis ꝑſonis bonis ⁊
rationabilibus ſunt odioſi.abominabiles ⁊ ſuperſti-
tioſi.Nō ſic chariſſimi:nō careamus cauda.i.memo-
ria noſtre finis nō rane: ſed ſimus vituli marini:⁊ ac-
cumbamus inter terminos accidentiū futuroꝝ.vnde
Eccli.vij.In omnibus operibꝰ tuis memorare nouiſ-
ſima tua:⁊ ineternū non peccabis.Accūbamus igitur

E Per preuidentiā cōſideratiuā
Per patientiā humiliatiuā.
Per confidentiā corroboratiuā.

Iſte eſt igiť accubitus gratie qui ē virtuoſus ꝙ bene
fuit figuratus Mat.xxvj. vbi mulier effigit precioſuꝫ
vnguentū ſuper caput dn̄i recūbentis.Quia reuera ꝙ
predictis modis ī deo recubuerit mulier mollis aer.i.
diuina miſericordia ipſum vnguento precioſo cōſola-
tionis ⁊ gratie deliniet.vnde Marci.vj.⁊ Luce.ix. di-
citur.Mđ dn̄s precepit ꝙ facerēt turbas accūbere ſuꝑ
herbā.herba em̄ ſignat ꝯſolationis refrigeriū Iſte eſt
igiť accubitus gratie qui eſt virtuoſus.¶Scđo prin-
cipaliter dico.ꝙ inueniť accubitus glorie qui eſt gau-
dioſus.Circa qđ nota ꝙ animalia poſtꝙ plena fuerit
et ſatiata:ſolēt requieſcere accūbere ⁊ ſedere.Sic vere
anime beatoꝝ que eterna viſione ⁊ fruitiōe fuerint ſa-
tiate:tūc per eternā conſolationē ſecuritatē ⁊ delecta-
tionē requieſcūt pariter ⁊ accūbūt.vnde Ezech.xxxiiij.
Requieſcēt in herbis virētibus ⁊ in paſcuis pinguibꝰ
paſceniť ſuꝑ mōtes iſrl':paſcā eas ⁊ accubare eas faciā.
Iſte herbe.iſta paſcua.iſti ēt mōtes ſignāt ꝑadiſū.q2.ſ.
ibi eſt viror eternitatiſ:nūꝙ ſeneſcēs.Paſcua nūꝙ are
ſcēs Mōtes.i.ſublimitas autoritatiſ nūꝙ decreſcens
ſeu euaneſcēs.Iſte eſt.em̄ accubitꝰ gaudioſus ⁊ letus.

Ratiōe ſocietatis.
Ratione ſatietatis.
Ratione autoritatis
Ratione ſuauitatis.

Et primo ratiōe ſocietatis. Conſtat em̄ ꝙ ibi eſt bona
ſocietas. q2 vt đr Mat.viij. Sancti venient ab oriēte ⁊
occidente ⁊ recūbent cum abraam ⁊ yſaac ⁊ iacob in re
gno meo.¶Item ratione ſatietatis.q2 ſcꝫ in illo accu
bitu ſancti habebāt ſatietatē eternā.vnde Luce.xxiiij.
Dum ieſus recūberet cū illis accepit panem ⁊ fregit et
porrigebat illis.¶Itē ratione autoritatis.Luce.xxij.
Quis maior eſt an qui miniſtrat: nonne qui recūbit.
¶Item ratione ſuauitatis.Canti.j.Cū eſſet rex in ac-
cubitu ſuo nardus mea dedit odorē ſuauitatis.Eſt igi
tur quidā accubitus beatoꝝ qui ē gaudioſus.¶Sed
adhuc nota. ꝙ eſt accubitus maloꝝ qui eſt odibilis.
ſeu vicioſus.Sed em̄ videmus ꝙ beſtie accūbunt ⁊ re
F quieſcunt ſm̄ proprietatē cōditionis ⁊ nature.Sic ve-
re chariſſimi:hoies beſtiales ⁊ animales.i. ipſi pecca
tores ī ſeculo iſto diuerſimode requieſcūt. Et ideo de
maiori cohabitatione accubitu et quiete pōt exponi
illud Eſa.xi.Habitabit lupus cū agno: ⁊ pardus cuꝫ
hedo accubabit.Ecce igitur ꝙ hic oſtenduntur quat-
tuor genera hoim peccatorum: qui in hoc mundo di-
uerſimode accūbunt.habitāt ⁊ requieſcunt.videlicet.

Sectatores guloſitatis.Lupus.
Dilectores proſperitatis.Agnus.
Exactores crudelitatis.Pardus.
Comptores carnalitatis.Hedus.

Dico igitur primo ꝙ in mūdo habitant ⁊ accumbunt
guloſitatis ſectatores.Et iſti intelliguniť ſub nomine
lupi.Lupus em̄ ſm̄ Ariſto.lib.viij.de animalibus.eſt
animal vorax ⁊ guloſum.qui qñ eſurit nimis comedit
qui poſtꝙ fuerit ſatiatus multū appetit ludere:tādeꝫ
accūbere.quieſcere ⁊ dormire. Et iō qñꝙ rapit puerū
cū quo primo diu ludit:ſꝫ finaliter eū occidit. ⁊ eſt ani
mal valde vigil ⁊ mirabiliter timet ignē. Uere chariſ-
ſime:tales ſunt guloſi:q2 vere ita ſunt voraces.ꝙ vltra
neceſſitatē cibis ⁊ potibus ſe ſatiant atꝙ replent:qui
ad litterā poſt ſatietatē volūt ludere: accūbere: quie-
ſcere ⁊ dormire ⁊ cuꝫ puellis.i.cū iuuēculis mulieribꝰ
ſolatiare ⁊ ludere.⁊ tandē ipſas ꝑ luxuriā corrūpere et
ſpūaliter occidere vľ fedare.Tales etiā ſunt.q2.ſ. circa
carnis delicias volūt ſummopere vigilare.Ignē ēt timēt
q2 vere tales delicioſi mirabiliter ignē penitētie ⁊ aſꝑe
diſcipline.Ideo de tali accubitu pōt itelligi illud Exo.
xxxij. Sedit populus mōducare ⁊ bibere:et ſurrexerūt
ludere tales fuerunt figurati in Loth: qui poſt nimiū
potum accubuit fedauit filias ſuas.Gen̄.xix. De hoc
Grego.in moraľ.li.j.Pene ſemper epulas comitatur
voluptas.Nā dū corpus in refectionis delectatiōe nō
ſoluiť:cor ad inane gaudiū relaxatur.Et de iſtis lupis
pōt intelligi illud Gen̄.xlix. Benyamin lupus rapax
mane comedit predā ⁊ veſpere. Accūbunt igiť ⁊ quie-
ſcunt guloſitatis ſectatores. Lupus.vñ pōt dici illud
Eſa xxvij.Paſceť vitulus ⁊ accubabit. Uitulus enim
carnales deſignat. qui figurati ſunt Iudith.xiij. Ubi
dicitur.Mđ holofernes recūbebat in ebrietate: ⁊ ideo
mulier occidit eū.que vere mulier.i.luxuria faciliter ſo
let occidere illos qui ebrietate ⁊ delicijs ſolent recum- G
bere.¶Scđo dico ꝙ in mūdo iſto habitant ⁊ accum
būt.Proſperitatis dilectores. Agno inqt. Per agnū
em̄ qui đr ab agnoſcēdo:q2 ſcꝫ inter mille oues matrē
ſuā agnoſcit.Intelligo dilectores huius mūdi:qui op
time agnoſcūt matrem ſuā:ideſt mundi ꝓſperitatem
ipſamꝙ more agni diligunt ⁊ amplexant obediūt ⁊ ſe
quuniť.Et ſicut videmus ꝙ agnus genua flectit: bala
tum emittit.caput erigit.⁊ quaſi ſuꝑ terram accūbit:
vt vbera matris ſugat.Sic vere tales ad matrē ſuaꝫ.i.
ad mūdum caput intentionis erigunt. balatus etiaꝫ
multarū ſupplicationū emittūt:genua.i. affectiones
cordis ſui ad terrā.i.ad terrena deflectūt.⁊ ſuꝑ terram
ideſt ſuꝑ amorē tēporaliū totaliter incūbunt.vt vbera
proſperitatis ſugere valeāt acquirere ⁊ habere ꝙ etiaꝫ
oīa ad litterā videmus de ambitioſis: ꝙ ad matrē ſuā
id ē ad mūdi principes ⁊ prelatos caput erigūt ꝑ fictā
dilectionē balatū emittūt.i.ꝓcū ſupplicationē.genua
flectunt per fictā humilitatem ſuꝑ terrā accubunt ꝑ
ficte reuerentie multiplicitatē. Et hoc totuꝫ vt vbera
matris ſugant.i.vt lac mūdane proſperitatis de vberi
bus matris.i.de beneficijs ⁊ dignitatibꝰ ⁊ officijs mū
danorū principū ⁊ prelatoꝝ ſugant recipiant ⁊ acqui-
rant.qđ maxime de eccleſiaſticis eſt verū.Ideo de eis
poteſt dici illud Amos.ij. Accubuerūt iuxta altare et
vinuꝫ dānatoꝝ bibebāt dei ſui. Mali em̄ eccleſiaſtici
hodie iuxta altare:⁊ iuxta ſancta ſctōꝝ accumbūt ⁊ in
corporalibus delicijs requieſcunt. Uinūꝙ dānatoruꝫ
ideſt mundi proſperitatem de qua damnati peccato-
res inebriabanť:bibunt ⁊ hauriunt atꝙ ſugunt.Tales
fuerunt figurati.j.Regū.xiij.in illo Amon qui langue
re ſe ſimulauit ⁊ accubauit ſuper lectum ⁊ quaſi egro-
tare cepit.Et cum rex dauid pater ſuus viſitaret eum
tradidit ei thamar ſororem ſuaꝫ pro cuius amore lan
guebat ad miniſtranduꝫ ei.qđ cum rex feciſſet: oppreſ
ſit et corrupit eam: propter quod etiam ipſe poſtmo-
dum peremptus eſt.Amon iſte chariſſimi:qui interꝑ
tatur populus dolens ⁊ populus iniquus:ſignat mū
di ambitioſos ⁊ huius ſeculi dilectores:qui pro certo



Ayuntamiento de Madrid

multis iniquitatibus ſunt repleti.thamar que inter-
pretat amara.ſignat mundi proſperitatē:q̄ infernalē
amaritudinē male vtētibus introducit. Amon igit.
ideſt ambitioſus multotiens fingit ſe eſſe languiduꝫ
et humilē ⁊ benignū. ⁊ accumbit etiā ſuper lectū ficte
humilitatis:vt dauid pater ſuus.i.princeps ſuperior
vel prelatus ipſum viſitet ⁊ cōfortet:⁊ vt ſororeꝫ ſuam
thamar.ideſt mundi proſperitatē.officium beneficiū
vel dignitatē:pro cuius amore ⁊ affectione languet ei
dem cōferat ⁊ miniſtret.quod ſi forte fecerit ipſumqꝫ
ſicut optat promouerit:ſtatim ꝑ ſuā malā vitam ſo-
rorem ſuam:hoc eſt dictu adminiſtrationem ſibi cō-
miſſam deſtruit diſſipat ⁊ corrumpit.Naꝫ ſicut agnꝰ
primo eſt manſuetus:ſed finaliter acquirit ⁊ aſſumit
cornua ⁊ efficitur aries dureqꝫ percutit atqꝫ ferit.Sic
vere multi ſunt qui primo videntur eſſe agni:mites:
humiles ⁊ benigni:ſed vere quādo fuerint promoti et
aſſumpti ipſi efficiunt arietes.qr ſcꝫ cornua ſuperbie
et crudelitatis accipiūt ⁊ ſubditos ſuos dure per ra-
pinas feriunt ⁊ percutiūt.vnde de talibus pōt dici il-
lud Eſa.lxv.Lupus ⁊ agnus paſcent ſimul.leo et bos
comedēt paleas. ſimul em̄ in eadē perſona paſcitur ⁊
moratur agnus ⁊ lupus.bos ⁊ leo.qr ſcꝫ iſti qui primo
ſunt boues ⁊ agni per fictā humilitatē:efficiunt fina-
liter lupus ⁊ leo per apertā crudelitatē ⁊ rapacitateꝫ.
vt ſcꝫ paleas.i.bona tēporalia comedāt per cupidita-
tem.Exemplū de ſaul qui primo ſine promotione fuit
humilis:tandem factus rex:factus eſt peſſimus. Ac
cumbunt igitur ⁊ habitāt in hoc mundo proſperita-
tis dilectores.Agnus inquit vnde de iſtis dr Matth.
xxiij.et Luc.xxij.Qd ipſi amant primos recubitus in
cenis primas cathedras in ſygnagogis:ſalutationes
in foro: et vocari ab hominibus rabi.ſuper quo dicit
Chry.ſup Mat.Non inquit increpat eos qui in pri-
mo loco recumbūt. ſed qui amant primos recubitus
ad voluntatē vituperationē referens ad factū:ſine cā
enim in loco ſe humiliat qui corde ſe prefert.Accūbūt
proſperitatis dilectores.¶ Tertio dico.ꝙ ibi habitāt
H et accumbūt crudelitatis exactores.Pardus inquit.
Pardus em̄ vt dicit Pli.⁊ ſm glo.Oſee.xiij.Eſt ani
mal velociſſimum preceps ad ſanguinē ⁊ crudele mo
re panthere:diuerſis maculis picturatū. Eſt etiā ani
mal libidinoſum.qr cum vxore leonis adulteratur. et
inde gignitur leopardus.valde etiam eſt crudelis qn
ſui catuli rapiuntur.Reuera chariſſimi: tales pardi
ſunt hodie multi in mundo.ſ.viri crudeles.impij ⁊ ra
ptores:⁊ maxime tyranni principes et balliui.qui pro
certo ſunt crudeles ⁊ ſine pietate.⁊ ad ſanguineꝫ.i. ad
occiſionem vel vindictam.vel ad ſubſtantiam paupe
rum ebibendam ſunt per rapinā precipites ⁊ veloces.
Abacuch.j.Leuiores pardis equi eius.Sunt etiaꝫ ta
les picti ⁊ ornati diuerſis maculis.ideſt diuerſis frau
dulentijs ⁊ cautelis quibus pellis ſue cōuerſationis
verſipellis multipliciter variatur: quia ſcꝫ tales ha-
bent multos modos fraudulentos qbꝰ poſſunt alios
defraudare vel depredari.Unde Hiere.xiij.Si muta-
re poteſt ethyops pellem ſuam et pardus varietates
ſuas.ſic ⁊ vos potentis bonum facere cuꝫ didiceritis
malum.Tales etiam ad litteraꝫ ſunt libidinoſi ⁊ vxo
res inficiunt aliorum.Ideo de talibꝰ poteſt dici illud
Hiere.v.Equi amatores in feminas et emiſſarij facti
ſunt vnuſquiſqꝫ ad vxorem proximi ſui hinniebat. Et
ideo tales pardi potuerunt figurari Danielis.vij.vbi
dicitur.Qd beſtia tertia ſimilis erat pardo ⁊ habebat
alas ſicut auis quattuor ſuper ſe:et habebat quattuor
capita et poteſtas data eſt ei. Sic pro certo chariſſi-
mi:tales crudeles et tyranni:et maxime prelatorum ⁊
principum:officiales:iudices clientuli:⁊ balliui.ſunt
hodie quaſi pardus per fraudulentiam verſipellem.
Dicuntur etiam beſtia tertia:quia ſcilicet iſti nō erūt
in paradiſo:nec in purgatorio:ſed in tertio loco:ſcili-
cet in inferno finaliter locabuntur.Iſti igitur habent
hodie plura capita:ideſt plures capitaneos: pēſiona
rios et magiſtros.de quoruꝫ curijs et familijs iſti ſunt
Alas etiam habent plures.ideſt plures collaterales
auxiliarios et fautores:quibus auxiliantibus iſta ad
alta officia et beneficia prouehuntur ⁊ promouentur
et exaltantur.Et ideo bene ſequitur.ꝙ poteſtas data
eſt eis:quia ſcilicet tales habent hodie in manu ſua
quaſi totius ſeculi poteſtatem:quia non eſt poteſtas
ſuper terram que comparetur ei Job.xl.Iſte eſt igitur
accubitus crudelitatis.Et de hoc Gene.xlix.Requie
ſcens accubuiſti vt leo:et quaſi leena.In mūdo igitur
iſto habitant et accumbunt crudelitatis dure exacto
res.Pardus.¶ Quarto dico ꝙ ibi accumbunt carna I
litatis ficti velatores:ſcilicet hypocrite: qui nomine
hedi intelliguntur.Nam ſicut hedus exterius eſt ma
cer et hirſutus .interius tamen eſt mollis pinguis
nitidus et carnoſus. Sic vere chariſſimi: hypocrite
et falſi religioſi.exterius in apparentia et conuerſatio-
ne ſunt ſicci per fictam abſtinentiam et paupertateꝫ
et aſperitatem.Sunt etiam hyrſuti per veſtium et ha
bitus ruditatem atqꝫ vilitatem.Interius tamen ſub-
tus pellem.ideſt ſubtus exteriorem conuerſationem.
ipſi ſunt molles et carnoſi per luxurie voluptatem: qr
ibi ſua carnalitas eſt velata:ſcilicet per hypocriſis fal
ſitateꝫ.Et ideo ſicut hedus finaliter efficitur hyrcus
quod eſt animal torui aſpectus et fetidiſſimi odoris.
Sic vere tales non obſtante hyrſuta pelle ſue hypo-
critice fictionis efficiuntur hyrci.ideſt luxurioſi cum
toruo aſpectu.quia ſcilicet luxurioſi ſemꝑ habent ocu
los ad partem ⁊ ad latera.ſcilicet per vicos et plateas
vt videant ſi ſit aliquid quod delectet et maxime hoc
faciunt hypocrite religioſi:qui torue ſub ſuo caputio
reſpiciunt inuiſibiliter vndequaqꝫ ꝙ ipſi ſunt grauiſ
ſimi odoris.ideſt peſſime infamie et fetentis nomi-
nationis:quia ſcilicet luxurioſi poſt ſe relinquunt veſti
gia ſue fetide male fame figurati in ipſo Amon. ſicut
ſupra dicum eſt.finxit ſe egrotare et accubauit vt poſ
ſet corrumpere ſororem ſuam.Quia vere multi ſunt q̄
fingunt ſe per hypocriſim eſſe infirmos: ideſt humi-
les et religioſos vt poſſint decipere et corrumpere ſo
rores ſuas:ideſt iuuenculas chriſtianas.Et de tali he
do poteſt itelligi illud Matth.xxv. Statuet hedos a
ſiniſtris: quia.ſ.iſti poſiti ſunt in ſiniſtro obſcuro ⁊ ab
ſcōdito hypocritice falſitatis.Cōtra tales precipitur
Exod.xiij.Non coques hedū in lacte matris ſue.Ma
ter ipſorum eſt mundus cuius lac ſignat dulcorem de
liciarum in quo pro certo iſti edi contra dei preceptuꝫ
per feruorem luxurie decoquuntur.Mat.iij. Recum
bebat autem ſocrus ſymonis febricitans.Iſti em̄ ſunt
qui recubitus primos diligunt et ſuper carnem ⁊ mū
dum mentem ⁊ affectionem recumbunt:et tamen ꝑ
fictam humilitatem recubitus vltimos eligūt vt am
plius honorentur.et velut humiles reputantur nouiſ
ſimi recumbere ſepe querunt.Iuxta illud Luc.xiiij.Cū
inuitatus fueris recumbe in nouiſſimo loco:vt veni-
ens qui te inuitauit:dicet tibi amice aſcende ſuperiꝰ:
et erit tibi gloria coram cōuiuantibus. Super quo
dicit Chryſoſto. ſuper Matth. xxiij. Aliquis inquit
iactator audiens laudabile eſſe in vltimo loco recum
bere.diſcumbit poſt omnes: ſed non ſolum iactantiā
cordis non dimittit.ſed adhuc illam iactantiam hu-
militatis acquirit.Accumbunt igitur carni et habi-
tant in hoc mundo ſectatores guloſitatis.Dilectores
proſperitatis.Exactatores crudelitatis.Velatores car
nalitatis.Et hoc de accumbere vicioſo.luxurioſo. et
doloroſo.

## Acuere. Acutus.

Nota ꝙ acuties poteſt multa ſi- A
gnificare tam in bono ꝙ in malo. ſignificat enim om
ne illud quod pſigit et omne illud quod penetrat atqꝫ
ſcindit.Sic igitur dico ꝙ acutus ſignat.
Diuine punitionis puncturam.
Fraterne correctionis vſturam.

Mundane

Ayuntamiento de Madrid

Abundante afflictionis rupturam.
Hoſtilis tentationis iacturam.
Verbalis predicationis ſcripturam.
Subtilis intellectionis naturam.
Mortalis detractionis raſuram.
Eternalis dānationis roſuram.
Dico igitur q̄ eſt acuties diuine punitiōis. Et illa ni hil aliud eſt q̄ ſeueritas ſue iuſticie. que quādoq̄ inuenitur aſpera ⁊ acuta. Aquila enim que eſt rex auiū habet roſtrum ⁊ vngues acutos. Leo qui eſt rex animaliū idem hʒ. Sic vere deus qui eſt rex regū acuitate ſeueritatis viget: nō ſolum roſtro: ſed etiā vngue. i. nō ſolum verbo ſed etiā opere. Ore dico: q2 acute loquit̄ cōminādo. Figuratus Apo. j. Jn illo hoīe qui habebat in ore gladium biſacutū. Jtē opere q2 ſeuere ⁊ aſpere penetrat puniendo. Figuratus Apoca. xiiij. in angelo qui habebat falcē acutā ⁊ vindemiauit botros vinee terre: q2 ſcʒ angelus teſtamenti deus cum falce acuta ſue iuſticie ſepe punit trūcat ⁊ vindemiat peccat oīes qui ſunt vinea dyaboli ſeu mūdi. Jſta eſt ergo acuties diuine punitionis. ¶ Secūdo dico. q̄ eſt acuties fraterne correctionis. Prelatus eñ ⁊ ſuperior dʒ eſſe acutus ⁊ ſeuerus: ⁊ in corde iuſticiā zelando ⁊ in ore redarguēdo: ⁊ in opere caſtigando. Jgnis eñ tendit ſuperi9 in acutū. ſic prelatus vel ſuperior debet ſurſum in deū ferri: ⁊ per ſeueritatē iuſticie acui: ⁊ in ore ignis ſplendore diſcretionis lucere: ⁊ ardore charitatis feruere. Accipitres eñ ⁊ alie aues nobiles valde habēt pecti9 acutum. Sic vere viri perfecti ⁊ morali virtute ⁊ conditione nobiles pectus cordis ⁊ animi: debent acutū p zelum iuſticie: ⁊ per remorſum conſcientie habere. ita q̄ oīs actus iniuſtus dʒ eis diſplicere. ⁊ iniquos debent ſeueriter ⁊ acute redarguere ⁊ punire. Figurati in illo gladio de quo dr̄. Ezech. xxj. Gladius acutus eſt ⁊ limatus: vt ſplendeat limatus eſt: vt cedat victimas exacutus eſt. Cōpara ſi vis tales gladios malis ⁊c. Vide infra de gladio. ſic igitur dico q̄ eſt acuties fraterne correctionis. ¶ Tertio dico q̄ eſt acuties terrene afflictiōis. mundus enim eſt ſicut arbor ſpinoſa que ex omnib9 partibus eſt acuta. Jſte enim ſicut Juniperus acuta folijs que diutiſſime ſeruat ignem. Sic vere mundus qui ignem concupiſcentie ſeruat in omnibus ramis ſuis ⁊ in cunctis partibus ſtatus ſui plenus eſt acutie ⁊ punctura ſollicitudinum ⁊ laborū quia ſiue ſint ſcientie: ſiue diuitie: ſiue delitie: ſiue etiā honores ⁊ eminentie: ſemper eſt ibi plus de punctura q̄ de vnctura: plus de miſeria q̄ de leticia: plus de labore q̄ de dulcore. Jdeo ſibi poteſt dici illud ps. Sagitte tue acute populi ſub te cadēt. Eſt igitur acuties terrene afflictionis. ¶ Quarto dico q̄ eſt acuties hoſtilis tentationis. Tentatio enim dyabolica acuta dicit̄: q2 ſcʒ vſq̄ ad cor penetrare dinoſcitur. Jſte eſt eñ ſicut hyſtrix vel porcus ſpinoſus q̄ ſcʒ vndiq̄ aculeis circunſeptus cōtra quem voluerit illam quam voluerit proijcit ſicut ſagittam ⁊ telum. Sic vere dyabolus puncturis tentationum munitus illum aculeum: id eſt illud genus tentationis quod videt ſibi expedientius proijcit: ⁊ nunc hunc nunc illum percutit atq̄ ledit. Vñ iſta eſt illa nouacula acuta: de q̄ dicit̄ in ps. Sicut nouacula acuta feciſti dolū. Et de iſta acutie dicitur Eccleſiaſti. xxj. quaſi rumphea bis acuta omnis iniquitas. Jſta bis acuta dicitur: quia per eam corpus et anima perforatur. Jſta eſt igit̄ acuties hoſtis tentationis. ¶ Quinto dico. q̄ eſt acuties verbalis locutionis vel predicationis. Lingua enim predicatoris dicitur: pro eo q̄ acute feruenter et pungitiue alios penetrare tenetur. Vnde p̄dicator debet eſſe ſicut concha illa marina de qua purpura tingitur. q̄ ſm̄ Plinium libro. ix. capitu. xxxvj. habet linguā magnitudine digitali: ita ſcilicet acutam et duram. q̄ alia conchilia perforat: q̄uis teſtea ſint ⁊ dura. ⁊ eorū carnibus veſcitur ⁊ nutritur: ſub lingua vero venā habet a q̄ precioſus liquor euomit̄ de quo purpura ſpiratur. Sic vere predicator linguam debet habere quādoq̄ acutā. aſperā ⁊ ſeuerā. q2 ſcʒ alios debet redarguendo: cōminando ⁊ timorē cōcutiendo penetrare ⁊ pūgere et carnes eorū carnalē vitā reprehēdendo mordere et pro poſſe cōſumere ⁊ delere. Deut. xxxij. Gladi9 meus deuorabit carnes. Precioſum etiā liquorē lancte doctrine debet emittere quib9 poſſit per charitatis ardorē ſeu per verecundie ruborem: ſeu etiā per honeſtatis decorē ſeu cōpaſſionē xp̄i ſanguinis ⁊ dolorem animas purpurare. Hiere. x. Hyacinth9 ⁊ purpura indumentū eorū. Jdeo de iſta acutie lingue poteſt dicere illud predictū Eſa. xlix. Poſuit os meū quaſi gladiū acutū ſub tegumēto manus ſue ꝓtexit me ⁊c. Jſta eſt igitur acuties verbalis p̄dicatoris. ¶ Sexto dico. q̄ ē acuties ſubtilis. q2 ſcʒ acutū igeniū ad modū fulguris ignei ⁊ ſplendentis penetrat omnia: q̄uis ſint difficilia atq̄ dura ſimilis linci vel aquile que viſum habēt limpidū ⁊ ſubtilem etiā diſcretionis actū: dicēs illud Sapiētie. viij. Juuenis et acutus inueniar in iudicio. ¶ Septimo dico. q̄ eſt acuties mortalis detractionis q2 ſcʒ detractores habēt linguam ⁊ dentes acutos: quibus ledūt ⁊ lacerāt vniuerſos. Dentes enim acuti citius naſcunt̄ q̄ plani: ſm̄ auicennā: in quo notatur: q̄ de ore malorū detractoria et acuta verba citius hodie prorumpuntur q̄ vera: plana ⁊ dulcia ps. Lingua eorū gladius acutus. Et alibi. Acuerūt linguā ſuā ſicut ſerpentes venenum aſpidū ſub labijs eorū. ¶ Octauo dico. q̄ eſt acuties eternalis dānationis. Pena eñ eterna ⁊ ſentētia iudicis acuta dicunt̄. q2 nullus eſt ita fortis aut potēs: quin ab eo dolore ⁊ timore ⁊ miſeria ſpenetretur. vnde in ps. Sagitte potentis acute cum carbonibus deſolatorijs. Sic igitur patet quō acuties ſumitur multis modis. ſufficit igitur. vide infra vbi gladius ſpina. ⁊ vnguis. ſcindere pungere. ⁊ ſic de alijs.

**Accuſare.** Jdē ē. q̄ ꝯtra aliquos. cudere: ipſum q̄ verbis. ⁊ īpoſitionib9 increpare. A
Et eſt multiplex accuſatio in ſcriptura. ſcʒ accuſatio.
Cōfeſſionis. Due prīe ſunt bone. cetere q̄tuor ſūt
Correctionis. puerſe. Prima eſt igit̄ cōfeſſionis:
Detractionis. q̄ ſcʒ hō in foro ꝯſciētie ꝯſtituit vnā
Ambitiōis. ſpeciē iudicij faciēq̄ de rōne iudicē
Exactionis de ſinderſi accuſatorē ⁊ dei ꝓcuratorē
Deceptionis de volūtate reū. de ſacerdote tabellionē. de cōfeſſione accuſatiōis lectorem
Perditionis. de penitētie impoſitiōe latorē. ⁊ de ſatiſfactione executorē. Et de iſta accuſatione dicitur. Prouer. xviij. Juſtus in principio accuſator eſt ſui vnde Chryſ. ſuper Mat. omel. lj. Si vis accuſare accuſa teipſum. ſi vis linguam acuere aduerſus peccata tua acue. Et ratio redditur in glo. Johis. iij. vbi dicitur. q̄ initium boni eſt accuſatio mali. ¶ Secūdo eſt accuſatio correctiōis qua ſcilicet prelatus accuſat ſubditū defectus ſuos ei oſtendēdo vt corrigatur ⁊ emendatur. vnde Augu. de B
ſermone domini dicit. q̄ accuſare vicium officium eſt bonorum. Sicut enim videmus aquila pullos ſuos verberat: ipſoſq̄ roſtro ⁊ vnguibus pungit et lacerat: vt de nido ſuo egredi: et ad volandum aſſuefacere exterius eos progredi faciat. Sic vere prelatus pullos id eſt ſubditos roſtro id eſt verbis accuſationibus ⁊ interpretationibus. vnguibus id eſt verberibus et punctionibus habet aliquotiens pungere. mordere corrigere et caſtigare. vt ſic de nido. i. de amore mūdane voluptatis exeant per contēptum vt ſurſum ad bona eterna volant per deſiderium et affectionē. Et talis accuſatio ſeu correctio eſt in patientia ſuſtinenda. Exemplo xp̄i Mathei. xxvij. Qui cum accuſaretur a principibus ſacerdotum nihil reſpondit. ¶ Tertio eſt accuſatio detractionis. qua ſcʒ detractores hominē accuſant eidem crimina imponētes. ipſumq̄ per venenum C
detractiōis mordētes ⁊ inficiētes. Tales ſunt ſimiles crocodilo q̄ eſt beſtia venenoſa q̄ in aqua pagrat ⁊ in terris. Jſta eñ naturaliter odit cetū. ⁊ ꝯtra ipſum i mari pugnat. ⁊ ꝯtra alios piſces q̄ ip̄m ſequunt̄. Sed quā

Ayuntamiento de Madrid

do videt ꝙ non poteſt contra eū preualere: emittit de
ore ſuo fumū venenoſum ⁊ aquā circūiacentē inuene
nat ⁊ corrūpit. ⁊ hoc facit vt per hmōi venenū poſſit
cetum cū ſuis piſcibus enecare. Qđ videns cetus: fu-
mū odoriferū ad modū ambre ecōtrario de ore mittit:
⁊ sic totā primi fumi maliciā repellit: ⁊ ſic ſe atqꝫ ſuos
ſequaces liberat ⁊ defendit. Reuera chariſſimi: multe
tales pugne hodie ſunt in mare huius mūdi. Cet⁹ enī
odoriferus: ſignat bonos famoſos ⁊ perfectos viros:
⁊ maxime bonos eccleſiaſticos ⁊ prelatos. quos alij
piſces. i. ſimplices ſeculares ꝑ imitationē ⁊ ſubiectio-
nē habent ſeq̄. Crocodillus autem ſignat venenoſos
detractores: qui in aquis delitiarū ſemper volunt vi-
uere ⁊ contra cetū. i. contra bonū prelatū. nō ceſſant ri
xis ⁊ cōtētionibus ⁊ detractionibus preliari. Eſa. vij.
Aſcendit rex raſim in hieruſalem ad preliandū cōtra
eam. ſed crocodill⁹. i. detractor videt ꝙ nō poteſt pre-
ualere. cōuertitur ad aſtutias ⁊ fumū. i. verba infama
toria emittit de ore ſuo contra ipſum in figura. Apo-
ca. ix. vbi dicit̄ ꝙ fumus ad modū fornacis magne de
puteo abyſſi aſcendit qui obſcurauit ſolē ⁊ aerem cuꝫ
quo etiā locuſte armate de puteo prodierunt: q̄ ſcꝫ fu
mus diffamatorie locutiōis: que puteus abyſſi. i. ma-
litioſus detractor emittit quādoqꝫ ſolē ⁊ aerē. i. bonā
perſonā clarā ⁊ ſapientē ⁊ purā ſolet obtenebrare ⁊ fa
mā ipſius obſcurare. Et locuſtas. i. malos ſequaces ⁊
ſocios ſolet ſecū educere ⁊ habere: quoꝝ ſocietate val
latus bonis ſolet officere ⁊ nocere: q̄ pro certo cū vn⁹
malus puteus. i. vnus malus ꝓfundus malicia inſur
git in collegio: ſtatim adeſt multitudo locuſtarum. i.
multitudo ſequaciū ꝑuerſorū. ps. Dixit ⁊ venit locu-
ſta ⁊ brucus cuius nō erat numerus. Sed vere ille de
bet emittere fumū odoriferū ⁊ odorem bone fame et
fragrātiā ſancte ⁊ honeſte cōuerſatiōis: ⁊ ſic infama
tionem venenoſe accuſationis fugabit: ⁊ inuidi detra
ctoris maliciā ſuperabit: ⁊ ſe ⁊ ſequaces ſuos feliciter
liberabit. ita ꝙ ſibi poterunt dicere Cant. j. In odoreꝫ
vnguentorū tuoꝝ currimus oleum effuſū nomē tuū.
⁊ iſta potiſſime ſunt vera de illis qui inſurgunt contra
bonos prelatos: ⁊ contra ſuos piſces. i. contra ſequa-
ces: familiares ⁊ notos ⁊ ab eo debite promotos: qui
ſcilicet inuidia ſtimulante contra eos pugnant ꝑ ap-
pellationes ipſoſqꝫ cupiūt inuenenare ꝑ falſas accu-
ſationes: ſed iuſticia triūphante vincuntur. vñ Chry.
ſuꝑ Mat. iiij. dicit ſic. Si vos cū diligētia vitam du-
xeritis accuſatores lucernā veſtrā non poterunt obū
brare. Figura ad hec. Apo. xij. vbi dicit̄. ꝙ ſignum ma-
gnū apparuit in celo: q̄ ibi apparuit q̄dā mulier ami
cta ſole ⁊ luna ſub pedibus eius: ⁊ in capite eius coro
na ſtellarū duodecim. Et dicitur ibi ꝙ iſta mulier no
lebat parere: ſed q̄dā draco magn⁹ ſerpens antiquus
qui accuſabat fratres noſtros inſidiabatur vt capra
parturiens. Et dicitur ibi ꝙ filius eius raptus eſt ad
deū: ⁊ tunc factū eſt prelium magnum in celo: q̄ dra-
co ⁊ angeli ſui preliabantur cum michaele ⁊ angelis
ſuis: ſed draco proiectus eſt in terrā ⁊ angeli ei⁹ cuꝫ eo
Qui videns ſe proiectum: perſecutus eſt mulierē que
pepererat filiū: ſꝫ date ſunt mulieri ale vt volaret in ſo
litudine: vt aleret̄ ibi. qđ videns draco aperuit os ſuū
⁊ euomuit quēdā fluuiū quē miſit poſt mulierem vt
traheret eā. Sed adiuuit terra mulierē ⁊ abſorbuit flu
mē: ⁊ ſic de draconis manibus eſt ſoluta. q̄ vidēs dra-
co ſe nō poſſe preualere: abijt facere preliū cuꝫ reliq̄s
de ſemine mulieris. Reuera chariſſimi: iſtud magnū
ſignū apparet hodie multipliciter in celo. i. in eccleſia
ſancta dei. Eſt enī ibi q̄nqꝫ mulier. i. pius ⁊ benign⁹ pre
lat⁹: q̄ amictus eſt ſole. i. dilectiōe magne claritatis: ⁊
ſub pedibus calcat ⁊ cōtēnit lunā mundane ꝓſperita
tis: ⁊ coronatus eſt ſtellis. i. gratijs ⁊ virtutib⁹ atqꝫ do
nis magne ſanctitatis. q̄ quidē mulier q̄nqꝫ neceſſe ha
bet ꝑere. i. aliqđ officiū alicui cōcedere ⁊ eū ꝓmouere
Et de tali muliere pōt dici illud. Eccle. xxvj. Sicut ſol
oriēs in mūdo in altiſſimis dei: ſic mulieris bone ſpe-
cies in ornamentis dom⁹ ſue. Michael ⁊ angeli eius
ſignificāt bonos ſubditos ⁊ perfectos. Draco autem ⁊
ſui angeli ſignificāt detractores: inuidos: ābitioſos: ⁊
malicioſos q̄ dicunt̄ ſerpētes antiq̄: ⁊ fratres ſuos ac-
cuſant ꝑ inuidiā: q̄ etiā ſemꝑ inſidiant̄ mulieri. i. bono
prelato vt partū ei⁹. i. bñficiū qđ hꝫ cōferre ſibi valeāt
vſurpare. Verūtñ iſte fetus. i. iſtud beneficiū q̄nqꝫ ra-
pit̄ ad deū. i. alicui bono cōcedit̄ ſm dei volūtatē: ⁊ tūc
ꝓ certo oritur ꝑliū ⁊ diſceptatio inter draconē et mi-
chaelē. i. inter malos: inuidos: atqꝫ bonos. Draco enī
iſte pugnat ꝑlatū diffamādo. Michael pugnat ipſuꝫ
ſuſtinēdo ⁊ applicādo. Et breuiter q̄nqꝫ fit ꝙ iſte dra-
cho. i. detractor ⁊ accuſator ꝓijcit̄ in terrā. i. dimittit̄ in
ſtatu infimo. i. in ꝓmotiōe: ⁊ tūc ꝓ certo ipſe iraſcitur
cōtra mulierē. i. cōtra prelatū ſuū: ⁊ incipit eū ꝑſequi:
⁊ facit cōtra eū cōſpiratiōes: excitat lites ⁊ diſſenſio-
nes: cōmouet rixas ⁊ appellatiōes: ita ꝙ multotiens
ipſe ꝯpellit̄ fugere in ſolitudine. i. adire curiā romanā
vt ibi tueat̄: alat̄: ⁊ defendat̄. Iuxta illud ps. Ecce elon
gaui fugiēs ⁊ māſi in ſolitudine. Sꝫ vere iſte draco nō
ꝓpter hoc ceſſat: quia vere poſt ipſam ipſe mittit ⁊ vo
mit magnū fluuiū. i. magnos fluctus infamiaꝝ ⁊ accu
ſationū: vt faciat eū trahi deſtitui ⁊ deponi: ſed finali-
ter terra. i. ſtabilitas ſue iuſticie ipſuꝫ adiuuat. vel ter
ra. i. terrena munera: vel terra. i. aduocatoꝝ ſagacitas
q̄ aperit os. ſ. ad eū excuſandū. Et ſic iſta mulier. i. iſte
ꝑlatus de draconis periculo liberat̄. vt dicat illud Ec
cle. l. Liberaſti me dñe de leonibus ꝑparatis ad eſcā.
Sed tunc q̄d faciat malicioſus draco: ꝓ certo q̄n vi-
det ſe nō poſſe ꝑualere cōtra iſtū: ipſe cōuertit̄ ad perſe
quēdum eos de genere ſuo. ſ. familiares: notos: ⁊ ami
cos qđ eſt iniq̄ſſimū: q̄ pater nō portabit iniq̄tateꝫ fi
lij: nec filius portabit iniquitatē pr̄is. ſicut dr̄ Ezech.
xviij. Et ideo de talibus falſis accuſationibus ⁊ detra
ctoribus dr̄ Apo. xij. Nūc facta eſt ſalus ⁊ virt⁹ ⁊ regnū
dei nr̄i: q̄ ꝓiect⁹ eſt accuſator fratrū nr̄oꝝ q̄ accuſabat
illos. Apo. xij. vbi oñdit̄ ꝙ tal' detractoria accuſatio. D
Eſt inductiua depreſſiōis. Proiectus eſt.
Eſt deſtructiua dilectiōis. Accuſator fratrū.
Eſt corruptiua cōiunctionis. Noſtrorū inquit.
¶ Nō per falſas accuſationes ſublimitas deprimit̄:
q̄ hō ꝓijcit̄ de ſtatu ſuo ⁊ gradu. Proiectus eſt inquit
Ipſe etiā q̄ detractore alios accuſat: ab oībus ꝓijcit̄.
vilipendit̄ ⁊ calcat̄. Itē fraternitas corrūpit̄. fratrū in
q̄t: q̄ ſcꝫ ſemꝑ habent ponere inter fratres diſcordias.
¶ Itē cōitas diſrūpit̄. noſtroꝝ inq̄t. ſ. q̄ vnitas coniū
ctio vel cōitas ab impijs detractoribus ⁊ falſis accuſa
toribus rumpit̄ ⁊ caſſat̄. vñ Eccle. xxviij. Suſurro et bi
linguis maledict⁹: multos enī turbauit pacē habētes
Et iſta cōitas oñdit̄ in ꝓnoie noſtroꝝ: qđ ſignat cōita
tē: cōcordiā: ⁊ vnitatē. Dicamus igit̄ ꝙ accuſatio indu
cit deꝑſſionē: ꝓiectus eſt draco: pugnat cōtra elephā-
tē vt eū ad terrā proijciat ⁊ proſternat: ⁊ vt ſanguinē
eius bibat. Nā draco q̄ hꝫ ardorē inſatiabilē: de altis
arboribus ſuꝑ elephantē inſilit: ⁊ vt bibēdo ſanguinē
eius q̄ eſt frigidus: ardorē ſuū tēperet: ipſm impetit et
inuadit: ⁊ cū cauda ſua pedes ipſius ligat: ipſumqꝫ ca
dere cōpellit: ⁊ ſic ſanguinē ei⁹ ebibit atqꝫ ſugit: vt di-
cit Pli. Reuera chariſſimi: ſic fit hodie multipliciter
Draco enī ſignat mūdi cupidos ⁊ auaros. ⁊ maxie offi
ciales ꝑlatoꝝ ⁊ principū fraudulētoſqꝫ cauſidicos vſu
rarios ⁊ balliuos: qui ꝓ certo ardorem ⁊ ſitim auaricie
habēt inextinguibilē. Per elephātē qđ eſt aīal ſimplex
⁊ benignū: intelligo perſonas beniuolas ⁊ benignas:
ſanguine. i. tēporali ſubſtātia ⁊ diuitijs opulētas. Sic
eſt hodie quaſi ꝑ totū mūdū: ⁊ maxime i curijs princi
pū ⁊ magnatū. ꝙ draco. i. auarus vel ambitioſus ſum
me deſiderat bibere et acquirere ſanguinē elephātis
i. officiū vel beneficiū vel tēporalē ſubſtantiam ſuorū
ſimplicium virorum: vt ardorem ſue auaricie tempe
ret et refrenet. Et ideo iſte inſidiatur eis per fraudes
et explorationes q̄ ſcꝫ malicioſi et detractores aliorū
facta

Ayuntamiento de Madrid

facta explorare nõ cessant: vt eos qñ placuerit valeat accusare. Mat.xij.ca. At illi obseruabãt eũ si sabbato curaret hoiem vt accusarẽt eũ. Tandẽ ho cõperta occasione: pugnat contra ipsos per lites ⁊ dissensiões: insilit in eos per fortes accusatiões: pedes eorũ ligat: ꝑ fraudes pactiones ⁊ deceptiones. Et sic eos a statu proprio ꝓijcit ⁊ cadere cõpellit. per paupertates ⁊ oppressiones ⁊ sanguinẽ eorũ.i. substantiã tẽporalẽ officium vel beneficiũ bibit ⁊ sugit per rapinas ⁊ exactiones vñ dr. Nume.xxiij. Nõ accubabit leo donec rapuerit predã: ⁊ occisorũ sanguinẽ bibat. Et tales fuerunt figurati in seruo miphybosetb: q̃ accusauit eũ corã dauid: ⁊ sic obtinuit medietatẽ possessionis eius. Sic vere hodie illi debent esse serui.i. viles ⁊ depressi.s. male persone: accusant hodie cũ dauid.i. cũ regibus ⁊ magnatibus a quib⁹ adulant miphybosetb.i. bonas personas quibus deberẽt seruire: ⁊ sic multotiẽs acqrũt eorũ hereditates: officia: beneficia: ⁊ prebẽdas: ipsosq̃ exinde ꝓijciũt atq̃ priuãt. Ideo tales oppssi possunt dicere illud. ps. Proiectus sum a facie oculorũ tuoꝝ. Inducit igitur accusatio oppressionẽ. Proiectus inquit.

E ¶ Secũdo dico q̃ ipsa corrumpit dilationem. Accusator inquit fratrũ. Quia etiã amorẽ fraternum destruit accusator. Exemplũ de Ioseph qui accusauit fratres apud patrẽ crimine pessimo: ideo oderũt eum ita q̃ eũ respicere nolebant. Gen.xxxvij.capi. Frater enim fratrẽ venatur vsq̃ ad mortẽ: ⁊ inimici hois domestici eius. Miche.vij.

f ¶ Tertio dico. q̃ accusatio cõiunctionẽ destruit. Nõ est enĩ ita perfecta cõiũctio vel cõcordia: quin per accusationẽ: oblocutionẽ: iniuriã: infamiam ⁊ detractionẽ dissipet ⁊ etiã separetur. Nostrorũ inqt. quod est ꝓnomen cõmune. Et de hoc potest dici illud. Iosue.v. Noster es an aduersariorũ? quasi diceret: si tu nõ es noster tu es aduersari⁹. Patet igitur q̃ accusatio vel detractio corrũpit dilectionem: dissoluit cõiunctionem: inducit oppressionem. Et ideo istis detractoribus ⁊ adulatoribus qui scȝ nõ cessant alios accusare: accidet sicut coruo: quẽ sm fabulã Ouidij albus esse solebat: sed q̃ soli cuius auis erat coronidẽ amicã suã de adulterio accusauit: ⁊ stuprũ qd insidiãs vidit reuelauit. ꝑpter qd sol coronidẽ interfecit: propter huius delationẽ fuit punitus: ⁊ de albo in nigrũ colorẽ mutatus. In quo notat q̃ q̃ adulando magistris suis alios accusant: ⁊ qui aliorum facta insidiando explorãt triste premium ⁊ tam fauorẽ q̃ odiũ reportant. Figurati in accusatorib⁹ Danielis qui missi fuerunt in lacum leonum: vbi fuerunt a leonibus deuorati. Sicut dicitur Danielis.xiiij. Quia.s. tales in loco inferni cum leonibus.i. cum demonib⁹ proijcientur. vbi a demonibus vorabuntur. Deutero.xix. Si steterit testis falsus aduersus hominẽ: reddet ei sicut fratri suo facere cogitauit. De alijs autẽ accusatoribus scȝ demonum et viciorum que fient in iuditio. Uide infra titulo de iudicio ⁊ de cõsciẽtia ⁊c.

A a D Nota q̃ ad ꝓpositio: est quedã dictio respectiua significãs scȝ illũ aspectũ quem aliquis habet ad aliud significat eñ terminum terminantem dependentiam motus seu actus. Et sic dico q̃ est

Unum ad quod pertinet ad creatorem.
Unum ad quod pertinet ad deceptorem.
Unum ad quod pertinet ad viatorem.

¶ Est igitur vnũ ad quod pertinet ad creatorẽ: quia scȝ deus hȝ suã attentionẽ ⁊ suũ respectũ ad res: et ad prouidentiã earũ: siue eas per misericordiã diligendo siue per iusticiã respuendo. Unde Gene.iiij. Respexit dñs ad abel ⁊ ad munera eius: ad cayn vero ⁊ ad munera eius non respexit. ¶ Item est aliud ad: qd pertinet ad deceptionem ⁊ fraudem: ⁊ quicquid facit: facit ad hois nocumentũ. Unde dyabolus est ille qui dicit illud. Ezechie.xxxviij. Ascendã ad terrã absq̃ muro. veniam ad quiescentes habitãtesq̃ secure. Sequitur. Ut diripias ⁊ inuadas predã. Et illud Ezech.xxi. Mucro mucro euagina te ad occidẽdum. ¶ Itẽ est aliud quod pertinet ad viatorẽ.s. ad hoiem qui recte ꝓprie dicitur ad: q̃ scȝ ipse nõ est nisi quedam dependentia ad aliud. Cõditio enĩ sua nullum statũ habet: immo tendit ad aliud incessanter. Uñ homini põt dici illud Ezech.xxi. Uade ad dextrã siue ad sinistrã quocunq̃ faciei tue est appetitus. De primo igitur ⁊ de vltimo ad: aliquid dicendũ est. Igit primo ⁊ principaliter dicamus q̃ est vnũ ad: qd pertinet ad deũ creatorẽ. Et iste est vt dixi respectus quẽ habet ad creaturas: ⁊ maxime ad hominẽ. Tota enim influentia superiorũ ordinat ad regimẽ inferioꝝ: sicut ptȝ q̃ signa celestia ⁊ planete respiciũt corpora inferiora ⁊ accidentia: ⁊ ea diuersimode ordinãt sua influẽtia beniuola vel maliuola. Sic reuera deus q̃ est summ⁹ ⁊ superior oculos suos precipue ad hoies ⁊ ad eorũ regimẽ dirigit: ⁊ eos beniuolẽtia misericordie: ⁊ maliuolẽtia iusticie ordinat ⁊ cõponit. Unde de isto ad vnũ de generali cura quã hȝ deus de hoie: põt dicere illud. Iohã.xiiij. Audistis q̃ dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. q. d. tantam curã habeo ad vos vel de vobis: q̃ ad vos vado atq̃ venio. In quibus verbis ostenditur quintuplex ad. id est quintuplex respectus quẽ deus hȝ ad hoiem: vz

Ad inspirandum secretius.
Ad reformandum discretius.
Ad largiendum vberius.
Ad puniẽdũ seuerius.
Ad visitandum clementius.
Ad iudicandum potentius.

¶ Audistis inquit. q. d. audiri põt. Secretam inspirationẽ ꝓbat verbũ incertũ. videri nõ. Discretã informationẽ probat dictuȝ apertũ. Dixit Uberem largitionẽ probat lucrũ repertũ. Uobis. Seueram indignationẽ probat signum expertũ. Uado. Benignã visitationẽ probat iter incertum. Uenio. Finalem iudicationem probat agmen cõsertum. Uos. B Dico primo. q̃ deus respicit ad hominem secretius inspirando: quia scȝ ipse est sicut consiliarius secretus: qui per gratiã interius inspirat bonos actus ⁊ virtuosos habitus ⁊ cõceptus dicens homini illud. Exod.xx. Ueniam ad te ⁊ benedicã tibi. Sicut enim radius exit a facie: ⁊ transiens vsq̃ ad speculũ erit ibi imago intuentis. sic radius diuine gratie a deo. trãsit ad hoiem ⁊ in speculo cordis suam sanctam imaginem representat: ⁊ eũ per sanctã imitationẽ in suam imaginẽ transfigurat. Gen.j. Faciamus hoiem ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ nostrã. Et talis ad.i. talis inspiratio secreta hic ostenditur: quando dicit. Audistis: quia scȝ talis affectus vel aduẽtus vel respectus diuinus ad hoiem nõ potest occulte videri: sed solũ põt credi ⁊ audiri. vñ Iob.ix. Si venerit ad me non videbo eũ: si abierit nõ intelligã eũ. Sicut enĩ dicitur Eccles.ix. Homo nescit vtrũ odio vel amore dignus sit. Et ideo homo ignorat si ad eũ venit dominus vel recedit. Sic igit ptȝ. q̃ deus hȝ ad hoiem respectũ inspiratiuũ. ¶ Secũdo dico q̃ deus habet ad hominem respectũ informatiuũ: q̃ scȝ per scripturã ⁊ sanctos mittit ad hoiem verba sua: vt ipsuȝ instruat ⁊ informet: vnde ipse est qui dicit illud prouerbio.viij. O viri ad vos clamito: et vox mea ad filios hoim: intelligite paruuli astutiã: ⁊ insipientes animaduertite Iste respectus informatiuus ostẽditur cũ dicit. Dixi. Gen.xij.ca. Dixit dñs ad abraham. Egredere de terra tua ⁊c. Iste est igitur respectus informatiuus. ¶ Tertio dico: q̃ de⁹ hȝ ad hoiem respectũ seu affectũ muneratiuũ. Et iste est qñ dñs mouet ad hoiem ꝓmouẽdũ ⁊ ad eũ tpaliter vel eternaliter extollẽdũ. Calor enĩ solaris descẽsus inferi⁹ ad vapores ipsos assumit ⁊ eos sursum eleuat ⁊ extollit: ⁊ in nubes etiã eos vertit ⁊ exaltat. Sic calor ⁊ feruor diuine charitatis qñq̃ respicit ad hoiem ⁊ eũ tpaliter exaltat: ⁊ etiã qñq̃ eternaliter ipm ditat. Uñ ipse est q̃ dicit illud. Iohã.xiiij. Ueniam ⁊ accipiã vos ad meipsum. ¶ Quarto dico. q̃ de⁹ hȝ ad hominem respectum castigatiuum seu punitiuũ

Ayuntamiento de Madrid

¶ Ita recte ꝗtū ad iſtas ſex conditiones poſſumus videre in ſtatu pꝛedicto ſex ſpecialia vicia ⁊ peccata expꝛeſſa in aere humane cōſciētie. ⁊ ibidē per agens diabolicū introducta eſt eni in iſto aere obſcuritas ruditatis. Ecce nubes tenebꝛoſa. In quātū humiditas voluptatis. Ecce pluuia: aqua inquit. Mobilitas vanitatis. Ecce vētus. Nubes inquit traſierūt. Luciditas palliationis. Ecce coruſcatio ꝑ fulgoꝛe: quātū ad hypocritas. frigiditas indeuotiōis. Ecce grando. Caliditas tribulatiōis. Ecce fulgur. carbones inquit ignis. Dico igitur. ꝙ in ſtatu peccati pꝛoſperitatis ⁊ dignitatis generat ruditatis obſcuritas tenebꝛoſa. Sicut enim videmus ꝙ in aere ex vapoꝛibus: ex terra ⁊ aqua ſurgentibus generātur nubes: de quibus ipſe aer mirabiliter obſcurat. Sic vere in ſtatu peccati ⁊ hoie peccatoꝛe generant qñꝗ nubes: ⁊ nebule erroꝛis ⁊ ignorātie: que de vapoꝛibus .i. ex ipſis cōditionibus terre et aque .i. carnis ⁊ ſanguinis inſurgūt ⁊ imp̄munt que ipſum reddunt turbulentū: ignoꝛantem: inſtructum ⁊ obſcurū. qd oſtēdit cū dicit. Tenebꝛoſa. Unde Pꝛouerbio. iiij. Uia impioꝛū tenebꝛoſa neſciūt vbi coꝛruūt. Figura Apoca ix. vbi dicit. ꝙ ſtella decidit de celo: ⁊ data eſt ei clauis putei abyſſi. que cū apperuiſſet exiuit de puteo fumus ſicut foꝛnacis magne: ⁊ obſcuratꝰ eſt ſol ⁊ aer de ſumo putei. Iſte puteus chariſſimi eſt humana caro: quā ſtella q̄ de celo cecidit .i. diabolus qui de celo in mundū coꝛruit: qñꝗ ꝑ vana deſideria taliter apperit: ꝙ fumus maloꝝ appetituū ⁊ tentationū ſolem .i. intellectū ⁊ aerē .i. affectū obnubilat ꝑ ignorantiā. Geñ. j. Tenebꝛe erāt ſuper faciē abyſſi. Eſt igitur in peccatoꝛe ruditatꝭ obſcuritas. Tenebꝛoſa inqt.

¶ Secundo dico ꝙ in ſtatu peccati eſt voluptatis humiditas. Aqua inquit. Nā ſicut in aere generatur impꝛeſſio que dicitur pluuia: que eſt impꝛeſſio frigida ⁊ humida ⁊ humidis vapoꝛibus in nubis vtero generatur. tādem caloꝛe reſoluta ⁊ in terris inferius deriuata. Sic vere chariſſimi tot vapoꝛes .i. tot tentatiōes ⁊ ſuggeſtiones aſcēdūt qñꝗ ad interioꝛa nubis .i. ad interioꝛa cōſcientie: ꝙ ibi generat pluuia carnalitatis ⁊ voluptatis: ⁊ maxime qñ caloꝛ naturalis ⁊ feruoꝛ luxurie inualeſcit nubē: .i. hoīeꝫ ꝑ vana deſideria diſſoluit ipſumꝗ ad terrā .i. ad ſtatū peccati detrahit ⁊ euellit. Aqua inqt ps. Intrauerūt aque vſꝗ ad aīam meā. Aq̄ ſcꝫ carnalitatis ⁊ voluptatꝭ. Ideo de tali aere dr. Deute. xxviij. Percutiet te dñs febꝛe aere coꝛrupto ⁊ rubigine. percutiunt eni tales febꝛe .i. ardoꝛe carnalitatis aere coꝛrupto pꝛoſperitatꝭ: rubigine cupiditatis. Sic igitur patet ꝙ in ſtatu peccati cōtinet voluptatis humiditas. ¶ Tertio dico ꝙ in peccatoꝛe eſt vanitatis mobilitas. nubes tranſierunt. Sicut enim videmus ꝙ aer eſt coꝛpus leue ⁊ mobile: ita ꝙ qñ vēto impellitur faciliter cōcitat. Sic vere peccatoꝛ eſt leuis ꝑ inſolētiā: eſt mobilis per incōſtātiā. Et ideo qñ vēto vanitatis impellit ꝑ ſupbiā faciliter ſe agitat ꝑ extollentiā ⁊ iactātiā. qd oñdit cū dr. Nubes trāſierūt Nā ſicut nubes trāſiens vndiꝗ circuit: nec alicubi requieſcit ſurſuꝫ vagabūde moꝛat. vbi vētis ⁊ turbinibus agitat. et finaliter euaneſcit ⁊ diſſipat. ita ꝙ amplius nō apparet: ſed alia loco eiꝰ ſuſtituit. Sic vere chariſſimi ſupbus nō quieſcit ꝑ ꝓpoſiti firmitatē ſꝫ vagat ⁊ circuit ꝑ incōſtātie leuitatē. Surſuꝫ in ſtatū eminētie aſcendit ꝑ ambitionē: vbi vētis vanitatū agitat ꝑ elationē finaliter tñ euaneſcit ⁊ deficit ꝑ moꝛtē ⁊ dānationē. Et id de diſpentia moꝛte ⁊ dānatione taliuꝫ nubiū: ⁊ talis aeris euapoꝛabili vanitate intelligit illud Iob. xxvij. Subito aer cogeť i nubes ⁊ vētꝰ trāſiēs fugabit eas. Talis eni aer .i. pctōꝛ ꝯuertit i nubē ꝑ vanitatꝭ ſublimitatē: ſꝫ finaliter ꝑ vētū .i. ꝑ moꝛtꝭ aduerſitatē fugant .ſ. ad inferni ꝓfunditatē: pꝫ igit chariſſimi ꝙ in aere .i. in pctōꝛe ſtatu ꝓſperitatꝭ vel pcti generat vanitatis ventoſitas. ¶ Quarto dico ꝙ in tali aere generat palliationis luciditas. Pꝛe fulgoꝛe ſicut ei i aere generat choꝛuſcatio q̄ eſt impꝛeſſio ignis a nube exeuntis aerem illuminātis nō tñ durantis ⁊ perſeuerātis ſed cito deficiētis ⁊ euaneſcētis. Sic vere in mūdo iſto generatur fulgoꝛ fictiōis ⁊ palliationis hypocrite q̄ ꝗdiu durāt pꝛe claritate ſue ficte honeſte ꝯuerſatiōis videntur pulcerrimi totū mundū ⁊ patriā ſuis bonis opibꝰ illuſtrātes. Uerūtñ parū durāt aut perſeuerāt. immo cito deficiūt atꝗ ceſſant ⁊ in nihilū redeūt atꝗ cadūt qꝛ ſicut dicit Señ. Omnia ficta tanꝗ floſculi dilabuntur nihil eni ſimulatū poteſt eſſe diuturnū Pꝛe fulgore inquit. Et ideo dicitur Ezech. xxj. Gladius exacutꝰ eſt ⁊ limatus vt fulgeat limatus eſt habēt igit iſti palliationis luciditatē. ¶ Quinto dico. ꝙ ipſi habēt indeuotionis frigiditatē grādo. Sicut eni teſte Ariſto. impꝛeſſio grādinis generat in ventre nubis ex vapoꝛe humido ⁊ frigido quaſi in pluuiā reſoluto pꝛe frigiditate cū loci cōgelato. Unde grando nihil eſt niſi ſtilla pluuie in medio interſticio aeris ꝯgelata Sic vere chariſſimi in ventre nubis .i. in humana cōſcientia ⁊ in aere .i. in homine peccatoꝛe quandoꝗ pꝛedominat tātuꝫ frigus indeuotiōis ꝙ quicquid eſt ibi humidū et pluuiale .i. quicquid eſt ibi deuotiōis ⁊ pietatis ꝑ indeuotionē ita ꝙ exinde grando hoc eſt dictu mala ⁊ indeuota opera ad alios deriuant vñ ps. Grando nix glacies ſpūs pꝛocellarū pars calicis eoꝛuꝫ. Sexto dico. ꝙ ipſi habēt tribulatiōis acerbitatē. Carbones ignis. Nam ſicut chariſſimi quādoꝗ in aere generat fulmen quod nihil aliud eſt ꝙ terreſtris materia in ventre nubis ꝑ foꝛtē cōflagrationē ignita ⁊ coꝛrupta nube ad nos inferius deriuata que .ſ. ita eſt virtuoſa ⁊ actiua ꝙ ꝗcꝗd attingit frangit diſſipat ⁊ comburit vt dicit Ariſto. et Iſidoꝛ. Sic vere in talibus generatur fulmen ⁊ ardoꝛ tribulationis iracundie ⁊ inuaſionis ſeuicie. rapine ⁊ exactionis quā comitat tonitruū terroꝛis ⁊ ꝯminationis ex quibꝰ pꝛo certo circumſtantes vicini et ſubditi inflāmātur cōturbātur ⁊ infinitis aduerſitatibus tribulātur depauperātur ⁊ cōſumuntur. Carbones inqt ignis. Et de hoc figura Apoca. xvj. vbi oſtendit ꝙ vnꝰ angelus effudit phialā ſuā in aerē ⁊ facta ſunt fulgura voces ⁊ tonitrua ⁊ terremotꝰ magnus. Sic vere chariſſimi. quādo angelꝰ .ſ. ſathane phialam ſuam .i. venenum tentationū ſuarū maxie peccatū impietatis et crudelitatis in aerem .i. in virū ſupbum ⁊ peccatoꝛē altū vanuꝫ ⁊ potentē. vt pote in malū pꝛincipē ⁊ pꝛelatū officialē. iudicē ⁊ balliuū. Tūc vere in patria circūiacēti fiunt fulgura. rapinarū ⁊ exactionū tonitrua terrorum ⁊ cōminationū terremotus aduerſitatū ⁊ tribulationum ⁊c. ⁊ ſicut etiam patet chariſſimi. ꝙ aer .i. ſuperbus ⁊ peccatoꝛ vel ſtatus peccati vel ſtatus pꝛoſperitatis vel ſtatus etiaꝫ nepharie dignitatis iſtas ſex malas impꝛeſſiones continet .ſ. tribulationis.

Tribulationis ardoꝛem
Indeuotionis algoꝛem.
Palliationis ſplendoꝛem.
Uentoſitatem vanitatis.
Humiditatem voluptatis.
Obſcuritatē ruditatis

Et nota ꝙ adhuc ꝑ aerē q̄ eſt locꝰ altꝰ ⁊ ab iſtis iferioꝛibꝰ ſegregatꝰ ⁊ ab auibꝰ frequentatꝰ luce etiā illuminatꝰ pōt intelligi paradiſus vel ſtatꝰ perfectionis ⁊ dignitatis. vbi eſt altitudo ꝯtemplationis. vbi dꝫ eſſe ſeparatio .i. cōtemptus inferioꝛis mūdi gloꝛie ⁊ poſſeſſionis lumen etiam diſcretionis ⁊ ſocietatis auiū .i. viroꝛū ſpūalis cōditionis. vnde .j. Theſſa. iiij. Rapiemur ſimul cum illis obuiā xpō in aera. ⁊ ſic ſemꝑ cū domino erimus. Et ſicut ſuperioꝛ pars aeris eſt clara ⁊ ab iſtis impꝛeſſionibꝰ elōgata a cunctiſꝗ vētis ⁊ turbinibꝰ libera ⁊ quieta Sic vere ſtatꝰ perfectionis ⁊ dignitatis ⁊ celeſtis felicitatis a cunctis turbinibus ⁊ tribulationibus eſt ſemota. ⁊ a cunctis peccatorum impꝛeſſionibus libera ⁊ quieta. Et allega ſi vis primam autoꝛitatem diuiſam. Aer eſt locus altus ab auibus frequentatus ventis atꝗ turbinibus agitatꝰ Sic vere ſtatus mundanarum dignitatum altus eſt per extollentiam

Ayuntamiento de Madrid

tollentiā: ⁊ ab auibus.i.a superbis hominib⁹ frequē
tatur. ⁊ multis impressionibus.i.peccatis ⁊ criminib⁹
vanitatis ⁊ tribulationibus agitatur. Et allega sicut
supra. ⁊ pone sex malas impressiões in isto aere sicut
in auctoritate p̄tꝫ. Tenebrosa aqua. Et pone quomodo
dyabolus est p̄nceps istius aeris. Eph.ij. Secūdū p̄n
cipem potestatis aeris huiꝰ. Et hec de aere sufficiāt.

A **Affectio. Affectus.** Nota ꝙ affectio vt
communiter accipit̄ pro desiderio vel amore. Aduerte
tamē ꝙ philosofice loquēdo. Affectio dicit̄ ab afficio.
cis. qḋ idē est ꝙ affligo.gis. Et sic affectiões sunt que
dam passiones animi quib⁹.s.mēs imperfecta graua-
tur. Sic igitur dicunt ꝙ mēs humana quattuor affe-
ctionibus afficit̄ in hac vita. que sunt gaudiū ⁊ dolor
de bono ⁊ malo presenti. Spes ⁊ timor de bono ⁊ malo
futuris. Aut enī anima gaudet de aliquo bono presen
ti. Aut imperat bonū futurū. Aut de malo presenti do
let. aut malū futurū timet. Ista sunt illa quattuor que
oriuntur ex corde: Eccli.xxxvij. Ex corde quattuor oriū
tur. bonum malū. vita ⁊ mors. Bonuꝫ enī ⁊ malū sunt
gaudiū ⁊ dolor. Uita ⁊ mors sunt spes ⁊ timor. Iste enī
sunt quattuor affectiones que in bonis sunt bone. In
malis vero sunt male. Boni enī gaudent de virtutib⁹
dolent de criminib⁹. sperant premia: timent tormēta.
Et sic figurant̄ i arca testamēti Exo.xxv. vbi dicit̄. Qḋ
arca testamēti que erat de lignis sethim incremabili-
bus ⁊ imputribilibus. habebat quattuor angulos. ⁊ in
quattuor angulis quattuor circulos aureos. q; reuera
arca testamenti.i. anima sancta. vel cōscientia bona q̄
nec igne cupiditatis vrit̄: nec aqua voluptatis mutat̄
quattuor etiā angulos. i. quattuor bonas affectiones
cōtinet. Et quattuor circulos. idest: quattuor cardina-
les virtutes habet. q; videlicet in aīa sancta angulum
gaudij ↄcomitat̄ circulus tēperantie. Angulū doloris
concomitat̄ circulus fortitudinis vel cōstantie. Angu-
lum spei cōcomitari debet circulus iusticie. Angulum
vero timoris cōcomitari debet circul⁹ prudētie. Gau-
diū enī ne mētē dissoluat. debet gubernare tēperātia.
Dolorē ne mentē absorbeat debet associari fortitudo
vel constantia. Spē ne indebite presumat debet cōco-
mitari iusticia. timoreꝫ vero ne p̄ desperationē nimis
deprimat regere prudētia. Sic igitur in arca testamē-
ti quattuor anguli quattuor circulos ↄtinebūt quādo
in anima seu cōsciencia. quattuor affectiões. quattuor
virtutes cardinales ad sui gubernaculū possidebunt.
Uñ Exo.xxxvij. Fudit quattuor circulos aureos quos
posuit in quattuor angulis Iste sūt igit̄ bone affectio-
nes bonorum. ¶ Sed adhuc dico ꝙ sunt quattuor af-
fectiones malorum quia reuera malorum mens per
quattuor affectiones fluctuat.
Nunc inaniter gaudendo.
Nunc sine causa dolendo.
Nunc superflue sperando.
Nunc imbecilliter timendo.
In varias species se cōmutat. figura Dañ.vij.ca. vbi ip
se vidit quattuor ventos qui pugnabāt ⁊ in medio ma
ri similiter ascendebāt. Quattuor aūt venti sunt quat
tuor vane ⁊ volatiles affectiones: que in mari fluctuo
so.i. in corde peccatoris cōtra se inuicē pliant̄. Esa.lvij.
Impij aūt quasi mare feruens qḋ quiescere nō potest.
Et iō quattuor bestie.i. quattuor peccata sequūt̄ istos
ventos.i. istas ventosas affectiões cōcomitant̄. Gau-
dium enī istoꝝ sequitur intpantia. q;.s. ipsi nesciūt esse
in gaudiosis ⁊ psperis tpati. Dolorē ⁊ aduersitatem
sequitur impatientia ⁊ incōstantia. q;.s. ibi nūꝙ sunt
cōtra aduersa firmati aut roborati. Spem istoꝝ sequit̄
presumptio: q; semper plus ꝙ debeant sunt elati. Ti-
morem vero taliū cōcomitat̄ desperatio: q; supra mo-
dum per terribilia sunt grauati. De talib⁹ igitur ven
tis ⁊ ventosis affectionibus pōt dyabolus dicere illis
peccatoribus illud zacha.ij. In quattuor vētos celi di
spersi vos. de qua pugna dicit Seneca epl'a.lvj. Quid
prodest totius regionis silētiū si affectus fremūt. Se
quitur. Nulla placida ē quies nisi quā ratio apposuit
¶ His igit̄ pmissis dicam⁹ ꝙ affectiões alio mō i scri B
ptura sumunt̄. Est enī affect⁹ seu affectio idē ꝙ amor
desideriū vel voluntas. Et sic dicā ꝙ inuenio affectio
nes bonoꝝ que sunt laudabiles. Et affectiones malo
rum que sunt dānabiles. Sunt enī affectiones sicut
ale. vel sicut pedes anime quib⁹ ipsa ad diuersa defert̄
vnde Aug. pes meus est affectus me⁹ eo feror quocūꝗ
feror: et ideo sicut videm⁹: ꝙ locuste. ⁊ talia parua ani
malia multiplices hñt alas. quasdā.s. sursum erectas.
quasdā lateraliter extensas. quasdā in longū corporis
protensas. Sic dico sancti ⁊ iusti multiplices hñt bo-
nas affectiones. quasdā.s. quas ad deū ⁊ ad bona eter-
na erigūt. quasdā quas lateraliter ad proximos porri
gunt. quasdā quas ad seipsos dirigunt. Figurati Esaie.
vj. in seraphin. De quib⁹ dr̄. Qḋ sex ale vni. ⁊ sex ale al-
teri. Et dr̄ ibi. ꝙ de istis sex alis due ad facie erecte. due
erga pedes erāt ptense. due v° ad volandū erant ex-
tense. In quo notat̄ ꝙ vir iustus alas affectionū suarū
partim dꝫ sursum ad amorē dei ⁊ honorē eternoꝝ eri-
gere. Partim ad pximos per pietatē ⁊ charitatē exten
dere. partim ad pedes proprios tegēdos. idest ad seipꝫ
dirigere. j. Paral.xxviij. Similitudo quasi cherubin
extendentium alas suas nota igitur ꝙ iusti debēt ha
bere affectionem.
Altam.
Latam.
Rectam ⁊
Curtam. C
Alta debent ad deum ascendere: Lata debēt se ad pro-
ximos extendere. Recta debent ad seipsum intendere
Curta debēt a mūdo ⁊ a carnalib⁹ parentib⁹ recedere
Igitur dico. ꝙ affectio nostra debet esse alta deuꝫ: scꝫ
cōtemplādo ⁊ eterna bona amādo ⁊ affectando. Aues
enī que vt coiter sunt bipedes solent alta diligere ⁊ sur
sum ad aera se leuare: qḋ cōtrariū est in serpentibus q̄
scꝫ carent pedib⁹. q; scꝫ inferius in terra remanent et
superius nunꝙ volant. Sic vere aues spirituales. idest
viri iusti: qui pedes bonoꝝ affectuū hñt binos inꝗtū
scꝫ deū ⁊ proximū diligūt sursum p̄ desideria ad deū et
ad bona eterna se erigūt. ⁊ i deū diligenter intendūt: ⁊
bona eterna summis affectib⁹ cōcupiscūt ps. Ad te le
uaui oculos meos qui habitas in celis. Et Tren.iij.
Leuemus corda nr̄a cū manib⁹ ad dñm. qḋ tñ serpen-
tes: idest peccatores non faciūt. q; pedib⁹ bonoꝝ affe-
ctuū caret̄ ideo in terrenoꝝ latebris se abscōdūt. Exo.
xv. Descēderūt in profundū quasi lapis. Sic igit̄ affe
ctio nostra alta figura Ezech.x. vbi dr̄. Qḋ eleuauerūt
cherubin alas suas. ⁊ exaltata sunt a terra. Ale enī affe
ctiões designāt. q.s. de terra: idest a terrenis debēt ele
uari ad deū: ¶ Scḋo dico. ꝙ affectio debet esse lata:
proximū.s. diligendo. ⁊ se per pietatē ad pauperes extē
dendo. Metallū quanto nobilius: tanto ductilius. et
ad extendendū facilius. Patet in auro qḋ in bracteas
tenuissimas dilatat̄. Sic vere affectio tanto est nobi-
lior quāto ad pxios ⁊ paupeꝛ est per charitatē dilata
tior ⁊ extēsior. Figura.ij. Para.iij. vbi dr̄ ꝙ cherubi facti
sunt in tēplo qui sunt cooperti auro puro. quoꝝ ale.xx.
cubitis extēdebant̄: q; scꝫ viri sancti ⁊ maxime scienti
fici. q; cherubin interpretat̄ plenitudo sciencie ⁊ potē
tissime illi qui in tēplo status ecclesiastici sunt locati
debent esse per sanctā cōuersationē deaurati: ale sue.i.
ipsoꝝ affectus ad pauperes ⁊ pximos dilatati. vnde
apl's. Os nostrū patet ad vos. o chorinthi cor nostruꝫ
dilatatū est. Sit igitur affectio nostra lata ad pximū
extēdēdo. ¶ Tertio sit affectio nostra recta se ad nos-
ipsos dirigēdo. Hō enī debet affectionē rectā iustā et
moderatā in se habere. vt.s. nihil velit aut affectet nisi
recte ⁊ iuste. Figuratus in sanctis animalibus Ezech.
j. vbi dr̄. ꝙ pedes eoꝝ pedes recti. Pedes enī affectus
signant vt dictū est. Uide figurā istā expositā infra fa
cies B. ⁊ leo. C. ¶ Quarto sit affectio nr̄a curta mo-



Ayuntamiento de Madrid

derate terreſtria diligẽdo.q2 reuera affect⁹ noſtri de‑
bẽt eſſe breues moderati ⁊ curti q̄tũ ad parẽtes carna
les ⁊ q̄tuʒ ad tpalia mũdi bona.Similes illis auib⁹ q̄
appodes noĩant q̄.ſ.habẽt tibias ita breues q̄ nunq̄
poſſunt incedere ſup terrã.immo ſi ad terrã deſcende‑
rint nequaq̄ amplius inde ſurgũt.Et ideo iſte aues
cõtinuo ſunt volãdo.⁊ quãdo nidificãt aut quieſcunt
ſolẽt in rupibus quieſcere:vbi.ſ.facili impulſu pñt in‑
ferius cadere ⁊ in aerẽ ſe recipere ⁊ volare ſicut experi‑
mẽtaliter in inſula maiorica reperit vbi ſunt multimo
de tales aues.Et ſicut etiã ponit liber de natura rerũ
Reuera tales aues debem⁹ ſpũaliter eſſe.q2.ſ.tybias
⁊ pedes affectionũ debem⁹ ita curtas ⁊ moderatas ha
bere.q̄ in terra.i.amore terrenorũ vel in carnali amore
ipſas nõ extẽdere.nec in terrenis negocijs ambulare.ſ3
potius ſurſum circa bona ſpũalia velare ⁊ in paradiſi
rupibus mentaliter habitare.vñ Aug.ſup illud.Si qs
ſitit veniat ad me ⁊ bibat.Sitimus xp̄m veniamus ad
eum non pedibus ſed affectibus.Nõ vagãdo ſed amã
do.Et ſuper illud Job.v.Si gratiaʒ ſaluatoris cogno
ſcere volumus ⁊ ad eius viſionem venire.fugienda eſt
turba affectuum malorũ ⁊ fugiendũ eſt ad templum.
vt ⁊ nos templum dei fieri mereamur.quos deus inui‑
ſere:et in quibus manere dignetur.Sic igitur pat3 q̄
affectus bonorum debet eſſe.

D, Altus. Latus. Rectus Curuus.
Sed reuera Affect⁹ malorũ nõ eſt talis q2 p certo iſte ẽ Affectus baſſus.terrena cu piẽs Affect⁹ strict⁹ pauperes fugiẽs.Af fectus tortus.iniqua faciẽs.Affectus lõ gus.ad ſuos rediẽs.Affectus altus.ardua ambiens
¶ Habent igitur mali affectũ baſſum ſeu infimũ vel
depreſſum terrena cupientes.ſimiles euidenter fulgu
ri qđ i ſe ẽ ardẽs ⁊ alia penetrãs ⁊ cõburẽs qđ de celo
verſus terrã ſemp inuenitur deſcẽdere ⁊ nunq̄ econuer
ſo.de terra verſus celũ aſcendere.Terreſtris eñ mate‑
ria in fulgure dominat.Propter quod neceſſe ẽ q̄ ad
terrã finaliter deprimat.Sic vere impij ardẽtes ⁊ aua
ri aliorũ per rapinas grauatiui ⁊ cõbuſtiui põdere af
fectionũ terreſtriũ que in eis dominãtur ad terram.i.
ad terrena bona dimiſſis celeſtibus per deſideriũ in‑
clinãtur.nũq̄ vero econuerſo.de terra ad celũ.idest de
terrenis ad celeſtia ſubleuãtur.q2 reuera affectiones
eorũ ſemp tendũt ad infima.⁊ ſemp ſpernunt aut deſe
rũt celi ſumma ps.Introibunt ad inferiora terre ptes
vulpiũ.i.demonũ erũt Iſti igitur habẽt affectũ baſſuʒ
terrena cupientẽ.¶ Secũdo dico.q̄ iſti habẽt affectũ
arctuʒ.pauperes fugientẽ.Nõ enim dictant affectus
ſuos ad alios diligendũ vel ad bonũ eis faciendum.ſ3
ipſos reſtringunt ⁊ arctant ad ſeipſos amanduʒ et ali
quid de vtilitate propria ſolum curandum quod eſt cũ
tra naturam:quia cor transfert vitam ⁊ calorem quaʒ
habet in omnia alia membra.Iſti vero volunt fouere
niſi ſe ſolos Phil.ij.Omnes que ſua ſunt querũt ha‑
bent igitur affectũ arctũ pauperes fugientẽ.¶ Tertio
habent affectũ tortum iniqua mollientem ſicut ſc3 p‑
uerſi ⁊ malicioſi quorũ affectio a iuſticie rectitudine
deuiat ⁊ ad iniquitates faciliter ſe obligat.Siles vul‑
pi cui⁹ pedes ſunt torti ⁊ non recti.Et ideo greſſus ei⁹
in omnibus ſunt obliqui.Sic vere pedes affectionum
iſtarum rectitudine ⁊ veritate carent.Et ideo greſſus
ſuorum operum a iuſticia titubant ⁊ vacillant.Si eñ
affectio ſit torta ⁊ iniuſta neceſſe eſt q̄ operatio ſit ini
qua.Sap.ij.Dixerunt impij apud ſe cogitantes nõ re‑
cte Sequit.Venite circumueniamus iuſtum quoniaʒ
inutilis eſt nobis morte turpiſſima condemnemus eũ
quia enim non erat recta affectio ſeu cogitatio.Ideo
iniqua ſequitur operatio.Iſti ſimiles ſunt vulcano.de
quo dicunt fabule.q̄ quia dum iuno ipſum pareret in
terrã cecidit ideo perpetuo claudus fuit Et quia erat
turpiſſimus ideo de celo ⁊ de deorũ cõſortio eſt eiectus
Tales ſunt malicioſi quos iuno.i.dyabolus partunt
et pducit.Iſti enim pro eo q̄ ad terraʒ.i.ad terrena per
auariciam cadunt claudi.torti ⁊ malicioſi in affectiõe
efficiuntur.⁊ q2 etiã turpes ſunt moribus.ideo a para
diſo a deo ⁊ angelorũ cõſortio excluduntur.ij.Regũ.ix.
Erat aũt miphiboſeph claudus vtroq̄ pede.hñt igit
affectum tortũ iniq̄ molientẽ.¶ Quarto dico.q̄ im
pij hñt affectum longuʒ ad ſuos tranſeuntẽ:et tales
potiſſime ſunt illi qui affectu carnali nimis diligunt
filios ⁊ parentes.In quo pculdubio nos eccleſiaſtici
ſumus p̄ ceteris vicioſi quos amor nepotũ ⁊ filiorũ ta
liter trahit q̄ alibi nõ cogitat aut intẽdit.In mõtib⁹
etiã caſpijs pꝑe alanos eſt vna regio vbi filij comedũt
patres ſuos.Aiũt eñ q̄ melius ẽ ipſos mortuos cõce‑
dere q̄ terre vermib⁹ cõmendare.Sic vere nos eccle‑
ſiaſticos filij noſtri.i.parentes carnales comedũt in‑
q̄tum pꝑter nimiũ affectum quẽ habem⁹ ad eos nos
corrodũt.⁊ inq̄tuʒ dãnationis nr̄e cauſa ⁊ occaſio exi
ſtunt.Eze.v.Filij comedẽt patres ſuos.Multi igitur
eccleſiaſtici ſimiles ſunt cancro.q̄ ſc3 in tempeſtate ſo
lent adherere lapillis.Sic iſti nullũ hñt ſolatiuʒ niſi
dum amplexantur lapides.ideſt ſuos ignaros nepo
tulos:⁊ parentes.Job.xxiiij.Non hñtes velamen am
plexantur lapides.Habent igitur affectum longũ ad
ſuos tranſeuntem.¶ Quinto habent affectum altuʒ
ardua ambientem.Sed vide de ambitione infra ⁊ in
tabula.Et cõpara iſtos leponi.ſicut infra de circuire
in littera.C.Sic igitur patet q̄ mali hñt multiplices
malũ affectuʒ.ſ.baſſum:ſtrictum:tortũ:longum.et al
tum ⁊c.⁊ ſic ſufficit.vide in tabula.

## Afferre.

idẽ eſt qđ aliquid ferre.i.aliquẽ ferre vnde nota q̄ in ſcriptura inuenitur quadruplex afferre.ſ.afferre.obedientie:beniuolẽtie:
iniuſticie ⁊ auaricie.¶ Eſt igit primo vnũ afferre obe
diẽtie:⁊ iſtud eſt illud quo iuſti afferũt bono corde.i.
optimo recipiũt verbũ ⁊ afferũt fructũ i patiẽtia Luc.
viij.Dico igit p̄rio q̄ ſicut arbor affert fructũ ſuũ i orto
patrifamilias.ſic ⁊ nos i orto xp̄i qui ẽ eccleſia debem⁹
afferre fruct⁹ multiplicis vbertatis.Sicut eñ arbor
primo affert folia exterioris cõuerſationis.Sic ⁊ nos
debem⁹ afferre folia exterioris ꝯuerſatiõis:flores ite
rioris affectiõis.fruct⁹ vtilioris opatiõis.et ſicut ſunt
aliq̄ fruct⁹ pꝑe terrã q̄ ſunt iſipidi ⁊ ſupi⁹ circa ſum
mitatẽ q̄ ſunt lapidi ⁊ maturi.Sic vere nos i vita iſta
dũ ſum⁹ circa terrã debem⁹ portare fruct⁹ grarũ.la‑
borũ:operũ ⁊ virtutũ q̄ p tpe hui⁹ vite ſunt iſipidi et
acerbi.ſ3 qñ erim⁹ in ſummitate culminis padiſi.tũc
fruct⁹ dulces eterne glorie pferem⁹.q2 ſicut dr̄ Heb.
xij.Omnis diſciplina in pñti videt nõ ẽe gaudij ſ3 me‑
roris:poſtea aũt fructũ pacatiſſimũ exercitatis p eam
reddet.⁊ ſicut eadẽ arbor qñq̄ plura genera fructuum
affert.Et idẽ hõ affert qñq̄ plura genera munerũ.Sic
et nos debem⁹ afferre plura gñ̃a grarũ.operuʒ ⁊ virtu
tum.Ideo dicat homo illud.Eſa.lx.Pro ere afferã au
rum.⁊ p ferro argentuʒ.p lignis es ⁊ p lapidib⁹ ferrũ
In quib⁹ oſtẽdit.q̄ ſicut terra affert quattuor genera
metallorum.ſ.auruʒ:argentuʒ:ferruʒ ⁊ es.Ita nos de
bemus afferre quattuor virtutes.ſ.
Honeſtatis ſplẽdorẽ.Aurũ.
Caſtitatis candorẽ.argentũ.
Cõtritionis meſtitudinẽ.es.
Durationis fortitudinẽ.ferrũ.
Debem⁹ igit afferre ſplẽdorẽ honeſtatiſ.q2.ſ.nos debe
mus afferre aurũ qđ ſup oĩa alia metalla ſplẽdet ⁊ põ
derat ⁊ ſignat honeſtateʒ que exterius in oculis hoim
ſplendet per bonam couerſationem.exemplũ ⁊ opera
tionẽ:⁊ ponderat per maturitatẽ ⁊ diſcretionem.Ideo
dicitur Eſa.lx.Omnes de ſaba venient aurũ ⁊ thus de
ferentes.q2.ſ.nos debem⁹ afferre auruʒ.i.ſplendorem
honeſtatis:⁊ pondus maturitatis.⁊ thus redolentie
⁊ famoſitatiſ.Sicut enim videmus de iſtis fructibus
qui dicuntur citrones.qui fructus aurei coloris.q̄ il
illi ſunt meliores qui ſunt ponderoſiores:et hoc quia
tunc ſucco et humore vt communiter pleniores.Sic
vere chariſſimi inter nos qui debemus eſſe aurei et
honeſti illi meliores debent dici qui per maturitateʒ
plus ponderant.Et hoc q2 tunc in ſucco ⁊ humido de
uotionis

Ayuntamiento de Madrid

uotionis ⁊ gratie plus abundāt ⁊ exultant. Jſte eſt fru
ctus quē ſumme diligit deus. Uñ dicit Geñ. xxvij. Af-
fer mihi de venatione tua vt comedam ⁊ benedicat ti
bi aīa mea. q: vere ipſe deus talibꝰ fructibꝰ recreatur
ſcꝫ bonis operibꝰ ⁊ honeſtis. Tales fructus nō portāt
inſolētes ⁊ leues perſone que recte ſunt ſimiles cardo-
nibꝰ qui ſunt herbe ſpinoſe ⁊ pungitiue: qui loco fru-
ctus afferūt quaſdā lanugines ita leues ꝙ a vento di
ſperguntur cū quodā peſtifero ſemine infructuoſo in-
fra incluſo. Sic vere mali pungitiui ⁊ iniurioſi nullū
fructū bonoꝝ operū ꝓferunt: ſed quedā opera inſolen
tia lanuginoſa et leuia. q: ventus vanitatis importat
q: ſ. ad intentionē inanis glorie faciūt quicq̄d agunt
vnde Hiere. x. Uana ſunt opera ⁊ riſu digna. Non ſic
chariſſimi nō. ſed afferamus ſplēdorē honeſtatis. au-
rum. Nee. viij. Egredimini in montē ⁊ afferte frondes
oliue arboriſq; pulcherrime. i. honeſtatis pulchritudi
nem ⁊ virorē. Unde etiā de iſto argento dr̄ Hiere. x. Ar
gentū eſt argēto inuolutū de tharſis affert. affert igitur
ſplendorē honeſtatis. ¶ Scd̄o debemus afferre. can
C dorē caſtitatis. Argentū. Per argentū em̄ qđ eſt me-
tallū ceteris cādidius intelligit virtus ⁊ puritas caſti
tatis q̄ albū ⁊ purū facit ſuū poſſeſſorē. Figura Exod.
xxxviij. vbi dr̄. Qđ columne atrij tabernaculi federis
fuerūt veſtite argēto. ad denotādū ꝙ nos alij eccleſia
ſtici ⁊ xp̄iani q̄ ſumus colūne in atrio eccleſie militan
tis. ꝙ quidē atriū ſtat ante tabernaculū federis eccle
ſie triūphātis. debemꝰ eſſe veſtiti argēto. i. cādida pu
ritate. atq; mundiſſima caſtitate. q: iſta eſt q̄dā veſtis
quā deus multū amat ſibi afferri. p̄s. Afferent regi vir
gines. Sꝫ heu videt ꝙ multis poteſt hodie dici illud
Eſa. j. Argentū tuum verſum eſt in ſcoriā. vinū tuum
mixtum eſt aqua. q: vere ſua caſtitas in ſcoriā luxurie
et feditatis cōuertit. ⁊ vinū ſue ꝑfectionis ⁊ gratie in
aquā voluptatis ⁊ caſtrimargie cōmutat. Jſti ſunt ſi-
miles ſambuco: q̄ eſt arbor grauis odoris ⁊ in folijs ⁊
in fructu ⁊ iſta affert quoſdā fructus nō albos ſed ni-
gros. nō mundos ſed immūdos: q̄ etiā maculāt ⁊ con
tamināt cōtingētes. Sic vere luxurioſi hodie afferūt
fructus ⁊ folia. i. verba ⁊ opera q̄ fetentis ſunt odoris
vel ardoris ꝑ infamie vilitatem ⁊ immūdicie feditatē
Nā q: fructus. i. opera taliū ſunt nigra fetida ⁊ macu
lata turpia: luxurioſa ⁊ alioꝝ maculatiua ⁊ corrupti-
ua. Ideo tā de ipſoꝝ fructibꝰ q̄ folijs. i. tā de eoꝝ ope
ribꝰ q̄ verbis fetor infamie euaporat. Nō ſic chariſſi-
mi nō. Sed ſimꝰ ſicut Magdalena Luc. vij. Que attu
lit alabaſtrū vnguenti. q: vere nos debemꝰ eſſe maria
per acredinē penitētie. Afferre alabaſtrū qui eſt lapis
candidus ꝑ albedinē continētie. et habere vnguentū
odoriferū ꝓcioſum per dulcedinē redolētie. Debemꝰ
igitur afferre candorē caſtitatis. argentū. vnde Xp̄us
dicit. iiij. Reg. ij. Afferte mihi vas nouū. i. continentie
D puritatē. ¶ Tertio dico ꝙ nos debemꝰ afferre meſti
tudinē cōtritiōis: qđ oſtendit cū dr̄. Es. Es em̄ qđ fa-
cit amarū quicq̄d in eo cōtinet. ſignat virtutem cōfeſ-
ſionis ⁊ cōſiderationis que mentē humanā amaricat
⁊ cōturbat. Figura de altari holocauſtoꝝ cum ſuis va
ſis ⁊ inſtrumentis q̄ oīa fuerunt erea. ſicut bene expo
nitur ſupra ibi. Accipere. C. q: vere ſi nos volumus eē
altare dei: ita ꝙ ſacrificia bonoꝝ operū in nobis dn̄o
offerant: neceſſe eſt ꝙ nos ſimus erei ꝑ cōtritionē ama
ritudinē ⁊ merorē. Uñ. j. Para. cap. xxij. Pondus eris
erit innumerabile. Figura Ezech. xxiiij. vbi dicitur. de
quadā olla. Pone inquit eā ſup ꝑ prunas vacuam vt in
caleſcat. ⁊ liquefiat es eius ⁊ confletur in medio eius
inquinamentū eius ⁊ conſumatur rubigo eius. Jſta
olla chariſſimi ſignat humanam conſcientiā ſeu men
tem: que ſemper per cogitationes ⁊ deſideria fluctuat
et ebullit. q̄ reuera debet eſſe erea per amaritudinem
contritionis. vt dictum eſt. Jſta enim debet poni ſup
prunas. ideſt ſuper ignem purgatorij ⁊ inferni per tor
mentoꝝ cōſiderationē. debet eſſe vacua per ſue imp-
fectionis meditationē: debet caleſcere per feruorem
et deuotionē: debet liquefacere per merorē ⁊ contritio
nem. et ita cōflabit per penitētie depurationem ⁊ inq̄
namentū: ⁊ rubigo peccatorum ſuorum cōſumetur et
annihilabitur per cōfeſſionem ⁊ ſatiſfactionem. Sicut
enim videmus ꝙ alique arbores afferunt fructꝰ ama
ros qui magis ſunt medicinales q̄ dulces. ſicut patꝫ
de amigdalis. Sic vere chariſſimi magis ē nobis me
diciale ⁊ vtile afferre fructus amaros q̄ dulces. ideſt
habere amaritudinem cōtritionis q̄ dulcedinē mun
dane cōſolationis. quia beati qui nunc lugent qm̄ ipſi
conſolabūtur Matth. v. q: ſicut dr̄ Eccl̄es. vij. Meliꝰ
eſt ire ad domū luctus q̄ ad domū conuiuij: quia pro
certo plus proficit lugere per cōtritionē ⁊ futurorum
meditationē q̄ conuiuare per tēporalē cōſolationem
Debemus igit habere ⁊ afferre cōtritionis meſtitudi
nem. De qua poteſt dici illud Daniel. xiiij. Attulerūt
cinerē ⁊ cribrauit per totū tēplū. Es. ¶ Quarto debe E
mus afferre durationis fortitudinē. Ferrū inquit. Per
ferrum em̄ qđ eſt fortiſſimū ⁊ duriſſimū metallum. In-
telligitur fortitudo firmitas. ſ. perſeuerantie ⁊ cōſtan-
tie. quā pro certo nos debemꝰ afferre: portare ⁊ habe-
re. ſimiles lignis ſethim que ita ſunt fortia ⁊ durabilia
ꝙ nec aqua putreſcūt. nec igne cremātur vt dicit Jſiđ.
Sic vere nos debemus eſſe fortes ꝑſeuerantes ⁊ cōſtā
tes: q: nec aqua voluptatis: nec igne aduerſitatis de-
bet nos per aliqđ peccatū rumpere vel cremare. Figura
Exo. xxv. vbi precipit. Qđ arca teſtamēti ⁊ altare thi-
miamatis fierent de lignis ſethim. Ad denotandū. ꝙ
illi qui in eccleſia ſunt arca teſtamēti: ⁊ altare thimia
matis, ideſt eccleſiaſtici ⁊ prelati: ⁊ etiā alij xp̄iani qui
debent eſſe arca in qua teſtamentū ⁊ tabule legis ⁊ fi-
dei. manna deuotionis ⁊ virga correctionis debēt eſſe
Et etiā altare. in quo deo bona debēt opera immola-
ri. Nos dico debemꝰ eſſe de lignis ſethim ꝑ imputri-
bilem perſeuerātie firmitatē. Ferrū inquit Deut. viij.
Cuiꝰ inq̄t lapides ferrū ſunt. Nā ſicut fructus quē af-
fert arbor tanto eſt melior quāto poteſt diutius cōſer
uari. Sic vere opera noſtra tanto ſunt meliora quāto
durabiliora Joh. xv. Elegi vos vt eatis ⁊ fructū affera-
tis ⁊ fructus veſter maneat. vbi oſtendit ꝙ nos debe-
mus habere. Moralē vtilitatē. elegi vos. Profectus
agilitatē: eatis. Operū fertilitatē: et fructū afferatis.
Durantem ſtabilitatē. ⁊ fructus veſter maneat. Sic
igitur dico ꝙ nos debemus afferre.
Fortitudinē durationis.
Meſtitudinē cōtritionis.
Pulchritudinē caſtitatis.
Gratitudinē honeſtatis.
Et ſupra circa hec. ¶ Itē nota ꝙ nos debemus affer- F
re. Doctrinā ſpeculātibꝰ. vt informent. Uigorē militā
tibus. vt roborentur. Coronā triūphātibꝰ vt premient
Ueniā penitētibꝰ. vt cōſolent. Fomentū indigentibꝰ.
vt nutriant. Tormētū delinquētibꝰ. vt puniant. Uult
igit deus afferri doctrinā ſpeculātibꝰ. ſimilis ſoli qui
lumen ſuū affert mundo Neemie. viij. Dixerūt eſdre
ſcribe vt afferret librū legis. Itē fortitudinē militanti
bus. vt ſol qui affert ⁊ cōfert fortitudinē ⁊ vigorē. Patꝫ
de homine qui de die poteſt melius operari q̄ de no-
cte. Luce. vij. Attulit mulier alabaſtrum. qui eſt lapis
durus ſignās firmitatem ⁊ vigorē. Item affert coronā
triūphantibus zach. xj. Afferte mihi mercedē meam.
Item vult afferri veniā penitētibꝰ. Unde Dañ. xiij. Af
ferte mihi oleum quo vngar. Deus enim in clemētia
facta pauperibus dicit ſe inungi Mat. xxv. Qđ vni ex
his feciſtis mihi feciſtis. Item vult afferre fomentū
indigentibus. Unde. iij. Reg. xvij. Affer mihi buccellā
panis. Item vult afferri tormentū delinquentibꝰ. j.
Reg. xix. Afferte eum ad me vt in lecto occidatur. Pu-
nitio enim maloꝝ eſt quidam fructus iuſticie quem ſi
bi deus a iudicibus vult afferri. j. Reg. xvij. de Dauid
bono iudice dicitur. Qđ ipſe attulit in hieruſalem ca-
put philiſtei. Jſtud eſt igitur obedientie executiue.
¶ Itē nota ꝙ ad deum afferūtur ſcꝫ. G



Ayuntamiento de Madrid

Iuuenes ſicut ad doctorem.
Infirmi.ſicut ad curatorē.
Iuſti.ſicut ad premiatorē.
Iniuſti.ſicut ad correctorē.
Iſte em̄ eſt iuuenū ⁊ innocētiū doctor. Ideo dicit.ps.
Afferte dn̄o filios arietū.Et Mar.xj. Attuli ad te fi=
liū meū.figura.iiij.Reg.ij. Ubi Helyſeus ꝑcepit ſibi
afferri vas nouū in quo poſuit ſal vt ſanaret ſterilitas
terre.q̄r.ſ.qn̄ homo a ſua nouitate ⁊ iuuētute affertur
ad Helyſeū.i.ad deū ⁊ in eo cōuertit⁊ affertur.ipſe deꝰ
ponit in eo ſal diſcretionis ⁊ ſapiētie.⁊ ſic terrā ſue fra
gilis humane nature a ſterilitate bonoꝝ operū: que ꝑ
peccatū inducit liberat atqꝫ ſanat.Nam ſicut multuꝫ
diuites diligūt afferri ſibi fructꝰ in ipſorum nouitate.
Sic deus ſibi vult cōuerti homines in ſua iuuentute.
Numeri.xiij.Afferte nobis de fructibus terre.Iſte eſt
errātiuꝫ ⁊ deuiantium ductor.figura.j. Para.xv.vbi
Dauid precepit.Q̄ŏ afferrent arcā in locū ſuuꝫ.ad de
notandū ꝙ deus illos qui per pctm̄ ſunt extra locum
ſuuꝫ.i.extra ſtatum gratie ⁊ ſalutis:ipſe ibidē facit fer
ri ⁊ adduci.Mat.xvij.Et Mar.ix.Afferte illū ad me.
¶ Itē ſcd̄o.Iſte eſt infirmoꝝ curator. Et ideo ſcꝫ nos
alij qui ſumus infirmi per fragilitatē et peccatum de=
bemus ad eū afferri tāq̄ ad medicum vt ſanemur.fi=
gura.de infirmis qui ad deū ⁊ apoſtolos efferebātur
vt ſanarentur.vt dr̄ Marci.j.Afferebāt ad eum omēs
male habentes.¶ Itē iſte eſt iuſtoꝝ premiator. Sap.
x.ca.Nō dereliquit eos donec afferret ſceptruꝫ regni.
¶ Item ipſe eſt maloꝝ condēnator.Ideo ſcꝫ ad eum
in iudicio afferuntur vt iudicentur ⁊ condēnentur.iij.
Reg.iij.Afferte mihi gladiū.vt dixit Salomon ⁊ pre=
cepit truncari puerū mortuum.q̄r.ſ. in iudicio ipſe rex
Salomon.ſ.Chriſtus cū gladio ſue iuſticie truncabit
et ſecabit ꝑ mortē eternā pueros peccatores. Eſa.lxv.
Puer cētuꝫ annoꝝ morietur.figura.j.Reg.xix.vbi Saul
precepit ſibi afferri Dauid infirmū de lecto vt occide
retur. Sic vere chriſtus infirmos peccatores de lecto
h, mundane ꝓſperitatis ſibi faciet afferri.ſ.per mortem
ad iudiciuꝫ vt in inferno perpetuo occidant. ¶ Nota
adhuc circa hoc iteruꝫ.Q̄ŏ ſicut arbor que bene colit
et in bona terra plantatur.affert fructus. Sic hō fru=
ctus bonoꝝ operū producit qn̄ per virtutes ⁊ gratias
ſeipſum viſitat atqꝫ colit.Apoc.xxij.Ex vtraqꝫ parte flu
minis lignum vite afferens fructus vbi oſtenditur.ꝙ
ſicut tria req̄runtur in arbore ad hoc ꝙ poſſit fertili=
ter afferre fructum videlicet.
Ut humectetur.
Ut viſitetur.
Ut vegetetur.
Uel vt cultum ſubeat.
Ut aqua madeat.
Ut lutum habeat.
Sic in arbore ſpirituali ī hoīe ad hoc ꝙ fructū gratie
et glorie in futuro afferat. neceſſe eſt ipſum viſitari ꝑ
diligētiā curioſam ex vtraqꝫ parte. Humectari per in
fluentiā virtuoſam fluminis.vegetari ꝑ affluētiā gra
tioſam.q̄r.ſ.debet eſſe lignū vite.i.habens vitā gratie.
¶ Dico igitur primo ꝙ nos debemꝰ per diligentiam
viſitari.Ex vtraqꝫ parte inquit.Nā ſicut arbor ⁊ vinea
diligenter viſitat. ex omni parte circuitur. fodit ⁊ pur
gatur.Sic vere homo debet a ratione diligenter viſi=
tari per circūſpectionē.q̄r.ſ.ex omni parte ſeipſum cō=
ſiderare.ſ.qualis fuit in ingreſſu. q̄r ſperma fetidum.
Qualis eſt in ꝓgreſſu.quia ſaccus ſtercoruꝫ.Qualis
erit in egreſſu.q̄r cibus vermium.Item ſe debet circui
re per diſcuſſionē q̄tum ad mores.ſ.
Quantum deficit.
Quantum officit.
Quantum proficit.
¶ Itē ꝙ ad virtutes ⁊ peccata.ſ.q̄tum omittit.q̄tum
cōmittit.q̄tum amittit.Item q̄tum ad bona recepta
ꝙ.ſ.recipit in creatione quia eſſentiā.ꝙ in recreatiōe
q̄r gratiā.ꝙ in futura premiatione. q̄r gloriaꝫ. Item ſe
debet adhuc circūſpicere q̄tum ad tormenta.ꝙ.ſ. hō
patitur in hac vita.Quid in morte.quid ī purgatorio
quid in iudicio. quid in inferno. Et ad talē circuitū fa
ciēdū mouemur Eſa.xxiij.Surge circui ciuitatē.Sur=
ge inquit ꝑ terrenoꝝ abominationē. Circui ꝑ futuro
rum cōſiderationē.ciuitatē.i.perſone tue ſtatū ⁊ cōdi=
tionē.Et ſic ſi fueris. Circuitus ꝑ diſcretionē. foſſus
per penitētie macerationē.Purgatꝰ ꝑ cōfeſſionē.fru
ctus bonoꝝ operū gratie etiā ⁊ glorie auferes ⁊ produ
ces que quidē circūſpectio oſtenditur quando dicitur
Ex vtraqꝫ parte quia.ſ.
Et ex parte corporis.
Et ex parte anime.
Et ex parte principij.
Et ex parte finis.
Nos debemꝰ circūſpicere noſmetipſos ſimiles aquile
de qua dicit Piniꝰ.ꝙ qn̄ ſedet ſup̱ rupē ſepiſſime cir
cūſpicit.Unde prout dicit: ſua cōtinentia eſt.vel reſpi
cere ſolē:ſuos vngues:vel reſpicere circūquaqꝫ.Sic ve
re chariſſimi nos qui ſedemꝰ in rupe.i.in duricia pre=
ſentis memorie.vel ī rupe.i.ī celſitudine alicuiꝰ digni
tatis debemꝰ eſſe diſcreti ⁊ circūſpecti.q̄r.ſ.nos debe=
mus reſpicere ſolē.i.dei eterne glorie claritatē ⁊ felici
tatē.Item ꝓprios vngues curuos:⁊ de nobis naſcen=
tes.i.noſtroꝝ defectuū ⁊ naturaliū⁊ moraliū multipli
citatē:turpitudineꝫ ⁊ curuitatem:⁊ noſtroꝝ operum
pungitiuam acuitatem.Item vndiqꝫ circūſpicere.ſ.ad
exteriora ad ſuperiora.ad preſentia.⁊ ad futura.ſcilicꝫ
conſiderando quanta eſt.
Tēporalium fallacitas.
Supernaliū felicitas.
Infernalium crudelitas.
Ex vtraqꝫ igitur parte debemꝰ circūſpicere:vt.ſ.meliꝰ
poſſimus a periculis ꝓcauere. Et ideo dicat quilibet
illud Eccli.xxiiij.Penetrabo inferiores partes terre.
q̄r.ſ.terrā.i.terreſtrē naturā noſtrā debemus per circū
ſpectionē penetrare et videre:circuire ⁊ cōſiderare. q̄
tum ad oēs partes eius.vt ſic arbor cōſcientie nr̄e be=
ne circūdata ⁊ purgata:bonos fructꝰ afferat ⁊ produ=
cat.figurati in Apo.j.In illo qui habebat gladium ex
vtraqꝫ parte acutū. Gladius iſte eſt humana rō: que
vtraqꝫ parte ſicut dictū eſt debet ſcindere:circūſpicere
et videre.⁊ ſic nos erimꝰ de illis de q̄bus dr̄ Mat.xiij.
Marc.iiij.Luc.viij.Hi ſunt qui corde bono ⁊ optimo
ſuſcipiūt verbū ⁊ fructū afferūt ī patiētia.Debemꝰ igi
tur ꝑ diligētiā viſitare.circuiri.frequētari.¶ Scd̄o di
co ꝙ nos debemus ꝑ afluentiaꝫ humectari fluminis.
Sicut eīm videmꝰ ꝙ plāte tunc melius afferūt fructū
qn̄ cōpetēter rigantur.Sic vere hō tūc melius fructifi
cat per bona opera ⁊ fructus gratie ⁊ glorie circuit et
melius affert:qn̄ ſpiritualiter rigat.⁊ ideo hō debet eē
ſicut paradiſus terreſtris:qui ſicut dr̄ Gen.ij. Habet
quattuor fluuios ipſum cōtinue irrigantes. Sic vere
chariſſimi nos debemꝰ quattuor fluminibus.i.quat=
tuor virtutibꝰ irrigari:⁊ iſti ſunt fluuiꝰ deuotiōis flu
uius donoꝝ ⁊ ſpūalis cōſolationis fluuius pietatis et
cōpaſſiōis.fluuius ſcripture ⁊ inſtructiōis ⁊ doctrine
et lectionis.vt ſic ſpūaliter hūectati fructꝰ multipli=
ces afferamus.Et iō de quolibet tali pōt dici illd̄ Ioh.
vij.De vētre eiꝰ fluēt aque viue.Et illud ps.fluminis
impetus letificat ciuitatē dei.i.aīam.⁊.j.Para.xj.At
tulerūt aquā ad dauid vt biberet.ſed heu deus q̄ mul
ti ſunt hodie qui iſtis fluminibꝰ nō rigant. immo flu=
uijs alijs cōtra ſalutē anime multotiēs irrorant. lamē
tātes cū dauid.Sup̱ flumina babylonis ſedimus ⁊ fle
uimus.Babylon iſta chariſſimi.q̄ interp̄tatur cōfu=
ſio ſignat mūdum.vbi oīa ſunt cōfuſa cuius flumina
ſunt hodie varia atqꝫ multa.ſ.
Fluxus mundane ꝓſperitatis. i
Fluxus humane carnalitatis.
Fluxus veſane aduerſitatis.
Sup̱ iſta igit flumina hodie multa genera. pctōꝝ di=
cunt ſedere ⁊ quieſcere.per deſiderium ⁊ affectionē: ⁊
flere

Ayuntamiento de Madrid

flere ꝑ timorē ꝛ deſperationē. Sedēt igiṫ ſuꝑ flumina proſperitatis diuites ꝛ delicioſi. Iſte eſt nilus fluui⁹ turbidus: q̄ irrigat egyptū in quo ſunt crocodili. ꝛ hypocami q̄ ſunt eq̄ fluuiales: q̄ de fluuio exeuntes circūiacētes ſegetes depaſcunṫ. Sic vere in fluuio mundane ꝓſperitatis q̄ egyptū.i.mūdū iſtū tenebroſum irrigant et fecūdāt. habitāt hodie crocodili.i.diuites et potētes q̄ more crocodilli q̄ p̄c duritia obſtinationis impenetrabiles pñt dici. Sūt etiā ibi hypocami.i.carnales ꝛ delicioſi: q̄ more equoꝝ ad luxuriā ꝛ laſciuiaꝫ ſunt feruentes: ꝛ per gulā ꝛ caſtrimargiā oēs circūiacētes delicias ſunt deuorātes. Et ideo tales reꝑhēduntur Hier.ij. vbi dr̄. Et nūc quid tibi vis in via egypti. vt bibas aquā turbidā: Et q̄d tibi vis in via aſſirioꝝ vt bibas aquā fluminis.q.d.nō eſt tibi bonū. ¶ Scḋs fluuius iſtius babylonis eſt fluui⁹ carnalitatis. ꝛ iſte ſimilis eſt eufrati q̄ ad litterā tranſit per babyloniā: et interp̄taṫ humus ad quē deſcēdētes bubali. ſicut dicit plinius in inguinib⁹ circūiacētib⁹ taliter ſuis cornibus alligant ꝙ fugere nō valētes a venatorib⁹ capiūtur. Sic vere circa fluuiuꝫ carnalitatis q̄ recte poteſt dici hum⁹ eo ꝙ ois carnalitas ſuꝑ fedis humorib⁹ eſt fundata: ſunt hodie multa inguina.i. multa carnalia delectabilia. vtpote pulchre mulieres: ꝛ talia quibus dū incaute bubali.i.hoīes appropinquāt taliter q̄ſiq̄ per malas cōplacētias alligaṫ: ꝙ vix̄ poſſunt amplius reſilire. quinimo ibidē vſq̄ ad mortē pſeuerantes a venatorib⁹ demonib⁹ capiuṫ. Et talis fluui⁹ fuit figuratus Eſai.xxxiiij. vbi dr̄. Cōuertenṫ torrētes ei⁹ in picē: ꝛ hum⁹ ei⁹ in picē ardētē. nocte et die nō extinguiṫ. q̄ vere fluui⁹ carnalitatis habet. Lōgū tenorē.ꝑ picē. ſedū odorē. picē ardentē. fortē ardorē. nocte et die. nō extinguiṫ. ¶ Tertius fluuius eſt crudelitatis: ꝛ iſte eſt fluui⁹ igneus de quo dr̄ Danielis.vij. fluui⁹ igne⁹ ra pidusq̄ egrediebaṫ a facie ſedētis in throno. Quia vere ab illis q̄ ſedēt i throno iudiciarie poteſtatis egredi et hodie fluui⁹ igne⁹ crudelitatis ꝛ rapacitatis. a quo vicini ꝛ ſubditi abſorbenṫ ꝛ inflāmanṫ et deuorantur. ¶ Quartus fluui⁹ eſt aduerſitatis. Et iſte eſt fluui⁹ qui a morte ꝛ infirmitatib⁹ incipiēs peccatores in infernū detrahit atq̄ portat. Iſte eſt fluuius dānatiōis qui a fonte ꝓgrediēs ad mare terminaṫ. q2.ſ.eterna dānatio a fonte.i.a dulcedie deliciarū egrediṫ. vbi ſumit principiū. ꝛ in mari.i.infernali amaritudine terminaṫ Et iſte eſt fluuius cocyti. de quo dr̄ Iob.xxi.ca. Dulcis fuit glaries cocyti. et poſt ſe oēm hoiem trahit ꝛ añ ſe innumerabiles. Glaree.i.cocyti.lapilli.i.fluuij iſfernalis. hoc eſt dictu. Ipſi dānati inueniūt in vita iſta dulcedinē ꝓſperitatis. Et iō finaliter trahunṫ ad amaritudinē eterne aduerſitatis. Iſta igiṫ ſunt quattuor flumina babylonis q̄b⁹ hoies irrigati fruct⁹ bonoꝝ operuꝫ non ꝓducūt. Nō ſic chariſſimi nō. Nō irrigemur iſtis fluminib⁹.ſꝫ fluminib⁹ ꝑadiſi. vt ſupra dictū eſt. Et ſic afferre poterimus fruct⁹ bonos. Ezec.xxxi. flumina eius manabāt in circuitu ei⁹. Et ita nos poterimus eē ſicut lignū q̄d plātatū eſt ſecus decurſus aquaruꝫ. q̄d fructū ſuū dabit in tp̄e ſuo. Sic igiṫ ptꝫ: ꝙ nos debem⁹ per affluētiā humectari. flumis inq̄t. ¶ Tertio dico ꝙ ſi fructus bonos volum⁹ afferre nos debemus ꝑ dei grām vegetari. lignū inquit vite. Sicut eñ arbor nō ꝓfert fructus niſi habeat vitā vegetatiuā intrinſece. Sic nec hō ſpūales ꝑdictos fruct⁹ pōt afferre niſi intrinſece vita diuine grē charitatis ꝛ influentie vegeteṫ. Patꝫ de pctōribus q̄ ſunt ſicut lignū mortuū atq̄ ſiccum in quibus nō afferuntur.

Folia ſane locutionis.
Flores pure affectionis.
Fructus bone operationis.

Et ideo nō reſtat niſi q̄d ois arbor q̄ nō facit fructum bonum excidatur ꝛ in ignem mittatur Luce.iij. ꝛ Ioh.xv. Omnem palmitem in me non ferentē fructum tollet eum ꝛ omnē qui fert fructum purgabit eum vt fructum plus afferat. Simus igitur lignum vite. vita grē vegetati vt de nobis poſſit intelligi illud Gene.ij. Lignū quoq̄ vite in medio paradiſi. Simus dico lignū q̄d naturaliter eſt tenerum: per pietatē tenerā. habeamus vitā. ideſt operādi virtuoſitatē. ꝛ ſic finaliter poterimus eſſe in medio paradiſi ꝑ eternā beatitudinē ꝛ felicitatē. Patꝫ igiṫ chariſſimi ꝙ ſi fuerimus vegetati humectati: viſitati ꝙ ad modū arboris afferre poterimus bonos fruct⁹.ſ. fructus bonoꝝ operū: virtutum ꝛ grē in p̄ſenti. ꝛ fructus felicitatis ꝛ glorie in futuro. pꝫ igiṫ ꝙ eſt affectio obediētie. ¶ Scḋo principaliter dico. ꝙ eſt afferre beniuolētie: ꝛ iſtud eſt afferre diuinū quo.ſ. deus affert fidelibus oē bonū. figuratus i illo ligno vite de quo dr̄ Apoc.xxij. Ex vtraq̄ parte fluminis lignū vite afferens fructus.xij. per mēſes ſingulos. de.xij. igiṫ fructib⁹ ſalutaribus quos nobis affert arbor nr̄a fecūdiſſima xp̄us. vide infra. vbi agiṫ de xp̄i paſſiōe. in littera. D. Et breuiter iſte eſt q̄ affert bonū homis. Eſa.lx. Pro ferro afferā argētū: ꝛ etiā exequando mala malis Hiere.xi. Afferaꝫ eīn ſuper eos mala. patꝫ igiṫ ꝙ eſt afferre beniuolētie. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ eſt afferre iniuſticie. ꝛ iſtud eſt afferre maloꝝ: q̄.ſ. ſunt ſimiles q̄buſdā terris q̄ ita ſunt ſteriles: ꝙ ſi frumētū ſeminaṫ in illis nō afferūt niſi ſiliginem aut auenā. Sic mali ſatis pñt frumētū.i.bonā doctrinam recipere. quia ſemper ſolent auenā ꝛ ſiliginem.i. opera inutilia afferre ꝛ bonū in malū mutare. Mat.xiij. D ne nōne bonū ſemē ſeminaſti in agro tuo. vnde igiṫ habet zizanias. Abacuc.iij. Arua nō afferēt cibuꝫ. Iſti etiā ſunt ſimiles taxo ꝛ alijs quibuſdam arborib⁹ venenoſis. quia: ſcꝫ iſti cuꝫ ſint mali: opera ferunt mala Matth.vij.cap. Mala arbor malos fructus facit. vnde nota ꝙ afferunt.

Fructus proditionis.
Opus adulationis.
Opus crudelitatis.
Opus cupiditatis.

Opus proditiōis dico ſicut ptꝫ.ij. Reg.iiij. vbi dr̄. Ꝙ illi yſboſeth ꝓditioſe occiderāt. attulerūt caput eius ad dauid. de quo triſte p̄miū reportarūt. Item opus adulationis. Hiere.xi. Ut quid mihi thus de ſaba affertis ꝛ calamū ſuaue olētem.q.d. fumus adulatiōis non placet mihi. Iteꝫ opus crudelitatis: ſicut de illis.iiij. Reg.x. Attulerūt capita filioꝝ regis quos.ſ. crudeliter occiderant. Itē opus cupiditatis Mar.xij. Affer te mihi denariū. verbum pōt eſſe dyaboli. auarū ad pecuniā inuitās. Item opus carnalitatis. Iudicū.xv. Attulerūt hedū ei de capris. Iſtud eſt igiṫ afferre iniuſticie. ¶ Quarto principaliter dico. ꝙ eſt afferre auaricie. quia.ſ. auari ſemper volunt ſibi aliquid afferri. Similes ſanguiſuge que ſemꝑ cupit ſugere. Prouer.xxx. ſanguiſuge due ſunt filie dicētes. affer. affer. vnde verſus. Fers aliq̄d: nō: eſto foras. fero: q̄d: ſatis: intra. Unī nota ꝙ iſti volūt ꝙ eis afferantur carnes. Geñ.xxvij. Afferte mihi duos hedos optimos: piſces. Iohā.xxi. Afferte mihi de piſcibus quos prendidiſtis. pecunie. Act.iiij. Afferebāt precia ꝛ ponebant ante pedes apoſtoloꝝ. vaſa. Dañ.v. Precepit afferri vaſa argentea et aurea ꝛc. Et ſic patet ꝙ eſt afferre. Auaricie. iniuſticie beniuolentie: obediētie. ꝛ hec de afferre ſufficiant. N

Afficere. nota ꝙ afficere idē ē ꝙ moleſtare. lede re vl' nocere. Et ſic nota ꝙ ē. Affectio

Tedij vel laboris.
Odij vel doloris.
Uicij vel fetoris.
Supplicij vel terroris.

Afficiūṫ igiṫ iuſti faſtidio vel labore. Et ſic dicebat Moyſes illud Nume.xi. Inueniaꝫ gratiā in oculis tuis ne tantis afficiar malis. ¶ Itē afficiuntur. boni ſupplicio tedio labore vel dolore. qui.ſ. mali afficiunt bonos tribulationib⁹ infinitis. ſicut xp̄s ap̄lis p̄dicabat Mat.x. Con ſurgēt filij in parētes ꝛ morte eos afficiēt ꝛ eritis odio oibus hoibus ꝓpter nomē meū. Sicut etiā figuraliter poniṫ Mar.xij. Ꝙ aliū ſeruuꝫ capite vulnerauerūt ꝛ cōtumelijs affecerūt. ¶ Item afficiūtur impij flagitio vel fetore.i. vicio carnalitatis. vnde ap̄ſus lo



Ayuntamiento de Madrid

quēs cōtra impudicos dicebat Rom.j. Tradidit illos deus in deſideria cordis eoꝝ in immūdiciā vt cōtumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. ¶ Itē afficiuntur reprobi eterno incēdio vel furore. Vñ dñs peccatrici ciuitatis loquiť Nauū.iij. dicēs. Proijciam ſup̱ te abominationes tuas ⁊ cōtumelia afficiā. Sufficit. qꝛ paucē ſunt autoritates. vide vbi iniuria: moleſtia: contumelia: nocere. Et ledere ⁊c.

B **Affigere.** Nota ꝙ affigere nihil aliud eſt: ꝗ̄ aliquid in aliquo figere ⁊ ponere. et vt ibi fortiter adhereat: clauis conſuere vel ligare. Signat igiť affixio ꝑſeuerātiā ⁊ adherētiā ſiue bona fuerit ſiue mala. ⁊ ſic nota ꝙ Xp̄us affigiť cruci vt pēdeat. Juſtus affigiť tēplo vt ibi ſplēdeat. Impius affigitur patibulo vt ibi ſtrideat. Gladius affigiť impio vt ip̄o pereat. Exēplar affigiť in pulpito vt ibi pateat. Deuotus affigiť cruci vt ibi maneat. Penitēs affigiť timori vt dire doleat. Dico igitur ꝙ eſt affixio ſeu cōfixio chriſti in cruce pēdēte figurati. ſ. in ſerpēte eneo affixo palo. Nūe.xxj. ſicut hēs infra. Vñ ipſe eſt q̄ dicit de iudeis zach.xij. Aſpicient ad me quē cōfixerūt. ⁊ Malať.iij. Affiget hō deū ſuū. ¶ Itē eſt affixio iuſti in tēplo ſplēdentis ⁊ ſic affigiť ſpeculū ſtipite. ⁊ cādelabrū in pariete: vt ſibi ſplēdeat vniuerſis. Sic iuſti in eccleſia ꝑſeueranter affiguntur vt cūtis luceāt q̄ in domo ſunt. Figurati.ij. Para.iij. vbi dr̄. ꝙ ſalomō laminas aureas affixit in tēplo per totū. lamine eñ auree iuſtos ſignant qui in tēplo eccleſie ꝑſeuerāter affixi fulgēt ⁊ rutilant ſicut aurū. ¶ Itē eſt affixio impij in patibulo ſtridētis qꝛ. ſ. impij in inferno adherēt ⁊ firmiter affiguntur. Figurati in amon ⁊ filijs eius. de quibꝰ legitur Heſter.viij. ꝙ ipſū ⁊ filios eiꝰ affixerūt cruci. ¶ Itē eſt affixio gladij malos occidentis. ſicut de Joab legiť.ij. Reg.xviij. ꝙ ipſe affixit tres lanceas in corde abſalon. per quas tres cōcupiſcētie intelligūť: que a dyabolo ī corde peccatoris figunť. Sicut etiā de Saul legiť.j. Reg.xix. ꝙ cū lancea niſus eſt cōfigere dauid. ſed ſaluatꝰ eſt: quia diuertit: qꝛ. ſ. Saul abutens dyabolus ſemper nititur lancea tentationis bonos cōfigere. qꝛ tñ ſemp̱ debent ab eo diuertere ⁊ cauere. ¶ Item eſt affixio exēplaris publici patētis. qđ etiā poteſt referri ad ſceleratos: q̄ in patibulis in vijs publicis affiguntur vt ſint alijs in exemplū. Sicut de Moyſe legiť Numeri.xvj. ꝙ lamias factas de thuribulis conſpiratoꝝ qui incendio perierant affixit in altari: vt exemplū eſſent omnibꝰ. vt. ſ. timore ſimilis pene a cōſpirationibus ⁊ ſeditionibꝰ precauerent. ¶ Itē eſt affixio deuoti in cruce ſtudētis: qꝛ ſcꝫ vir deuotꝰ ſeipſum cruci. Xp̄i per deuotionē ⁊ continuā paſſionē affigit. vñ apoſtolus Gallatas.ij. Xp̄o cōfixus ſum cruci. ¶ Itē eſt affixio penitētis dñm timētis. Vñ penitens dicit illud p̄s. Cōfige timore tuo carnes meas. Et illud cōuerſus ſum in erūna mea dū cōfigitur ſpina: ⁊ hac de affixione ⁊ confixione ſatis dr̄. Vel ſi vis nota ꝙ iuſtus debet eſſe. Affixus.

Cruci per compaſſionem. Templo per deuotionē. Timori per contritionem. Et cetera cōcorda ſicut ſupra.

**Afflictio.** eſt multipliciter ī ſcriptura virtuoſa. ſ. ⁊ vicioſa. Virtuoſa eſt illa qua
comedere nimis crudū. Quidā qui comedunt groſſum ⁊ impurum. Cibum nimis ſalſum comedunt ꝓſumptuoſi, qui plus ſapiunt ꝙ̄ oportet ſapere: nō ſapientes ad ſobrietatē: ſicut ſunt illi qui nimis ꝓfunde ⁊ ſubtiliter volunt inquirere vel docere vel nouas opiniones facere vel tenere. Iſti eñ nimis ponunt de ſale in cibo ſuo. Sal eñ ſubtilitatē diſcretiōis ſignat Iuxta illud. Col. iiij. Omnis ſermo veſter ſit ſale cōditus. Item alij ſunt qui comedunt cibum crudū. Iſti ſunt illi qui doctrinas ſeculares ⁊ lucratiuas ſciētias frequentant: que.ſ. crude dicunt̃: q̄ꝛ.ſ. cibus crudus ⁊ indigeſtus generat humores ſupfluos inflaturas et eructuatiōes. Sic tales ſcientie crude dicunt̃: q̄ꝛ igne caritatis non ſunt cocte q̄ꝛ etiam eructuatiōes detractionis ⁊ inuidie: ⁊ inflaturas ſuperbie generant ⁊ inducunt. Ideo tales vident̃ dicere illud. j. Reg. ij. Non accipiam a te coctum quid: ſed crudum dabis mihi. Plus eñ diligunt crudū ꝙ̄ coctum: ⁊ plus amāt ſciētias humanas ⁊ ſeculares ꝙ̄ diuinas. Itē alij comedunt cibum impurum: ſicut ſunt heretici: quoꝝ.ſ. cibus eſt ſcientia corrupta: heretica ⁊ nō ſana. Porcus eñ magis diligit cibaria ſtercoribus ꝙ̄ aromatibus condita. Sic iſti diligūt ſciētias corruptas: bonas vero ⁊ ſanas negligūt: de quibus Iob. xxxiij. Abominabilis eſt ei in vita ſua panis ⁊ cibus deſiderabilis Iſte eſt ergo cibus doctrinalis inſtructiōis. ¶ Quarto dico ꝙ eſt cibus eternalis fruitionis.ſ. cibus glorie: quo.ſ. beati vtunt̃: cibus enim corpus in eſſe ꝯſeruat: guſtū comedentis delectat: vires naturales ꝯfortat. Sic cibus eterne voluptatis dat eis indefectibilem durationem: delectabilem recreationem: ꝯſolabilē confortationem. Iſte eñ eſt cibus angeloꝝ. Panis beatorū. Deſiderium viatoꝝ. Requies ꝯprehēſoꝝ. De cibo iſto loquitur ſcriptura in perſona cuiuſlibet beati in ps. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: ⁊ in domo dei ambulauimus cum ꝯſenſu. Iſtum aūt cibum debemus guſtare: per deuotionem. Appetere per orōnem. Querere ꝑ bonam opationem. Guſtemus ergo cibum iſtum cū deuotione. Salmo enim cū guſtauerit aquam dulcē ⁊ inuenit eā ſapidā ⁊ ſuauem, nunꝙ̄ redit ad ſalſam amplius: ꝙ̄ꝙ̄ in ſalſa fuerit primo genitus ⁊ nutritus. Sic vere nos qui in aqua ſalſa bonorum temporaliū huius mundi ſum⁹ geniti ſeu nati: ſi aquā dulcem voluptatis eterne per deuotionem bene guſtauerimus: in ipſo ꝓcerto taliter delectabimur: ꝙ ab omni aqua ſalſa.i. ab omni terrenorum amore recedemus: ⁊ in iſta aqua dulci delectabimur: et quieſcem⁹ ps. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Iſtū cibū videbatur guſtaſſe Ionathas, j. Reg. xiiij. Qui cum intinxiſſet virgam in fauum mellis: illuminati ſunt oculi eius. Reuera cariſſimi; ſi.ſ. virga noſtra.i. mens in iſto cibo dulci ⁊ melleo ꝑ deuotionem intingitur: tunc oculi noſtri intellectus clariſſime illuſtrant̃. Iſtud potiſſime verum eſt de beatis. q̄ eo ipſo ꝙ guſtant iſtius cibi refectionem: ſtatim illuminant̃ per beatificam viſionem. Iterum dico ꝙ iſtum cibū debemus petere ꝑ orationem. Sicut enim pulli coruoꝝ dū adhuc ſunt ſine penis nigris: a ꝓprijs parētibus non nutriunt̃: clamare ad deū compellunt̃: ita ꝙ nature beneficio rore celeſti paſcuntur: vt dicit Aug. ⁊ vt videt̃ innuere: ps. in illo loco. Qui dat iumentis eſcam ipſoꝝ ⁊ pullis coruorum inuocantibus eū. Sic vere cariſſimi q̄ plumas nigras.i. vitia ⁊ peccata non habent: qui etiā a parentibus ſuis vicꝫ mundo ⁊ carne ꝑ ꝓſperitatē non nutriunt̃. Tales dico ꝓ cibo eterne glorie clamare ꝑ orationem ad dominū cōpellunt̃ vt.ſ. rore illo dulciſſimo ⁊ celeſti recreari finaliter mereantur. De hoc dr̄ Iob. xxxviij. Quis preparauit coruo eſcam ſuam: quando pulli ei⁹ clamant ad deū vagientes: eo ꝙ non habeant cibum. Aduertam⁹ tamē ꝙ de illis pullis dicitur. Quod quando nigreſcere incipiunt plume ſue: tunc a proprijs parentibus recognoſcuntur ⁊ cadaueribus nutriuntur vel cibantur Sic procerto illi qui habent nigras plumas.i. vitia ⁊ peccata recognoſcuntur ⁊ diliguntur a ſuis parentibus carne.ſ. ⁊ a mundo. Iſti eñ parētes homines ſibi ſimiles in peccatis ſolent recognoſcere: iuuare pariter ⁊ fouere: ⁊ cadaueribus.i. mundi voluptatibus ipſos cibare atq; nutrire. Hiere. vj. paſcet vnuſquiſq; ea que ſub manu ſua ſunt. Iſti tamē tunc tp̄is rore celeſti.i. glorie eterne non cibantur per deuotionē: nec paſcunt̃ per contemplationē q̄ꝛ procerto tales pl⁹ delectant̃ in carnalibus quam in ſpūalibus vel eternalibus Iob. vj. Que prius nolebat tāgere aīa mea modo per amaritudine cibi mei ſunt. Non ſic ergo: ſed queramus cibum celeſtē per orationem. Item dico ꝙ iſtum cibum debemus querere: per bonam opationē Iuxta illd̄ Ioh. iiij. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius q̄ miſit me et perficiā opus eius. Sed procerto cariſſimi iſte cibus non diligitur hodie a trib⁹ generibus perſonaꝝ. Realiter eñ cibum delicatū faſtidiunt mulieres: que de nouo ꝯceperunt. Egrotantes quos humores infecerunt. Comedentes qui ſe nimis impleuerunt. Sic vere moraliter cibum voluptatis eterne hodie vilipendunt mulieres.i. delicioſi. qui conceperunt in corde ſuo amorem huius ſeculi tranſituri. Item egrotantes homines vitioſi: qui per peccata ſunt infecti ⁊ corrupti. Comedētes id eſt: illi auari qui groſſis cibarijs. bonoꝝ temporaliū ſunt repleti Iſti eñ omnes bona tēpalia diligunt ⁊ ab eternalibus ſe diuertunt̃: vñ in ps. Omnē eſcā abhominata ē anima eorum: ⁊ appropinquauerunt vſq; ad portas mortis. Non ſic ergo: ſed diligam⁹ ⁊ appetamus ⁊ acquiramus cibum iſtum: q̄ꝛ iſte eſt cibus delectabilis: cibus inuiſibilis: cibus valde vtilis: ⁊ durabilis. Eſt dico delectabilis. Vñ Abacuc. j. Incraſſata eſt pars eius ⁊ cib⁹ ei⁹ electus. Itē eſt inuiſibilis. Vñ Thob. xij. Ego cibo inuiſibili vtor. Iterum eſt valde vtilis ⁊ ideo pro ipſo habēdo valde eſt laborandū. Vñ Tren. j. Dederunt queq; precioſa ꝓ cibo ad refouendas animas. Sic igitur patet quō i ſcriptura habet̃ quadruplex cibus.ſ. Cibus eterne fruitionis. Cibus doctrine vel lectionis. Cibus gratie ⁊ deuotionis. Cib⁹ temporalis ſubſtantie ⁊ poſſeſſionis. Et iſti quatuor cibi bñ poſſunt notari in illo verſu ps. Cibauit eos ex adipe frumenti ⁊ de petra melle ſaturauit eos. Adeps eñ ſignat mundanam ꝓſperitatem: ps. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea. Frumentum deſignat deuotionis ⁊ gratie fertilitatem: ps. A fructu frumēti vini ⁊ olei ſui multiplicati ſunt. Petra deſignat ſacre ſcripture ſoliditatem ps. Percuſſit petram ⁊ fluxerunt aque. Mel denotat ſuauitatem eternam ⁊ felicitatem. Cant. iiij. Mel ⁊ lac ſub lingua tua. Si vis applica membra diſtinctionis membris autoritatis: ⁊ ꝓſequere per modum diuiſionis non diſtinctionis ſolū ⁊c. Sufficit. Vide de comedere: ⁊ de eſca: ⁊ de alijs ſimilib⁹. De cibo vero corꝑali. Vide de ieiunio: ⁊ de gula: ⁊ de abſtinentia ⁊c.

**Ciphus.** Vide vbi fit mentio de calice.

**Cilicium.** Nota ꝙ cilicium eſt genus veſtis viliſſime ⁊ aſperrime d̄ pillis caprarum facte. Et generaliter in ſcriptura ꝑ cilicium intelligitur penitentie aſperitas ⁊ conditionis humilitas. Tali eñ veſte ſolebant homines antiquitus ſe induere in ſignum humilitatis ⁊ in ſignum penitētie ⁊ aſperitatis: quando eis aliquis aduerſus caſus cōtingebat. ſicut dr̄ Ge. xxxvij. de iacob: qui audita morte filij ſciſſis veſtibus: indutus eſt cilicio lugens filiū. In quo nos inſtruimur: ꝙ quando caſus alicuius infortunij. ſpiritalis id eſt alicuius peccati nobis accidit: cilicium debemus induere id eſt humilitatem et penitentiam exercere. Unde de Iudith. viij. dicitur ꝙ Iudith: que timebat principem Holofernem dicitur ꝙ ſe induit Cilicio: ⁊ poſuit Cinerē ſuper caput ſuū et proſternens ſe clamabat ad dominum. In quibus verbis

para una o[illegible]

Ayuntamiento de Madrid

ſeruat ignē caritatis vel contritionis in perpetuo ro
boꝛe ꝛ virtute. Et maxime ſi iſte fuerit de iunipero. Iu
niperus em̄ arboꝛ pungitiua ſignat impios ꝛ rapto-
res alios pungentes ꝛ excoꝛiātes. q̄ ꝓcerto q̄ſi moꝛiūt
in inferno cremant ꝛ incinerant. Cinis iſte .i. memo-
ria moꝛtis male ſue. eſt alijs remedium ſanitatis ꝛ etiā
incendiū caritatis. Letabitur .n. iuſtus cū viderit vin
dictam. manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoꝛis.
De talibus ergo veſtimentis caloꝛe caritatis nutriē
tibus pōt dici illꝺ. Job. xxxvij. Nonne veſtimēta tua
calida ſunt. vnde ꝺ tali cinere dicit Job. xxx. Compat⁹
ſum luto: ꝛ aſſimilatus ſum fauille ꝛ cineri. Fauilla
ꝓpꝛie eſt cinis ignitus. Iſte igit cinis ſolet accendere
D ignem caritatis. ¶ Tertio dico. ꝙ iſte cinis ſolet ꝯſu-
mere carnem voluptatis. Cinis em̄ habet acredinem
in ſapoꝛe. Et ideo carnem ſupfluā ꝯſumit ꝛ coꝛrodit.
Cinis em̄ pellibus recentib⁹ appoſitus. pillos exinde
cadere facit ipſas vere pelles ne coꝛrumpant ꝛ fetcant
ꝯſeruat ꝛ cuſtodit. Sic ꝓcerto cariſſimi. cinis ſpūalis
qui coꝛdis acredinē. timoꝛē ꝛ amaritudinē introducit
habet a nobis tollere ꝛ abſtergere carnē ſuperfuā. i.
oēm voluptatē carnalem. Itē pilos ſuperfluos .i. oēꝫ
ſuperfluam facultatem tempalē. Ille em̄ qui in moꝛ
te ꝛ i peccatis ſe ſqualere ꝯſiderat: ꝛ carnales volupta
tes tempat: ꝛ a bonis tempoꝛalibus ꝑ elemoſinas ſe
denudat: qꝺ oſtendit cū dicitur. Humiliauit coꝛpus
ſuum ieiunijs. Dan. ix. Poſui faciem meam ad dn̄m
meū rogare ꝛ depcari in ieiunio ꝛ ſacco ꝛ cinere. Plini
us em̄ dicit. ꝙ rutha in terra latericia ꝛ cinerea vult ſe
minari. Vn̄ dicit ꝙ ſemini eius debet cinis admiſceri
vt careat erucis: qꝺ ꝓcerto credi debet. qꝛ caliditas et
ſiccitas cineris humoꝛē ſuperfluū ꝯſumit ꝛ ſic ab oꝛtu
erucaꝝ ꝯſeruat. Sic vere cariſſimi homo debet ſecum
hꝛe cinerē ſpūalem. i. memoꝛiā moꝛtis ꝛ peccatoꝝ ꝛ eti
am humilitatē: tūc em̄ humoꝛ carnalitatis ꝯſumit:
ꝛ eruca peccati moꝛtalis ne veniat impedit. Unde de
ſacerdotib⁹ dꝛ. Judith. iiij. ꝙ pcincti cilicijs offerebāt
ſacrificia coꝛā dn̄o. ꝛ erat cinis ſup caput ipſoꝝ. Sic
ergo eſt cinis q̄ abſtergit carnis voluptatem. Conſer
E uat coꝛdis caritatem. Emundat mētis prauitatē. Et
nota ſi vis ꝙ de tali cinere debent pcipue aſpergi.

Prelati vt iuſtificent.
Elati vt humilient.
Vidue vt caſtificent.
Virgines vt mūde ſeruent.
Regine ne male tractentur.
Penitentes vt purificentur.

De prelatis ꝛ ſupioꝛib⁹ dicit Hiere. xxv. Ulula
te paſtoꝛes ꝛ clamate:
aſpergite vos cinere op
timates gregis. De ela
tis dꝛ. Eccl. x. Quid ſu
perbis terra ꝛ cinis. q.d. tu debes humiliari. ¶ De vi
duis dꝛ. Judith. ix. ꝙ ipſa que erat vidua ꝯmendās ꝺo
caſtitatem ſuam poſuit cinerem ſuper caput ſuū. De
virginib⁹ vero dꝛ. Treñ. ij. Conſperſerunt cinere capi
ta ſua virgines hierl'. De reginis vero ꝛ magnis ꝛ de
licioſis ꝑſonis: patet de heſter regina: que timens adi
re preſentiam regis oꝛans ꝛ ieiunans aſpergit cinerē
capiti. Heſter. iiij. De penitentib⁹ dicit. Job. xlij. Ipſe
me repꝛhendo ꝛ ago pn̄iaꝫ in fauilla ꝛ in cinere. Et bꝛe
uiter oia genera ꝑſonaꝝ indigēt iſto cinere: dato etiā
ꝙ ſint iuſti ꝛ mundi. Nume. xix. Colliget autē vir mū
dus cineres ꝛ effundet in loco puriſſimo. Et hec ſuffi
F cit: qꝛ in plurib⁹ alijs locis fit mentio de cinere in bo-
no ſignificato. ¶ Aduerte tñ: ꝙ cinis aliqñ ſignat
diuitias. Cinis em̄ ignem ꝯſeruat terram vbi ſeminat
facit ſterilem. ꝛ a vento faciliter diſpergitur ꝛ difficili
ter congregatur. Sic vere diuitie ignem auaricie ſer-
uant ꝛ nutriunt: terraꝫ coꝛdis in qua per amoꝛē ſunt
ſeminate ſterilem a bonis operibus efficiunt: a vento
alicuius caſus ꝛ infoꝛtunij vel tribulationum facili-
ter poſſunt perdi: que tamen ꝛ cū laboꝛe poſſunt ꝛ dif
ficiliter acquiri. Unde de diuite quando moꝛitur ꝛ di-
uitie ipſius diſperguntur: poteſt dici illꝺ. iij. Reg. xiij.
Altare ſcindetur ꝛ effundetur cinis. Et ſicut videm⁹
ꝙ antiquitus aſperſio cineris erat ſignum fletus et
doloꝛis. Sic etiā hodie aſperſio et acquiſitio diuitia-
rum: fletum: doloꝛem ac triſticiam ſignat vel demon-
ſtrat. Semper em̄ ſunt diuitie cū doloꝛibus ꝛ timoꝛi-
bus admixte ps. Cinerē tanꝙ panē manducabā ꝛ po
tum meū cum fletu miſcebam. Et nota ſi vis ꝙ qui-
libet peccatoꝛ dicitur cinis: qꝛ vilis coloꝛis quo ad cō-
uerſationem: facile diſpergitur per tentationē: ignis
eſt reſeruatiuus per eternā dānationē: qꝛ. ſ. ſemper cō
buret ꝛ ſemper viuet. De vili conuerſatione dicit Sa-
pien. xv. Cinis eſt coꝛ eius. ꝛ luto vilioꝛ vita ei⁹. De in
ſtabilitate cōtra tentationem dicitur. Exo. ix. ꝙ moy
ſes accepit plenas manus cineribus de camino ꝛ ſpar
ſit coꝛam pharaone. De futura autem deputatiōe ad
damnationem dicitur Amos. ij. ꝙ oſſa regis idumee
incenſa ſunt vſꝙ ad cinerem ꝛc. Sufficit.

**Circa.** Nota ꝙ circa iuxta. ꝓpe in circuitu quaſi A
idem ſignāt. Et ſignat in ſcriptura vicini
tatē: ꝓpinquitatē ꝛ ſocietatē. Et qꝛ iſta poſſunt eſſe
bona vel mala. Hinc eſt ꝙ nos poſſum⁹ diſtinguere ꝙ
eſt vnū circa vitioſuꝫ: vnū vꝫtuoſuꝫ: vnū doloꝛoſuꝫ: vnū
circa gratioſum. Nota ꝙ in ſcriptura reperitur Circa

Gratis cupiditatis.
Bone ſocietatis.
Praue vicinitatis.
Grandis vtilitatis
Summe iocunditatis

¶ Circa igitur vitioſuꝫ. i.
ꝓpinqtas vitioſa: eſt vi
cinitas qua homo terre-
nis ꝑ auariciam applicatur: qua homo malis homi-
nibus copulatur: qua homo mūdi negocijs implica-
tur. Iſta em̄ ꝓpinquitas cauſa eſt aliquoties mul
toꝛum peccatoꝛū. Fructus enim qui ſunt inferius cir-
ca terram faciliter recipiunt coꝛruptelam: non ita fa-
ciliter matureſcunt. Mella enim q̄ inferius circa ter-
ram ſunt malum ſapoꝛē ꝛ coꝛruptū trahūt. Et breui-
ter ex nimia vicinitate terre veniunt ꝛ cauſant multa
mala. Sic reuera illi q̄ circa terrā. i. circa terrena nego
cia vel circa terrenos homines verſantur: exinde mul
tis vitijs maculantur. Luna enim que inter ſtellas vi
cinioꝛ eſt circa terrā: nunꝙ caret macula. Sic vere ho
mo qui circa terram. i. terrena verſatur vix eſt quin vi
tijs maculetur. Vn̄ Gen. xiij. ꝙ Loth vidit regionem
circa ioꝛdanem que ſicut paradiſus irrigabatur ꝛ ha
bitauit ibi: ꝛ tñ cito poſt fuit captiuatus: quia. ſ. ille a
diabolo faciliter per peccatuꝫ capitur: q̄ circa mundi
delectabilia conuerſatur. Unde de tali circa dicit Ge-
neſ. xix. Ne ſtes in oī circa regione: ſed in monte ſaluū
te fac. ¶ Secūdo dico ꝙ eſt circa virtuoſum: ꝛ hec eſt B
bona ſocietas. Ille em̄ ſtelle que magis ſunt circa po-
lum articū ſituate: magis ſunt immobiles ꝛ ſtabiles:
ꝛ ſunt etiā magis alte. Sic vere illi q̄ circa bonas per-
ſonas frequentāt vel circa bona paradiſi verſantur ꝛ
delectantur: ſunt ceteris firmioꝛes: et in bonis operi-
bus excellētioꝛes ꝛ in moꝛibus altioꝛes ps. Cum ſan-
cto ſanctus eris: ꝛ cum peruerſo ꝛc. Unde Eccleſiaſti
ci. xviij. Miſeratio hominis circa ꝓximum ſuum.
¶ Tertio dico ꝙ eſt circa doloꝛoſum: ꝛ iſta eſt illa ꝓ C
pinqtas ꝛ vicinitas qua peccatoꝛes diabolo ſunt ꝓ-
ximi: qui ſcilicet finaliter erunt ſimiliter circa eū per
toꝛmentum: ſimiles papilioni: qui pꝛimo diu circa
ignem volitat ſed finaliter ab eo comburitur Mar-
ci. v. Erat circa montem grex poꝛcoꝛum: id eſt cir-
ca diabolum legio peccatoꝛum. Et ſequitur ꝙ om-
nes in mari ſunt ſubmerſi. Unde de diabolo et malis
hominibus qui circa nos ſunt dicitur Trenoꝛum pꝛi
mo. In circuitu eius hoſtes eius. ¶ Quarto dico ꝙ D
eſt circa fructuoſum et amoꝛoſum: hoc eſt quando
homo circa deum ſituatus per gratiam in pꝛeſenti et
per gloꝛiam in futuro. Pulli enim perdicis ſemp vo
litāt circa matrē: ꝛ ſi accipitrē viderit ad matris alas
refugiūt ad tutelam. Pulli enim galline circa matrē
volitantes: cum miluum videre ceperint: ſtatim ad
matris gremium ſe conuertunt. Sic pꝛo certo charis-
ſimi debemus circa matrē noſtrā xp̄m ꝛ virginē glo-
rioſaꝫ ꝑ deuotionē ꝛ gratiā manere: nō ab ipſo recede
re ꝑ pctm̄: ꝛ ſi miluū vel aucupē diabolū viderim⁹: qui

Ayuntamiento de Madrid

per tentationes nos capere nitatur ſtatim debemus ad alas ſue miſericordie refugere per oratioñe: ⁊ nos ſibi ꝯmittere ꝑ ſui adiutorij inuocatioñe. Quia ſicut dr̃ in ps. Prope eſt dñs oibus inuocantib9 eū in veritate. Sap. xviij. Circa illū ſteterūt quaſi rami palme. Et Job. xxij. dr̃. Circa cardines ꝑambulabat. et ſic nota: ꝙ nos debemus eſſe circa deum ſicut paupes circa elemoſinariū: q2 iſte nutrit indigentes. Sicut diſcipuli circa mgr̃m: q2 iſte docet ignorātes. Sicut īfirmi circa medicū. q2 iſte ſanat egrotantes. Sicut ſubditi circa ꝑlatū: q2 iſte regit obedīētes. Sicut accipitres circa predā. q2 iſte recreat ꝯtemplantes Sicut operarij in ſero circa ꝓcuratores. q2 iſte remunerat laborantes. et ſic ipſe poterit dicere illō Job. xxix. In circuitu meo
E pueri mei. ¶ Quinto dico ꝙ eſt vnū circa gaudioſū ⁊ hoc eſt quando ſancti ſunt in gloria circa deum. De quo Apoc. vij. Oēs angeli. i. oēs angelici viri ſtabant in circuitu throni ⁊c. Si vis aduerte: ꝙ circa ſicut q̃ſi non dicit mihi aliquod ꝯplementū ſed potius aliquā imperfectionem: ſicut cū dr̃ Non eſt meridies ſed circa meridiem. Et ideo ꝑ circa poſſunt intelligi viri imperfecti ⁊ nouicij, ⁊ etiam bona mundi: que nullum habent complementum ⁊c.

A **Circulus.** Nota ꝙ circulus ē figura rotūda ⁊ ſpherica in orbe in ſe ſpāʒ reducta que inter omnes figuras geometricas perfectior reputatur Et ideo dicit Iſid. Nō ſicut infra decem oēs numeri continenť. Sic infra circulum omnes figure
B Circulus autē ſm diuerſas proprietates poteſt diuerſa ſignificare ſcilicet.

Dei perfectionem.
Vite dimenſionē.
Motus aptitudinem
Celi poſſeſſionem
Fortem correctionē.

Et breuiť tñ omnia q̃ ſunt in circulatiōe finit ⁊ vix eſt dare aliquid qui poſſit ꝑ circulum denotari. Per circulum igitur pōt intelligi dei perfectio: figura enim circularis eſt perfectiſſima: capaciſſima ⁊ ad motum aptiſſima. Iſta enim caret principio atq; fine. Talis procerto eſt deus Iſte enim ſimpliciſſimus eſt in quidditate. Capaciſſim9 in quātitate: omnia enim alia ab eo ꝯtinentur. Diutiſſim9 in eternitate: q2 ipſe caret principio atq; fine. vñ phus cuidā petenti quid eſſet deus: ſic dr̃ reſpondiſſe. Deus inquit eſt ſphera ſeu circul9 intellectualis. cuius centrum vbiq; eſt: circūferentia vero nuſq̃. Et ideo eſt ſi
C milis circulo celi ⁊c. Vide ſupra de Celo. ¶ Item ꝑ circulum intelligiť vite dimenſio. Circul9 eñ in ſeipſuʒ redit ⁊ reuertiť: ⁊ eſt circul9 clauſura a qua null9 pōt modo exire. In circulo eñ nō ſunt oſtiū vel apertura. Et ideo quicquid infra circularem ambitum continetur ibi perpetuo retineť. Talis eſt ꝓ oīa vita nr̃a. Iſta enim non eſt niſi quedā circulatio: redit eñ de pūcto ad punctum: de ſtatu ad ſtatū: de terra eñ facta ſunt omnia: ⁊ ad terram pariter reuertunť. vt dr̃ Eccl' iij. Et nudus egreſſus ſum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Job. j. Iſta etiā eſt certiſſima clauſura: ⁊ menſura. Ambitū eñ ⁊ circuluʒ vite a deo limitatū ⁊ prefinitū: nō pōt aliquis ꝑterire: imo ſm dimenſionem talis circuli neceſſe eſt hominem ſiſtere ⁊ finire. Job. xiij. Conſtituiſti dies eius qui ꝑteriri nō poterūt Iſte eñ eſt circulus quē facit leo rex animalium circa animalia ſibi ſubiecta queʒ exire nequeūt neq; audēt ita ꝙ ille quem voluerit accipit vt magiſter. Quia reuera rex noſter deus circa animalia ſua. i. circa hoies conſtituit circulum ⁊ limites vite p̄ſentis: quē ꝓcerto nullus eſt qui tranſgredi valeat aut preſumat. Infra eñ iſtius circuli ambitū viuere poſſumus ⁊ nō vltra Et ideo iſte leo qñ vult: ⁊ quē vult: ⁊ vbi vult tollit et accipit de circulo huius vite. ſ. ꝑ mortē: aliquando bonos: aliquādo malos: aliquādo iuuenes: aliqñ ſenes Unde breuiť d̄ iſto circulo dr̃ Eccl'. j. Oriť ſol. i. homo
D ⁊ occidit. ⁊ per circulos ſuos reuertiť. ¶ Tertio dico: ꝙ per circuluʒ intelligiť motus aptitudo. Nulla eñ figura ad motum eſt aptior q̃ circularis. Circul9 eñ in puncto ⁊ in modico tangit terraʒ: ⁊ ideo in terra nō ſiſtit imo moueri ⁊ diſcurrere ſemper cupit. Sic vere vita ⁊ perfectio viri iuſti ſemꝑ eſt habilis ad motū bonorū operum exercendū. Eorum etiam volūtas ſemꝑ debet eſſe mobilis ⁊ agilis ad obediendum ſuis ſuperiorib9. Terram eñ. i. terrena non debent ꝑ affectum tangere niſi forte in puncto. i. qñ neceſſitas requirit. ⁊ ſic poterunt obediendo ⁊ bene operando faciliter ſe mouere. Eſa. xxxvij. Ponam circulum in narib9 tuis: ⁊ frenum in labijs tuis. Iſti ſunt illi circuli de quibus Ezech. x. dicitur. Nō colla ⁊ circuli rotarum plena erāt oculis. Iſte circulus ſimilis eſt circulo lacteo ſeu galacie: quia. ſ. vita ⁊ ꝯditio bonorum per pietatē Lactea poteſt dici. vita vero malorum ſimilis eſt circulo obliquo zodiaci in quo ſtelle erratice vagantur: quia vere in circulo huius vite obliquo vel ꝓſperitatis mundane errant ⁊ vaganť in diuerſis ſignis ⁊ manſionibus erratici peccatores. vnde ps. In circuitu im- E
pij. ambulant ⁊c. ¶ Item per circulum intelligitur eterna manſio: que. ſ. caret principio ⁊ fine: vnde anime beate poteſt deus dicere illud Ezeħ. xvj. Dedi circulos in auribus tuis ⁊ coronā decoris in capite tuo. F
¶ Item per circulum intelligiť fortis correctio. Bubalus enim non domatur niſi circulus ferreus in ci9 naribus infigatur ſm Pli. Sic vere obſtinati ⁊ proterui nō poſſunt corrigi vł domari. nec reduci ad obedientiam: niſi circulus ferreus. i. fortis vel dura correctio. in eius naribus ideſt in ipſius ſuperbis affectibus immittatur. Job. xl. Nunquid pones circuluʒ in naribus eius? q. d. Aliť difficile eſt. Patet ergo quomodo per circulum intelligitur.

Dei conditio.
Vite dimenſio
Motus aptitudo.
Celi poſſeſſio.
Fortis correctio

Item ꝑ circulum poteſt accipi pene concluſio. Aranea eñ nō poteſt exire de circulo ꝯ a ſe circa eaʒ facto: immo ac ſi in quodā carcere eſſet incluſa: neceſſe habeat ibi mori. Sic vere aīa ex quo incluſa fuerit ⁊ ꝯtēta in circulo: clauſura ⁊ ambitu infernali: nō poterit ꝑpetuo exire. ſed neceſſe habeat ꝑpetuo ibi mori. Hiere. xx. Ibi morieris ⁊ ibi ſepelieris. Vel etiā ꝑ iſtum circulū intelligitur deliciaꝝ infectio ſeu diabolica ſuggeſtio q̄b9 ſi aliquis includať nō poterit ad libitū exire imo vſq; ad mortē niſi ꝑ auxiliū diuine grē extrahať. habet ibi neceſſario remanere. Vel ꝑ iſtū circulū ītelligiť clauſura dei mandatoꝝ: ⁊ etiā regulariū ſtatutoꝝ In qua ꝓcerto ſi incluſi fuerimus: exinde q̃diu viuimus egredi nō debem9. Iſte eſt eñ circul9 leonis de tribu Juda quē circa hoies fecit: ⁊ īfra cui9 ambitū oēs voluit hoies detineri: ⁊ exinde perpetuo nō exire. Patʒ ergo ꝙ eſt circulus dei ꝯditiōis. Vitalis dimenſiōis. Motalis ꝑfectionis. Celeſtis habitationis. Auſtere correctiōis. Finalis damnationis. Carnalis infectionis. Virtutis ⁊ religionis ſufficit.

**Circuire. Circuitus.** Nota ꝙ circuire idē ē qd̄ circa ire. Cōponiť eñ a circū: ⁊ ab eo is it ⁊c. Et ē circuire G
idē qd̄ diſcurrere. ⁊ laborare: inq̄rere: ⁊ explorare. ꝓtegere: ⁊ defendere: ꝯcludere ⁊ vallare. Circuit eñ mercator diſcurrēdo patriā vt lucretur. Circuit leo ſiluā vt inſidieť. Circuit mur9 ciuitatē vt ꝓtegať. Circuit exercitus caſtrū vt capiať. De circuitu ergo laboris ⁊ diſcurſoris dr̃ in ps. Circuit9 ipſoꝝ labor labioꝝ ipoꝝ operiet eos. de circuitu inſidioſe exploratiōis dr̃. j. Pet. v. Leo rugiēs circuit q̄rēs quē deuoret. De circuitu autē defenſiōis ⁊ ꝓtectiōis dr̃ in ps. Mōtes in circuitu ei9. ⁊ dñs in circuitu ppl̄i ſui. Poſſum9 ergo notare ꝙ ē duplex circuit9. ſ. bon9 ⁊ mal9: ꝟtuoſus ⁊ vitioſus. Virtuoſ9 eñ circuit9 eſt qñ hō in bonis oꝑib9 ⁊ virtutibus diſcurrit. circuit ⁊ laborat. Sicut enim ſtelle fixe non ceſſant circa ſtellā immobilē q̄ dicit polus artic9 ꝯtinue circuire. Sic ꝓcerto boni xp̄iani ī bono ſtabiles atq; fixi, non debent ceſſare circa polum articū. i. circa ipſū deum immobileʒ: īuariabilē ⁊ eternū circuire ⁊ diſcurrere: per

Ayuntamiento de Madrid

verbis aduerte ꝙ cilicium pnīe debet ſecū habere carnis afflictionem. Cilicio. Mortis punitionem. Cinerem. Mentis deiectionē. Proſternēs ſe. Uocis orōnem. Clamauit ad dn̄m. penitens em̄ ⁊ penitentie cilicio indutus debet carnem affligere. Aſperis ictibꝰ. Mortem attendere. tremulis viſceribꝰ. Mentē deijcere. Factis humilibꝰ. deum requirere verbis ſupplicibus. Iſte ergo: carnē pūgat penaliter. Cilicio. Mortem cernat ſubtiliter. Cinere. Mentē ſternat humiliter. proſternens. Deum oret ſuppliciter. clamauit.

B ¶ Debet enim fieri pnīa cum carnis mortificatione. Cum mortis conſideratione. cum mentis humiliatione. Cum vocis pronunciatione. Habeamus ergo carnis mortificationem. ⁊ hoc oſtenditur cū dicitur Induit ſe cilicio. Cilicium em̄ eſt veſtꝭ aſperrima ⁊ pūgitiua. que cōponitur ex pilis caprarū: ſignat carnis mortificationem ⁊ virtutem penitentie: quam capra i. fetor peccati cauſat ⁊ introducit. Iſta em̄ animales motus ⁊ carnem molem mortificat atq; pungit. Un̄ Judith. viij. Habens ſuper lumbos ſuos cilicium: ieiunabat oībus diebꝰ vite ſue. Pnīa enim carnem pūgit. ſicut enim ſal habet carnes vrgere ⁊ a vermibus ⁊ putrefactione ſeruare. Sic procerto cariſſimi. ſal. i. acredo pnīe carnes nr̄as mortificat atq; ſalit: ipāmq; a vermibꝰ malaꝝ cogitationum ⁊ putrefactione malarum delectationum liberat ⁊ cuſtodit. Talibus cilicijs ſolebāt indui ⁊ operiri altaria. in. xl. Saccis etiā cilicinis operiebatur antiquitus tabernaculū federis ad denotandum ꝙ nos eccleſiaſtici ſpiritaliter debemꝰ eē ſaccis cilicinis. i. aſperitate pnīe velati. Tren̄. ij. Conſperſerunt cinere capita ſua. induerunt ſe cilicijs. Quod vtiq; eſt contra multos q̄ procerto nō portant hodie veſtes cilicinas. i. penitentie aſperitatem: ſed habent potius veſtes molles ⁊ peregrinas. i. deliciarum corꝑalium voluptatem. Contra quos dicit̄. Mal. j. Uiſitabit dn̄s ſuper omnes q̄ induti ſunt veſte peregrina. Iſti potiſſime ſunt hypocrite: qui exterius portant cilicium non interius: q2. ſ. exterius pretendunt aſperitatem: interius autem carnalitatem: quibus precipit̄ in lege. Deut. xxij. Nō indueris veſte lana linoq; contexta. In tali em̄ veſte lana q̄ exterius apparet: ſignat pnīam: linū vero qd̄ interius latitat ſignat interiorem voluptatem. Non ſic ergo: ſed habeamus ciliciū. i. carnis mortificationem. Apoc. vj.

C Sol factus eſt niger tanq̄ ſaccus cilicinus. ¶ Secūdo dico: ꝙ nos debemus habere mortis cōſideratiōeꝫ qd̄ oſtendit̄ cū dr̄. ꝙ aſperſit cinere caput ſuū. Caput enim mentis noſtre debemꝰ cinere noſtre finalis reſolutionis aſpergere: videlꝫ ipſam continue cōſiderādo ⁊ in ipſa continue meditando. Unde Jone. iij. dr̄: ꝙ rex audita ſubuerſione niniue: deſcēdit de ſolio ſuo indutus eſt ſacco ⁊ ſedit in cinere. Ut em̄ dicit. Plin. li. xix. ca. j. Si aſpis hominem momorderit: ſtatī vertitur in ſoporē. Cinis aūt muſtele cōbuſte ſi cū aqua ſumatur patientem excitat a ſomno ⁊ liberat a veneno. Sic vere cariſſimi a ſomno delectatiōis quā morſus aſpidis. i. tentatio demōis introducit: ſolet cinis muſtele cōbuſte. i. cōſideratio mortis ⁊ incineratio nis carnis noſtre mirabiliter excitare: ⁊ a peccati veneno ſalubriter liberare. Eccli. vij. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua ⁊ ineternum non peccabis. Quod potiſſime tunc eſt verū qn̄ dicto cineri. i. dicte memorie aqua pietatis ⁊ miſericordie eſt admixta. Tali em̄ cinere aſpergunt pauci hodie capita ſua: q2 reuera pauci ſunt q̄ mortis cogitant reſolutionem. Iſti potiſſime ſunt diuites ⁊ carnales a quorū oculis mundi delicie: eminentie: ⁊ diuitie mortis memoriam abſtulerunt. Sunt em̄ ſimiles lignis ſethī que neq; poſſunt cremari neq; incinerari. Iſti em̄ ſemper ſperāt ſe victuros: nec vnq̄ cogitant ſe in cineres vertendos. Un̄ Tren̄. j. Sordes eius in pedibus eius nec eſt recordata finis ſui. Quia enim in pedibus affectionis talium ſunt ſordes diuitiarum ⁊ deliciarū finis ſui nunq̄ recordantur. ⁊ ideo nō mirū ſi a morte preueniuntur: ⁊ ſi adueniente morte ſubito conturbantur. Iſti enim debent audire cōſilium Senece dicētis in quadam epiſtola. Mortem vt nunq̄ timeas ſemper cogita. Job. xvj. Operuit cinere carnem ſuam Unde Treno. ij. Conſperſerunt cinere capita ſua virgines hieruſalem accincte ſunt cilicijs. Habeamꝰ igitur mortis cōſiderationem.

D ¶ Tertio dico. ꝙ nos debemus habere ⁊ querere mentis humiliationem: qd̄ oſtenditur cum dicitur. Proſternens ſe. Quando em̄ aper hominem perſequitur: tutum remediū eſt: aut in arborem aſcendere: aut ſe ad terrā proſternere: tūc enim aper nō poteſt nocere. Sic reuera chariſſimi cōtra tentationem ⁊ perſecutionē diaboli ſeu apri: duo tuta remedia nobis dantur. ſ. vt arborē crucis per deuotionem aſcendamus: ⁊ eidē per fiduciā inhereamꝰ aut ad terrā per ſubiectionem ⁊ humilitatē nos mentaliter proſternamus. Iſte em̄ ſpiritualiter ad terram proſternitur qui ſe inferiorem cogitat atq; credit: ⁊ ſe calciari: contemni ⁊ ab alijs vilipendi dimittit. De tali proſternatione ⁊ ſubiectione loquit̄ ſcriptura. Thobie. xij. Proſtrati in faciem benedixerint deum. Sed pro certo pauci ſunt hodie qui ſe per humilitatē proſternant. Multi vero qui ſe per ſuperbiā erigāt atq; leuant: ſicut ſunt preſumptuoſi ⁊ ambitioſi: quibus in perſona dathan ⁊ abiron ⁊ ſue congregationis dicitur Numeri. xvj. Multū erigimini filij Leui. Iſti em̄ filij leui de quibus loquitur erant valde preſumptuoſi. Preſumebant enim ſe eſſe dignos ſacerdotio: erāt enim valde ambitioſi: quia etiam ad ſummum ſacerdotium anhelabant: quapropter moyſi ⁊ aaron inuidebant: ⁊ ad eorum mandata venire contemnebant: quos vtiq; deꝰ nō ſuſtinens. fecit eos viuos abſorberi ⁊ integros ab inferis deglutiri. Pro certo chariſſimi multi ſunt hodie tales qui ad ſacerdotia: dignitates: ⁊ officia ambiunt ⁊ anhelant: ⁊ ideo in ſuperbiam eriguntur contra moyſen ⁊ aaron. i. contra bonas pſonas per fraudes atq; malicias machinantur: et ideo a terra finaliter deglutiūtur: inquantū pro huiuſmodi ambitione eternaliter punientur. Ideo dicitur Deuteronomij. xxxij. Aperta eſt terra ⁊ deglutiuit dathan ⁊ operuit ſuper congregationem abyron. Non ſic ergo chariſſimi: ſed habeamus mētis humiliationem. Unde de rege humiliato dicitur. iiij. Reguꝫ. vj. Uidit populus cilicium quo rex indutus erat ad carnem. Et de Achab humiliato dicitur. iij. Reguꝫ. xxj. Operuit cilicio carnem ſuam.

E ¶ Quarto dico ꝙ requiritur ꝙ habeamus vocis pronunciationem ſeu etiaꝫ orationem quod oſtenditur cum dicitur. Clamabat ad dominum. Clamat enim ad ipſum qui deum adorat: qui deum laudat: qui deum cogitat: qui deum honorat. Sicut enim pulli in nido clamant ad matrē vt cibum recipiant: pueri verberati clamāt ad matrē vt ictus euadāt. Sic nos q̄ in nido huius mūdi tribulationibꝰ varijs verberamur: multis indigētijs flagellamur: debemus ad deū clamare ⁊ ipſius miam iplorare ps̄. Ad dn̄m cū tribularer clamaui. Elephas cadens ad terrā cū ꝑ ſe ſurgere neq̄at altiſſime barrit et clamat: ⁊ ꝑ talē clamorē ſocioꝝ ſuoꝝ adiutoriū inuocat ⁊ iplorat Sic ꝓ certo chariſſimi ſi ꝑ pctm̄ a ſtatu gr̄e cadimꝰ: ſi etiā ꝑ infortuniū a ſtatu ꝓſperitatis decidimꝰ: neceſſe eſt vt ꝑ clamorē orōnis: cōfeſſionis: ⁊ gratiarū actiōis dei ⁊ ſanctoꝝ auxiliū imploremꝰ. Clamauit inq̄t ad dn̄ꝫ. Hiere. xxxiij. Clama ad me ⁊ exaudiā te: ⁊ annūciabo tibi gaudia. Sed ꝓ certo chariſſimi multi ſunt hodie q̄ in tribulatiōibus ſuis nō clamant ad dn̄ꝫ ꝑ deſꝑationē: vtpote ſunt iracūdi: furioſi: ⁊ blaſphemi q̄ in ſuis tribulationibꝰ ad deū nō clamāt: ſꝫ ipm̄ blaſphemāt nō deū ꝓcant̄: ſꝫ cōtra ipſum murmurāt ⁊ loquunt̄: nō deo regratiant̄: ſꝫ turpit̄ iurādo ipm̄ offendere nō verent̄. Nō ſic ergo chariſſimi ſꝫ ad deū penitēdo clamamꝰ. Eſa. xlix. Accingite vos cilicijs: plāgite ⁊ vlulate: igit̄ habeamꝰ vocalē orōnē:

Ayuntamiento de Madrid

Mentalem ſubiectionem. Moꝛtalē preuiſionē. Carnalē afflictionē. Et ſic habebim⁹ ciliciū ſpūale.i.carnis moꝛtificationē ⁊ aſperitatē. Sufficit de cilicio ⁊c.

A **Cingulum.** Nota ꝙ cingulum. zona ⁊ baltheus ꝓ codē ſupponūt in ſcriptura. Et eſt cingulū illa coꝛrigia qua qs ſtringit̄ vel ligat̄. et poteſt ſignificare in bono vel in malo. In bono eñ ſignat caſtitatē ⁊ ꝯtinentiam. In malo autem

B ſignat parcialitatē ⁊ auariciā. Et ideo quātū ad pñs multiplex bonum cingulū poſſum⁹ diſtinguere. Eſt enim cingulum caſtitatis. cingulum honeſtatis. cingulum caritatis. cingulum dignitatis. Uel diſtingue aliter ꝙ inuenit̄. Cingulum in pectoꝛe.i.circa coꝛ. Cingulum in iecoꝛe.i. circa ventrē. Cingulū in femoꝛe.i. erga renes. cingulū in gutture.i. circa collū. cingulū in coꝛpoꝛe. Cingulum pectoꝛis eſt ſapientia. Iſta eñ ſtringit ⁊ cingit pectus: nec ꝑ vanos affectus ⁊ cogitatus vltra dimittit dilatari. Iſto cingulo p̄cinct⁹ erat filius hominis. Apoc.j. Pꝛecinctus erat zona aurea circa pectus ſuū. Pectus eñ vbi eſt coꝛ ſignat rōnē. Cingulū iecoꝛis: eſt abſtinentia. que.ſ. ſtringit ⁊ cingit ventrem: ne per guloſitatem nimium aperiat̄. De hoc cingulo dicitur. Succinti lumbos mentis veſtre ſobrij ⁊ perfecti ſperate in dño. Cingulum femoꝛis eſt continentia que ſtringit ⁊ cingit renes: ne per carnalitatē ipſoꝝ deſideriū euagetur. Uñ Eſa.v. Non doꝛmitabit neq₃ doꝛmiet. nec ſoluet̄ cingulū renū eius. Iſta eſt zona linea vel biſſina qua in antiqua lege p̄cingi ſacerdotes iubebant̄. De qua Ezech.xvj. Cinxi te biſſo calciaui te hiacyntho: īdui te ſubtilib⁹: oꝛnaui te oꝛnamēto. Uide iſtā autoꝛitatē ꝓſecutā alibi ī hoc ope. Cingulum gutturis eſt obedientia: qua.ſ. collū.i. erectio vanitatis noſtre ſtringit̄: ⁊ cingit̄: ne ꝑ ſupbiam eleuetur. De iſto dicit̄. Joh. vlti. Petre: cum eſſes iunioꝛ cingebas te ⁊ ꝑgebas quo volebas. nūc aūt alius te cinget ⁊ ducet te quo tu non vis. Tali cingulo p̄cinxit ſe xp̄s volens pedes diſcipuloꝛū lauare. Joh xiij. Cingulū in toto coꝛpoꝛe eſt cingulum honeſtatis ⁊ iuſticie: quo homo ſtringit̄ vt decentius adoꝛnet̄: ſicut Exo.ij.xxix. ⁊ etiā xxxix. precipit̄: ꝙ filij aaron miniſtraturi haberent cingulum de biſſo retoꝛta Eſa.xj. Erit iuſticia cingulū lūboꝝ eius. Et ſic patet quadruplex cingulū virtuoſū. Sed adhuc dico ꝙ inuenit̄ duplex cingulum vitioſum.ſ. cingulum cupiditatis. Cingulum penalitatis. cingulo cupiditatis ligantur auari. Uñ iſte ſicut dicit̄ Eccli.xxxiij. Eſt quaſi ſuccinctus latere exiliens de ciuitate. vñ de angelo dicit̄. Ipſe obuiauit aſine in anguſtijs duarum macceriaꝝ ꝗbus vinee cingebantur. Nume.xxij.⁊c. Cingulo penalitatis ligant̄ damnati: ꝯcoꝛda ſi vis. Uide vbi accingere. vbi alligare vbi zona vbi ligamentum ⁊c.

A **Cinis.** Cinis ſm Iſid. eſt puluis vi caloꝛis de terre ſubſtantia reſolutus. Et dicit̄ cinis a cadendo. eo ꝙ a re combuſta poſt humoꝛis ꝯſumptionem cadat: ſuꝑ oīa autem cinis vilem habet coloꝛem. et hꝫ cinis ſapoꝛē ſtipticū ⁊ amarū. Et ſm iſta per cinerem moꝛaliter poteſt intelligi carnis finalis reſolutio Penitentie caſtigatio: qꝛ eñ caloꝛ naturalis ⁊ innaturalis ꝯtinue agit in humidū neceſſe habet finaliter ipſum ꝯſumere: ⁊ ſic coꝛpus in cinerem ⁊ puluerē reſoluitur: ⁊ a vita iſta in terram cadere ⁊ recedere cōpellit̄: que reuera tunc tꝑis in coloꝛem turpiſſimū cōmutatur. Sap.ij. Cinis extinct⁹ erit coꝛp⁹ nr̄m. Iſta etiā amara dꝛ: qꝛ ſicut dꝛ Eccli.xlj. O moꝛs ꝗ amara eſt memoꝛia tua. Generaliter ergo ꝑ cinerem pōt intelligi penitentie amaritudo: vel finalis reſolutionis memoꝛia denotari. Cinis eñ eſt illd̄ qd̄ remanet a re combuſta poſt combuſtionem. Et ſic ſignat memoꝛiam moꝛtis vel peccati: que poſt combuſtionem moꝛtis. vel poſt conflagrationem penitentie vel cōtritionis debet ſemper in coꝛdibus noſtris remanere. Job. xiij. Memoꝛia veſtra comparabitur cineri. Nota Leuiti.vj. precipitur ꝙ cinis qui remouebatur de altari debebat reponi in loco mūdo ad oꝛientem. In quo deſignatur: ꝙ cinerem reſolutionis noſtre ſemper debemus in loco mundo ideſt in coꝛde puro per iugē memoꝛiā reponere ⁊ reſeruare. Iſta enim ſunt que ſumme mouent hominem ad humilitatem: ⁊ ad contemnendū mundi vanitatē ſcilicet conſideratio ⁊ memoria moꝛtis ⁊ preteritoꝛum peccatoꝛum. Pauo enim videns pulcritudinem plumarum ſuarum dicitur ſuperbire ⁊ plumas ipſas in altum erigere ⁊ leuare: quādo vero pedes ſuos cinereos ⁊ defoꝛmes cōſpicit: tūc pꝛe triſticia plumas ſuas quas erexerat deponit. Sic vere cariſſimi: ſi nos ꝓpter plumaꝝ noſtraꝝ.i. virtutum ⁊ gratiarum ⁊ noſtrarū diuitiarum vel temporalium amicoꝝ. aliqualiter ſupbimus: non reſtat niſi ꝙ pedes noſtros cinereos.i. finalem reſolutionem: ⁊ incinerationē coꝛpis noſtri: ⁊ etiam aīe noſtre q̄.ſ. ꝓpter peccata niſi purgentur cremabunt̄ ⁊ incinerabunt̄ in inferno. Reſpiciamus ergo hec ⁊ ꝯſideremus qꝛ vere tunc tēpꝛis faſtum omnem ſuperbie deponemus. Ut eñ dicit Hiero. in quadā epl'a. Memento moꝛtis tue ⁊ non peccabis qꝛ qui ſe moꝛiturum quotidie recoꝛdat̄. vilipendit pꝛeſentia: accelerans ad futura. De talibus ergo cineribus loquit̄ ſcptura. Heſter.xiiij. vbi dicit̄. Hō heſter regina fletibus ⁊ luctui apta veſtimenta ſuſcepit. ⁊ pꝛo vnguentis varijs cinere impleuit caput. ⁊ humiliauit coꝛpus ſuum ieiunijs. In quibus verbis aduertere poſſumus: ꝙ cinis coꝛpoꝛalis triplicem habet ꝓpꝛietatem. Cinis enim habet Uirtutem ſoꝛdium ablutiuam. Uirtutē igniū ſeruatiuam. virtutem carniū coꝛroſiuam:

B ¶ Cinis eñ ſolet de veſtib⁹ ſoꝛdes abſtergere. Solet in domib⁹ ignē contegere. Solet in carnibus humoꝛes rodere. Sic vera cariſſimi facit per omnia cinis ſpūalis.i. penitentie moꝛdificatio: vel peccatoꝝ cogitatio ſeu finalis reſolutionis meditatio. Iſta enim ſoꝛdes pꝛauitatis ſolet expirare. qd̄ oſtenditur cū dicit̄. Fletibus ⁊ luctibus ignem caritatis ſolet conſeruare. qd̄ oſtēditur cū dꝛ. Ueſtimenta que.ſ. conſeruāt caloꝛem. Carnis voluptates ſolet macerare: qd̄ oſtenditur cum dicitur. Coꝛpus ſuū humiliauit ieiunijs. Dico igitur pꝛimo ꝙ iſte cinis ſolet abſtergere feces pꝛauitatis. ſcꝫ vitia ⁊ pctā. Sicut eñ cinis coꝛpoꝛalis qñ de eo fit lixiuia: ſoꝛdes ⁊ maculas veſtium lauat ⁊ abſtergit. Sic vere qñ ex cinere cōſiderationis fit lixiuia lachꝛymaꝝ ⁊ cōpunctionis. tunc a mente ſoꝛdes peccatoꝛum abluūt ⁊ etiā abſtergunt̄. Quod oſtendit̄ cum dꝛ. Fletibus. Fletus enim ⁊ lachꝛyme lauant mentem a vitijs ⁊ peccatis. ps. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lachꝛimis meis. Unde de tali cinere ⁊ de tali fletu dicit̄ Job.xvj. Operui cinere carnem meā: ⁊ facies mea intumuit a fletu. Iſtud figuratur in cinere vitule: de qua dicitur. Hebꝛeo.ix. Cinis vitule aſperſos inquinatos purificat ad emūdationem carnis. Sicut enī dicit Conſtantinus. Argentum viuum cum cinere ſalicis coꝛpus a pediculis mundat. qd̄ etiam facit vt dicit idem. Cinis plumbi vſti mixtus cum oleo ⁊ aceto. Sic vere cariſſimi cinis humilitatis: vel cōſiderationis moꝛtis et peccatoꝛum: ſcilicet cum argento viuo ideſt cum eloquentia confeſſionis. cū aceto ideſt cū acredine contritionis: cum oleo: ideſt cum plenitudine compaſſionis miſceatur: tunc vermes ⁊ pediculos mētis noſtre: ideſt vitia ⁊ peccata mūdificabit et tollet. Cinis ergo iſte ſolet abſtergere feces pꝛauitatis. Fletibus inquit vnde ps. Cinerem tanquam panem manducabam ⁊ potum meum cum fletu miſcebam.

C ¶ Secundo dico ꝙ iſte cinis ſolet accendere ignem caritatis. Cinis enim ſuper omnia ſeruat ignem ne extinguatur. Sic vere conſideratio moꝛtis: ⁊ humilitas optime ſeruat in noſtris coꝛdibus caritatē: quod oſtenditur cum dicitur. ꝙ Heſter aſſumpſit veſtimēta. Ueſtimenta eñ caloꝛem nutriunt et augmentant. Dicit enim Iſido ꝙ cinis iuniperi ſeruat ignē grecū inextinguibilem. Sic ꝓ certo cinis.i. moꝛtis memoꝛia ſeruat ignem

yvuelue antes dos ojas

Ayuntamiento de Madrid

rere: per deuotionem τ dilectionē: p cōtemplationem p obedientiā τ subiectionē: τ per diligentiam τ boni opis executionem. Et ſic poterit cuilibet dicere illud. Cañ.iij. Surgā τ circuibo ciuitatē querā; quē diligit anima mea. In quibus verbis poſſumus aduertere: ꝙ quatuor modis debemus circa res circuire. Circuire B eñ debemus Celum per affectionem: cū dr. Surgam. Mentem p diſcuſſionem: cum dicitur. Circuibo ciuitatem. Mundum p laborem τ diſcurſionē cū dicitur Queram. Deū per amorē τ deuotionē. cū dicit. Quē diligit anima mea. Circuit nanꝙ. Affectio celu; : vigoroſo paſſu. Surga;. diſcuſſio mente timoroſo greſſu. Circuibo ciuitate;. Diſcurſio mundi doloroſo tractu: p vicos. Quera;. Deuotio ad deū amoroſo tactu Quem dili. anima mea. Affectio eñ dȝ circuire celum τ ſuperiora ipſa deſiderando. Diſcuſſio debȝ circuire mentem τ interiora ipſa conſiderando. Diſcurſio dȝ circuire mundum τ inferiora laborando. Deuotio dȝ circuire deum τ vtiliora ad ipſum reccurrendo. Dico ergo primo ꝙ circuire debemus celū τ ſuperiora cum deſiderio τ affectione: τ hoc oſtenditur: cū dicit. Surgam. Surgere eñ nihil aliud eſt ꝙ de amore temꝑaliū ad amorem celeſtiū nos trāſferre. Sicut eñ dicūt doctores: τ patet ad ſenſum. Lepus nunꝙ currit directe contra vallē: qȝ propter crurium anterioꝝ breuitate; poſſet valde faciliter corruere. Et idō ſi neceſſe habet ad vallem deſcendere ſemꝑ nitit circuire circa montē Circūeundo eñ montē non conſueuit cadere. ſȝ ſemꝑ añ canes velociſſime currere τ ab eoꝝ morſibus ſe ſaluare. Sic reuera cariſſimi ſi nos aliꝗ neceſſe habuerimus ad vallem. i. ad mūdi negocia deſcendere: ad illa non debemus directe. i. cū impetu τ ꝯplacentia currere ſeu animū inclinare: qȝ currēdo ad valle; negocioꝝ mundi: faciliter corruimus per peccatum. De hoc dicit. Timo. vj. Qui volūt diui. fieri inci. in laqueu; τ in tētā ē dyaboli Quid ergo neceſſe ē nobis. ꝑcerto nos debemus ad iſtam vallem. i. ad mundi negocia nō ita directe ſeu affectuoſe deſcendere: currere: vel ambire. Quia ſicut dicit Eſa. xxx. Ue qui deſcēditis in egyptū immo circa montem paradiſi τ circa bona celeſtia et eterna debemu; p ꝯtemplationem τ affectionem continue circuire. Ut ſibi dicatur illud Eccl. xxiiij. Gyru; celi circuiui ſola. Sic eñ currendo τ circuendo non cadimus in peccatum: ſed a canū morſib⁹. i. a demonū tentationib⁹ nos ſaluamus. Surgam inqt. Mich. ij. Surgite τ ite qȝ non habetis hic requiem. De tali circuitu: dr Eſa. lx. Leua in circuitu oculos tuos τ vide. Iſta tñ ſunt ꝯtra cupidos τ auaros. ꝗ reuera nō circūeunt celeſtia: ſed terreſtria: non paradiſum ſed ſeculū non ſupiora ſed inferiora: qđ pꝫ: quia non ceſſant de loco ad locū: de ſtatu ad ſtatum: de beneficio ad bñficium circuire. Nullo eñ ſtatu τ gradu poſſunt ꝯtentari: ita ꝙ bene pñt dicere illud qđ dixit ſathan Job. j. Circuiui terram τ ꝑambulaui ea;. Nō ſic: ſed circueamus celum τ ſuperiora cu; deſiderio τ affectione. Joſue. vj. Circuite montem hiericho qui. ſ. interpretatur C luna. ¶ Secundo dico: ꝙ nos debem⁹ circuire mētem τ interiora cum ſapientia τ diſcretione: vel etiam cum diſcuſſione. quod oſtenditur: cum dr Circuibo ciuitatem. Ciuitatem enim cordis noſtri debemus circuire ipſam ꝯſiderando: ſtatum ſuum meditando et cogitando Et ſi fuerit peccatoꝝ ruinis diſſipata per pniam recuperando. Aranea enim diligentiſſime circuit telam ſuam. τ ſi ibi aliquid fractū inuenerit: ſtatim ad reparatione; intendit. Sic ꝑcerto telā cordis noſtri ſemꝑ diſcutere τ circuire debemus. τ ſi aliqua; fracturam ibi inuenerimus: ſtatī ad repatiouē ſpūalē laboremus. Fūdibularius circulat τ in circuitu vertit lapidē quem alte cupit ꝓijcere: templū etiā circuit qñ ab epo ꝯſecratur. Sic vere anima que ſe in deum vult iacere: τ ſe ad eū ꝯuertere: τ ſe ei conſecrare τ dedicare: debet ſeipſam circuire τ ſe in ſe reducere: τ interiora ſcrutādo ab exterioribus ſe retrahere τ arcere. Hic re. v. Circuite vias ierlm τ aſpicite τ cōſiderate. Cōſcientia enim debet eſſe in mente: ſicut eſt in abbatijs ille qui dicitur pſcrutator. gallice la ſerche. qui ſcȝ in ſero officinas circuit cum candela vt videat ſi lateret aliquid quod nō deceat. Sic cōſcientia cū candela diſcretionis in abbatia cordis debet oia circuire. Eccli. xij. Circuibunt in platea plangentes. Circuibo ergo ciuitatem: et hoc eſt quod precipitur Eſaie. xxiij. Circuiuit ciuitatem meretrix obliuioni tradita: ſume citharā: frequēta canticū: vt memoria ſit tui. Hec meretrix eñ eſt anima peccatrix ꝗ multis mūdi voluptatibus eſt infecta. Et ideo a deo reputatur derelicta et oblita. Et propter iſta debet ciuitatē cordis ſui circuire per contritionem τ diſcuſſionē: debet cytharā ſua; ſumere. i. carnis maceratione τ afflictionē: debet etiā frequentare canticū per confeſſionem τ orationem: et ſic a deo recordabitur: τ ad gratiam priſtina; reducet per virtutū reſtitutionē. Circuibo ergo ciuitatē. Unde Hiere. v. Circuite vias hieruſalem. Circueam⁹ igitur mentem noſtrā cū diſcuſſione. ¶ Tertio debem⁹ D circuire mundum iſtum cū bona operatione. Querā inquit. Sicut enim canis nobilis non ſolet ceſſare diſcurrere τ circuire donec predā inuenerit quam querit Sic nos in nemore huius mūdi nō debemus quieſcere vel ceſſare: ſed per obedientiā τ ſubiectionē: τ p boni operis executionem debemus diſcurrere τ circuire: vt queramus predā paradiſi. i. gratiā in preſenti per ſpem: τ ibi in futuro inueniamus per gloria; τ ſpem. Queramus inquit Eſa. lv. cap. Querite dominu; dū inueniri poteſt. Et Coll. iij. Que ſurſum ſunt querite. vbi xps eſt in dextera dei ſedens. Talem circuitum faciebant antiqui ſancti qui mūdū circuibant. Quidā nemora frequentādo vt heremite. Quidā maioribus obediendo vt religioſi. Quidā ſemen doctrine ſeminādo: vt apli. Quida; actus militares pro fide τ iuſticia exercendo: vt Machabei. Quidā negocia reipublice gubernādo: vt boni prelati. Quidam de actiua ad cōtemplatiuam: τ de contemplatiua ad actiuam ſe trāſferendo: vt viri perfecti. De iſtis ergo circuitibus dicitur Hebre. xj. Circuierūt in melotibus τ in pellib⁹ caprinis. Egentes: anguſtiati: afflicti quibus dign⁹ nō erat mūdus Circuitus autem iſte. ſ. bonorum operu; τ maxime diligentie potiſſime pertinet ad prelatos ꝗ ſ; per diligētem inueſtigationem debent mores ſubditorum τ commiſſa ſibi negocia circuire: exemplo illius ſummi ſacerdotis Eliachim. de quo Judith. iiij. Eliachim ſacerdos magnus circuibat omnem iſrael: allocutuſꝗ eſt eos τc. Circuire eñ debet.

| | |
|---|---|
| Ut corrigat | Corrigat primo delinquentes. |
| Ut dirigat. | Dirigat oberrantes. |
| Ut erigat. | Erigat deſolatos. i. deſperātes |
| Et vt porrigat. | Porrigat ſcȝ elemoſynas τ nu |

triat indigētes. Eccli. j. Luſtrās vniuerſa in circuitu pergit ſpūs. i. ſpūalis. Circueamus igit mūdum τ inferiora cum bonis laboribus et diſcurſione. Queram inquit Sapientie. viij. Circuibam querens vt ſumerem eam. ¶ Quarto dico ꝙ debemus circuire deum E et vtiliora cū veri amoris deuotione: qđ oſtēditur ibi Quem diligit anima mea. Apes enim regem ſuū diligunt. Et ideo exercitus apum ſemper conſueuit regem ambire et circuire: et ſe ad eius obſequium promptum τ paratum exhibere Sic vere chariſſimi exercitus fidelium debent regem ſuum chriſtum diligere et ipſum per deuotionem τ amorem continue circuire τ ſe ad eius ſeruitium et mandatum promptos et vigiles exhibere. pſalmus. Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis. Et Matth. xxij. Dilig. s dñm deum tuū. Tales potiſſime debēt eſſe eccleſiaſtici. quia ſcilicet deum circueunt in officio miniſtrando. Juxta illud pſalmiſte. Lauabo inter innocentes manus meas: et circuibo altare tuum domine. Sic debent eum circuire per deuotionem et contemplationem frequentando: vt ſic

Ayuntamiento de Madrid

ſinaliter ſint in paradiſo in circuitu eiꝰ ſibi pn̄tialiter aſſiſtendo. Ita ꝙ de eis poſſit dici illud. Filij tui ſicut nouelle oliuaꝝ in circuitu menſe tue. Et merito nos debemus eſſe in circuitu eius: qꝛ reuera ipſe ⁊ angeli eius ſemꝑ ſunt in circuitu nr̄o. parati. ſ. nos iuuare et defendere ſi voluerimus ꝓmereri. ps. Montes. i. angeli. in circuitu eiꝰ. ⁊ dn̄s in circuitu ppl'i ſui ⁊ Zach. ij. Ipſe dicit de quolibet iuſto. Et ero ei murus igneꝰ in circuitu: ⁊ in gloria ero in medio eius. Ipſe enim fecit magnū circuitum de celo ad terram deſcendendo ⁊ iterū reuertendo. Eccl'. j. Oritur ſol ⁊ occidit: ⁊ ꝑ circulos ſuos reuertit luſtrās vniuerſa in circuitu. Item per terram vndiqꝫ diſcurrendo ⁊ p̄dicādo. Math. iiij. Circuibat ieſus totam galyleam docēs in ſinagogis. Item nunc circuit ſi quis ſe dignos inuenit perquirēdo. Sapieñ. vj. Dignos ſeipſa circuit querens. Circuit etiam ſuos ꝓtegendo. ps. Angelꝰ domini in circuitu timentiū eum. Finaliter autem ipſos circuibit premiando ⁊ remunerando. vn̄ illud p̄dictum. Dominꝰ in circuitu populi ſui. Patet igitur cariſſimi ꝙ eſt.

Circuitus.
Amoris ⁊ dilectiōis.
Laboris ⁊ vexationis.
Meroris ⁊ ꝯtritionis.
Honoris ⁊ ꝑlatiōis.

Et ſic bn̄ dicitur. Et circuibo ciuitatem. querā queꝫ diligit anima mea. Quilibet ergo bonus debet tales circuitus facere ⁊ a bono circuitu non ceſſare. Eccl'. j. Luſtrās vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus. Iſte eſt ergo circuitꝰ
f multiplex virtuoſus. ¶ Sed adhuc dico: ꝙ eſt multiplex circuitus vitioſus. Eſt enim.

Circuitus detractoꝝ.
Circuitus exactoꝝ.
Circuitus deceptoꝝ.

Detractores. n. ſunt ſicut lupus qui de nocte circuit mare vt piſces inueniat quos māducet: qđ verum eſt ſm̄ Pli. de quibuſdā lupis qui comedēdo piſces delectāt. Et ideo ſi piſces nō inueniūt ad comedenduꝫ: ad illa vilia que de rhethibꝰ ſuis piſcatores eyciūt ſe ꝯuertunt; ⁊ etiā ad deuorandū ipſa rhetia multotiens animantur; vt dicit ideꝫ. Sic ꝓ certo detractores qui piſces. i. bonos ⁊ deuotos viros ſemꝑ nitunt dente detractionis lacerare mare huius vite non ceſſant hodie circuire. ſ. explorādo ⁊ inueſtigādo cōditiones ⁊ mores alioꝝ hoiꝫ: rhete em̄ vite bonoꝝ dentibus deuorant: ⁊ ſi quicqđ ibi vile ⁊ defectuoſum inueniunt: illud verbis ſuis detractorijs in ore recipiunt ⁊ manducant. Detractio eniꝫ ⁊ inuidia paſcitur alienis malis. ſicut adulatio alienis bonis: vn̄. ij. Thimo. v. Ocioſe diſcūt circuire domos: non ſolum ocioſe ſed etiam verboſe ⁊ curioſe loquentes q̄ non oportet. Hic eſt ergo circuitus detractoꝝ. vn̄ boni poſſunt dicere detractoribus illud ps. Audiui vituperationē multoꝝ cōmorātiū in circuitu

G ¶ Secundus eſt circuitus exactoꝝ. Exactores enim raptores vſurarij Auari non ceſſant perambulare: diſcurrere ⁊ circuire tam per ſe q̄ per ſuos: quō poſſint homines excoriare vel ſpoliare vel in ſuis ꝯtractibꝰ irretire. Auari em̄ ⁊ aduocati ſunt ſil'es vrſo: q̄ circa ſtipitem cui alligat circuire non ceſſat ſed ꝓpter hoc de cathena ſua non ſoluit: ſed quantomagis circuit tātomagis in cathena ſua fortius inuoluit. Sic vere cariſſimi auari circa ſtipitem diuitiaꝝ ⁊ poſſeſſionum ſuarum q̄bus cū cathena auaricie ſunt ligati non ceſſant circuire ⁊ diſcurrere ⁊ laborare. ſ. de mercato ad mercatum: de placito ad placitum: de foro ad forum: deambulareq̄. nunq̄ tamen a cathena auaricie: ꝓpt hoc liberant: ſed quanto ꝓlus viuūt ibi amplius inuoluunt. De talibus videt loqui dauid dicens in ps. In circuitu impij ambulant. Balliui etiam raptores ſunt ſil'es leoni q̄ non ceſſat circuire ⁊ diſcurrere: vt p̄dā quā rapiat valeat inuenire. Quia reuera iſti circueunt q̄rūt ⁊ inueſtigāt: quō occaſionē inueniāt rapiēdi: excoriandi ⁊ pecuniam a ſubditis exigendi. j. Pet. v. Aduerſarius veſter tanq̄ leo rugiēs circuit querēs quē deuoret. Iſte eſt etiā circuitus dyaboli q̄ circuire non ceſſat vt aīas nr̄as temptet ⁊ damnet. Hic eſt ergo circuitus exactoꝝ. Unde de circuitu tyrannoꝝ et demonum poteſt dici illud Hiere. xxj. Chaldei obſident nos in circuitu. Uide ſupra quō dicunt chaldei.

¶ Tertio dico ꝙ eſt quidam circuitus deceptoꝝ. Circueunt em̄ ambitioſi: luxurioſi: ⁊ malicioſi. Ambitioſi enim laborant ⁊ circueūt ⁊ ꝑ varias cautelas ⁊ inductiones ꝓcreant: quō poſſint ſuperiores decipere: ⁊ per fraudes ⁊ malicias ad alicuius ſtatus apicē peruenire. H Luxurioſi etiam multos malos circuitus ⁊ labores q̄nq̄ faciunt: vt ad aliquaꝫ delectationē ꝑueniant quam intendunt. Malicioſi etiā hypocrite ⁊ heretici qui anteq̄ malū effectuꝫ ſue peruerſitatis ⁊ malicie introducunt: per multos circuitꝰ ⁊ ambitus inductiones ⁊ ſeditiones diſcurrūt. De quibus dicitur Math. xxiij. Ue vobis hipocrite ⁊ phariſei q̄ circuitis mare ⁊ aridam vt faciatis vnum ꝓſelitum: ⁊ cum factus fuerit faciatis eū filiū gehenne. Expone de hereticis ⁊ luxurioſis: qui auditores ſuos faciunt filios gehenne. Iſti em̄ ſunt ſimiles hyene: que ſm̄ Pli. Uoceꝫ humanā fingit tabernacula paſtoꝝ circuit. ipoſq̄ de nocte ſub ſpecie vocis humane ad exeundum excitat vt ipſos deuoret ⁊ conſumat. Uocē em̄ habet ita ſimileꝫ voci hominis: ꝙ pōt ī melodijs admiſceri. Sic ꝓ certo tales deceptores. ābitioſi: luxurioſi ⁊ malicioſi: nō ceſſant voces humanas fingere: id eſt verba blāda ⁊ adulatoria dicere: ⁊ per tabernacula paſtoꝝ. i. per domos ⁊ hoſpitia hominum ⁊ maxime principū ⁊ ꝑlatorū circuire. Et ſic ſolent hoies ad ſui amorē inducere ⁊ ipſos ſpūaliter deuorare. damnificare ⁊ decipere De tali ergo circuitu: dꝛ in ps. Nubes ⁊ caligo in circuitu eius. Nubes em̄ ſignat velatam fallacitatē. Caligo deceptoriam prauitatem. ps. Oēs gentes circuierūt me ⁊c. Circūdātes circūdederūt me ſicut apes ⁊c. Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Et pro certo oms iſti mali ſicut ſunt corporalit in circuitu ⁊ in motu ita ſunt mentaliter in trāſitu ⁊ in fluxu. Qui em̄ rote voluenti innititur: neceſſe eſt vt cū voluente circueat ⁊ voluatur. Et ideo quia oia temporalia ſicut viſum eſt cōtinue circueūt ⁊ voluunt. non eſt mirum ſi mēs taliū qui talibꝰ innititur cōtinue ꝑ mala deſideria circuit ⁊ mutat. Solus em̄ deus mētem facit ſtabilē ⁊ q̄etaꝫ mundus vero ip̄aꝫ ponit in circuitu ſic fluxibilem et turbatam: patet qꝛ nullus talium eſt ꝯtentus bonis adeptis. ſed de vno ad aliud circuiēs ſemꝑ cogitat de habendis. Unde figuraliter iſti ſunt ſicut ventus qui circularit vadit. Ezec. j. Uentꝰ turbinis veniebat ab aquilone. nubes magna ⁊ ignis inuoluens ⁊ ſplēdor in circuitu. Oſtende quomodo dicunt ventus: turbo nubes: ignis: ⁊ ſplendor. Unum aduerte hic. Qđ ille qui diu circuiuit poſtq̄ ceſſauerit adhuc credit: ꝙ oia circueant ſicut ipſe: qđ facit motus ſpūs viſibilis qui eſt in cerebro. Sic vere mali qui ſunt in tali deſiderioꝝ fluxu ⁊ circuitu non credunt poſſibile: ꝙ aliquis careat tali circuitu ſeu motu: credūt enim oēs eſſe talibus vitijs implicatos: ſicut cōſiderant ſemetipſos. Iuxta illud Eccl'. x. Stultus autem cuꝫ ⁊ ipſe inſipiēs ſit oēs ſtultos exiſtimat. Uidetur ergo ꝙ mercatores auari ⁊ aduocati videntur ſibi diuiſiſſe orbem vnus eniꝫ circuit in vna patria: aliꝰ in alia. iiij. Regū. xviij. Diuiſerūt ſibi regiones vt circuirēt eas. Patet igitur ꝙ eſt circuitus detractorum: exactorum: ⁊ deceptoruꝫ B
Et hoc de circuire ſufficit.

## Circundare.

Nota ꝙ circundare idem eſt quod circuire. cōcludere ⁊ vallare: ligare inuoluere: ⁊ nodare. Accipitur autem in bono et in malo. In bono enim circundare ſignat conſeruationem: protectionem ⁊ repletionem. Signat dico conſeruationeꝫ et retentionem. Homo em̄ veſtimentum ſuum circundat: vt cum fortius retineat: et ne per venti violentiam ſibi cadat: et expeditius ambulet et diſcurrat. Sic vere cariſſimi: virtutes et gratias debemꝰ nobis circundare et in eis nos inuoluere: vt ipſas poſſimus ſecurius conſeruare: et
poſt chriſtum

Ayuntamiento de Madrid

poſt chriſtū in via morū currere ⁊ ſaltare vnde Actuū xij. Calcia tibi caligas tuas circunda tibi veſtimentū tuum et ſequere me. et prouerbio. vj. dicitur. Conſerua fili mi precepta patris tui: liga ea in corde tuo: ⁊ circunda gutturi tuo. ¶ Secundo ſignat ꝓtectionē ⁊ defenſionē. Ericius eīm circundatur ſpinis ne a canibꝰ mordeatur. Arbor etiam circundatꝰ cortice ne exterioribus accidentibꝰ lignū interius ledatur. Rex etiā circundatur militibꝰ vt per eos defendatꝰ ⁊ ꝓtegatur. Ciuitas etiā circundatꝰ muris ⁊ turribꝰ vt ꝑ eos tueatur Sic procerto chariſſimi nos debemꝰ circundari ⁊ vallari militia bonorū operū ⁊ virtualis ꝓbitatis. Cortice bone cōuerſatiōis et exterioris honeſtatis. Spinis penitētie et afflictione corporalis ꝓſperitatis. Muris inſuper diuine protectionis ⁊ regularis diſcipline ⁊ autoritatis. Et ſic a carnis hoſtibus ſpūalibus protegemur. tuebimur. ſaluabimur. defendemur vn̄ Mathe. xxj. Homo quidā erat pr̄familias qui plātauit vineā ⁊

B ſepē circūdedit ei. ¶ Tertio dico ꝙ circūdare ſignat cōplemētū ⁊ repletionē. vn̄ ps. Cōcidiſti ſaccū meum ⁊ circūdediſti me leticia circundediſti. i. repleuiſti ⁊c. ¶ Et adhuc nota ꝙ eccleſia circūdatur bonis paſtoribus. Innocens circundatꝰ xp̄i fauoribus. Juſti circūdantur claris virtutibus. Subditi circundātur clauſtris ⁊ legibus. Beati circundantur multis honoribꝰ Pauperes circundantur penis et litibus. Mali circundantur culpis ⁊ reatibus Damnati circundantur orci terroribus. ¶ Circundant ergo prelati eccleſiā ipſam cū diligentia gubernando ps. Circundate ſyō et cōplectimini eam: narrate in turribus eius. ¶ Itē circundat deus innocentes ipſos misericorditer protegendo. ps. Scuto circundabit te veritas eius non timebis a timore nocturno. ¶ Item circūdantꝰ iuſti virtutibus ipſas ſibi moraliter aggregando. Job. xl. Circunda tibi decorem: ⁊ in ſublimi erigere ⁊ ſpecioſis induere veſtibus. ideſt virtutibus. Iſte autē veſtes virtutum ſunt iuſticia eſa. lxj. Inaumento iuſticie circundedit me. ¶ Circundantur diſciplina ſeu mandatorum obſeruantia prouerbi. vj. Obſerua fili mi precepta patris tui. liga ea in corde tuo iugiter: ⁊ circunda ea gutturi tuo. ¶ Circundātur miſericordia. Prouerbi. iij. Miſericordia ⁊ veritas non te deſerant: circunda eas gutturi tuo. ⁊ deſcribe in tabulis cordis tui. ¶ Itē circundātur religioſi mādatis et legibꝰ: ſe clauſtri, obſeruantijs ſubijciendo. ezech. iiij. Fili hominis ecce circūdedi te vinculis et non conuertes te a latere tuo in latus aliud. ¶ Item beati circundātur donis ⁊ honoribus ipſis perpetuo perfruendo vnde de beata anima dicitur in ps. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. ¶ Item circundātur penis pauperes a tyrannis miſerias ſuſtinendo vnde in pſal. Circundederunt me mala quorum non eſt numerus. ¶ Item circundantur vitijs impij ipſa quotidie committēdo vnde in ps. Circundabit eam. i. animam peccatricē ſuper muros eius iniquitas et labor in medio eius et iniuſticia. ¶ Item circundātur tormentis iniqui ipſa in inferno perpetuo tolerando vnde in ps Circundederunt me gemitus mortis dolores inferni

C circundederunt me. ¶ Itē circundare accipitur i malo ⁊ ſic idem eſt quod impugnare: ligare: circunuenire et decipere vnde nota ꝙ nos circundamur A mundanis tribulationibus. A corporis delectationibus. Ab hoſtiū machinationibus. Circūdant enim nos. Mundi tribulationes vt nos deglutiant. carnis delectationes vt nos inficiant. Hoſtis machinationes vt nos decipiāt. Malorū vexationes vt nos afficiant. Inferni turbationes vt nos interficiant. Mundi ergo tribulationes nos circundant ⁊ deglutiunt. ps. Circundederunt me gemitus mortis. ¶ Itē circundant nos carnis delectationes que nos inficiunt vnde de motibus carnalibus dicitur Joſue. vij. Habitatores terre pariter comglobati circundederūt nos Habitatores enim terre corporis ſunt delectationes ⁊ motus carnales que recte ſunt ſicut funes quibus tota humana ratio circundatur et ambitur inficitur ⁊ ligatur niſi dei auxilio liberetur. Funes inferi circundederunt me. ij. Regū. xxij. ¶ Item circundant nos hoſtis machinationes que nos decipiunt. Dyabolꝰ enim eſt ſicut rex crudelis qui diuerſis machinis circundant ciuitatē vt eam capiat et ſubuertat. Sic dyabolus ſuis machinis. ideſt ſuis tentationibus ⁊ ſuggeſtionibꝰ animas circuit atq; vallat. vt per peccatum mortale ipſas deſtruat et proſternat: Luce. xix. Circundabunt te inimici tui vallo. et ad terram proſternent te. ¶ Item circūdant nos malorum vexationes. Sicut enim canes circundant leporem ad deuorandum. Sic vſurarij ⁊ balliui circundant pauperes ad predandum. ps. Circundederunt me vituli multi. thauri pingues obſederūt me. ¶ Item circundant nos inferni turbationes ps. Dolores inferni circundederunt me. preoccupauerūt me laquei mortis vide de circa et de circuire.

## Circunciſio.

A Nota ꝙ circūcidere idē eſt quod in circuitu ſcindere: ⁊ eſt circūciſio idē quod ſupfluorū circūquaq; occiſio: ⁊ ideo in lege antiqua puer circūcidebatur ⁊ ei caro ſuperflua mēbri virilis preſcindebatur ad ſignandū ꝙ per ſacramētum circunciſionis carnalis concupiſcentia in parte auferebatur et peccatū originale tollebatur. Aduertēdum tñ ꝙ puer octaua die debebat circuncidi. ſicut dr̄ Gene. xvij. Ad denotandū ꝙ ad hoc ꝙ nos ſpiritualiter ſimus circunciſi ⁊ a cunctis ſuperfluis depurati neceſſe eſt ꝙ octo dies precurrant i. octo virtutes ⁊ gratie ſpūales. Prima eſt dies dominica que a phis dicitur dies ſolis Iſta eſt ſplendor ſapientie. Secunda eſt dies lune q̄ luna ſtelle humide appropriatur. Iſta ē liquor miſericordie. Tertia eſt dies martis que a marte planeta feruentiſſimo denominatꝰ. qui dr̄ deus belli. Iſta eſt vigor patientie. Iſta enim in prelijs vincit ⁊ litigijs principatꝰ. qr teſte Salomone. Melior ē patiēs viro forti. Quarta eſt dies mercurij que a mercurio denominatur. que eſt ſtella valde mutabilis qr cunctis quibus coniungitur conformatur. Iſta eſt virtus obedientie que omnibus querit obedire et complacere. Quinta eſt dies iouis que ſtella eſt valde beniuola: ſuos enim et non ſuos dicitꝰ iuuare. Iſta eſt caritas et amicicia. que. ſ. amicis ⁊ inimicis bene facit. Sexta eſt dies veneris que attribuitur veneri ſeu lucifero. ſtelle feminee ⁊ nocturne. Iſta eſt virtus benignitatis ⁊ clementie: que per complexionē femineā denotatꝰ Septima eſt dies ſabbati que dicitꝰ a ſaturno vel dr̄ a ſaturādo. Iſta eſt virtus elemoſyne vel ſcientie. qr. ſ. iſte due virtutes habent homines ſaturare ſcʒ elemoſyna tēporaliter et ſcientia ſpūaliter. Octaua aūt dies nulli attribuitꝰ nec aliquo nomine deſignatꝰ. per quā tamē poſſumus virtutem humilitatis intelligere que propriam gloriā: ꝓpriam laudē et nominationē non querit que a nulla ſtella. i. a nulla virtute vel gratia ſe nominare ꝓſumit. et ſic igitꝰ puer ſpiritalis. i. quilibet bonus homo: tunc bene a cunctis ſupfluitatibus circunciditur cum vita ipſius per iſtorū octo dierū circulū augmentatur: vnde. Gene. xvj. Infans octo dierū circuncidetur: ⁊ ſicut antiquitus puero in circunciſione nomen imponebatur. Sic procerto ille qui taliter circunciditur nomine eterno hereditatur. ⁊ apud deum et proximos exaltatur. Eccli. xv. Et ideo de xp̄o dicitur ꝙ cū cōſummati fuiſſent dies octo venerūt circūcidere puerum. ⁊ vocatum eſt nomen eius Jeſus. Chriſtꝰ autē in ſua circunciſione habuit alios octo ſpeciales dies. Primꝰ fuit natiuitatis ex matre virgine in quo vocatur eius puriſſima virginitas. Et iſta poteſt dici dies dominica vel ſolis. ¶ Secūdꝰ eſt beati Stephani prothomartyris in quo notatur ꝯſtantie ſtabilitas et iſte dicitur dies lune qr ſicut luna eſt prima ſtella q̄ aſcendendo de terra ad celum inuenitur: ſic iſte primꝰ fuit qui poſt xp̄m per martyriū aſcendit. ¶ Tertiꝰ eſt beati Johannis euangeliſte qui comparatur aquile:



Ayuntamiento de Madrid

in quo notatur contemplationis ſublimitas: ⁊ iſte eſt
dies martis: q: ſcʒ mars eſt altior ſupra ſolē. ¶ Quar
tus eſt innocentiū: in quo notat innocētie ſinceritas
Iſte eſt mercurius: q: ſcʒ innocētia more mercurij ad
voluntatē omniū ſe conuertit. ¶ Quintus eſt, ſancti
Thome qui fuit audaciſſim⁹ martyr: in quo notatur
ſpiritalis audacie virilitas. et iſte eſt Iouis: q: iupiter
eſt ſtella maxime virtutis inter oēs. ¶ Sext⁹ fuit ſan
cti Silueſtri qui fuit ſanctiſſim⁹ ep̄s: in quo notat ſue
prelationis autoritas: ⁊ iſte aſſimilat veneri ſeu lucife
ro q: ſcʒ ep̄i lucē ſciētie ⁊ honeſtatis pre ceteris debent
habere. ¶ Septimus a nullo denominat: in quo nota
tur ipſius mirabilis humilitas. et iſte poteſt dici a ſa
turno qui eſt planeta terren⁹ q: ſcʒ humilitas ad mo-
duʒ terre ceteris ſe reputat viliorē. ¶ Octauus eſt cir
cunciſionis: in quo notat ſui p̄nie aſperitas. Et ideo
de tali circunciſione dicit illud Exo. iiij. Tulit ilico ſe
phora acutiſſimam petrā ⁊ circūcidit carnē prepucij
filij ſui. Sephora em̄ que iterpretat auis eſt diuinitas
que filiū ſuū xp̄m hodie circūcidit. Iſte em̄ non habe-
bat niſi octo dies: ⁊ tamen iā incepit pro nobis effun-
dere ſanguinē ſuum precioſiſſimū. Aduerte tamē q il
le deductiones inq̄tum ibi adiungunt nomina pla-
netarum nō poſſent bene dici in feſto natiuitatis ni
ſi natiuitas in dominico die veniret. Alias eni eſſent
pretermittende ſaltem illa que de planetis inſeruntur
Nota tamen moraliter q in ſcriptura inueni: triplex
genus circunciſionis. Inuenitur enim.

B Circūciſio cordiū.
Circūciſio carniū.
Circūciſio vnguiū.

Prima fit cū aufert ſuperflui
tas cogitationū. Secunda fit
cū reſecatur ſupfluitas dele-
ctationū. Tertia fit cū tollit ſupfluitas operationum
¶ Prima eſt circunciſio cordis qd̄ circūcidit virt⁹ ti
moris. Timor em̄ circūcidit ⁊ tollit omne ſuperfluum
a corde. ſ. ſuperfluā cogitationē: ſuperfluā leticiā ⁊ con
ſolationē. Superfluū amorē ⁊ affectionē. Superfluā
ſuperbiā ⁊ elationē Oia enim iſta tollit. preſcindit et
circuncidit timor a corde. Superflui em̄ ramunculi
qui in radice arboris generātur impediūt toti⁹ arbo-
ris incrementū. Sic vere niſi a radice cordis ſupfluos
ramūculos cogitatuū ⁊ affectuū reſecem⁹ ⁊ circūcida-
mus crementū gratiarū ⁊ virtutū in nobis ipſis impe
diemus. vnde dicitur. Hiere. iiij. Circuncidimini viri
iuda: ⁊ auferte p̄pucia cordiū veſtrorū: hoc fuit figura
tum in abraā Gen. xvij. Cui p̄ceptū eſt q ipſe ⁊ fili⁹ et
ſerui eius vernaculi ⁊ empticij circūciderent. Abraaʒ
chariſſimi: interpretat pater multarū cogitationū. Fi
lius ei⁹ eſt liberū arbitriū. Serui ſunt mens ⁊ anim⁹
Vernaculi ſunt motus intellectiui Empticij ſunt mo
tus ſenſitiui. circuncidi ergo debent ab omni ſupflui
tate vitiorū abraā: filij: ſerui. vernaculi ⁊ empticij q: ſcʒ
cogitatio eſt circūdenda ab omni turpitudine. In iu-
dicio diſcuſſionis veritatis. Liberū arbitriū dʒ circū-
cidi ab exceſſu oīs leuitatis. Mens ⁊ anim⁹ debēt cir-
cuncidi a promptitudine oīs vanitatis Sēſualitas dʒ
circuncidi a ſupfluitate oīs voluptatis. Bene ergo dr̄
Deut. x. Circuncidite p̄pucia cordis veſtri: ⁊ ceruicem
veſtrā ne induretis. Dicit enim Plini⁹. q illi q̄ volūt
colligere mandragorā. ſolēt ipſam quodāmodo circū
cidere. faciūt em̄ circa eam tres circulos in terra cum
gladio: ⁊ cauent a flatu venti: et tūc poſt ſolis occubitū
colligūt ⁊ ſic cuſtodiūt p̄cipuas ei⁹ vires vt dicit ideʒ
Sic reuera chariſſimi: ſi mandragorā cordis noſtri ve
limus de terra tollere ⁊ radicare i. de affectu tēporaliū
ſegregare neceſſe eſt q ipſam ſpiritaliter a ſupfluitate
circuncidamus. Faciamus igitur tres circulos. i. tres
circunciſiones cū gladio diuini timoris. Primus eſt
quo circūcidimur a ſuperfluo preſumptionū. Secun-
dus eſt quo circuncidimur a ſuperfluo affectionum.
Tertius eſt quo circūcidimur a ſupfluo cogitationuʒ
Et ſic ſi ventus inanis nō glorie flauerit. iſta mandra
gora. ſ. cor colligi poterit a terra. i. a terrenoꝝ amore: et
per contemptū ab eo ſeparari. Vnde ezech. xliiij. dicit.
Quod omnis alienigena incircunciſus corde. non in
gredietur ſanctuariū meū. Iſta eſt ergo circūciſio cor-
dis que fit per timorē. Timor em̄ dei mortis iudicij et
inferni a corde reſecat omne malū. q: ſicut ſcriptū eſt
Per timorē dn̄i declinat oīs a malo ¶ Scd̄o inuenit C
circūciſio que fit per laborē. Carnes em̄ ſemiputride
a ſanis preſcindūtur ne per putridas ſane corrumpan
tur Sic vere a carne noſtra circūcidendū eſt ⁊ auferē-
dum omne putridū. i. omne delectabile ⁊ vitioſum ne
per peccatū fiat fortior corruptela vnde Col. ij. Circū
ciſi eſtis in circūciſione nō manufacta: in expoliatiōe
carnis. Sed procerto pauci ſunt qui hodie velint cir-
cuncidere carnē ſuam. ⁊ a ſuperfluis delectationibus
cohercere. quinimmo illi qui per abſtinentiā ⁊ conti-
nentiam circunciduntur ab alijs impetunt. Exemplū
de mulieribus q̄ accuſate ⁊ delate ſunt circuncidiſſe p̄
uulos ſuos que ideo ſunt occiſe. ij. Mach. vj. Iſta eſt
ergo circunciſio que fit per laborē. ¶ Tertio fit circū D
ciſio vnguis. i. operis que fit per tēpciātie rigorē. Sup
flua enim opera ſunt reſecanda: ſicut fructus putridi
ſunt ab arbore amouendi: ⁊ mala grana ab horreo ex
cludenda: Et iſta eſt circunciſio vnguis. Per vnguem
enim qua auis loco manus vtitur materialis opatio
intelligitur. Sicut em̄ vngues auiū predaliū p̄ſcindū
tur ⁊ a ſuperfluis purgātur vt ad capiendū predā abi-
liores efficiant. Sic vere ex vnguib⁹. i. ab operib⁹ no-
ſtris debem⁹ oīe ſuperfluū ⁊ vitioſum preſcindere et
auferre vt predā bonorū eternorū poſſim⁹ capere ⁊ ha
bere. Iſtud figurat Deut. xxj. vbi dicit Nō ſi quis in p̄
lio pulcrā mulierē viderit: quā ſibi in vxoreʒ accipere
cōplaceret iſta dicte mulieri erāt neceſſaria q: primo
ipſa debebat domi duci: ceſariē capillorū debebat ra-
dere vngues circūcidere debebat veſtē cū qua apta ē
debebat mutare. ⁊ tandē ſedens in domo ſua patreʒ ⁊
matrē debebat plāgere. Sic vere cariſſimi: ſi anima q̄
per xp̄m in crucis p̄lio eſt acq̄ſita: cū ipſo cupiat p̄ gra
tiā in p̄ſenti: ⁊ per gloriā in futuro vxorari ⁊ coniungi
neceſſe eſt q capillos diuitiarū tondeat p̄ elemoſyna
rum largitionē q vngues. i. opationes circūcidat per
oīs inhoneſtatis ⁊ ſupfluitatis reſecationē. Itē q ve
ſtem cū qua capta eſt. i. veterē peccati cōuerſatione cō
tinuo cōmutet per ꝯuerſationis renouationē ⁊ muta
tionē. Item q ſedens in domo cōſcientie: pro patre et
matre. ideſt. pro mūdo ⁊ carne que ipaʒ in peccato ge
nuerāt defleat per cōpunctionē ⁊ contritionē. vnde de
tali circunciſione pōt dici illud. Iudith. xiiij. Relicto
gentilitatis ritu achior circūciſus eſt ⁊c. Vide cauſas
quare circunciſio fuit inuenta. Item quare xp̄s voluit
circuncidi: in mauricio in principio huius capituli.
Patet igitur q eſt circunciſio vnguiū. i. operationuʒ E
Carniū. i. delectationū. Cordiū. i. cogitationū. ¶ De
circunciſione vero mala qua quis circūcidit ſeipſum
per auariciā ⁊ parcitatē vel qua iudei adhuc ſe circun
cidere cōprobantur. poteſt dici illud; Gal. v. Neq̧ cir
cunciſio aliquid valet: neq̧ prepuciū: ſʒ noua creatura
Et illud ibidem. Si circuncidimini: chriſtus vobis ni
hil proderit. Spiritalis enim circunciſio valet: ⁊ non
carnalis. ſicut ſuperius viſuʒ eſt. vnde Phyl. iij. Nos
enim ſumus circunciſio qui ſpū deo ſeruimus.

## Cythara.

Nota q cythara eſt inſtrumentuʒ A
muſicū ligno ſicco interius conca-
uo fabricatū: chordis pluribus adaptatū qd̄ ſi plectro vel
manu p̄cuſſuʒ fuerit: ſonū auditorib⁹ reddit gratum.
Igitur dicā q cythara multa ſignat in ſcriptura: i bo
no pariter et in malo. Nota ergo q eſt cythara.

Inaniter gloriantium.
Salubriter lamentātiū.
Vocaliter predicātiū.
Virtualiter exultātiū
Supnaliter triūphātiū.

¶ Dicā ergo q inuenit
cythara inaniter glorian
tiū. Et iſta ſignat mundi
leticiā qua mūdi pctōres
cytharizāt ſupuacue ex-
ultando. Sicut em̄ ſcribitur Daniel. iij. Ante ſtatuam
nabuchodonoſor cū fiſtulis ⁊ cytharis canebatur: Et
apocal. xiiij. ſcribitur. Quod ante ſedem agni qui ſede
bat in

bat in throno cytharedi cũ canticis locabant. Quia re uera nabuchodonoſor rex babylonis .i. diabolꝰ cytharedos idest viros inaniter gloriãtes ⁊ exultãtes in ſua curia vult habere qui .ſ. corã ſtatuis erectis ⁊ agnis in throno ſedẽtibꝰ .i. corã diuitibꝰ ignaris ⁊ inſipientibꝰ indigne tamẽ erectis ⁊ ꝓmotis ⁊ in thronis dignitatũ preſidentibꝰ adulãdo diuerſimode cytharizãt ⁊ ſic quaſi oẽs mũdani in malis cytharis hoc eſt in mũdi leticia ꝓſperitate. gloria et adulatrice fallacia ſe delectant. vnde Job .xxj. Tenent tympanũ ⁊ cytharã: gaudentqꝫ ad ſonitũ organi. ducũt in bonis dies ſuos ⁊ in puncto ad inferna deſcendũt. Et eſa .v. dicit. Hij qui ſunt in vanitatibus mundi glorioſi. Cythara ⁊ lyra et tympanũ ⁊ tybia ⁊ vinũ in cõuiuijs veſtris ⁊ opus dñi nõ reſpicitis. Iſta tamẽ cythara eſt vacua non ſolida. Et ideo cito frãgit qꝛ mũdi gloria ⁊ leticia que inanis eſt ⁊ ſterilis finaliter diſſipat. Ideo Ezech .xxvj. dicit. Propheta predicat cõtra tyrũ qui interpretat anguſtia .i. contra mundũ dicẽs in perſona dei. Quieſcere faciã multitudinẽ canticorũ tuorũ ⁊ ſonitꝰ cythararũ tuarũ nõ audiet amplius. Et bñ dicit cytharatũ in plurali: qꝛ ſcꝫ mũdus plures hꝫ cytharas .ſ. adulatiõem iactantiã. vanã laudẽ ⁊ leticiã ⁊ etiã dyabolicã tentationẽ ⁊ blandiciã. De fractiõe etiã huiꝰ cythare q̃ fiet in iudicio ⁊ in morte dicit. eſa. xxiiij. Ceſſauit gaudiũ tympanorũ ⁊ quieuit ſonitꝰ letantiũ. dulcedo cythare cũ cantico lyre: nõ bibent vinũ. amara erit potio bibẽtibus illam. Iſta eſt igit cythara inanitr glorantium.

B ¶ Secundo dico. ꝙ eſt cythara ſalubriter lamentantium .i. penitentiũ. ⁊ iſta eſt penitẽtia q̃ ſcꝫ continet lignum ſiccum .i. abſtinentie macerationẽ. Cordas tenſas .i. mandatorũ dei diſtrictã obſeruationem. Appoſitionem manus .i. bonam operationẽ. Sonuꝫ plectro formatũ .i. confeſſionẽ: ⁊ plectro lingue deprõptã orationem. Iſta eſt cythara lamentabilis. Job .xxx. Verſa eſt in luctũ cythara mea: ⁊ canticum meũ in vocẽ flentium Iſta eſt cythara .ſ. lachrymoſa cõfeſſio vel humilis oratio: liberat a periculo ⁊ a morte. Delphini enim in ſono cythare delectant. vnde narrant tam Plinius ꝙ Solinus Quod arion ꝓcurator regis corinthiorũ occaſione pecunie quam habebat a nautis in mare ꝓiectus cũ prius licentiã cytharizandi ad cõſolationes caſus ſui obtinuiſſet: ſtatim delphinorũ affuit multitudo qui eum demerſum receperunt ⁊ ad portum incolumen deuexerunt. Quapropter corinthij in templo ſuo imaginem eream hominis ſuper delphinũ equitãtis ad repreſentationem miraculi erexerũt. Sic reuera iſtud eſt verũ ꝙ delphin .i. dei filius valde diligit ſonũ cythare cõfeſſionis ⁊ orationis. Et iõ ſiquis tali cythara cecinerit: peccataqꝫ cõfeſſus deũ feruẽter orauerit. nunq̃ a nautis infernalibus ipſum ſubmergere ꝑ dãnationẽ conãtibus periclitari poterit: imo delphini. idest deꝰ ſtatim aderit: qui eũ liberabit. Figura .j. Re. xvj. vbi dauid canẽdo cythara: ſaul a demonio liberabat. Ideo dicat penitẽs illud Eſa. xvj. Venter meꝰ quaſi cythara ad moab ſonabit. Et illud ps. Confitemini dño in cythara Et ſic patꝫ ꝙ eſt cythara ſalubriter lamentantiũ.

C ¶ Tertio eſt cythara vocaliter ſeu ſolẽniter predicãtiũ. Scriptura eñ cythare cõparat. vbi eſt lignũ .i. hyſtorialis ruditas cõcauitas interior .ſ. ſentẽtiarũ ꝓfunditas ſonus .i. eruditiõis luciditas plectrũ .i. lingue ⁊ eloq̃ntie ſuauitas manꝰ appoſitio .i. operatiõis ⁊ executiõis ꝓbitas. de tali ergo cythara dicat diligẽs doctor ⁊ ꝑdicator illud ps. Exurge pſalteriũ ⁊ cythara exurgam diluculo.

D ¶ Quarto dico ꝙ eſt cythara virtualit ſeu ſpũalit exultãtiũ .ſ. iuſtorũ q̃ ꝑ laudẽ ⁊ grãrũ actionẽ ꝯtinue cytharizant ps. Pſallam tibi i cythara deꝰ iſrael. ¶ Quinto ẽ cythara ſupnaliter ſeu eternalit triũphantiũ .i. beatorũ q̃ cõtinue deũ laudãt. ⁊ in eternis ſolacijs ſe delectãt. vñ Apo .xv. dicit. ꝙ illi qui vice
A runt beſtiam .i. dyabolum ſunt ſupra mare vitreum .i. ſupra mundũ. ⁊ habent cytharas dei ⁊c.

**Cito.** Nota ꝙ iſtud aduerbiũ cito: vbicũqꝫ eſt ſignificat celeritatem. mobilitatem: feſtinantiam et velocitatem Et ideo poſſumus diſtinguere. quod eſt quedam Velocitas.

| | |
|---|---|
| Habenda. | Prima eſt citiudo ſeu celeritas obediẽtie de qua dici |
| Spernenda. | tur Eſa .v. feſtinet ⁊ veniet |
| Timenda. | cito opus eius. |
| Optanda. | |

Cito eñ debemus parere et obedire. ¶ Secunda eſt celeritas inconſtantie et impudentie. Cito eñ nõ eſt a bono opere deſiſtendũ .ſ. ſicut illi de quibus dr in ps. Cito fecerunt: obliti ſunt beneficiorũ eius. Cõtra illud .ij. Theſſal .ij. Rogamus vt nõ cito moueamini a ſenſu veſtro: nec eſt cito ad mala verba ⁊ opera feſtinandum vnde Prouer .xxv. Que viderũt oculi tui nõ ꝓferas i iurgio cito: ne poſtea peniteas ⁊ emẽdare nõ poſſis: cũ dehõneſtaueris amicũ tuũ. ¶ Tertia eſt velocitas trãſitꝰ mundane vite ⁊ leticie vnde ps. Impij quaſi fenum velociter areſcent: ⁊ quemadmodũ ſicut olera herbarũ cito decident. ¶ Quarta eſt celeritas dei clementie: q̃ ſcilicet in tribulationibus nõ deficit imo cito ⁊ velociter ſi digne requiritur ſubuenit et ſuccurrit. vnde ps. Cito anticipent nos miſericordie tue: qꝛ pauperes facti ſumus nimis. Iſtud ergo eſt verum ꝙ bona opera et meritoria debemus cito ⁊ velociter facere. ⁊ a malis operibus cito ⁊ celeriter reſilire. Eſt eñ quidã piſcis dictus mugil qui ſm Iſid. qñ percipit laqueos ⁊ rhetia piſcatoris: ita cito reſilit ab eiſdẽ: ꝙ volaſſe magis credit ꝙ ſaltaſſe. Sic pro certo cariſſimi: qñ videmus in hoc mundo ꝙ laquei et rhetia piſcatoris dyaboli ſunt parati: ſtatim debemus citiſſime ſaltare a malo reſiliendo: et volare bonis operibus inſiſtendo. et ad bona celeſtia meditando. vnde Dan .ix. Adhuc loquẽ B
te me: ecce vir gabriel quẽ viderã in viſione in principio cito volãs tetigit me. In quibꝰ verbis aduerte ꝙ nos debemus eſſe celeres ſeu citi ad quinqꝫ. ſcilꝫ

Ad obediendum cum promptitudine. Ecce vir.
Ad ꝓficiẽdũ cũ fortitudie. gabriel q̃ iterꝑtat fortitudo
Ad reſiliẽdũ a turpitudie. in ꝑncipio .i. principijs obſta
Ad trãſiliẽdũ in altitudine. Cito volans inquit.
Ad ꝯpatiẽdũ cũ multitudine Tetigit inq̃t ſupple leuiter compatiendo. Simus ergo cito.

| | |
|---|---|
| Prelatis obedientes | Primũ probat volũtas ob |
| In bono proficientes | lata. Ecce. Scdm probitas |
| A malo reſiliẽtes. | relata. vir gabriel qui inter |
| Ad celũ trãſilientes. | pretat fortitudo. Tertium |
| Proximis cõpatiẽtes. | prauitas ꝓccupata: in pri |
| Tu ergo debes. | cipio. Quartũ virtꝰ elata |
| Obedire cũ veloci actu. | volãs. Quintũ ãt manꝰ ap |
| Proficere ꝯtinuo tractu. | plicata tetigit me. ¶ Si |
| Refugere a pcti iactu. | mus enim dico cito ꝓlatis |
| Cõſcẽdere vigoroſo ſaltu. | obediẽtes qđ notatur cũ |
| Succurrere amoroſo paſtu. | dicit. Ecce quod eſt ad |

uerbium quod ſignat promptitudinem voluntatis. qꝛ ſcꝫ quicquid ꝓlatus precipit: ſubditus ſtatim debet reſpondere. Ecce Eſaie .vj. c. Ecce ego mitto te. Inter planetas enim ille qui eſt inferior prope terram: ꝑficit citius curſum ſuum. ſicut patet de luna que in vno mẽſe circuit omnes circulos zodiaci. ad qđ faciendũ ſol per annũ: ſaturnus per triginta annos moratur. Sic reuera cariſſimi: illi qui ſunt prope terram. idest qui ſunt infimi per humilitatem. et qui etiam in inferiori gradu ſunt q̃tum ad mundi proſperitatem vel qui ꝓpe terram ſunt idest conſiderantes propriam terreaꝫ vilitatem tales dico faciliter et cito et gratanter faciunt curſum ſuum. idest motum obedientie proſecutur. Dicunt enim. Ecce .q.d. Preſto ſum currere paratus ſum cito et ſine contradictione per obedientiam me mouere. Eſa .lij. Ego ipſe qui loquebar ecce aſſum Illi vero qui ſunt alti et ſuperius collati: vel per ſtatꝰ dignitatum: vel per generis nobilitatem. vel per ſcientie claritatem. Tales dico vt communiter non ambulant cito: immo tarde quia tales ſunt vt communiter non obedientes: ſed ad obediendum tardi et arrogã-



Ayuntamiento de Madrid

tes. Quod figuratum eſt Johis. xxj. vbi dicitur Quod
iohānes qui erat iuuenis ⁊ ſubditꝰ: p̄cucurrit citiꝰ pe-
tro qui erat antiquus et erat p̄latus. vnde de iſto ci
to obedientie: dicitur Luce. xiiij. ca. Dixit paterfami
lias ſeruo ſuo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis Su
perior autem dicit bono diſcipulo illud Apoc. j. Oſtē
dam tibi que opoꝛtet fieri cito. Ipſe vero reſpondet il
lud quod dicitur Apoc. iij. Ecce venio cito. Simus er
go cito prelatis obedientes. Ecce vide infra de Ecce

C ¶ Secundo debemus eſſe cito in bono proficientes.
Uir inquit gabriel. Cito enim debemus proficere et
creſcere in bono: ⁊ cito bona opera producere ⁊ face-
re quod notatur cum dicitur. Uir. Uir enim nomen
eſt maſculini ſexus. qui multo citius et fortius poteſt
operari ꝙ mulier: Sicut enim dicit Plinius. Maſcu
la palma citiꝰ fructificat ꝙ femella. Et in hoc maſcu-
lus a femella cognoſcitur ſicut dicit idem. Sic vere ca-
riſſimi illi qui ſunt ſpiritualiter maſculini viri. ſcilicet
viriles et virtuoſi: debent cito et velociter fructificare
per bona opera virtuoſa ⁊ faciliter debent fructus bo-
norum operum producere ⁊ in bono proficere et ma-
nere. et in hoc debent maſculi diſtingui a femellis: re
ligioſi a ſecularibus clerici a laycis. prelati a ſubditis
Citius enim debent proferre fructum bonoꝝ operum
et virtutum. vnde Luc. xv. Cito proferte ſtolam primā
Et talis vir virtuoſus erat ille de quo. ij. Macha. vij.
Linguam poſtulatus cito protulit. Quod eſt contra
multos qui ſimiles ſunt aliquibus arboribus que nō
cito ſed tarde proferunt fructus ſuos ſicut eſt eiculus
vel ſcḋm aliquos alio nomine ſorbus. que in hyeme in
autumno facit fructus. Quia vere multi ſunt qui non
cito. ſed tarde non in vere iuuentutis: ſed in autumno
ſenectutis incipiunt fructus bonorum operum pro-
creare Contra quos Johānis. xiiij. Quod facies fac ci
tius. Non ſic ergo: ſed ſimus vir gabriel: qui interpre-
tatur domini fortitudo. quia ſcilicet fortes ⁊ virtuoſi de
bemus eſſe ad bona opera facienda. j. Regum. xvij. c.
Eſto vir fortis. Et. ij. Regum. xiij. Roboramini ⁊ eſto
te viri fortes ⁊c. Simus cito in bono proficientes.

D ¶ Tertio ſimus cito a malo reſilientes: quod notatur
cum dicitur. in principio. In principio enim iuuentu-
tis. vel in principio male cogitationis eſt a malo reſi
liendum quia qui in principio non reſiſtit: paulatim
a tentatione vincitur. delectatione mulcetur. mala cō
ſuetudine ligatur. ⁊ ſic amplius reſurgere impeditur
Tētatio enim ſimilis eſt veneno: cui niſi in principio
et cito occurratur. velociter interficit patientem. Su
perat enim virtutem naturalem ita ꝙ non poteſt am
plius preualere. Ideo benedicebat ille. Principijs ob
ſta. In principio enim creauit deus celum et terram.
Unde de iſto cito poteſt dici illud Eccleſiaſti. xxvij.
Niſi in timore domini tenueris te cito ſubuertetur do
mus tua. ¶ Quarto ſimus cito ad celum tranſilientes.
Cito volans inquit. Caſtanea enim integra ⁊ ſana ſta
tim quando ſentit ignem: citiſſime ſaltat et tranſilit
verſus celum. Sic vere cariſſimi: ſtatim quando ſen-
timus ignem vane cupiditatis vel ignem carnalis vo
luptatis: debemus ab eo reſilire: et verſus celum per
contemplationem ſaltare pariter et volare. ps. Uola
uit ſuper pennas ventorum. id eſt citiſſime vnde. Apo
calyp. iiij. Aſcende ad me. et oſtendam tibi que opor-
tet fieri cito. ¶ Quinto ſimus cito proximis compa-
tientes quod oſtenditur cum dicitur. Tetigit me. Si
cut enim videmus quod non tangit non agit. ⁊ quod
tangit fortius influit. Ignis enim ſtatim quod tangit
calefacit. Sic vere vir pius et compatiens: ſtatim quod
ipſe tangit et vicinatur alicui: ipſe in ipſum debet in
fluere et agere per compaſſionem et beneficiorum col
lationem vt ſic dicere poſſit cuilibet quem viſitat. illud
Eſa. xlix. Extēdit manū ſuam ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit
mihi. Seruꝰ meus es tu. ⁊c. Unde de iſto cito dicitur
vel poteſt dici illud quod dicitur. Heſter. vj. Cito ad
conuiuium quod regina parauerat venite cōpulerūt

ſcilicet pauperes. ¶ Item nota. ꝙ cito accipitur in malo E
ſignificato: ⁊ ſic ſignat nimiā velocitatē ad malū: quā
quidem nō debemꝰ habere: ſed ab ipſa potius abſtine
re. Nota ergo. ꝙ debemus abſtinere a nimis.

Cita loquacitate.
Cita varietate.
Cita credulitate.
Cita leuitate ⁊ celeritate.

Nō ſit igitur in nobis cita
loquacitas. Nō ſimus ſi
cut ſerpēs qui ita cito ali-
quotiēs mouet linguam
ꝙ duas linguas videtur habere. Sic multi ſunt qui ita
cito linguam ſuam mouent loquendo detrahendo: ia
ctando: ꝙ non vnam linguam ſed plures videntur ha
bere. Contra quos dicitur. Eccleſi. iiij. Noli eſſe citus
in lingua tua. ¶ Item debemus abſtinere a nimis ci
ta varietate vel mobilitate. quidam enim ſunt qui nō
habent virtutem perſeuerantie quia cito et faciliter mu
tantur de bono ad malum de virtute ad vitiū de gra-
tia ad peccatum. Iſti ſunt ſimiles cameleonti qui citiſſi
me mutat colorem. Sunt etiā ſimiles lune que ſepiſſi
me. ⁊ citiſſime mutat figuram. Sunt etiā ſimiles hie-
ne. que citiſſime mutat naturam ſuam: ſcilicet nunc inue
nitur maſculus nunc femella quia ſcilicet tales ꝙtum ad fi-
guram interioris bonitatis. ⁊ ꝙtum ad colorem exte
rioris honeſtatis: ⁊ ꝙtum ad naturā vtilioris qualita
tis cito et faciliter variantur. ſcilicet a bonis operibus de
ſiſtendo. ⁊ ad mala opera diuerſimode ſe mutādo. vn
de Judicū. ij. Cito deſeruerunt viam per quam ingreſſi
ſunt patres eorum. Quod etiā verum eſt de crudeli-
bus ⁊ raptoribus: qui nimis cito in modica occaſione
conuertuntur ad crudelitatem et ad rapinam. Eſaie.
viij. Accelera ſpolia detrahe. cito predare. ¶ Tertio
debemus abſtinere a nimis cita credulitate. Cuius
tamen contrarium faciunt mundi diuites ⁊ potētes
qui valde cito credunt verbis adulatorum detractorum
et falſorū accuſatorū. Simplices enim qui valde cito
ſe cōuertunt ad dicta hereticorū vetularum ⁊ decepto
rum ſimiles poſſent dici mercurio: qui eſt planeta qui
citiſſime conuertitur ⁊ mutatur ad naturam illiꝰ cui
coniungitur et vnitur. Sic tales valde cito ſe conuer
tunt ad voluntatem eorū qui ſibi coniunguntur. ſcilicet fa
miliariū. balliuorum. ⁊c. De quibus dicitur Eccli. xix.
Qui credit cito: leuis eſt corde. ¶ Item abſtinendum
eſt a nimis cita celeritate. vt non ſimus feſtini in ope
ribus noſtris quia nimis cita celeritas reprobatur. et
tarda et matura deliberatio et expectatio commenda
tur. Amigdalus enim que nimis cito floret: gelatur fa
cillime. Sic illi qui nimis cito volunt ardua opera pe
nitentie incipere predicare. docere. bellare ⁊ cetera ſi-
milia. non attingūt vt cōmuniter ad profectū. Et ideo
illis qui indeliberate et cito volunt alios promouere:
dicitur. j. Tymo. v. Manus cito nemini impoſueris.
Iſta eſt ergo nimis cita. Immaturitas ſeu leuitas. Ni
mis cita Crudelitas. Nimis cita Mobilitas Nimis
cita loquacitas. Item ē alia citi tas ſeu velocitas. que ſcilicet

Cito perit mundi gloria.
Cito tranſit vite copia.
Cito venit mortis anguſtia.
Cito veniet celi leticia.
Et cito veniet xp̄i iuſticia.

De mūdi gloria et de F
ipſiꝰ glorioſis dicitur in ps.
Tanꝙ olera herba-
rum cito decidēt De
mortis autē miſeria
dicitur Sap. vj. Horrēde et cito apparebit vobis. De
xp̄i vero miſericordia que cito auxiliatur ⁊ penitenti-
bus et pauperibus dicitur in ps. Cito anticipent nos miſe
ricordie tue: quia pauperes facti ſumus nimis. De tali
etiam leticia que cito veniet bene agentibus: dicitur
Eſa. lj. Cito veniet dominus gradiens ad aperiendū.
De iudicio vero et iuſticia que cito veniet delinquē
tibus: patet Luc. xviij. Uerumtamen deus cito faciet
vindictam ⁊c. Uide infra de ſtatim repente celeriter
velociter feſtinanter ⁊c.

**Ciuitas.** Nota ꝙ ciuitas dicitur. quaſi ſimul
viuentiū vnitas: Et dicitur ciuitas a
cico cis. quod idem eſt ꝙ aduoco: aduocas. vel coco is
idem eſt ꝙ copulor aris. vel coniugor coniungeris. ad
denotandum ꝙ ciues ad ſimul cocūdum et habitādū
fuerunt

Ayuntamiento de Madrid

fuerunt ad ciuitates aduocati. Et ideo ſub nomine ciuitatis intelligit̃ quelibet ꝯcordia vnitas ⁊ ꝯiunctio Ciuitas eñ ē hoim multitudo: ſocietatis vīculo adūnata ab eodē iure ſimul viuentiū. vt dicit Iſid. ⁊ Papias. ¶ Nota igitur. ꝙ in ſcriptura inuenitur ſextuplex ciuitas id eſt ſextuplex hominum congregatio reperitur vel inuenitur ciuitas.

Fragilis. Prima ſignat corporis vilitatem.
Labilis. Secūda ſignat mūdi proſperitatem.
Nobilis. Tertia ſignat cordis ſinceritatem.
Flebilis. Quarta innuit inferni acerbitatem.
Fertilis. Quinta declarat iuſtoꝝ cōmunitatē.
Utilis. Sexta vero denotat celeſtē vnitatē.

¶ Corporis vilitas eſt ſuſtentaculum valde fragile.
Mundi proſperitas eſt retiaculum valde labile.
Cordis ſinceritas eſt tabernaculum valde nobile.
Inferni acerbitas eſt receptaculū flebile ⁊ deteſtabile
Iuſtoꝝ cōitas eccl'ia eſt habitaculū valde fertile.
Celi ſocietas eſt propugnaculum vtile.

¶ Corpus eſt ciuitas ſtercorum ⁊ languorum.
Mundus eſt ciuitas bonorum ⁊ malorum.
Animus eſt ciuitas dei et angelorum.
Infernus eſt ciuitas demonum et peccatorum.
Religio eſt ciuitas penitentium et iuſtorum.
B Celum eſt ciuitas dei ⁊ contemplantiū beatorum.

¶ Primo ergo dico. ꝙ corpus eſt ciuitas fragilis. hꝫ enim debiliſſimū fundamentū. ſ. carnē ⁊ ſanguinē. hꝫ exteriꝰ fortiſſimū impugnamētū. ſ. infirmitates ⁊ caſus. hꝫ interiꝰ diſcordiſſimū perlamentū. ſ. qualitatuꝫ et elementorū diſcordiā atqꝫ pugnā Nō eſt ergo mirū ſi ciuitas iſta ſit fragilis et ſi faciliter ab hoſte. id eſt a morte qui eam cōtinue impugnat ⁊ minat̃: deſtruit̃ et caſſatur. Ideo morti pōt dici illud Eſa. xxv. Poſuiſti ciuitatē in cumulū: vrbē fortē in ruinā. ¶ Scdo dico ꝙ mundꝰ eſt ciuitas in qua eſt ꝯtrarietas ciuiū. abūdantia fecium. ⁊ cariſtia merciū. ⁊ ſollicitudo mentiū In mundo eñ ē ꝯtrarietas ⁊ diſcordia. vñ in ps. Uidi iniquitatē ⁊ ꝯtradictionē in ciuitate die ac nocte. circundabit eā iniquitas. ⁊ labor in medio eius ⁊ iniuſticia. Itē in mundo eſt ſordiū ſpūalium. ſ. peccatorū abūdantia Ezech. ij. Terra plena eſt iudicio ſanguinuꝫ et ciuitas plena eſt iniquitate. Et Naum. iij. Ue ciuitas ſanguinū. Itē in mūdo eſt mentiū. i. virtutū paupertas ⁊ indigētia. Uñ zac. xiiij. Capiet̃ ciuitas ⁊ vaſtabit̃ Itē i mūdo ſunt dolores mētiū ſeu triſticia Job. xxiiij. De ciuitatibꝰ fecerūt viros gemere. Eſa. xiiij. Ulula porta: clama ciuitas: talis ergo ciuitas nō ē bñ durabilis immo neceſſe eſt ꝙ ſit vana variabilis ⁊ inſtabilis Mundus ergo eſt ciuitas labilis. ¶ Tertio dico. qꝺ inuenitur ciuitas nobilis: ⁊ iſta eſt ciuitas cordis. Et dicitur nobilis qꝛ ſcꝫ iſta eſt habitaculū ſummi regis ps. Glioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. In iſta ciuitate debet eſſe ciuiū vnitas: qꝛ ſcꝫ ciues anime id eſt potentie debent eſſe vnū per mentalē tranquillitatē ⁊ ꝑ affectuum vnitatē. Deus eñ eſt nobilis princeps qui nō libenter habitat niſi i ciuitate tuta: pacifica ⁊ munita Et ideo ciuitas cordis non debet eſſe per varios affectus tumultuoſa: alias non eſſet pro chriſti habitaculo gratioſa. Ipſe eſt eñ qui dicit illud Eccl'i. xxiiij. In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in hieruſalem poteſtas mea. Iſta ciuitas debet eſſe vallata muris foſſis. aquis. Muri ſunt ambitus mandatorum dei: quibus debemus circundari et includi. j. Machab. j. Edificauit ciuitatē dauid muro magno Et. ij. Phyli. viij. ca. Ciuitates muratas habētes portas: ⁊ vectes. et ſeras. Foſſe ſunt virtus humilitatis vel ꝓfunditas cōſiderationum interiorum. vnde Eſai. xxxij. Humilitate humiliabitur ciuitas. Aque ſunt redūdantie lachrymationum. vnde Pſal. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Iſta eſt igitur ciuitas nobilis. de qua dicitur zacha. viij. Uocabitur hieruſalem ciuitas vnitatis ¶ Quarto inuenitur ciuitas flebilis. Et iſta eſt congregatio damnatorum. iiij. Regum. xiiij. Qui mortui fuerint de ieroboam de ciuitate comedant eos canes

C ¶ Quinto dico quod inuenitur ciuitas fertilis. ⁊ iſta proculdubio eſt vel debꝫ eſſe ciuitas religionis ⁊ eccleſie: ſeu etiam ciuitas ⁊ cōmunitas fidei xpiane que. ſ. cunctis bonis ſpiritualibꝰ debet eſſe referta. ps. Hieruſalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipm. et nota ꝙ iſta ciuitas debet eē ciuitas.

Mūda ſine carnali fetore.
Sancta ſine criminū horrore.
Leta ſine triſticie merore.
Opulēta ſine paupertatis lāguore.
Quieta ſine diſcordie liuore.
Clara ſine falſitatis errore

Sit igit̃ ciuitas mūda qꝺ facit nouitas innocētie Apocal'. xxj. vidi ciuitatem ſanctam hieruſalēꝫ nouā a deo paratā ⁊c. Item ſit ciuitas ſancta: qꝺ facit puritas cōſcientie Apoca. xxj. Oſtēdit mihi angelꝰ ciuitatē ſanctā hieruſalem. ¶ Item ſit ciuitas leta quod facit claritas ſapientie. id eſt eleuatio mentis in deum. iiij. Reguꝫ. xj. Letatus eſt omnis populꝰ terre: ⁊ ciuitas conquieuit ¶ Itē ſit ciuitas opulenta: quod facit vbertas omnis iuſticie. id eſt abundantia virtutum ⁊ meritorū. Ideo dicebat dauid. Quis deducet me in ciuitatem munitaꝫ ⁊c. ¶ Item ſit quieta: qꝺ facit vnitas ꝯcordantie. Ideo conſulitur Hiere. xxix. Querite pacem ciuitatis ad quam tranſmigrare vos feci ⁊ orate pro ea. quia in pace eius erit pax veſtra. ¶ Item ſit clara: quod facit veritas prudētie et ſcientie. Unde illud predictū zach. viij. Uocabitur hieruſalē ciuitas veritatis. et Apocal'. xxj. Ciuitas nō eget ſole ⁊ luna: Nā claritas dei illuminabit eam. ⁊ lucerna eius eſt agnus. Et reuera cariſſimi: ſi ciuitas id eſt eccleſia talis fuerit: ibi dominꝰ libenter habitabit. Et ſic dicetur illud. Ezechi. xlviij. Nomen ciuitatis dominus ibidem Sed heu proh dolor: iſta ciuitas non eſt hodie talis immo eſt quaſi penitus deſolata: ⁊ multis vitijs diſſipata et hoſtibꝰ ſpiritalibus ſubiugata. Iſta eñ hodie quod dolendū eſt.

Igne auaricie ſuccēditur.
Rixa diſcordie diſcindit̃.
Faſtu ſupbie erigitur.
Fece luxurie inficitur.

¶ Ideo ibi murus iuſticie deſtruitur et tota ciuitas diruitur. De igne auaricie patꝫ. Eccli. xlix. vbi dicitur. Incenderunt electam ciuitatē Et de chaldeis dicitur Hiere. xxxviij. Ciuitatē hanc comburent igni. De rixa vero ⁊ diuiſione diſcordie: dicitur Apoc. xvj. Facta ſunt fulgura: voces: ⁊ tonitrua: ⁊ facta eſt ciuitas in tres partes De faſtu vero ſupbie dicitur. eſa. xxvj. Ciuitatem ſublimē humiliabit. id eſt ſuperbiam. De fece luxurie dicit̃ Eſa. j. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. et ezech. xxiiij. Ue ciuitati ſanguinum olle. cuius rubigo in ea eſt. De muro vero deſtructo id eſt de diſciplina: ⁊ de mandatorū obſeruātia diſſipata dicitur. j. Mach. v. Quod antiochus mādauit deſtruere murū ciuitatis hieruſaleꝫ in circuitu. Non eſt igitur mirū ſi talis ciuitas ruinoſa derelinquit̃ a domino ⁊ ab hoſtibus impugnatur: iuxta illud Hiere. xxxij. Munitiones extructe ſunt aduerſus ciuitatē vt capiatur et ſic diabolo dimittitur poſſidenda Hiere. xxxiiij. Tradam ciuitatem hāc in manu regis babylonis. Non ſic cariſſimi: quia debet eſſe ciuitas fertilis. ¶ Sexto dico: ꝙ inuenitur ciuitas vtilis ſcꝫ. ciuitas paradiſi Apocal'. xxj. ca. Ipſa vero ciuitas aurum mundum. Iſta enim ciuitas habet. D

Securitatem inexpugnabilem.
Tranquillitatem imperturbabilem.
Sublimitatem indepreſſibilem.
Stabilitatem indefectibilem.

¶ Habet dico inexpugnabilem ſecuritatem. Soph. ij. Hec eſt ciuitas glorioſa habitans in confidentia. Habet etiam imperturbabilē tranquillitatē Eccleſi. xxiiij. In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui. Habet inſuper indepreſſibilem ſublimitatem. Prouerb. ix. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem ⁊ ad menia ciuitatis. Item habet indefectibilem ſtabilitateꝫ vnde. Eſa. xxxiij. Oculi tui videbunt hieruſalem ciuitatem ſolennitatis veſtre opulentam. tabernaculum.



Ayuntamiento de Madrid

quod nequaꝙ transferri poterit. Ista est ergo ciuitas ascendenda per affectionem et deuotionem circuēda per ꝯtemplationē ⁊ habitāda ꝑ meditationē. De ascē su deuotionis ⁊ affectionis: dicitur Prouer. xxi. Ciui tatem fortium ascendit. De circuitu contemplatiōis dicitur Cant. iij. Surgam ⁊ circuibo ciuitatem ⁊c. De habitatione meditationis iugis cōsiderationis dr in ps. Eduxi eos per viam rectam. vt irent in ciuitatē ha bitationis. Et Hiere. ij. Uenite ingrediamur in ciuita tem munitam ⁊ sileamus ibi. Sic ergo inuenitur ciui
E tas fragilis. nobilis flebilis vtilis. ¶ Nota tamen ad huc per nomen ciuitatis potest omnis vnitas ⁊ con-cordia denotari. vnde nos debemus esse ciues ciuita tis. idest simul viuentes in amore ⁊ vnitate. Et sic per ciuitatem potest status ecclesie: vel religionis. vel cu-iuslibet societatis vel communitatis designari. Talē ergo ciuitatem debemus inhabitare quia scilicȝ pacē et vnitatem debemus frequentare. Illi autem q̄ sunt eiusdem speciei: habent pacem inter se vt cōmuniter. Nunꝙ enim leo comedit leonem. vrsus vrsum. et sic de alijs. q2 generaliter illa que sunt eiusdem speciei: nūꝙ se occidunt vel deuorant preterꝙ inter pisces. vbi sem per maior comedit minorem: ꝙuis sint eiusdem spe-ciei. vt dicit Pli. Sic vere charissimi: nos xp̄iani qui omnes sumus eiusdem speciei. idest eiusdē ritus cult9 et fidei: nunꝙ debemus per lites ⁊ discordias alter al terum impugnare ledere: vel infestare. immo vere si-mul et cōmuniter debemus pacifice habitare: ⁊ alter alterum diligere ⁊ iuuare. Et sic erimus in ciuitate. i. in ciuili et domestica vnitate vnde Hiere. xxix. Queri te pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci. Uerūtamen multi sunt sicut pisces. qui scȝ ꝙuis sint eiusdem speciei. idest eiusdeȝ patrie eiusdem ciuitatis eiusdem collegij. eiusdem generis. ipsi tamen contra seinuicem preliantur alter alterum impugnantes. al-ter ab altero discordantes. et alter alteri inuidentes. De quibus dicitur Prouer. xxix. Pestilentes dissipāt ciuitatem. Sicut enim multe ciuitates sunt destructe propter brigas et controuersias ciuium malignorum Sic multe communitates ⁊ religiones: ⁊ collegia ad paupertatem ⁊ miseriā sunt redacta propter litiga suo rum possessorum. De quibus dicitur Eccli. xlix. Incen derunt electam ciuitatē. Non sic ergo: sed simus paci fici ⁊ concordes et simus in ciuitate. idest in ciuili vni tate et concordia. Ut sic de nobis ⁊ de nostra cōmuni tate ⁊ vnitate possit dici illud. Apocal. xxi. Uidi ciuita tem sanctam hierusalem nouā: descendentem de celo In quibus verbis aduertēdum. quod ciuitas collegij
F vel cōmunitatis ecclesie vel religionis: debet habere conditiones que in qualibet ciuitate nobili consueue runt esse. Ciuitas enim tunc est laudabilis: qn̄ est.

In loco claro.
In loco firmo.
In loco mundo.
In loco pacifico.
In loco fecūdo

Talis debet esse ciuitas nostra Debet enim esse in loco claro ꝑ morū honestatem. Uidi In loco firmo per cordis probitatem. Ciuitatem inquit. In loco mun do per vite puritatem. Sanctam nouā. In loco paci-fico per pacis vnitatē. Hierusalem. in loco fecundo ꝑ morum vbertatem. Descendentem. Loca enim descē-dentia et infima: sunt vt cōmuniter magis fecunda.

¶ Sit igitur in nobis apparentie claritas Uidi inq̄t Nihil enim est visibile nisi quod habet claritatem et lucem. Sic vere nec aliquod collegium dignū est nec delectabile videri: nisi quod claritate honestatis vel moralis apparentie est illustratum. Et ideo probdo-lor multe sunt hodie ciuitates: que non sunt digne re-spici vel videri. que tantam habent deformitatem mo rum et conditionum ꝙ nec a deo nec a mundo sunt di gne intueri. Quia reuera carissimi: moderne ciuita-tes et communitates: splendore honestatis et sancti-tatis: sunt priuate: ⁊ multis vitijs sunt infecte. Hodie enim inueniuntur.

Detractiones et inuidie.
Eractiōes et seuitie.
Elationes ⁊ superbie.
Infectiōes ⁊ immūdicie
Ambulatiōes ⁊ auaricie.
Dissensiōes ⁊ ꝯtrouersie.

¶ De primo dr. iij. Re. xiij. In ciuitate come dēt eos canes. De scdo esa. j. Quō facta ē mere trix ciuitas fidelis. plena iudicio iusticia habitauit in ea nunc aūt homicide De tertio dicitur Esa. xxiij. Attrita est ciuitas vanita tis. De quarto Nau. iij. Ue ciuitas sanguinū: De qui to dicitur Hiere. xv. Si introiero in ciuitatē: ecce atte nuati fame fame dico. idest insatiabilitate auaricie. ideo de auaris dicitur in ps. famē patientur vt canes et circuibunt ciuitatē De sexto dicitur in ps. Uidi cō tradictionem in ciuitate. Nō sic carissimi: sed habea mus morum honestatē et claritatem vt possimus vi deri ⁊ intueri. Uidi inquit. vnde esa. xxxiij. c. Oculi tui videbunt hierusalem opulentam ⁊c. Sit igitur in no- G
bis apparētie claritas. ¶ Secundo dico. ꝙ in nostra ciuitate debet esse permanentie firmitas. et hoc ostē-ditur cum dicitur. Ciuitatem. Ciuitas enim tunc est fortis et permanens quando muris et turribus circui tur quando fossis et vallibus est vallata quando aq̄s et fluminib9 est ambita. sic vere ꝯmunitas nostra tūc est fortis spiritualiter atqȝ firma quādo muris diuine protectionis: turribus alte cōtemplationis aquis la-chrymarum et deuotionis: fossis et vallibus humili-tatis et subiectionis circundatur et vallat. vnde pro-uer. xviij. Frater qui adiuuatur a fratre: tanꝙ ciuitas firma. cōmunitas enim adiutorij et amoris: est spiritua lis fortitudinis firmamentum. Et ideo ista solet esse omnium habitantium tutamentum ⁊ saluamentum Gen. xix. Est ciuitas hic iuxta parua ad quam possuȝ confugere et saluabor in ea. Sed reuera carissimi: iam videtur fortitudo ciuitatis religionis et ecclesie cecic-disse: ⁊ penitus defecisse. quod videmus temporaliter et spiritualiter Temporaliter videmus: qualiter dese cit omnis virtus et potētia ecclesie et religionis ⁊ qua liter a tyrannis deprimitur et suppeditatur. spiritua-liter etiam videmus qualiter ab hostibus ⁊ vitijs de-struitur ⁊ subiugatur. Et ideo bene potest dici illud. Esaie. xxvij. ca. Ciuitas munita desolata erit. Et ideo in ista ciuitate multi hodie a dyabolo capiuntur. et diuersis criminibus exponuntur. Math. iiij. Assum-psit eum diabolus in sanctā ciuitatē. Non sic ergo: sȝ sit in nobis permanentie firmitas ¶ Tertio dico. ꝙ H
in nostra ciuitate ⁊ cōmunitate debet esse innocētie puritas. Nouam inquit. Nouitas enim signat puri-tatem. q2 scȝ ciuitas religionis ecclesie ⁊ societatis cu-iuslibet vnitatis debet esse pura ⁊ munda vt pur9 rex nouus ⁊ mundus xp̄s nobiscū maneat ⁊ moret. Apes enim libenter mellificant in aluear i nouo. Pisces etiā libenter subintrant sportulas nouas ⁊ mundas. Sic vere xp̄s libenter habitat ⁊ frequentat societates et cō munitatē nouam. mundā. puram et castam Apoc. iij. Scribam super eam nomen ciuitatis noue hierusalē Quod est hodie contra multas ciuitates. status et re-ligiones in quibus procerto non est puritas sed car-nalitas non est nouitas sed antiquitas non mūdicia. sed spurcicia: non iusticia sed nequicia Unde dicit. ezech. xxiiij. Ue ciuitati sanguinum olle. cuius rubigo in ea est. Sit igit in nobis innocētie puritas. ¶ Quar I
te dico ꝙ ī nobis debet esse amicicie vnitas. Qd nota tur cum dicitur. Hierusalem. qd̄ interpretatur visio pacis. In pace enim et amore viuere debemus. Quia sicut dicit seneca. sicut parue res concordia crescunt: sic magne discordia labuntur. vnde ps. Hierusalem que edificat vt ciuitas. cui9 participatio ei9 in idipm Sit igitur in nobis amicicie vnitas. Quod est contra multos qui in ciuitate ecclesie sunt discordes. vnde. j. Macha. xiij. Factus est motus magnus in ciuitate. ¶ Quinto sit in nobis opulentie vbertas cum dicit. descendētem. Loca enim que sunt in descensu. magis vt communiter fertilia et opulēta. Sic vere si ciuitas et ꝯmunitas nostra sit in descēsu humilitatis. magis erit spiri-

Ayuntamiento de Madrid

erit ſpiritualiter fertilis ⁊ fecũda ⁊ magis in fructib⁹ bonorũ operũ abundabit. Eſa.xxxij. Humilitate humiliabitur ciuitas pſ. Aſcendunt montes et deſcendunt campi. Campus enim nomen eſt loci fertilis et opulenti. eſa.xxxiij. Oculi tui videbũt hierlm regionẽ opulentã ⁊c. Et ſic ergo pʒ ꝙ ciuitas noſtra dʒ habere

Uirtutũ vbertatẽ.
Amoris vnitatem.
Ailtoris puritatem.
Uigoris firmitatem.
Splendoris claritatẽ.

Et ſic iſta erit illa ciuitas de qua dicit in pſ. Quis deducet me in ciuitatẽ munitam. Si per ciuitatẽ intelligis virum iuſtũ vel virginẽ glioſaʒ dic ſicut ſupra in litera.b. de ciuitate nobili. ⁊ de ciuitate fertili. Si vero carnẽ intellexeris: dic ſicut ſupra in littera. A vbi agitur de corpore vel de mundo.

a **Ciuis.** Uide ſupra. vbi. Adherere in illa autoritate. Adheſit vni ciuiũ regionis illius. q̃ ibi exponitur vel diuiditur. ❡ De ciue vero potes diſtinguere ſm numerũ ciuitatũ. qꝛ ſcʒ quelibet ciuitas habet ſuos ciues. In ciuitate corporis ſunt ciues motus carnales. In mũdo ſunt ciues viri brutales. In religione ⁊ eccleſia ſunt ciues homines ſpirituales. In celo ſunt ciues beati ⁊ angeli immortales. In inferno ſunt ciues damnati ⁊ demones. impij ⁊ crudeles. In anima ſunt ciues potentie naturales ⁊ ſi bona fuerit virtutes tam theologice ꝙ̃ morales. Si vero mala affectus ſuperflui ⁊ criminales. Generaliter tamen per ciues intelliguntur viri familiares ⁊ domeſtici quib⁹ ſi deliquerint eſt parcẽdum ⁊ indulgendũ inter quos equaliter eſt iudicandũ ⁊ a quorũ ſocietate ſi infamis fuerit: eſt recedendũ ⁊ declinandũ. Parcendũ dico et indulgendũ Leuit.xix. Non memor eris iniurie ciuiũ tuorũ. Iudicandũ etiã Deut.xxiij. Iuſtum iudiciũ iudicate ſiue ciuis ſit ille: ſiue peregrinus. nulla erit diſtantia perſonarũ. Declinandũ inſup. Leui.xxj. Non cõmutabit ſacerdos in morte ciuiũ ſuorũ ⁊c. Sufficit.

a **CLam.** Nota ꝙ Clã accipit pro occulte abſcõdite. vel ſecrete. Et ideo dico. ꝙ eſt vnũ clam qđ eſt prudentie vnũ claʒ qđ eſt fallacie vnũ clam qđ eſt nequicie. Prudentes enim ⁊ maxime humiles volunt clam. i. ſecrete ⁊ abſconſe: non palã nec pompoſe facere facta ſua. vnde dauid dictum eſt illud. j. Reg. xviij. Manebis clam ⁊ abſcõderis in agro. fallaces enim clandeſtine faciũt fraudes ſuas. vnde de herode xp̃m occidere cupiente: dicitur Mathei.ij. Tũc herodes clam vocatis magis didicit ab eis tempus ſtelle. Iniqui etiã et crudeles clam ⁊ ſub ſpecie iuſticie committunt multa tyrannica et peruerſa. Contra quos Deut.xxvij. Maledictus qui clam percuſſerit proximũ ſuum ⁊c. Uide de Abſcondere vel occulte.

a **Clamare.** Nota ꝙ clamare ſm Hug. idẽ eſt ꝙ cũ alta voce ſonare: ⁊ cordis deſiderium exprimere. Et poteſt ſignificare in ſcriptura in bono et in malo. In bono enim ſignat.

Suſpiriũ cõtritiõis.
Eloquiũ confeſſionis
Preconiũ laudationis.
Magiſteriũ inſtructiõis.
Miniſteriũ orationis.

Eſt dico clamandũ p cõtritionẽ Heſter.iiij. Heſter voce magna clamabat oſtendens amaritudinem animi ſui. Itẽ eſt clamandum per confeſſionem. Unde Eſa.xxxviij. Sicut pullus hyrundinis ſic clamabo: meditabor vt columba. Item eſt clamandum per laudationem et per gratiarum actionẽ Marci.xj. vbi de filijs hebreorum dicitur. Quod domino clamabant dicentes oſanna. Item eſt clamandũ per inſtructionẽ ſeu predicationẽ Eſaie.lviij. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Item eſt clamandum per orationem. j. Mach. iiij. Clamemus in celum ⁊ miſerebitur noſtri deus noſter. ❡ Item clamor quandoqꝫ ſignat in malo: ⁊ ſic inuenitur multiplex clamor. ſcilicʒ

Clamor iactantie ⁊ elatiõis.
Clamor ſeuicie cõminationis.
Clamor triſticie ⁊ deſperatiõis.

Eſt ergo primo clamor iactantie Hiere.xij. Clamauerũt poſt te plena voce. Item eſt clamor ſeuicie. Et de hoc dicitur Marci xv.c. Iterũ clamauerũt. Crucifige crucifige eum. Item eſt clamor triſticie. Soph.j. Uox clamoris a porta piſciũ: ⁊ vlulat⁹ a ſecũda. Poſſumus ergo diſtinguere ꝙ eſt bon⁹ clamor quo debem⁹ clamare. Et eſt malus clamor quo debemus ceſſare. Prim⁹ bonus clamor eſt quo ſcʒ debemus clamare ad deũ. b

Sicut pupillus clamat ad tutorem.
Sicut diſcipulus clamat ad doctorem.
Sicut pauper clamat ad benefactorem.
Sicut vim patiens clamat ad adiutorem.

❡ Clamemus ergo ad deum.

Ut ad tutorem: vt defendamur.
Ut ad doctorem: vt inſtruamur.
Ut ad benefactorẽ: vt nutriamur.
Ut ad adiutorem: vt eruamur.

Sicut eĩm dr̃ eſa.xxix. Miſerebit tui ad vocẽ clamoris tui. Et in pſ. dicitur Ad te clamauerũt ⁊ ſalui facti ſunt. Deus enim clamat ad hominẽ vt ꝯuertatur. hõ aũt clamat ad deũ vt miſereatur hõ vero clamat ad hominẽ: vt ꝯpatiat. De clamore dei ad hominẽ dicitur. Mich.vj. Uox domini ad ciuitatẽ clamabit. Et iohãnis.vij. Clamabat ieſus: ſi quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat De clamore hominis ad deũ dicitur Prouer.xxj. Qui obturat aures ſuas ne audiat pauperẽ: clamabit ⁊ ipſe ⁊ nõ exaudiet Clamem⁹ igit a dñm ſua bñficia implorãdo: veniam peccatorum poſtulãdo eius miſericordiã ſupplicãdo. Elephas enim cũ ceciderit ad terrã: videns ꝙ per ſe ſurgere non poteſt: ſolet barrire fortiter ⁊ clamare. ⁊ ſociorum ſuorũ iuuamẽ talibus clamoribus implorare vt dicit. Plini. qui audito clamore: ſtatim ad eũ cõueniunt: ⁊ vt poſſunt ſibi ſubueniũt ⁊ ſuccurrũt. Sic pro certo chariſſimi: ſi nos ceciderim⁹ a ſtatu gratie p peccatum: vel a ſtatu proſperitatis per infortuniũ: nos p certo debemus clamare ad ſocios noſtros. ſcʒ ad deũ ad angelos ad ſanctos. ⁊ ad proximos. Clamare dico debemus ad deũ per orationẽ ⁊ ſuorũ beneficiorũ implorationem ⁊ ſic ſtatim aderit per ſui benigni adiutorij manifeſtã et occultã collationẽ vnde pſ. Ad dñm cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. Et alibi. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit. Mat. xxv. Ideo de tali clamore poteſt dici illud Eſa.xl. Uox dicentis. clama. quid clamabo? Omnis caro fenum. In quibus verbis aduerte. quod eſt triplex bonus clamor ſcilicet clamor.

Imperatiuus.
Informatiuus.
Deploratiuus.

De⁹ eĩm clamat nobis imperãdo vox inq̃t dicẽtis. Predicator clamat ſuos iformãdo. Clama inq̃t. Et pctõr clamat ſeſe deplorãdo Quid clamabo inquit: Oĩs caro fenũ. ❡ Dico ergo primo. ꝙ eſt quidam clamor imperatiu⁹ ⁊ iſte eſt clamor dei ad hoĩes quo ſcʒ deus clamat: ⁊ in ſcriptura ⁊ per ꝓphetas mãdata ſua declarãdo. Uox inquit dicẽtis. Leo enim terribiliter rugiens atqꝫ clamãs: circa animalia facit circulum: que circulũ exire non audentes capi ab eo ſe permittunt. Sic leo de tribu iuda deus: clamando et imperando in ſcriptura: circulũ mandatorũ nobis dedit in quibus debem⁹ manere: ⁊ vſqꝫ beneplacitũ ſuũ ſit nos per mortem accipere. inde debemus penit⁹ nõ exire: qui clamor nobis oſtenditur cũ dr̃ Uox dicẽtis. vñ Math.iij. ⁊ eſa.xl. Uox clamãtis in deſerto parate viã dñi. Circa qđ aduerte. ꝙ clamor iſti⁹ leonis eſt.

Aliqñ expſſiu⁹ amoris.
Aliqñ incuſſiu⁹ timoris.
Aliqñ ꝓmiſſiu⁹ valoris.

De⁹ eĩm clamat exprimẽdo ſuũ amorẽ Unde Luc. xxiij. clamãs voce magna emiſit ſpiritũ. Item deus clamat imprimẽdo nobis timorem Apocal.xiiij. Clamauit voce magna ad angelum qui habebat falcem acutam dicens. Mitte falcẽ tuam et vindemia botros vinee terre. Iſte clamor potiſſime audietur quando dicet. Ite maledicti ⁊c. Item iſte clamat promittendo magnũ valorem. ſcʒ promittendo paradiſũ dicens. Uenite benedicti ⁊c. Mathe. xxv. vnde Ioh.vij. Clamabat ieſus: ſi quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Hic eſt ergo clamor imperatiuus Uox



Ayuntamiento de Madrid

dicentis inquit. Mich. vj. Vox domini ad ciuitatem
D clamat. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt clamoꝛ informatiuus
Et iſte eſt clamoꝛ predicationis. Clama inquit Onager
enim clamat et rugit. vt inueniat vxoꝛẽ ſuaꝫ qſi eã
amiſit. Aquila clamat terribiliter qſi vadit ad predaꝫ
cuius clamoꝛe audientes predales: tanto terroꝛe terrentur
ꝙ vix illa die ad predandũ animanſ. Sic vere
predicatoꝛ qui videt ꝙ vxoꝛes ſuas. i. animas xpianas
quas tanꝙ vxoꝛes debet diligere per ipſarũ peccatuꝫ
amiſit: debet alte clamare ꝑ predicationẽ ⁊ inſtructionem:
vt ipſas recuperet per penitentiã ⁊ ꝯuerſionem.
Iſte enim debet eſſe ſicut aquila alte volans per contemplationẽ
Acute videns per diſcretionẽ. Terribiliter
clamans per cõminatoꝛiã monitionẽ: vt ſic aues
predales. ideſt peccatoꝛes ⁊ raptoꝛes eius clamoꝛibꝰ
terreantur: ⁊ ab actibus impijs retrahanſ. Oſee. viij.
In gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domũ dñi.
Clama ergo. eſa. lviij. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta
vocem tuã annuncia populo meo peccata eoꝛũ ⁊c.
Multi tamen ſunt hodie quaſi illi quos lupus videt
qui ſtatim cum ipſos viderit: vocem ⁊ clamoꝛẽ eis aufert.
Coꝛrumpit enim aerem contiguũ qui coꝛruptus
aufert vocem et clamoꝛẽ. Sic procerto multi ſunt quibus
incumbit officium clamandi contra lupũ. i. contra
dyabolum qui tamen ab aere coꝛrupto. ideſt. a malis
mulieribus taliter inficiuntur ꝙ vocem videntur
perdidiſſe inꝙtũ clamare contra vitia non preſumũt
quibꝰ ſe ſentiunt irretitos vnde ps. Laboꝛaui clamãs
rauce facte ſunt fauces mee. Iſte eſt ergo clamoꝛ infoꝛ
E matiuus. ¶ Tertio dico. ꝙ inuenitur clamoꝛ lamentatiuus.
⁊ iſte eſt quãdo homo plangit: clamat et lamentatur
de miſeria fragilitatis. De ꝯmiſſione iniqtatis.
De offenſa diuine maieſtatis: quod oſñditur cũ
dicitur. Quid clamabo. Omnis caro fenũ. quaſi diceret:
tot habeo materias clamandi ꝙ neſcio vbi incipiam
quare: quia procerto. Omnis caro fenuꝫ. Puer
enim ſtatim quãdo naſcitur incipit clamare: ſignans
miſeriam ad quam intrat Mandragoꝛa etiaꝫ quãdo
eradicatur ſolet clamare. ſm Plinium. Ceruus inſuꝑ
quãdo a canibus capitur ſolet lachꝛymare. clamare et
mugire. ⁊ ad hominem quẽ naturaliter cognoſcit eſſe
pium: ſolet vltro recurrere et abire. Sic vere cariſſimi
nos debemus ploꝛare et clamare de miſeria mũdane
habitationis ſicut puer qſi naſciſ. de eradicatiõe a terra.
ideſt de fine moꝛtalis defunctionis ſicut mandragoꝛa
que auellitur de laboꝛe preſentis tribulationis:
ſicut ceruus qui impingitur. clamandum eſt.
Cum homo naſcitur: quia naſcitur ad laboꝛem.
Cum homo viuit: quia impellitur ad timoꝛem.
Cum homo auellitur a terra. id eſt quando moꝛitur:
qꝛ deducitur ad doloꝛẽ. Ideo dꝛ Ione. ij. Quod ionas
in ventre ceti abſoꝛptus a mari clamauit ad dominũ
Spiritualiter etiam loquendo: quando a terra. ideſt
a deo per peccatũ eradicamur qſi etiaꝫ a canibus. i. a
demonibus ⁊ a tentationibus impugnamur: nos procerto
debemus plangere per contritionẽ: clamare per
confeſſionem ploꝛare per compunctionẽ: doloꝛẽ ⁊ deſolationem:
⁊ ad hominẽ. i. ad chꝛiſtum refugere: per
ſui adiutoꝛij imploꝛationẽ. Iſte eſt enim homo naturaliter
pius: ⁊ ideo ad ipſum in neceſſitatibꝰ eſt recurrenduꝫ
⁊ in tribulationibꝰ clamandũ. Vnde de incola
tu preſentis miſerie: poteſt dici illud. Iob. xxx. Conſurgens
in turba clamabã. frater. fui draconũ ⁊ ſociꝰ ſtruthionum.
i. demonũ ⁊ hominũ peruerſoꝛũ. Ideo a turba
ipſoꝛum debemus conſurgere ⁊ recedere: ⁊ ad deuꝫ recurrere
⁊ clamare. Iuxta illud ps: Clamabo ad deum
altiſſimũ qui bene fecit mihi. Iſte eſt ergo clamoꝛ lamentatiuus:
qſi ſcꝫ homo lamentatur et clamat propter
mundane proſperitatis breuitatẽ propter humane
fragilitatis vtilitatẽ. quod totũ oſtendiſ cũ dicitur
Omnis caro fenũ. vnde ibidẽ. Eſa. xl. ca. Vere fenum
eſt populus. Iaco. j. Exoꝛtus eſt ſol cum ardoꝛe ſuo: ⁊
areſecit fenum: ⁊ flos eius decidit ⁊ decoꝛ vultus eius
deperijt. Et ſic ergo patet ꝙ eſt clamoꝛ lamentatiuꝰ
informatiuus imperatiuꝰ. Et iſte eſt multiplex bonꝰ
F clamoꝛ. ¶ De malo vero clamoꝛe nota. ꝙ inueniſ clamoꝛ.
Languentis. furentis. et Dolentis. clamat.

Egenus languens in biuio.
Tyrannus furens in ſolio.
Dãnatus dolens in deuio.

ſeu incẽdio. clamoꝛi
egeni debemus ſubuenire.
qꝛ ſcꝫ clamoꝛ
aliene miſerie tribulatiõis ⁊ anguſtie: debet per compaſſionẽ
in noſtris auribꝰ introire: ita ꝙ ipſis debemꝰ
ſi poſſumꝰ ſubuenire vñ ps. Nõ eſt oblitꝰ clamoꝛem
pauperũ. Iſti eñ pre tribulationibꝰ clamant. qꝛ ſcꝫ tyranni
⁊ mundi miſerie eos grauant et quod peius eſt
ipſi clamare: loqui: vel cõtradicere tyrannoꝛũ violentijs
nũꝙ audent. Inter alpes enim ytalie multe ſunt
hoꝛrende rupes que perpetuis niuibꝰ ſunt obſeſſe. cũ
igitur per cõcauitates illoꝛũ montiũ quis trãſierit: neceſſe
eſt ꝙ nõ clamet: qꝛ ſtatim nix de mõtibus caderet
que ipſuꝫ in profundũ ſubmergeret ⁊ necaret. Sic
vere hodie ſi quis reclamando vel cõquerendo de altis
rupibus. i. de tyrannis diuitibus. iuſte vel iniuſte
dixerit. ſtatim a niue. i. a frigoꝛe tribulationũ: exactionuꝫ
⁊ moleſtiarũ ab eis inuolutus erit. Et ideo hodie
pauperes ⁊ depreſſi ꝙuis clamãdi habeant materiaꝫ
clamare, tamẽ non audent immo tribulationes ſuas
ſuſtinent. qꝛ peius incurrere timent. Ioſue. vj. Clamabitis
neqꝫ audietur vox veſtra. neqꝫ vllus ſermo egredietur
ex oꝛe veſtro. Iſte eſt ergo clamoꝛ egenoꝛum cui
debꝫ ſubuenire. ¶ Itẽ eſt clamoꝛ tyrannoꝛũ qui debꝫ
non audiri. Tyrãni enim ⁊ diuites clamant ſe iactando
⁊ alios deterrẽdo. vnde. iij Reg. j. Inſonuit terra a
clamoꝛe eoꝛũ. Litigioſi clamant litigando atqꝫ rixãdo
et alios moleſtãdo: ſimiles ranis q̃ animalia ſunt clamoſa.
Soph. j. Vox clamoꝛis a poꝛta piſciũ. Detractores
clamant alios infamando ⁊ de alijs murmurãdo
ſimiles poꝛcis q̃ clamãt i ſtercoꝛibꝰ rauca voce. Hiere.
v. factꝰ eſt clamoꝛ populi murmurãtis. Patet igiſ ꝙ
eſt clamoꝛ iniquoꝛũ quẽ decet nõ audire. ¶ Itẽ eſt clamoꝛ
dãnatoꝛũ qui nequit deliniri qui ſcꝫ pre toꝛmẽtis
et deſperatione clamant. vnde de occiſione primogenitoꝛũ
dꝛ. Exo. xij. Oꝛtꝰ eſt clamoꝛ magnus in egypto
ideſt in inferno. Sic igitur patet ꝙ inuenitur.

Clamoꝛ dãnatoꝛũ.
Clamoꝛ iniquoꝛum.
Et clamoꝛ egenoꝛũ.

Et hoc de clamoꝛe ſufficit
Vide infra de. Exaudire.
vbi inuenies autoꝛitateꝫ
diuiſaꝫ ⁊ ꝓſecutã. clamauit ad me. et ego exaudiaꝫ eũ.

## Clangoꝛ.

Cum clangoꝛ nihil aliud ſit niſi ſonus
buccine ſeu tube: non opoꝛtet
aliud dicere ꝙ dictum eſt de clamoꝛe vel de buccina.
Vel quod tuba infra dicetur.

## Claritas. Clarus.

B Notãꝙ in ſcriptura
põt triplex claritas
inueniri: Eſt eñ ibi claritas habẽda. Claritas q̃rẽda
⁊ claritas hoꝛrẽda. Prima ẽ interioꝛ. Scda ẽ exterioꝛ.
Tertia ẽ ſupioꝛ. ¶ Pria ẽ claritas ſpualis. Scda
ẽ claritas eternalis. Tertia ẽ claritas tpalis. Prima
ſignat moꝛum honeſtatẽ de qua põt dici illud. j. Coꝛ.
xv. Alia eſt claritas ſolis. alia lune. alia ſtellarũ. Claritas
enim ſolis eſt claritas ⁊ ſanctitas prelatoꝛũ. claritas
lune eſt claritas ⁊ bonitas actiuoꝛũ. claritas ſtellarũ
eſt bonitas ⁊ ſanctitas ꝯtemplatiuoꝛũ. ¶ Secũda
ſignat celi felicitatẽ. de qua Apoca. xxj. Ciuitas illa
non eget ſole ⁊ luna: nam claritas dei illuminat illaꝫ
¶ Tertia ſignat mundi ꝓſperitatẽ: que. ſ. debet cõtẽni
⁊ hoꝛreri. vnde Iob. xxxj. Vidi ſolẽ cũ fulgeret: ⁊ lunam
incedentẽ clare. Luna eñ que eſt mutabilis. proſperitatem
ſignat: Loquamur ergo aliquantulũ magis
diffuſe de moꝛali: ſpũali ⁊ interioꝛi claritate que nihil
aliud eſt ꝙ ſapientia ſeu diſcretio ꝙ bona apparẽtia
ſeu honeſta conuerſatio ꝙ bona fama ſeu ſplendida
reputatio. Tales ergo claritates debemꝰ appetere
quibus in nobis ipſis debemus clareſcere et alios clarificare.
Exponamus igitur illam. autoꝛitateꝫ. j. coꝛ.
xv. Alia eſt claritas ſol. alia claritas lune alia ſtellarũ

In quibus

Ayuntamiento de Madrid

In quibus verbis poteſt oſtendi triplex claritas ſpiri
talis.que in tribus ſtatibus eccleſie.debet principali
ter abundare.ſcȝ in prelatis actiuis ⁊ contēplatiuis.
B ¶ Prima eſt claritas ſapientie ⁊ diſcretionis q̄tum
ad prelatos.Solis inquit.Secunda eſt claritas opu
lentie ⁊ bone operationis q̄tum ad actiuos.Lune.
Tertia eſt claritas apparentie,et famoſe ꝯuerſatiōis
q̄tum ad cōtēplatiuos.Stellarū.Prima eſt claritas
illuminatiua.Secūda eſt claritas cōmunicatiua Ter
tia eſt claritas letificatiua.Dico ergo primo.ꝙ eſt cla
ritas ſapiētie que eſt in prelatis ⁊ iſta intelligit̄ in cla
ritate ſol̄.Alia inquit eſt claritas ſol̄.claritas enim ſo
lis totū mundū illuminat nunq̄ deficit ſeu ceſſat. et
cunctis aliis luminarib⁹ lumē preſtat. Sic vere ſapiē
tia prelatorū debȝ per doctrinā alios illuminare nūq̄
debet per negligentiā vel ignorantiā ceſſare vel defice
re:⁊ lumen ſcientie ⁊ gratie debet aliis diſtribuere.vt
de tali claritate poſſit dici illud.Sap.vj.Clara eſt ⁊ q̄
nunq̄ marceſſit ſapientia:Sapientia enim iſtorum
nunq̄ debȝ in iudicādo errare.In cōmonendo ⁊ infor
mando ſubditos ⁊ inſtruendo nunq̄ debet eſſe mar
ceſcens.deficiens ſeu ceſſans.Aduertamus tamen ca
riſſimi:ꝙ claritas ſolis deficit aliquotiens duplici ra
tiōe.Aliquādo per lune interpoſitionē.In nouilunio
enim quando luna inter nos ⁊ ſolē interponitur.clari
tas ſolis q̄tum ad nos obſcuratur ⁊ eclypſatur.Ali
quando per vnius lapidis qui dicitur elytropia virtu
tem ⁊ operationē.Iſte enim lapis quadā ſua mirabili
virtute:ſi in aqua ponatur ⁊ ſolis radiis perfundatur
facit aquā euaporare ⁊ in nubē reſolui. Et ſic videtur
ꝙ ſol rubeus efficitur:et ꝙ a claritate propterea ecly
pſatur.vt dicit diaſcorid.vnde i lapidario dicitur.Ex
re nomē habens eſt hic elytropia gēma.Que ſolis ra
diis aque ſubiecta trementi.Sanguineū reddit mu
tato lumine ſolem.Eclypſimq̧ nouam terris effun
dere cogit:Vere chariſſimi:iſtis duobus modis ecly
pſantur homines ⁊ deficiunt a claritate ſapientie ⁊ ra
tionis:⁊ a recti iudicii veritate. Et primo per lune in
terpoſitionem.ideſt per mundane fluxibilis proſperi
tatis nimiā delectationē.¶ Item per elytropie opera
tionē.ideſt per carnalis affectionis.⁊ per perſonalis
acceptionis impeditionē.Elitropia enim dicit̄ ab ely
quod eſt ſol: et tropos quod eſt conuerſio quaſi ſolis
conuerſio.Iſta enim duo ſcȝ temporaliū amor et am
bitio.⁊ carnalis affectio ſeu perſonarū acceptio: pro
curant hodie ſolis.ideſt prelatorū cōuerſionē. faciūt
enim hodie ſolē ſanguineū ⁊ obſcurū: q̄r ſcilȝ per iſta
duo prelati fiunt ſanguinei ⁊ carnales:⁊ a claritate ve
ri iudicii eclypſantur.vnde Ioelis.ij. Sol cōuertetur
in tenebras ⁊ luna in ſanguinē.Ideo poteſt hodie dici
multis eccleſiis illud. Eſa.lx. Non erit tibi ſol ampli⁹
ad lucendum ideſt bonus prelatus ad veraciter iudi
candum vel ad ſagaciter illuminandū.vnde talis ec
cleſia vel patria figurari poteſt in illis que dicunt̄ apo
ca.xxj.de ciuitate hieruſalem.Solem inquit non vidi
in ea.ita ꝙ iſti poſſunt dicere illud.j.Machab.j. Cla
ritas noſtra deſolata eſt. Non ſic ergo cariſſimi: ſȝ ſit
in prelatis claritas ſapientie.Solis inquit,eſa.lx. Nō
C occidet vltra ſol tuus.⁊ luna tua nō minuetur. ¶ Se
cundo debet eſſe in actiuis claritas cōſcientie.Alia in
quit eſt claritas lune.Luna enim que eſt planeta ter
re propinquior ſignat bonos actiuos: qui prope terrā
ideſt prope terrena negocia ſunt ſiti, et neceſſario oc
cupati qui reuera claritatem et mundiciā ſcientie te
nentur habere.Quia ſicut luna q̄q̄ propter vmbraȝ
terre multotiens perdit lumen q̄tum ad apparentiā
noſtram.Iſtud tamen verū eſt.ꝙ illa pars lune quā
ſol reſpicit:ſemper eſt clara et illuminata.Sic vere q̄
uis boni ſeculares et actiui ex vmbra terre.ideſt ex p
pinquitate terrenorū negociorū:que adminiſtrant cō
trahant ſepiſſime tenebras defectuū qui variātur in
diuerſas ⁊ varias figuras conditionū iſtud tamen de
bet eſſe certum et verum.ꝙ illa pars ipſorum quā ſol
iuſticie deus principaliter reſpicit.ſcȝ cor ⁊ conſciētia.
ſemper debet eſſe per gratiā illuminata:clara pariter
atq̧ mūda.Claritas lune inquit.vnde illud Iob.xxxj.
Vidi ſolem cū fulgeret:⁊ lunā incedentē clare.Quod
eſt contra multos:qui procerto magis appetunt eſſe
clari exterius q̄ interius magis in corpore q̄ in corde
magis in apparentia q̄ in ꝯſcientia.Iſti ſunt ſimiles
ſpeculo qui habet claritatē exterius ⁊ nō interius.Si
miles enim ſunt noctiluce:que habet claritatē de no
cte et non de die.in parte poſteriori et non anteriori.
Sic vere chariſſimi:multi ſunt qui plus volunt eſſe:⁊
videri clari.ideſt famoſi:curioſi et politi exteri⁹ in vi
ſu hominum: q̄ interius in corde. quod deus reſpicit
et videt.Magis enim appetunt claritatē mundane
glorie,que in nocte huius vite rutilat q̄ claritatem
conſcientie que tamen in die future vite nihil eſtima
bitur vel lucebit.Magis volunt clari in parte poſte
riori eſſe.ideſt in corpore q̄ in anteriori.ideſt in mēte,
vnde Baruc.vj.Neq̧ lucebunt vt ſol neq̧ illumina
bunt vt luna.Non ſic ergo:ſed habeamus claritatem
conſcientie.¶ Tertio dico.ꝙ in ꝯtemplatiuis dȝ eſſe
claritas apparentie.ideſt ſplendor ſapientie ⁊ honeſte D
conuerſationis.quod oſtenditur cuȝ dicitur: Alia eſt
claritas ſtellarum.Stelle enim ſunt corpora diapha
na.habent enim claritatem non ſolū interius ſȝ etiaȝ
exterius.Sic vere contemplatiui qui more ſtellarum
in celo.ideſt in celeſtibus per contemplationem ⁊ af
fectionem debent eſſe ſiti ⁊ fixi. Iuxta illud Geneſ.j.
Stellas poſuit in firmamento celi:tales dico non ſo
lum debēt eſſe clari interius per ꝯſcientie puritatem
immo etiam exterius per apparentie venuſtatē et per
bone fame reputabilem ſanctitatē.vnde.j.Corint.xv.
Stella differt a ſtella in claritate: quod eſt cōtra mul
tos qui ſcȝ nō habēt claritatē nec interius nec exteri⁹
Sicut ſunt inſolentes et inhoneſti viri: quorum exte
rior conuerſatio poteſt dici magis obſcura q̄ clara,
nigra q̄ alba ingrata q̄ accepta.vnde tales non ha
bent claritatem

| | |
|---|---|
| In aſpectu. | In aſpectu habent deformitatem. |
| In habitu. | In habitu habent curioſitatem. |
| In vultu. | In vultu verecundā frondoſitatem. |
| In actu. | In actu īhoneſtā operū multiplicitatē |

De iſtis ergo carētibus ſic claritate:pōt dici illud Le
uiti.xiij.Vbi dicitur. ꝙ ſi apparuerit cādor non ſatis
clarus lepram ſignabit.Non ſic ergo chariſſimi: ſed
habeamus claritatem ſpūalem que ſcȝ conſiſtit.

In ſapientie limpitudine.
In conſcientie ſanctitudine
In apparētie pulcritudine.

Et proculdubio ſi ta
lem multiplicem cla
ritatem habuerim⁹
ad finalem claritatem paradiſi finaliter attingemus
Iuxta illud.ij.Corin. Nos vero reuelata facie gloriā
domini ſpeculantes in eandem imaginē transformā
mur a claritate in claritatem. A claritate dico gratie
ad claritatem glorie.Et ſic patȝ ꝙ iſta eſt claritas ſpi
ritualis quam debemus habere.¶ Secundo dico ꝙ E
eſt claritas eternalis quā debemus optare. Aues em
nobiles magis diligunt loca clara q̄ obſcura ſicut pa
tet:quia in locis altis vbi eſt.

Aer purior.
Locus mundior
Splendor clarior.

faciunt nidos ſuos. ſicut de
aquila dicitur Iob.xxxix. Ele
uabitur aquila in arduis po
net nidum ſuum.Sic reuera chariſſimi:ſi nos ſimus
aues ſpūales.virtuoſi nobiles.famoſi ⁊ morales debe
mus claritatem paradiſi ⁊ bonorū eternorū diligere.
Et,ideo in ipſis locis altiſſimis celi:debemus per con
templationem et affectionem nidificare.Ibi eſt enim.
Locus purior ſine feditate.
Locus clarior ſine obſcuritate.
Locus ſanior ſine infirmitate.
Vnde Thobi.xiij.Benedictus ero ſi fuerint reliquie
ſeminis mei ad videndum claritatem hieruſalem.
Iſta eſt claritas eternalis quam debemus optare.
¶ Tertio dico ꝙ eſt claritas mūdialis proſperitatis. F

Ayuntamiento de Madrid

quam debemus horrere. Et iſta eſt claritas et ſplendor mundane proſperitatis. Iſta enim eſt ſimilis ſplendori lampadis quam frequentant papyliones circa quam comburũt ſepiſſime alas ſuas. Similis etiam eſt ſplendori fulguris: que ꝙuis ſplendeat ⁊ clareſcat urit tamen ⁊ diſſipat quicquid tangit. Sic vere claritas mundane pſperitatis illos qui more papylionis circa eam ambulant et diſcurrũt facit incurrere multa vitia et peccata. oleum enim ſue claritatis ipſos inficit et inquinat. et ignis ſue pietatis alas. id eſt. affectiones eorũ urit et inflammat. fulgur inſuper crudelitatis ipſos diſſipat et eneruat Claritas enim olei ledit oculos paruulorum. Claritas enim peluis ardentis excecat oculos viſorum. Sic procerto ſplendor et claritas mũdane glorie: pueros ⁊ viros. id eſt iuuenes et prouectos excecat per peccatũ. vnde Act. xxij. Cum non viderem per claritatẽ luminis illius ad manu⁹ tractus veni damaſcum Damaſcus enim interpretatur ſanguinis potus vel ſanguinis oſculum. Quia reuera illi qui per claritatem mundane glorie excecantur ad ſanguinis id eſt ad peccati potum ⁊ oſculum inclinantur ⁊ ibi per malas ↄplacentias attrahuntur. Patet ergo ꝙ eſt claritas ſpũalis claritas eternalis claritas mundialis. Hec ergo de claritate ſufficiunt.

a **Claudere.** Nota ꝙ claudere idẽ ẽ ꝙ obſtruere. ſtringere. vel ſerare. abſcondere vel occultare. Et poteſt accipi in bono et in malo. In bono ſignat humilitatem que ſe claudit ⁊ inuoluit ne bona ipſius videantur. et ne ſibi per inanem gloriam auferãtur. vnde Math. vj. Claude hoſtia tua ſuper te et ora patrem tuum qui videt in abſcondito. In malo autẽ ſignat cupiditatem ⁊ parcitatẽ que ita claudit et ſtringit hominem ꝙ ipſum per elemoſinã aperiri aliqualiter nõ permittit Hier. xiij. Ciuitates auſtri clauſerunt ⁊ nõ eſt qui aperiat. Aduertamus igitur ꝙ eſt.

Clauſura virtuoſa.
Clauſura vitioſa.
Clauſura tedioſa.

Prima clauſura eſt qua hõ infra muros diſcipline regularis ⁊ diuinorũ mãdatorum abſcondit ⁊ clauditur ⁊ qua per humilitatẽ a viſibus hominũ abſcõditur ⁊ celatur. Iſta etiã eſt clauſura qua nos debemus ſenſus exteriores claudere ne intrent exteriora delectabilia corda noſtra. ꝙdiu enĩ pinella eſt clauſa: pinelli ipſius non comeduntur nec ſibi ſubtrahuntur. ſtatim autem ꝙ ſuper ignem ponitur: ipſa aperitur ⁊ pinelli cadunt exeunt et ſumuntur Sic vere cariſſimi: ꝙdiu infra pdictas clauſuras clauſi fuerimus et reſtricti. ſani et integri erimus. et pinelli noſtri. id eſt interiores gratie et virtutes nobis nullatenus ſubtrahentur. Si vero ſuper carbones bonorũ temporalium nos ponamus: tunc per deſideria aperimur et nobis interiores gratie auferuntur. Claudamur ergo. Dan. xiij. Oſtia pomerij claudite. vnde Gene. viij. Adduxit ſpiritũ ſuper terrã ⁊ imminute ſunt aque et clauſi ſunt fontes abyſſi. Quãdo enim fontes abyſſi. id eſt ſenſus exteriores clauduntur. tunc aque delectationũ diminuuntur. ⁊ ſpũſanctus in eis pducitur et cauſatur. De tali ergo clauſura dr̃ ibidẽ Gene. viij. Clauſi ſunt fontes abyſſi ⁊ cataracte celi. et prohibite ſunt pluuie. In quibus verbis oſtenditur. ꝙ nos debemus Claudere Senſus corporales. fontes abyſſi Reſtringere. Motus carnales catharacte celi Arcere. fluctus criminales, prohibite inquit ſunt pluuie. fontes enim exteriorũ ſenſuum ſunt claudendi Ambitus interiorũ motuum ſunt reſtringendi fluctus exteriorum actuum ſunt arcendi. Claudi ergo deb3

b Senſuum vanitas.
Cordiũ cecitas.
Carniũ voluptas.

ſeu actuũ vtilitas. Claudamus ergo ſenſuũ vanitatem qđ oſtẽditur cum dr̃. fontes abyſſi Abyſſus eſt locus pfundiſſim⁹ a quo oĩa flumina poſſunt exire et in quem omnia poſſunt intrare. Sic ſenſus noſtri ſunt profundiſſimi et capaciſſimi: ſicut patet qꝛ viſus põt cõprehẽdere omnia viſibilia auditus omnia audibilia guſtus oĩa guſtabilia et ſic de alijs. Omnes enĩ illiciti appetitus per iſtos ſenſus poſſunt intrare vſq; ad cor Hiere. ix. Mors intrat per feneſtras noſtras. Omnes etiã mali aſpect⁹: cogitat⁹ actus. per iſtos fontes poſſunt exire. Et ideo breuiter neceſſe eſt: ꝙ iſti fontes claudantur et a concupiſcentijs arceantur. Qđ vtiq; ipſa ſenſuũ inſtrumẽta videatur ſatis ſignificare. que inter quaſdã clauſuras naturaliter ſunt incluſa Oculi enĩ includunt in palpebris aures in cartilaginibus circũuolutis Naſus labio ſuperiori claudit. lingua muro dentiũ ⁊ labiorũ includit Et ſic breuiter loquẽdo: oẽs ſenſus naturales quibuſdam clauſuris vallantur. quod eſt ad denotandũ qđ ipſos debemus claudere: ⁊ ne illicite vagent cũ diſcretiõis muro includere ⁊ ambire. vnde Joſue. x. Ponite viros induſtrios qui clauſos cuſtodiãt. Viri induſtrij ſunt virtutes: ⁊ diſcretio: ⁊ diſciplina: que procerto ſenſus debent claudere et a ſuperfluis vagationibus cuſtodire. ergo claudendus eſt.

Viſus ne videat vanitatem.
Auditus ne audiat prauitatem.
Guſtus ne comedat voluptatem.
Odoratus ne odoret mundi ſuauitatẽ.
Tactus ne nimis tangat pſeueritatẽ.

¶ Prio ergo dico. qđ nos debemus claudere oculos ipſos a vanis aſpectib⁹ ↄpeſcendo. C Aues enĩ que habent acutũ viſum: habẽt ipſum vt cõiter valde clauſum ille aũt que viſum habẽt debilẽ oculos valde apertos ſicut pz in aquila que clariſſime videt: cuius oculus paruus eſt incluſus ⁊ pfundus. Et in noctua que debilẽ h3 viſum. ⁊ ideo oculum habet apertum valde et magnum. ſicut dicit Ariſto. Patet etiã de piſcib⁹ qui parũ vident. qui clauſura palpebrarũ carẽt: ⁊ apertos oculos ſemp habẽt. Sic vere chariſſimi: illi ꝗ ſunt clarius vidẽtes. ſ. diſcreti: viri aquilini ⁊ contẽplatiui tenent vt cõiter oculos ſuos clauſos ⁊ incluſos. Oculos dico corporis ne exterius vagentur ⁊ oculos intellectus ⁊ mentis: ne ſuperflue circa ſubtilitatẽ ſciẽtiarum meditetur. vnde eſa. xxxiij. c. Claudit oculos ſuos ne videat. Sed reuera illi qui ſunt ſicut noctua: que. ſ. per ignorantiã carent viſuali ⁊ intellectuali claritate tales dico pre ceteris habẽt apertos oculos ⁊ nõ clauſos. Sicut pz i illis ꝗ oculos corpales aperiũt ad aliena facta vidẽda ⁊ inueſtigãda ⁊ ad aliena bona acqrenda ⁊ deſiderãda. Et ſicut pz de luxurioſis: qui habent oculos apertos ad reſpiciendũ impudice vxores alioꝝ in auaris: qui oculos hñt apertos ad ↄcupiſcẽdas diuitias alienas ⁊ cetera ſilia. vñ puer. xvij. Oculi ſtultorum in finibus terre. et eccſe. ij. Oculi ſapientie in capite eius. Itẽ iſtud pz in multis inſipiẽtib⁹ ꝗ oculos ſpiritales intellectus habẽt nimis apertos. ſ. Ad inueſtigandũ altitudinẽ ſcientiarũ. Profunditatẽ opinionum. Et ſublimitatẽ rerũ ⁊ dei operationũ. Qui plus volũt ſapere ꝙ oportet ſapere ⁊ nõ ad ſobrietatẽ. Ro. xv. Qui altiora ſe volunt querere et in rebus inperuiis curioſi eſſe cõtra conſilium. Eccli. iij. Tales dico nõ habent clauſos oculos ſed apertos. Non ſunt circũſpecti: ſ3 indocti. Nõ ſunt ſapiẽtes: ſed errãtes. De iſtis dr̃. Job. ix. Aperuit oculos ceci nati. Nõ ſic ergo: ſed claudam⁹ oculos ipſos a vanis aſpectib⁹ cõpeſcẽdo. ¶ Scdo claudam⁹ aures ipſas a malis auditorib⁹ ipſos excludẽdo. Sicut enim aſpis claudit et obturat aures ſuas ne audiat incantatorẽ. Sic nos debemus aures noſtras auertere ⁊ claudere ne malos incantatores. ſ. detractatores. adulatores et maloꝝ ſuggeſtores aliqualiter audiamus Eccli. xxviij. Sepi aures tuas ſpinis et noli audire verbum neq;. ¶ Tercio claudamus naſum a malis odorationibus. Naſus enim qui diſcernit inter odores. ſignat cõditionẽ inueſtigatiuã ⁊ exploratiuã qꝛ ſc3 multi ſunt qui non querũt niſi ſentire ⁊ inueſtigare cõditiones aliorũ. Vix enim bonum poſſunt preſumere de quocunq;. figurati Leuit. xxj. vbi dicitur. Quod illi qui valde magnum hñt naſum ſunt a

Ayuntamiento de Madrid

ſunt a ſacerdotio repellendi. Talis ergo naſus.ideſt talis inueſtigatio odoris et fame aliene in nobis eſt claudendus. Narratur enim in fabulis. Quod leo ꝓcepit aſino ꝙ ſe oſcularetur.quo ꝯtradicto:ſ3 finaliter facto petijt ab eo.vtrũ feteret: Reſpondit ꝙ non:imo valde ſuauiter fragraret. Leo aũt dixit. Mentiris inquit adulator peſſime certus ſum de ꝯtrario.⁊ cũ vnguibus excoriauit ſibi caput. Tandem vocauit lupũ qui coactus dedit oſculũ ſicut alter. Et petenti a lupo vtrũ feteret: Reſpondit ꝙ ita:quo indignatus leo vulnerauit eũ cum vnguibus dicens. Ribalde.detractor tu dicis mihi iniuriam: Tandem vocatur vulpes:que dato oſculo ⁊ petito vtrum feteret: Reſpõdit. O ſire inquit parcas mihi.qr procerto naſus meus ita clauſus eſt reumate:⁊ obſtructus:ꝙ nihil penitus poſſũ ſentire. Leo autem ex dictis iſtis contra non potuit indignari. Securius ergo eſt habere naſũ clauſũ ꝙ̃ apertum nihil ſentire de fama aliena ꝙ̃ verũ vel falſum dicere tam ex vero enim ꝙ̃ ex falſo dicto incurrunt multe indignationes ex ignorantia autẽ vel ex taciturnitate nulla:vnde ezech.xxiij. Naſum ⁊ aures precidẽt. ¶ Quarto dico.ꝙ claudendus eſt guſtus a malis delectatiõibus. Os enĩ hominis reſpectu aliorũ animalium:valde eſt paruũ.clauſum⁊ minus apertũ ad denotandũ ꝙ homo ſumme debet eſſe ſobrius:⁊ in illis que pertinent ad guſtum,⁊ in illis que pertinent ad loquelam. Gen.xxix. Os eius grandi lapide claudebat. ¶ Quinto autem debet claudi tactus a duris correctionibus. Leo enim ambulat pedibus ⁊ vnguib⁹ clauſis:ne forte tangẽdo lapides ledat.⁊ deſtruat vngues ſuos. Sic procerto cariſſimi:ſemper⁊ cõmuniter debemus vngues correctionis noſtre habere clauſos:quia ſcilicet raro debemus eos aperire vel extendere ad tãgendum per duriciam et crudelitatem.vnde Eccli. xlij.vbi manus multe ſunt clauſe. Et ſic ergo patet:ꝙ quinq3 ſenſus diuerſimode ſunt claudendi. Sed procerto mundi pctõres ipſos non claudũt iſto modo ſed potius contrario. Quia reuera multi claudunt.

Aures ne audiant pauperem clamantem.
Oculos ſicut talpa ne videant mortẽ ꝓpinquantem.
Naſum ne ſentiant infirmum fetentem.
Os ne doceant ſimplicem errantem.
Manum ne nutriant fame pereũtem.

Ideo breuiter omnes tales poſſunt dicere illud. Hier. xxxvj. Ego clauſus ſum:nec intrare valeo domũ domini. Non ſic cariſſimi non ſimus clauſi malo modo: ſ3 bono et claudamus vt dictũ eſt ſenſuum vanitatem Sicut enim dicit.iiij. Reg.iiij. Cum mulier vidua clauſiſſet portas domus ſue oleum eius multiplicatũ eſt et creuit. Sicut etiã dicitur ioh.xx. Cum fores eſſent clauſe:xp̃s ad diſcipulos ſuos venit. Ad denotandum ꝙ tunc oleum gratie augmentatur interius.⁊ xp̃s ad nos venit propinquius cum porte ſenſuum noſtrorum caude clauduntur exterius: Claudamus ergo ſenſuũ vanitatem. Clauſi ſunt inquit fontes abyſſi. Prouer. viij. Certa lege vallabat abyſſos. Et hoc ẽ primũ claudendum. ¶ Secundo dico ꝙ nos debemus claudere

D cordiũ leuitatem. Cor enim claudendũ eſt ⁊ arcendũ ne nimis effluat per malas cogitationes et ne indiſcrete ſe exterius manifeſtet per fatuas reuelationes. ⁊ ne nimis ſe erigat per altas opiniones. Quod oſtenditur cũ dicitur Quod catharacte celi clauſe ſunt. Catharacte enim celi ſunt ſecretiſſima loca aeris:in quibus pluuie ⁊ alie impreſſiones aeris generantur ⁊ ſignant profunditatẽ cordis humani.a quo multe male impreſſiones peccatorum procedũt quia ſicut dicit Marci.vij. A corde exeunt cogitationes male: furta. homicidia ⁊c. Iſta ergo ſunt claudenda: nec interius tenenda:nec exterius propalanda.iuxta illud prouerb. xxv. Secretum extraneo ne reueles et eccleſiaſti.viij. Non omni homini cor tuũ manifeſtes.iſte ergo ſunt catharacte celi que ſunt claudende Apocal.xj. Hij habent poteſtatem claudendi celum. Per celum enim intelligitur cor:quod vtiq3 debemus celare⁊ claudere Taxus enim cum ſua cauda piloſa claudit foramẽ cauerne ſue per quod videt ventum intrare ſm̃ Pliniũ. Sic vere cariſſimi:cauernam cordis noſtri debemus claudere cum cauda ideſt cũ memoria mortis noſtre ne ventus vanitatis poſſit mihi ſubintrare. Luce.iiij

Clauſum eſt celũ annis tribus. Includamus ergo cordium leuitatem. ¶ Tertio dico.ꝙ nos debemus claudere et includere carnium voluptatem. Prohibite inquit ſunt pluuie.vnde Hiere.iij. Prohibite ſunt ſtille pluuiarum. Claudenda ergo eſt. E

Vanitas ſenſuum.
Leuitas cordium.
Voluptas carnium.

¶ Et iſta ergo eſt clauſura virtuoſa:qua ſc3 nos alij debemus claudi et abſcondi. Dicit enim diaſcorides. Quod flores caparis ſi clauſi colliguntur ſunt medicinales: ſi dilatati fuerint nihil valẽt. Sic inter eccleſiaſticos:⁊ maxime religioſos:illi qui ſe tenẽt clauſos ⁊ cautos ⁊ in proprijs clauſtris abſconditos:boni ſunt. Illi vero qui nimis manifeſtando:vel per mundũ diſcurrendo dilatantur:bonitate et precio pauperantur. Sicut patet potiſſime de monialibus que quia extra clauſtri clauſuram indiſcrete vagantur ideo luxuria inquinantur.ſicut patuit de dyna Gen.xxxiiij. Ideo de ſancta muliere⁊ caſta.iudith dicitur iudith.viij. Quod cum puellis clauſa morabatur.quod eſt etiã contra religioſos ⁊ vagabũdos per ſeculũ diſcurrentes. Iſta eſt ergo clauſura virtuoſa. ¶ Sed adhuc dico ſecundo.ꝙ inuenitur clauſura F vitioſa.et iſta eſt clauſura auaricie.clauſura immundicie:clauſura verecundie. Auari enim claudunt diuitias ne expandant immundi claudunt ſeipſos vt act⁹ malos exerceant et exequantur. Peccatores et obſtinati per verecundiã ⁊ malam conſuetudinẽ claudũt corda ſua.ne.ſc3 confiteantur. Auaricia enim luxuria et verecundia ſunt quedam clauſure quidã carceres in quibus dum diabolus hominẽ incluſerit de ſuis amplius laqueis vix euadit.vnde Gene.xxxix. Tradidit Ioſeph in carcerem ⁊ erat ibi clauſus. Iſta eſt ergo clauſura vitioſa ¶ Tertio dico.qd̓ inuenitur clauſura tedioſa ſeu doloroſa. Et iſta eſt clauſura qua ianua G paradiſi reprobis clauditur. De qua dicitur Luc.xiij. Cum intrauerit paterfamilias et clauſerit hoſtium. incipietis foris ſtare.vel clauſura qua reproborum cetus in inferno includitur. De qua eſa.xxiiij. Cõgregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum.⁊ includentur ibi in carcere. De clauſura vero vteri virginalis que figurata eſt in porta clauſa: et exemplificata in concha clauſa.dic ꝙ illi quem celi capere non poterant.in vtero virginis eſt incluſus. De quo Senec. epiſtola.liij: Magni artificis eſt clauſiſſe totũ in exiguo et hoc de claudere ſufficit quo ad preſens.

## Claudus. Claudicare.

H ¶ Nota ꝙ claudicatio ſumitur in ſcriptura in bono et in malo. Et ſic nota quod eſt claudicatio in rebus que eſt miſeranda.⁊ eſt claudicatio in moribus que eſt abhorrenda Eſt dico claudicatio in rebus:et iſta nihil aliud eſt ꝙ̃ infortunium vel paupertas.quia ſcilicet miſeri et pauperes a fortunato inceſſu et a ꝓſpero ſtatu claudicare noſcũtur nõ enĩ incedũt i illa fortune rectitudine qua diuites. Penitentes etiam claudi pñt dici qr ſcilʒ a cõmuni inceſſu mundanorum et iniquorum declinant et deuiant et ſic bono modo claudicant. Figurati in iacob. quia ſicut dicitur Gene.xxxij. Tactus ab angelo luctatore.emarcuit neruus femoris eius. et ſic fuit perpetuo claudus factus.quia ſcilicet quando intrinſecus homo ab angelo ideſt a deo per inſpirationem vel extrinſecus per tribulationem tangitur. tunc in eo neruus femoris.ideſt carnis delectatio marceſſit.⁊ ſic ſpiritualiter claudus fit:in ꝙ̃tum a morum malorũ greſſu et proceſſu recedit iuſti ergo hoc modo claudi dicuntur quia pedes.ideſt. affectus illorum in vna parte decurtantur. Pedes enim affectus ſignant iu-

Ayuntamiento de Madrid

ſta illud Augu. Pes meus affectus me⁹ eo feror quocunqȝ feror. Pes ergo dexter eſt affectus ſpiritualiu3 pes ſiniſter eſt affectus tēporaliū. ſed reuera iuſti vnico pede ambulāt ⁊ incedūt. q: ſola ſpūalia affectāt et diligūt. ⁊ tēporalia. vilipendūt. ⁊ ſic vno pede e claudicant ⁊ altero bene vadūt Eſa. xxxv. Tūc ſaliet ſicut ceruus claudus: ⁊ aperta erit lingua mutorū. Siuis compara tales ceruo: qui affectat et deſiderat ad fontes aquarū: ſicut ſupra ī loco ſuo Et nota ꝙ tales claudi.

Ad deum reuertuntur celeri profectu.
Futura ſpeculantur limpido proſpectu.
Lachrymis abluuntur pro ſuo defectu.
A chriſto inuitantur paterno affectu.
Superne conſolantur in dei conſpectu.

¶ Iſti igitur ad deū reuertūtur per penitentiā Hier. xxxi. c. Inter quos erunt ceci ⁊ claudus cetus magn⁹ reuertentiū huc Item iſti eterna ſpeculātur per ſapiētiam Math. xi. Ceci vident. claudi ambulāt. Ite3 iſti lachrymis abluūtur quo ad conſcientiā. vnde ioh. v. dicitur. ꝙ circa ꝓbaticā piſcinā erat multitudo claudorū ⁊ aridorū expectantiū aque motū. Itē a xp̄o inuitātur per amiciciā. vn̄ Luc. xiiij. dicit. Nō ad cōuiuiū patriſfamilias ceci ⁊ claudi intrare ſunt cōpulſi. Ite3 ſuperne conſolātur per eternā leticiam. vn̄ illud predictū. Tūc ſaliet ſicut ceruus claudus. ſc3 pre gaudio. Sic ergo p3 quomodo claudicatio ſumi pōt in bono.

B Sed adhuc dico ꝙ ſumi pōt in malo. et ſic dico ꝙ ille claudus dr̄ qui in vita ⁊ moribus nō recte incedere ſed deficere ꝯparabatur ⁊ ſic generaliter oēs pctōres claudi dicunt. Lupus enī ⁊ vulpes crura ſiniſtra habent dextris longiora: ⁊ ſiniſtris dextra breuiora. Et ideo iſti ſemꝑ claudicāt in dextra parte: Et ꝓcerto pctōres plus abundāt in affectu ⁊ deſiderio terrenorū q̄ ſunt defectibilia ⁊ ſiniſtra ꝙ ſpūaliū ⁊ dexterorū. et ideo iſti a pte dextera ſeu pede dextero claudicare dicūtur. q: deficere in ſpiritualibus comprobantur. Prouerb. xxvi. Claudus pedibus iniquitatem bibens.

Nota igit. ꝙ talis claud⁹.
Ab oīni dignitate d3 repelli.
A celi ciuitate debet expelli.
A ꝓpria hereditate ſolet auelli.

Dico ꝙ talis claudus ab oīni eccleſiaſtica dignitate iure repelli. vn̄ Deu. xv dicitur. ꝙ animal quod erat cecum vel claudū imolari dn̄o non debebat. ideo eni cecus ⁊ claudus miniſtrare in ſacrificio minime dign⁹ erat. ſicut dicit Leuit. xxi. ¶ Itē talis claudus a celi ciuitate: ⁊ a xp̄i ſocietate iure repellitur. Vulcanus enim ſm fabulas quia turpis erat de celo fuit eiectus. ⁊ dum caderet factus ē claudus. Ponit etiā Iuſtinus hyſtoriograph⁹. Nō appollo reſpōderat lacedemonijs. ꝙ tūc eorū imperiū deficeret qn̄ regnū cu3 rege pariter claudicaret. qđ ⁊ factū eſt. quia ageſilao claudo regnāte: cepit regnū eorū vacillare et claudicare. et tandē penitus neceſſe habuit athenienſibus preualentib⁹ deficere ⁊ ceſſare: Ex hoc ergo concludo ꝙ taliter claudicātes nō ſunt digni in celo manere nec regni celeſtis gloriā obtinere. Figura ij. Reg. v. Dauid precipitur ꝙ cecos et claudos de hieruſalem expellat ⁊ auferat. ¶ Ite3 talis claudus ꝓpria hereditate. ſcilicet gratia ⁊ gloria auellitur ſicut de miphyboſet dicit. ij. Reg. x. et. ix. Quod cadens factus ē claudus et tandem propria hereditate in dimidio diminutus. Temporalia enim ⁊ eterna ſunt due partes hereditatis noſtre: ſed procerto talibus claudis hereditas dimidiatur. quando celeſtia dimiſſis eis temporalibus ſubtrahuntur. Sic ergo patet ꝙ claudicatio ſumit. in malo: vſqȝquo ergo claudicatis in duas ptes iij. Reg. xviij. Propter aūt dic. ꝙ inſtabiles ⁊ falſi. bilingues et proditores claudicare dicūtur ⁊c. Sufficit.

A **Clauis.** Nota ꝙ clauis eſt inſtrumētū ad claudendū ⁊ aperiendū ordinatū. Et ſic dico ꝙ ſpūaliter per clauem poteſt intelligi.

Potentia ſuperioris.
Scientia diſcretionis
Iuſticia veracionis.

Eſt dico clauis potentie qua ſc3 ſupiores q̄ habēt iuriſditionem foras eccleſie aperiunt atqȝ claudunt: in q̄tum ſcilicet excommunicatos eijciunt et abſolutos inducunt. ⁊ in q̄tu3 ad ſacramenta et ad ſtatum et beneficia eccleſiaſtica homines recipiunt vel repellunt. Ideo petro ⁊ ſucceſſoribus prelatis dictum eſt Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorum. Iſtam poteſtatem etiam hab3 xp̄s qua ſcilicet regnum celorum poteſt omnibus aperire. et animas ſaluare. ſoluere et ligare quia ſicut dicitur Apoca. iij. Ipſe habet clauem dauid: et aperit ⁊ nemo claudit. claudit ⁊ nemo aperit. Et etiam iſta poteſtas ſua ſe extendit ad inferos in q̄tum ibi poteſt damnatos claudere et illos qui ſunt in purgatorio liberare. Figuratus in illo angelo Apoc. ix. qui habebat claues putei abyſſi. ⁊ cathenā magnā ⁊ apprehendit draconē ⁊c. quod etiam ad prelatos poteſt pertinere q: ſc3 cum claui poteſtatiue iuriſditionis: debent impios coercere Aduerte tamen ꝙ clauis iuridica malorū ſuperiorum magis vacat hodie ad flagellandū bonos ꝙ malos. Narrat enim geruaſius. ꝙ Karolus magnus omnia ydola hyſpanie confregit preter vnum ereum ſitū in terra vandalorū ideſt in regno granate quod frangere non potuit. Et hoc vt dicitur quia machometus ibi demones incluſit. Eſt igitur ydolum ereum ſuper vnam columnā lapideam in confinio maris ſitu3. qđ in mari clauem tenebat ⁊ faciem conuertebat ad auſtrum. quod tante dicebatur eſſe virtutis ꝙ xp̄iani appropinquantes illico puniebantur: ſaraceni vero ipm adorantes nullatenus ledebantur. Sic vere mali ſuperiores ſunt hodie ydola per ignorantiam. ſunt erei: quia facile ſonant et feriunt vel furiunt per impatientiam ſunt ſuper altam colūnam. quia alte preſunt per preeminentiam ⁊ ſuperbiam. Claue3 habent in manu ideſt poteſtatem iudiciariā: qui ſc3 a demonibus inhabitantur per nequicia3. xp̄ianos. ideſt bonos occidūt et grauant per iniuſticiam: Saracenos vero. i. malos cum adorare. ideſt adulari velint nō ledunt: ſed eos potius diligunt ⁊ defendunt per acceptatione3 ⁊ malicia Iſti figurantur apocal. ix. in illa ſtella cadente de celo. cui data eſt clauis putei abyſſi. quo aperto exiuit fumus qui obſcurauit ſolem et aerem de quo exierunt locuſte ⁊c. Sic vere iſti qui deberent eſſe ſtella ſtans: ſunt ſtella cadens. habent clauem putei abyſſi. ideſt. crudelem et impiam iuriſditionem: et ſic fit quod puteo inſatiabili cui preſidēt: ideſt de ipſorum curia exit infamie fum⁹ ſicut fornacis inquit magne. quia ſicut fornax auaricia omnia deuorans eſt apud eos conturbata et obſcurata ita ſol et aer ideſt tota patria eſt per eos conturbata et etiam obſcurata et merito. quia locuſte ideſt mali familiares qui de puteo abyſſi ideſt de eorum domo et curia exeunt omnia deuorant et corrodunt. Ioel. j. Reſiduū eruce comedit locuſta reſiduū locuſte comedit brucus ⁊c. Quia ſcilicet tot ſunt ibi mali familiares. quod omnia vnus poſt alium ſucceſſiue corrodunt. Et ſi vis dic de effigie iſta locuſtarum. ſicut in reductorio meo lib. xlij. c. ix. Iſta eſt igitur clauis potentie. ¶ Secundo eſt clauis ſcientie que ſcilicet docet quomodo eſt apertio vel ligatio facienda. Non ſufficit enim prelatis prima ſine ſecunda. Multi tamen habent iſtam qui male vtunt ipſa ſicut ſunt mali clerici qui ſciunt bonum facere. et non faciunt. nec alios facere ſinunt. Contra quos Luce. xi. Ve vobis pharisei ⁊ ypocrite qui tuliſtis clauem ſcientie et illos qui intrabant prohibuiſtis intrare. ipſi vero non introiſtis. ¶ Tertio eſt clauis iuſticie qua ſcilicet me C diante boni debent in eccleſia talijs dignitatibus introduci mali vero repelli. Eſaie. xxij. Dabo clauem dauid ſuper humerum eius. Clauis dauid eſt iuſticia Iuxta illud Hiere. xxiij. Suſcitabo dauid germen iuſtum ⁊c. ¶ Vel ſi vis dic adhuc. quod clauis que eſt inſtrumentum ad aperiendum ⁊ claudendum poteſt ſignificare tam in bono ꝙ in malo. Unde nota. quod quia in aperiendo requiritur potentia. et ſcientia. Ideo in ſcriptura inuenit generaliter duplex clauis.

Eſt enim

Ayuntamiento de Madrid

Eſt enim clauis potentie et iuriſditionis. et eſt cla-
uis ſcientie et diſcretionis. Prelati enim boni iſtam
duplicem clauem habere tenentur vt poſſint et ſciant
exequi quod iubentur. Et ideo in armis papalibus et
in vexillo eccleſie ſuper campo rubeo duplex clauis
argẽtea pingiſ ad denotandũ ꝙ ꝑlati eccleſiaſtici ru
bei.ignei ⁊ inflãmati ꝑ caritatẽ exiſtũt ⁊ adiũcto argẽ
to examinate eloquẽtie: duplici claue potẽtie ⁊ ſciẽtie
potiũtur. vt de quolibet iuſto prelato ⁊ de qualibet ta
li claue intelligatur illud. Eſa.xxij. Dabo clauẽ domꝰ
dauid ſup humerũ eius. ⁊ aperiet ⁊ nõ erit qui claudat
et claudet ⁊ non erit qui aperiat. ⁊ figam eũ paxillum
in loco fideli. Expone ſi vis de iuriſditione. bonoꝝ ꝗ
diciſ clauis dauid quiˡ fuit iuſtꝰ prelatꝰ qꝛ ſcꝫ iuſte de
bẽt claudere ⁊ ſerare. Mõ eſt cõtra multos qui nõ vidẽ
tur habere clauẽ dauid.i.iuriſditionẽ iſtã: ſed potius
clauẽ abyſſi.i.iuriſditionẽ impiã ⁊ crudelẽ. Figurati
Apoca.ix. vbi dꝛ. ꝙ ſtella magna cecidit de celo ⁊ data
eſt ei clauis putei abyſſi. ⁊ aperuit puteũ. ⁊ aſcẽdit fu
mus ſicut fornacis ⁊ obſcuratꝰ eſt ſol ⁊ aer. ⁊ cũ fumo
exierunt locuſte ſuper terrã. quibꝰ data eſt ptãs nocẽ
di: ⁊ habebãt aculeos ſcorpionũ. Stella iſta eſt malꝰ
iudex vel ꝑlatus vel princeps qui reuera clauẽ habet
abyſſi. inꝗ̃tũ ſua ptãs iuridica inſatiabilitati auari-
cie. que per abyſſum intelligiſ eſt cõnexa. De puteo er
go abyſſi.i.de ꝓfunditate auaricie ꝗ per iſtos cõtinue
aperitur exit fumus fornacis magne.i.infamia valde
magna que aerẽ ⁊ ſolẽ.i.bonas ꝑſonas tãgit ⁊ eos tri-
ſtificat ⁊ obſcurat. Exinde etiã exeũt locuſte.i.voraces
balliui ⁊ officiales eorũ. qui ſicut locuſte deuorãt vni-
uerſa qui aculeati vt ſcorpiones diciũſ pro eo qꝛ falla
citer vt ſcorpio adulãtur ⁊ cũ hoc per rapinã pungere
cõprobanſ. Ideo de tali mali clauigero: dꝛ Apoca.xx.
Mõ ipſe vidit angelũ deſcendentẽ de celo. ꝗ habebat
clauem putei abyſſi et cathenã magnã in manu ſua.
Malus eñi prelatus angelus diciſ qui ſcꝫ carne caret
quia iſte nihil habet de carnea ꝯpaſſione dꝛ deſcende
re de celo qꝛ nõ reſidet in celeſti cõtemplatione dꝛ ha
bere cathenã qꝛ nõ delectaſ niſi in ſubditoꝝ grauami
ne. punitione ⁊ cathenatione. Tales ergo ſunt mali ꝗ
vtunſ claue potẽtie nõ ſcientie nec iuſticie ſꝫ boni ecõ
tra vnde de bono ꝑlato dꝛ Math.xvj. Tibi dabo cla-
A ues regni celorũ. ⁊ ſufficit. qꝛ pauce ſunt autoritates.

## Clauus.

Põt ſignificare in bono et in malo. Et nota. ꝙ non inuenimꝰ clauos.

Ad pungendum.
Ad ſtringendum
Ad vrgendum.
Ad figẽdum

Primi ſũt claui diuini timo
ris qui ſcꝫ figũt ⁊ penetrant
corda noſtra. Iſti ſunt claui
aurei quibꝰ ſalomon in tẽpli
fabrica vſus fuit.ij. Paraſ.iij. Sed et clauos fecit au-
reos. Talis dꝫ eſſe clauus tabernaculi cordis noſtri.
Figuratus Iudicum.iiij. vbi diciſ quod iahel mulier:
ſyſarã filiorũ iſrael inimicũ clauo tabernaculi in tym
poribus ſuis immiſſo dormientẽ occidit qꝛ ſcilꝫ ſagax
mulier.i.diſcreta ratio. ſtatim qñ videt ꝙ dyabolꝰ ta-
bernaculũ cordis per malã ſuggeſtionẽ ingrediſ ipm
in capite ideſt in cogitatione ⁊ principio clauo diuini
timoris ⁊ mandatorũ dei ꝯſideratione conclauare te-
netur. Iudicũ.v. Siniſtrã manũ miſit ad clauum. et
dexterã ad fabrorũ malleos. ¶ Secundi ſunt claui in
genitis amoris. Amor eñi cõſolidat atqꝫ ſtringit ⁊ etiã
ſtare in bono ꝓpoſito per ꝑſeuerantiã cogit.iij. Reg.
vj. Affixit laminas clauis aureis Aurũ eñi caritatem
deſignat. affixio ſtabilitatẽ. Itẽ Hier.x. Clauis ⁊ mal
leis cõpegit illud: vt nõ diſſoluaſ. ¶ Tertij ſunt cla-
ui mundani laboris.i. puncture tribulationum. De ꝗ
bus dicit dominꝰ Ioh.xx. Mitte manũ tuã in locum
clauorũ.i. cõſidera que ſit tribulatio quã paſſus ſum.
¶ Quarti ſunt claui eterni doloris. ideſt pena eterna
Unde de demonibus et peccatis poteſt dici illud Nu
me.xxxiij. vbi dñs precepit filijs iſrael. ꝙ deleant cha-
naneos de terra ſua. alias inquit erunt tibi ſicut claui
in oculis et lancea in lateribus. Et aduerte qꝺ ſicut
amigdalus antiqua ⁊ ſterilis. fertilis efficitur quãdo
clauis in radicibus perforatur. vt dicit Plinius. Sic
vere ſi quis clauis precedentibꝰ.i. diuino timore amo
re. tenore et futuro dolore et preſenti labore confixus
fuerit: fertilitatem virtutum faciliter obtinebit. Ideo
conſulitur Eſaie.liiij. Longos fac funiculos tuos ⁊ cla
uos tuos conſolida. ¶ Dic ſi vis in malo ſignificato B
ꝙ claui ſignant tenaculum moris et male conſuetudi
nis. Figurati Eſa.xlj. vbi dicitur ꝙ fabricans ydolum
confortauit eum clauis vt non moueretur. Tales ta-
men clauos debemus dirumpere et ab ipſorum tena
culis nos ſeruare. Exemplo ſamſonis. de quo dicitur
Iudicum.xvj. Quod irruente in eo ſpiritu domini.
extraxit clauũ cum crinibus. Uel ſi vis adhuc. ꝙ cla
uis poſſit ſignificare in bono et in malo. In ſcriptura
inuenitur generaliter triplex clauus.ſ. clauus ad

Iungendum
Stringendnm.
Pungendum

Clauus ad iungẽdũ ẽ caritas qua C
boni cõſuuũſ: aſſocianſ ⁊ inuicẽ
aſtringũtur. Figurati in laminis
aureis templi. de quibus dicitur.iij. Regum.vj. ꝙ cla
uis aureis erant affixe. Talibus clauis fuit chriſtus
clauatus. Ideo cum thoma mittamus digitũ noſtrũ
in locum clauorum. Ioh.xx. ¶ Clauus ad ſtringendũ
ſeu retinendum eſt firmitas ⁊ propoſiti ſtabilitas: ſi-
ue in bono ſiue in malo. In bono dico. vnde Eſa.xxxiij
Nequaꝗ̃ transferri poterit. nec auferentur claui eiꝰ
in ſempiternũ. In malo etiam. vnde de obſtinata mẽ
te malorum dici poteſt illud quod de idolo diciſ Hie
re.x. Clauis et malleis compegit illud vt non diſſol-
uatur. Figura Iudicum.iiij. vbi diciſ. ꝙ iahel mu-
lier proditioſe ſyſaram inuitauit ad ſomnum. et dum
dormiret infixit clauum in cerebrũ eius quia ſcilicet
dum quis in oblectamentis proditoris dyaboli ſopiſ.
clauus obſtinate mentis ſibi faciliter infigitur ⁊ in ce
rebro ideſt in interiori corde firmatur. ſimus tamẽ ſi
cut ſamſon crinitus. qui euigilans clauum quem da-
lila infixerat: extraxit cũ crinibus. Crines enim ſunt
virtutes quas dum ſamſon ideſt homo retinet nullꝰ
clauus mali propoſiti quem ſibi infigat dalila. ideſt.
dyabolus ipſum tenet. ¶ Clauus pungens eſt aduer
ſitas. vnde de punctura mortis tribulationis et infer
ni: poteſt dici illud Iudi.iiij.ca. Uidit barach ſiſaram
iacentem mortuum et clauum infixum in tympora
eius ⁊c. Sufficit. Uide de pungere. figere et ſimilibus.

## Clementia. Clemens.

Cum cle-
mentia ſit A
virtus animi qua quis facile remittit iniurianti. et
facile compatitur deſolato. quia tamen pauce ſunt
autoritates vocales parum potero dicere de eadem.
Notabis ergo. quod iſta virtus precipue ſpectat
ad principes et prelatos. Et ideo Seneca. fecit li-
brum de clementia ad neronem: qui ſcilicet erat im
perator et princeps. Nam ſicut in naturales: cor eſt
principale membrum in homine. et eſt vt aiunt pro-
prium domicilium ſanguinis ipſiuſqꝫ generatiuum ⁊
contentiuum et ad membra alia diffuſiuum. Sic ve-
re dicam quod illi qui in corpore eccleſie ſunt corda.i.
cordatiores. maiores ⁊ principaliores. debent eſſe ſan
guine. ideſt benignitate et clementia pleniores. quia
ſcilicet iſta virtus debet in eis principaliter habitare.
et ab ipſis ad alios emanare. quia reuera valde decet
quemcunqꝫ ſuperiorem quod in factis ſuis clementiã
habeat et quod benignum ⁊ amicabilem in omnibus
ſe oſtendat. Ideo Seneca loquens cuidam correctori
in Prouerbijs. dicit ſic. Optimum eſt ſemper ignoſce
re tanꝗ̃ ſi tuipſe continue pecces. Ideo in libro de cle
mentia dicit ſic. Nullam clementiam magis ꝗ̃ regeꝫ
decet. Sequiſ. Nam maieſtas peſtifera vis eſt ad no
cendum. Aduerte tamen quod dicit idem Sene. quod
clementia non debet eſſe nec vulgaris. nec promiſcua
nec abſciſa. qꝛ vt ait. Tam omnibus ignoſcere ꝗ̃ nul-
li crudelitas eſt. et ideo ſupponit. quod clementia in
principe ſemper debet cum iuſticia fore iuncta.

Ayuntamiento de Madrid

Cerebꝛum enim quod eſt vnū de membꝛis pꝛincipali⸗bus. Secundū anathomos habet duas pelles quib⁹ tegitur et vallatur vnā que dicitur pia mater ⁊ aliam que dicitur dura mater. Uerūtamē illa que pia mr̄ dr̄. magis cerebꝛo coniungitur. Dura vero exterius ab co amplius elongatur. Talis debet eſſe pꝛelatus vel pꝛī ceps qꝛ ſcilicet moꝛe cerebꝛi debet ſenſuꝫ cōmunē. i. ra tionē ⁊ pꝛudentiā pꝛe alijs cōtinere qꝛ reuera tales de bent habere duas pꝛincipales virtutes ſibi cōtiguas ⁊ vicinas. quarū pōt pꝛopꝛie quelibet dici mater ſcili⸗cet clementiā que eſt pia mater quia parcit. ⁊ iuſticiaꝫ que eſt dura mater. qꝛ punit. Pꝛopius tamē debꝫ ha⸗bere piam ꝗ durā. clementiā ꝗ iuſticiam. pietateꝫ ꝗ ſeueritatē qꝛ ſcꝫ iſta debet ſemꝑ vti quantū eſt de pꝛo pꝛia volūtate. altera vero ſolū vtēdū eſt ex neceſſitate. Bene ergo dicitur. iij. Reg. xx. Quod reges domus iſ rael clementes ſunt. ⁊ breuiter iſta ē veritas ꝙ quicūqꝫ ſuperioꝛ ſemper debet eſſe pꝛomptioꝛ ad parcendū ꝗ ad puniendum. Ad quod etiā facit fictio quaꝫ ponit. Sene. lib. de naturalibus queſtionib⁹. vbi ait. ꝙ Jupi ter quādo mittebat fulmina ꝓſperitatem ſignifican⸗tia vel bonū facientia: nullius conſiliū requirebat. qñ vero mittere volebat fulmina aduerſa ⁊ ledentia. oēs deos ad conſilium inuocabat. Jn quo etiā ipſe notat. ꝙ rectoꝛes oꝛbis facilius debent bene facere ꝗ nocere et difficilius ⁊ cū maioꝛi deliberatione quādo neceſſe eſt debent ledere et punire. Jdeo concludit. Sene. lib. j. de clementia dicens ſic. Si dij placabiles ⁊ equi non ſtatim delicta peccantiū fulminibus perſequunt quanto equius eſt hominē hoībus ꝓpoſitū miti ani⸗mo exercere imperiū. Unde etiā ſolinus ait. ꝙ in tra⸗pobana et tapꝛobana. iſula indie vbi ſunt eſtates due et due hyemes. ⁊ vbi floꝛes bis vernāt annis ſingulis ille antiquitus rex eligebatur. qui ſpectatioꝛ moꝛibus habebatur. Eligebant hominē inquit inueterate cle mentie et etiam annis grauem. ⁊ qui nullos haberet liberos. Et nota ꝙ clementia eſt habenda. qꝛ

B Stabiliter foꝛtificat.
Utiliter fructificat.
Humiliter letificat
Finaliter beatificat.

¶ Dico igit. ꝙ clemen⸗tia habꝫ foꝛtificare qꝛ re uera ſicut oſſa plena me dulla ſunt foꝛtioꝛa. nec ita faciliter poſſunt frangi ſicut oſſa vacua. Sic illi ꝗ medulla clementie pleni ſunt. foꝛtius ⁊ ſtabilius per⸗ſeuerant ⁊ ſiſtunt. patet in regibus. qꝛ tyranni pietate carentes quotidie eijciuntur ⁊ deponunt. Pij vero et clementes pꝛincipes diliguntur. ⁊ in regimine ſtabi⸗liuntur. Pꝛouerb. xx. Robozabit clementia thꝛonus regis. Patet etiā in alijs qꝛ generaliter ille qui clemē⸗ter parcit: meretur a deo ꝙ ſibi parcatur ⁊ ꝙ in pecca⸗tum cadere non permittatur. ⁊ ꝙ virtus eius foꝛtiter continuetur. ¶ Jtē dico ꝙ clementia habet fructifica re ꝓcreat eñ vberes fructus virtutū. ſimilis roꝛi que facit terrā fructificare Pꝛouerb. xvj. Clementia quaſi ymber ſerotinus. ¶ Jteꝫ habet letificare. Magna eñ eſt conſolatio et leticia reo quando habet facere cum iudice clemente. Sicut de heſter legitur. ꝙ contra mā datum regis faciens: timoꝛe percuſſa cecidit in pallo rem vultu mutato. ſicut dicitur Heſter. xv. ſed vbi rex aureum ſceptrum in ſignū clementie ſibi extendit. ip⸗ſamqꝫ cōſolabiliter erexit. leticia reſumpta legationeꝫ ſuam pꝛo qua ierat adimpleuit. Jdeo Gene. xlv. dicit. ꝙ Joſeph clemēter dixit fratribus. accedite nolite pa uere. ¶ Jtem ſolet beatificare: qꝛ ſcꝫ iſta pꝛocurat glo riam paradiſi. vnde pꝛouer. xj. Clementia pꝛeparat vi tam. Jſta etiam omnia poſſunt pꝛobari ex Sene. lib. de clementia. j. ꝙ clementia foꝛtificat. vnde ibidē ait: ꝙ clementia non tantū honeſtioꝛes: ſed etiam tutioꝛes facit. Et alibi. Unū eſt inexpugnabile munimētū amoꝛ ciuium. ¶ Jtē letificat. vnde idē. Nō eſt quiſꝗ cui innocentia ſua tantū placeat. vt ſtare in conſpectu clemētiā. paratā humanis erroꝛib⁹ gaudeat. ¶ Sed nota adhuc. ꝙ cū clementia ſit virt⁹ animi qua ꝗs mi ſericoꝛditer agit i ꝑmū. vt̄ idē ꝙ miſericoꝛdia ſeu be nignitas denotate. Notabo ergo breuiter ꝙ ē clemen⸗tia habenda et tenēda multiplici ratione. ſcꝫ quia.

Nobis oſtenditur exemplariter.
Jnfigitur ſeu indicitur naturaliter.
Foꝛtificat ſpiritualiter.
Beatificat eternaliter.

¶ Dico ergo ꝙ clementia pꝛetendit exēplariter De⁹ C enim qui eſt omniū regula et exēplar eſt clementiſſi⸗mus. Et ideo iſte eſt a nobis pꝛout eſt poſſibile imitā dus et etiam vt nobis clementer parcat et indulgeat requirendus. Caput enim qđ eſt in coꝛpoꝛe ſummum membꝛū: abundat pꝛe alijs in medulla. Sic deus cuꝫ ſit ſuperioꝛ atqꝫ ſummus: eſt per clementiā potiſſime medulloſus. vnde Nee. ix. Deus miſerationum et cle mens tu es. Jſta autē clemētia apparuit in incarnati one. qñ figuratus in Aſſuero in ſignū clementie virgā aureā. i. xp̄m filiū ſuū extendit ad heſter. i. ad virginem glorioſam ſicut dicit Heſter. iiij. ⁊ viij. Sꝫ de hoc vide infra. vbi. Signum. ¶ Jtē clementia indicit naturali D ter. Jneſt eniꝫ naturaliter homini ꝙ ſit clemens. Uñ narrat. Plin. li. viij. ca. xvij. ꝙ cū metoꝛ ſiraculanus in ſyria leonē obuiū habuiſſet ⁊ pauidus diuertere que⸗reret. leo ſemper ei obuiabat ⁊ lambēdo eius veſtigia adulanti ſimilē ſe pꝛebebat. Oſtendit ergo leo homi⸗ni pedem ſuum tumidū ⁊ vulneratū: ⁊ ideo naturali⸗ter cognoſcens hominē eſſe clementē ⁊ pium ab eodē remedium modo quo poterat requirebat. Homo igi tur hoc cognito: ſurculū de leonis pede extraxit ⁊ cuꝫ a ꝑiculo liberauit. Pictura inqt caſſiod. hec teſtat ſi racuſis. Patet igitur ꝙ etiā ipſa animalia hominem clementē eſſe naturaliter teſtantur. Et ideo nullus po teſt ita leoninus eſſe aut ferus. quin homo ipſum li⸗benter adiuuare debeat ſi petatur qđ etiā ipſa anima lia docent. que quadaꝫ naturali pietate erga miſeros vigent. ſicut exemplificat. plinius de elephātib⁹. xxx. quibus Boirux rex ninive. quoſdam captiuos ad iti pites ligatos obiecit ⁊ quoſdā pungentes ⁊ pꝛouacon tes vt ſeuirent in ligatos appoſuit qui tamen nūꝗ fa⸗cere potuerunt ꝙ elephātes qui naturaliter ſunt cle mentes aliene crudelitati operam darent: et quod in captiuos illos ſeuirent. Uidebantur enim ſcire illud Sene. lib. de clementia. Nullum moꝛoſius animal nullum maioꝛe arte tractandum ꝗ homo. Jſta virtus potiſſime pertinet ad pꝛelatos. qui reuera debent pꝛe ceteris eſſe clementes. Juxta illud. iij. Regum. xx. Au diuimus quod reges iſrael clementes ſunt. Teſte eniꝫ ſolino. in tapꝛobana. alias trapobana inſula. nō elige batur rex niſi qui inueterate pꝛobatus erat clementie ⁊ qui nullos haberet liberos. Et hoc foꝛte fiebat. quia ſepe fit quod occaſione liberoꝛum ditandoꝛuꝫ: homo E ſolet a iuſticia et etiam clementia deuiare. ¶ Jtem clementia nos foꝛtificat ſpiritualiter oſſa enim min⁹ ſunt foꝛtia quando ſunt vacua a medulla. Sic vere il le nunꝗ ſpiritualiter eſt foꝛtis. qui non eſt clemens. pius. medulloſus et mitis. Simus ergo clementes alijs faciliter indulgendo et miſericoꝛditer ſuccurren do Juxta illud Sene. Alteri ſemper ignoſcito. tibi nun ꝗ. Et alibi dicit. Optimum eſt ſemper ignoſcere tāꝗ quotidie tuipſe pecces. Et in libꝛo. de clementia ad ne ronem dicit quod ex clementia omnes idem ſperant nec eſt quiſꝗ cui innocentia ſua tam valde placeat: vt non ſtare in conſpectu clementiam paratam huma⸗nis erroꝛibus gaudeat. Sola hec virtus inter inno⸗centes ceſſat. Jſta eſt igitur que foꝛtificat et tutificat. quia ſcilicet qui conſiderata pꝛopꝛia fragilitate ad in⸗dulgendum alijs eſt facilis. meretur effici conſtans et ſtabilis. Juxta illud Bernar. ꝙ magna firmitas eſt infirmitatem pꝛopꝛiam cogitare. Clemens etiam pꝛi⸗ceps tutioꝛ efficitur. inꝗtum a ſuis diligitur ⁊ tuetur qꝛ ſicut dicit. Jlle clementie in ſuos. gladius eſt in ho⸗ſtes. vnde Sene. vbi ſupꝛa ſcilicet li. de clementia dicit ſic. Clementia non tantū honeſtioꝛes. ſed tutioꝛes fa⸗cit oꝛnamentūqꝫ pꝛoꝛū ē ſimul ⁊ certiſſima lux. qđ eſt

aliud

Ayuntamiento de Madrid

aliud intereſt inter tyrannum et regem. ſpecies enim fortune ac licentia par eſt. niſi quod illi ex voluptate ſeuiunt: iſti ex neceſſitate ⁊ cauſa. De tali etiā fortificatione quā ſpūaliter ⁊ tpaliter facit clementia. dr prouer. xx. Miſericordia ⁊ veritas cuſtodiūt regē ⁊ robo
F rabitur clemētia thronus eius. Patet igit ꝙ clementia nos fortificat ſpūaliter. ¶ Quarto dico. ꝙ clemētia nos beatificat eternaliter. Et hoc qꝛ iſta eſt q̄ dat et procurat vitā eternā. vñ hiero. dicit. Se nō meminiſſe hoiem male mortuū qui libēter faceret opa pietatis. Jō puer. xj. dr Clemētia pparabit vitā: ſectatio maloꝝ mortē ⁊c. Uide de pietate. miſcdia indulgētia parcere dimittere ⁊ remittere ⁊ cetera ſiſia. Sufficit.

**Clericus.** De clericis nulle ſunt autoritates in biblia. Et ideo omitto qꝛ de eccleſiaſticis bonis ⁊ malis: i multis titulis factū eſt. ſ. vbi de deuotione. ambitione. aaron ſacerdos ⁊c.

A **Clypeus.** Cū clypeꝰ ſit armatura defenſiua. ſ. ad latus et ad cor protegendum et ictus aduerſarios ſuſtinēdum ⁊ corpus a leſiōe ſeruādum. Notabo ꝙ per clypeū in ſcriptura intelligitur.

Chriſtus expoſitꝰ penis ⁊ ictibus.
Juſtus oppoſitus hoſtiū vectibꝰ.
Diuina ſcriptura fecūda fructibꝰ.
Patiētie armatura repugnās hoſtibꝰ

Chriſtꝰ enī ē clypeꝰ dei triāgularis. qꝛ triplicis eſt nature. Jn q̄ tū ſcꝫ corpus animā ⁊ diuinitatē ꝯtinet vnꝰ qui. ſ. expoſitꝰ ictibꝰ iudeorū. fuit ab eis pforatus ⁊ fractꝰ. ij. Re. j. Abiectꝰ eſt clypeus fortiū. clypeꝰ ſaul quaſi nō eſſet vnctꝰ oleo. Et tñ ipſe xp̄s verbū patris eſt. ille clypeꝰ de quo Prouer. xxx. Sermo dei ignitꝰ clypeꝰ ſperātibꝰ in ſe. ¶ Juſtus etiā ⁊ maxime platus dr clypeus ſcꝫ p eccleſia ⁊ patria defendēdis. vñ. j. Mach. vj. Refulſit ſol in clypeos aureos et ereos. ⁊ reſplēduerūt mōtes ab eis. Tamē prohdolor iam videt illō verificatū. ij. Parali. xij. vbi dr ꝙ ſeſach rex egypti. i. diabolus abſtulit de hieruſalē clypeos aureos quos fecerat ⁊ poſuerat ibi ſalomon. Scripturarū etiā autoritates dicunt clypei quibꝰ ſcꝫ cōtra demones ⁊ hereticos pmunimur. Uñ Cant. iiij. dr de turri dauid. ideſt de ſcriptura. ꝙ mille clypei pendēt ex ea ois armatura fortium. Uirtꝰ etiā patiētie dicit clypeus qui habꝫ
B ictus repellere ⁊ ſuſtinere Eſa. xxj. Surgite principes accipite clypeū. ¶ Jn malo etiā ſignificato pōt dici. ꝙ clypei dyaboli ſunt tyrāni ⁊ heretici. q̄ ydololatrias ⁊ errores defendūt. Uñ de golya. i. de dyabolo dr. j. Re. xvij. Et clypeus ereus tegebat humeros eius. ¶ Si vis adhuc dic de clypeo: cū clypeus cōiter accipiatur pro ſcuto vel ſaltē pro certa ſpecie ſcuti. ſatis videt qꝺ clypeus quo corpꝰ armat potiꝰ ad ſui defenſionē q̄ alterius inuaſionē pōt in bono ſignificare omnes illas virtutes quibꝰ contra vitia defenſamur ſicut enī miles ſine clypeo nō defendit ab ictibꝰ hoſtiū. ſic nec ſine ꝟtutibꝰ hō tuet a tētationibꝰ ſpirituū malignoꝝ Jō. ij Pa. xxxij. dr. ꝙ ezechias rex ad defenſionē hirlm
C fecit ois generis armaturā ⁊ clypeos Notabo ergo qꝺ boni vtunt triplici ſpūali clypeo defenſiuo. vicꝫ.

Clypeo patiētie qui eſt fortiſſimꝰ.
Clypeo ꝯfidentie q̄ eſt leuiſſimꝰ.
Clypeo ſapiētie q̄ eſt clariſſimꝰ.

Clypeꝰ enī dꝫ eē fortis ne cito frāgat. Leuis vt faciliter feratur pulcer ⁊ pictus. vt ab aliīs cognoſcatur Eſt igitur clypeus patientie ceteris fortior Jſte eſt enim clypeus triāgularis quia ſcilicet homo debet eſſe patiens ⁊ fortis in tribus ſcilicet

Jn platione iniuriarū.
Jn illatione penarū:
Et in ſublatione rerū.

Aper enī hꝫ vnū latꝰ ita fortiſſimū: ꝙ vix pōt gladio penetrari Et iō pars illa corporis vocatur clypeus apri aper autem ſciens illam partem corporis ceteris fortiorem ſemper ſolet eam obijcere iaculis venatorum. Talis eſt patientia. ceteris enim partibus corporis. ideſt ceteris virtutibꝰ anime fortior eſt in aduerſis. Et ideo ipſam debemus ſemper cuicunq̄ tribulationis iaculo opponere ⁊ cuꝫ ipſa contra hoſtiū impetus nos munire Sicut enim dicit Sen. li. de moribus. Cuiuſuis doloris remediuꝫ eſt patientia Jdeo de ioiada ſummo ſacerdote: dicitur ij. Parali. xxiij. Qꝺ ipſe dedit centurionibus qui aſtabant regi: haſtas ⁊ clypeos Uult enī ſacerdos noſter xp̄s ꝙ nos fideles et maxime eccl'iaſtici qui regi. i. deo patri aſſiſtimꝰ. haſtas bonorū operū ⁊ clypeos patiētie deferamus ſed prohdolor videt ꝙ tales clypei hodie perierunt Dicit enim. ij. Paralip. xij. ꝙ ſeſach rex egypti abſtulit de hieruſalē clypeos aureos quos ibi dimiſerat ſalomon ⁊ poſiti ſunt loco eorum erei. Aurum enim quod malleatum et percuſſum non ſonat neq̄ finditur. patientiā ſignificat que in tribulationum ictibus ſine ſono murmurationis: et ſine crepatura diſcōtinuationis perſeuerat. Es autem quod percuſſum ſonat. et frangitur impatientie vitio comparatur. Rex ergo egypti dyabolꝰ clypeos aureos. i. patiētiam a hieruſalem. i. ab eccleſia ſuſtulit et ibi clypeos ereos. i. murmur ⁊ impatiētiā ſeminauit. Jdeo lamētando dicebat dauid. ij. Reg. j. Abiectus eſt clypeꝰ fortiuꝫ ſaul. quaſi non eſſet vnctus oleo. Jſte eſt igitur clipeꝰ patientie ceteris fortior. ¶ Secūdo dico. ꝙ eſt clypeꝰ D
confidentie. i. clypeus ſpei ceteris leuior. Jſte etiā clypeus debꝫ eſſe triangularis. qꝛ ſcꝫ ſperare oportet.

Ueniam peccatorum.
Euaſionē tormentorū.
Et adeptionē gaudioꝝ

Experimento enim docetur apud aliquas galliē regiōes ꝙ ſi hō ſit ſubmerſus ⁊ neſciat quo loco querat cadauer. ⁊ ponat in aqua clypeus militis de genere antiquo rotabit ſupnatādo quouſq̄ veniat ad locuꝫ vbi cadauer fuerit et tūc immobilis ibi ſiſtet. Talis eſt clypeꝰ ſpei qui fuit antiqui militis ⁊ pugilis noſtri chriſti: quia ſcilicꝫ iſto mediante ⁊ ſupernatante. ſi mortui per peccatū fuerimus a profundo vitiorum eripimur et ſepulture paradiſi tradimur et ſaluamur. Jdeo de ſpe dicitur Joſue. viij. Leua clypeum qui in manu tua eſt. Jſte eſt igitur clypeus ſpei ſeu confidentie ceteris leuior. ¶ Tertio E
dico. ꝙ eſt clypeus ſcripture ſeu ſapientie ceteris pulcrior Scriptura eſt enim clypeus triangularis. qꝛ ſcilicet iſte docet preterita. preſentia et futura Clypeꝰ enī diuerſis picturis ⁊ coloribus picturat ſic ſcriptura varijs ſciētijs et autoritatibus decoratur. Jſte eſt clypeꝰ palladis criſtallinus ⁊ lucidus. quo munitus perſeus ſm Ouid. li. iiij. fab. xix. de gorgone que lapidificabat homines triumphauit. qꝛ reuera quo clypeo ſacre ſcripture. clare. limpide ſcientifice criſtalline munitꝰ fuerit faciliter de diabolo triūphabit. vnde prouerbi. xxx. Omnis ſermo dei ignitꝰ clypeus eſt ſperantibus in ſe Scriptura etiā Cant. iiij. dicitur turris dauid que edificata eſt cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea. omnis armatura fortiū mille dico clypei. i. mille ſententie. Sic ergo patet quomodo tripliciter clypeꝰ ſumitur in bono. ¶ Dic etiam ſi vis. qꝺ per clypeos triangulares: poſſunt intelligi viri iuſti et maxime boni eccleſiaſtici. ⁊ paſtores qui more clypei eccleſie ſunt defenſores qui pro eo triangulares exiſtunt. quia fidē trinitatis credunt. de quibus dici poteſt illud. j. Macha. vj. Refulſit ſol in clypeos aureos et ereos: et reſplenduerunt montes ab eis. ¶ Jn malo vero ſignificato dic. ꝙ clypeus ſignificat.

Mundi pompam ⁊ elationē.
Hoſtis fraudem et tentationem.
Seculi penam et tribulationem.

Jſti ſunt clypei quibus contra nos militatur ⁊ quibus contra nos triumphatur vnde de goliad gigante dicitur. j. Regum. xvij quod clypeus ereus tegebat humeros eius. Et anime peccatrici dicit. Ezechiel. xxiij. Lorica ⁊ clypeo ⁊ galea armabuntur contra te. ſcilicet chaldei ⁊c. vide infra de ſcuto et in tabula.

**Clamare.** quod eſt ad modum rane clamare. Uide vbi detrahere.

**Codex.** Uide infra. vbi. Liber.

Ayuntamiento de Madrid

**Cogere.** Uide infra de compellere violentia et ſimilibus.

A **Cogitatio.** Nota ꝙ cogitatio ē caput ⁊ principiū omnis operatiōis ſiue bona fuerit ſiue mala. eſt ei ſicut radix i arbore a qua arbor vniuerſa depēdet. Sicut enī a radice ꝓcedit ſtipes folijs. fruct⁹. ⁊ flos ſic a cogitatiōe ꝓcedūt tāꝙ ab originali radice omnes circūſtantie operis cuiuſcunq;. ſcʒ.

Flos affectionis.
Folia locutionis.
Stipes ꝑſeuerātie.

Et iō ſicut videm⁹ ꝙ a radice amara: raro ꝓgredit fructus dulcis. ſic a mala cogitatione raro progredit opus bonū. Dicit enī Pli. ꝙ venenū ſalamādre radicē arboris inficiēs atq; tangens oēs arborū fructus inficit atq; fedat. Sic vere ſi venenū dyabolice tentatiōis cogitatiōis radicē infecerit oēs fruct⁹ exinde exeuntes inficit ⁊ corrūpit. Sapie. j. Peruerſe cogitatiōes ſeparant a deo. Et aduertēdum eſt. ꝙ cogitatio in ſcriptura nō ſp accipit pro illo primo motu intellect⁹ qui nō eſt in noſtra volūtate. immo vt cōiter cogitatio idē eſt qđ meditatio ⁊ occultorum conſideratio. Juxta illud ps. Cogitaui dies antiquos. ⁊ annos eternos in mēte habui. Itē idē eſt ꝙ deliberatio vel in aīa ordinatio. j. paral. xxviij. Cogitaui vt edificarē domū dn̄o. Itē ē idē ꝙ exiſtimatio vel aliqualis imaginatio. vnde Math. ix. Ut quid cogitatis mala in cordib⁹ veſtris. Eſt igit cogitatio ꝯmendabilis. ⁊ eſt cogitatio deteſtabilis. Bona enī cogitatio ē exercenda mala autē cogitatio eſt refutanda.

B Dico ergo ꝙ debemus ſancte ⁊ vtiliter cogitare q2 ſcʒ ex bona cogitatione orit bona delectatio ex delectatiōe cōplacētia. ex qua tandē bon⁹ cōſenſus prouenit ex quo poſtmodū ſequitur bonū opus: Sicut enī ait. ille magiſter de ꝓprietatib⁹ rerū. Aries dum dormit ſp hʒ caput erectū. ſemper etiā ruminat niſi ꝙ diu eſt infirmus Sic vere illi qui debēt dici aries ab ara. i. viri eccleſiaſtici. ⁊c. qui circa arā. i. circa altaris officiū ſunt locati iſti dico ſemp debēt dormire. ⁊ requieſcere ſpūaliter capite intētionis ad deū eleuato ⁊ ſemp debet ruminare. cogitare ⁊ ꝯſiderare. aliquid vtile ⁊ honeſtū. Ruminent ergo ideſt cogitent ꝗ̄ta ſit ſuorū ſcelerū immenſitas: ꝗ̄ta ſit miſericordia dei lōganimitas: ꝗ̄ta ſit ſui iudicij ſeueritas: ꝗ̄ta ſit infernaliū tormentorū aſperitas ⁊ cetera ſimilia Talia enī debemus cogitare et in cordis hoſpitio ruminare niſi forte per pc̄m mortale infirmi fuerimus in hac parte. vnde in ps. et habetur Eſay. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Poſſumus autem aliter diſtinguere. Dicamus igitur. ꝙ

C Eſt cogitatio penitentium.
Eſt cogitatio cōtemplantiū.
Eſt cogitatio delinquentiū

Penitētes ei cogitāt circa interiora contemplātes cogitant circa ſuperiora deliquētes vero cogitant circa exteriora. Simus igitur penitētes ⁊ cogitem⁹ in noſtris interioribus. Juxta illud ps. Cogitaui vias meas: ⁊ conuerti pedes meos in teſtimonia tua. In quib⁹ verbis aduerte. ꝙ penitens debet cogitare. Circa verbū primū ꝓpriā ꝯditionē. Cogitaui inquit vias meas. Circa ſecundū cordis affectionē. Pedes inquit meos. Circa tertiū morū mutationē. Conuerti inquit in teſtimonia tua. Cogitem⁹ ergo in primo conditionē. vt eam corrigamus in ſecūdo cordis affectionē vt eam erigamus. in tertio morum mutationem vt eam compleamus.

D Dico ergo primo. ꝙ nos debemus cogitare circa vite conditionē Cogitaui inquit vias meas. Uie enī noſtre ſunt conditiones noſtre vite per quas nos ambulamus ⁊ currimus. vel ad gloriā vel ad penam. que ꝓcerto debent cogitari. Cogitemus ergo viam natiuitatis noſtre. que eſt plena fragilitate: viam vite preſentis: que eſt plena penalitate: viā mortis q̄ eſt plena aduerſitate. Conſideremus ergo viam.

Peccati que eſt plena peruerſitate.
Paradiſi que eſt plena felicitate.
Inferni que eſt plena crudelitate.

Cogitaui ergo vias meas. ps. Cogitabo pro peccato meo: ⁊ Hier. ij. Uide vias tuas in coualle. ſcito quid feceris: Nauta enim ſedens in fine nauis: ſemp reſpicit ad principiū et ad mediū: Sic vere cariſſimi: hō debet ſedere in fine nauis. i. in fine vite ſue. ſ. in cogitatione mortis et exinde ſemp de principio ⁊ de medio vite ſue cogitare. Cogitet ergo vnde venit: q2 de vili ꝓpagatione. de mala conuerſatione. de hoſtis damnatione. Cogitet inſuper quo vadit. quia.

Ad mortis dolorem.
Ad grauem timorē.
Ad terrū horrorem.

Itē cogitet vbi ē. quia ſcʒ ipſe eſt.

In mūdi anxietate.
In hoſtiū ſocietate.
In cordis dubietate.

Itē cogitet vbi nō eſt. Et procerto ipſe inueniet ꝙ ipſe non eſt In pacis tranquillitate. In paradiſi iocūditate. In ſui ſtatus ſecuritate. Itē cogitet qđ fecit. ⁊ ꝓcerto ipſe inueniet qđ ipſe fecit. ſ. Contra deū. Cōtra ſemetipſum. Cōtra proximū. Item cogitet quid non fecit. et procerto ipſe inueniet quid ipſe non fecit. ſcilicet.

Erga deū quod deberet.
Erga primū qđ liceret.
Erga ſeipm qđ deceret.

Iſte ergo ſunt vie nr̄e que ſunt i corde iugiter reuoluende. Cogitaui inquit vias meas: Unde Prouer. iij. In oībus vijs tuis cogita

E Cogitemus ergo circa actuū noſtrorū propriā ꝯditionem. Cogitaui inquit vias meas. Secundo cogitādum eſt circa noſtrorū cordiū affectionē. Pedes inqt meos. Urſus enī valde delectat lambere pedes ſuos. Sic vere nos debemus delectari in lambēdo. i. in cogitando ⁊ conſiderando quales ſunt pedes affectionum noſtrarū. ſ. in meditādo affectiōes interiores vtrū ſcʒ ſint inordinate vel honeſte. vtrū immoderate vel modeſte vnde Sap. vj. Cogitare de illa interiori affectione: ſenſus eſt cōſummatus. Aduertendū eſt tamen. ꝙ iſti pedes affectionum et interiorū cogitationum.

Sunt abſtergendi.
Sunt expurgandi.
Sunt calciandi.
Sunt excutiendi.

Primū hʒ fieri p correctiones. Correctio enim tergit ⁊ fricat quicqd in pedibus affectionis noſtre inuenit vitioſum. Lupus enim vadens ad predam. ſi pes ipſius ſtrepitum facit. mordet eum: quaſi puniens eum. propterea ꝙ eius ſtrepitu ſibi potuit periculū imminere ſicut dicit. Plinius. Sic vere cariſſimi: ſi pes affectionis noſtre. fecerit in corde ſtrepitum malarum cogitationum et malorum deſideriorū nos procerto ipſum debemus reprehendere ⁊ mordere: Juxta illud Math. xviij. Si pes tuus ſcandalizat te: abſcinde eum et ꝓijce abs te. Pes enim ſcandalizans eſt mala affectio ⁊ cogitatio cor offendens que procerto eſt abſcindenda p reprehenſionem et correctionem. Itē dico ꝙ pedes ſunt purgandi quod fit per confeſſionem Gene. xviij. Lauentur pedes veſtri ⁊ requieſcite ſub arbore. Itē ſunt calciandi quod fit per mortis meditationem calciamenta enim que ſunt de pellibus animalium mortuorum: ſignant memoriam mortis: vnde. j. Tymo. vj. Calciate pedes in preparatione euangelij pacis.

F Item ſunt in puluere bonorum terrenorum excutiēdi. per eorum contemptum ⁊ abominationem Mat. x. Excutite puluerem pedum veſtrorum. Cogitem⁹ ergo circa cordium affectionem. Tertio dico: qđ nos debemus cogitare circa actuum ⁊ morum immutationem: Conuerti inquit in teſtimonia tua Cogitandum eſt enim quomodo perfecte poterim⁹ conuerti ad dominum in futurum Eccleſiaſti. vij. Uiuēs cogitat qđ futurum ſit. Conuerſio enim non poteſt perfecte fieri niſi cogitatione et premeditatione multiplici precedente niſi forte diuina inſpiratio intercedat. Sicut enim in conuerſione et immutatione naturali requirit cauſa materialis: cauſa efficiens: formalis et finalis: Sic procerto in conuerſione ad deum: requiritur materia fundamentalis: ſcilicet bona cogitatio. Requiritur cauſa formalis ſcilicet rectus modus ſeu diſcretio. Diſcretio enim dat formam moribus. Requiritur cauſa efficiēs. ſcilicet caritas ſeu dilectio. Requiritur cauſa finalis. ſcʒ

Ayuntamiento de Madrid

finalis.ſ.placendi deo recta intentio.Et ſic ſi iſta qua
tuoꝛ cōueniant poterit in nobis fieri ꝯuerſio perfecta
⁊ ꝓpria: non per accidens. De tali cōuerſione loquit̃
Joel.ij.Conuertimini ad me in ieiunio:in fletu ⁊ plā
ctu ⁊c.vt ſic de quolibꝫ poſſit dici illō.ij. Macha.xij.
Juſte ⁊ religioſe de reſurrectione cogitans.Conuerſio
enim eſt idem ꝙ moꝛalis reſurrectio.Patet ergo ꝙ pe
nitens ⁊ quilibet bon⁹ xp̄ianus debet cogitare.

De moꝛali conuerſione.
De mentali affectione.
De pꝛimaria conditione

Bene ergo dicit. Co
gitaui vias meas ⁊ cō
uerti pedes meos ⁊c.

B Jſta eſt ergo cogitatio penitentium. ¶ Sed ſecundo
dico:ꝙ eſt cogitatio cōtemplātiū:⁊ iſta eſt conſidera
tio bonoꝝ eternoꝝ:de quo pōt dici illud Sap.v.Cogi
b tatio illoꝝ apud altiſſimum.Prouer.xix. Multe co
gitationes verſant̃ in coꝛde viri. ¶ Jtem tertio eſt co
gitatio delinquentium : ⁊ iſta eſt mala ⁊ vana cogita
tio:cui niſi immediatius occuratur:ſtatim trahit vo
luntatem ad conſenſuꝫ.Jdeo ſicut cerua que ſm̄ Pli
nium habet ſecundinā venenoſam:ſi terram tangat:
ideo anteꝙ̄ ad terram deſcendat: ipſam rūpit ⁊ deuo
rat:⁊ cōſumit.Sic vere homo qñ videt ꝙ in coꝛde ſuo
oꝛit̃ aliqua cogitatio venenoſa . ſtatim debet eam rū
pere ⁊ intercipe ne foꝛte ad terram.i. ad conſenſuꝫ ca
dat. vel ad opus poſſit aliquatenus peruenire. Pro
uer.xv.Cogitationes impioꝛum eradicabūtur.Jmpij
em̄ habent cogitationes malas ⁊ venenoſas. q2 ſicut
dicitur Gen̄.viij. Senſus ⁊ cogitatio coꝛdis humani
intenta eſt in maluꝫ.Et reuera multi ſunt hodie quo
rum cogitationes ſemper ſunt ad nequiciam inclina
te.De quib⁹ dicit̃ Oſee.v. Non dabunt cogitationes
ſuas vt reuertant̃ ad dominum.Circa quod notāduꝫ
ꝙ quidam cogitant.

De cupiditate.
De carnalitate.
De crudelitate.
De malignitate.
De pompoſitate.

Primi ſunt auari qui cogitāt
in diuitijs augmētandis ⁊ ac
quirendis vñ Job.xij. Lāpas
cōtēpta apud cogitationes di
uitum. Secundi ſunt immū
di qui cogitāt de delicijs:vñ.ij.Coꝛ.j.Que cogito.ſm̄
carnem cogito. Tertij ſunt impij : qui cogitant in ſe
uicijs.vñ Joh.xj.Cogitauerunt vt interficerent Jeſuꝫ
Quarti ſunt inuidi q̄ cogitant in malicijs. Eſa.xxxij.
Jpſe cogitationes cocinnabit ad perdendos mites.
Quinti autem ſunt ſuperbi qui cogitant in eminen
tijs:vnde Rom̄.j.Euanuerunt in cogitationibus ſu
a is.⁊c.Sufficit.

# Cognatio. Cōſanguinitas

et Parentela idem ſunt. Et eſt cognatio idē ꝙ ꝓpin
quitas a carnali copula generata:⁊ ab eodē pr̄e origi
naliter deriuata. Eſt em̄ quoddaꝫ vinculum carnale:
quo cū fidelitatis nexu alter debet cum altero copula
ri:vt ſicut ab vno pr̄e ⁊ matre originaliter proceſſerūt
ſic inter ſe ſeruent coꝛdium vnitatem. Sic breuiter di
co.ꝙ duplex cognatio in ſcriptura reperit̃.Jnuenitur
enim cognatio naturalis.⁊ cognatio ſpiritualis.Pri
B ma includit fidelitatem: ſecunda caritatē.pꝛima im
pedit ne alter alteri turpiter cōiungat̃ Secunda pre
cipit ꝙ alter alteri ꝑ amoꝛem ſinceriter vniatur. Na
turalis ergo cognatio debet in nobis fideliſſime con
ſeruari.vt ſcꝫ alter alterum adiuuet ⁊ diligat: ⁊ vt a cō
mixtione ſanguinis inter grad⁹ ꝓhibitos abſtineat
⁊ caueat.Juxta illud Leuit̃.xviij.Unuſquiſq; ad proxi
maꝫ ſui ſanguinis nō accedat. Jſtud em̄ docent aīa
lia bruta.Dicit enim Ariſto.ꝙ camelus non libenter
coit cum matre.Equi etiam de ſcīa matris copulam
refugiunt. Uñ narrat idem.ꝙ rex ſeptentrionis equā
habuit pulcerrimā ⁊ filium pulcerrimū: ⁊ volens ha
bere filium de vtroq;: fecit opiri faciem matris: ne a
filio cognoſceretur: qui cum ſaltaſſet ſuper eaꝫ:et tā
dem matrem cognouiſſet: pre doloꝛe fugiens precipi
tauit ſe. Equus etiam vt dicit idem:dum eſt in grege:
libentius vadit cum ſoꝛoꝛe quam cuꝫ matre: ⁊ in hoc
inſtruimur naturaliter.ꝙ propiquas noſtri ſangui
nis debemus naturaliter euitare: ⁊ quanto attinent
nobis magis ꝓpinquius :tanto ad ipſo ſtrictius ab
ſtinere:vñ Gen̄.xij. Egredere de terra tua ⁊ de cogna
tione tua. quia ſicut dicitur Marci.vj. Non eſt pro
pheta ſine honoꝛe: niſi in cognatione ſuā. Multi tñ
ſunt ſicut canes : qui ſm̄ Plinium vſq; ad ſenectutē
libidini vacant:⁊ inter matrem ⁊ ſoꝛoꝛem non diſcer
nunt.Sic vere multi ſunt qui cognatis ⁊ conſangui
neis non parcentes:naturalibus vinculis non tenen
tur: ſine lege ⁊ contra legem viuentes vſq; ad ſenectu
teꝫ luxuria maculant̃. Homini em̄ foꝛnicario omnis
panis dulcis:non fatigabitur tranſgrediens vſq; ad
finem. Eccli.xxiij.vñ Oſee.iiij dr̄.Periurium ⁊ adul
terium inundauerunt ſuper terraꝫ:⁊ ſanguis ſangui
nem tetigit.Et iſta eſt cauſa inimiciciarum ⁊ pericu
loꝛuꝫ : bitumen enim alipati qd̄ nullo modo pōt diſ
ſolui: ſolo ſanguine menſtruo diſſipatur ſm̄ Plini.
Sic vere ꝙ̄ꝙ̄ inter aliquos ſit indiſſolubile vinculuꝫ
caritatis:ſi tamen interueniat ſanguis menſtruus.i.
feditas inceſtus.i.ruptio conſanguinitatis. Jſtud ꝓ
certo omne tale vinculum eneruat : ⁊ inimicicias per
petuas introducit. Exempluꝫ de ſemiramide aſſyrio
rum regina:que poſt moꝛtem nini regis viri ſui.ſe fili
um ⁊ heredem habere mentita:diu ſub ſpe filij.impe
rium rexit.tandem vero pꝛopꝛio filio adulto: ipſuꝫ in
virū recepit: ⁊ vt priuatā verecundiaꝫ publico ſcelere
excuſaret ꝓclamare fecit:ꝙ nulla reuerētia nature ex
hibita :quecunq; vellet pꝛopꝛiū filium vel cognatuꝫ
in matrimonium ducere poſſit: ipſam tamen ꝓpꝛius
maritus ⁊ filius interfecit:⁊ ſcelus qd̄ cōmiſerat vin
dicauit:ſicut ponunt. Oroſius ⁊ Juſtinus. Jſta eſt er c
go cognatio naturalis. ¶ Sed ſecūdo dico: ꝙ eſt que
dam cognatio moꝛalis ſeu ſpiritalis. Et iſta nihil ali
ud eſt quā caritas:ſeu amoꝛ:ſeu etiaꝫ fides. Fides em̄
⁊ caritas faciunt oēs homines cognatos:notos etiaꝫ
⁊ amicos. Ab eodem enim patre ⁊ matre eccl̄ia proue
nimus. ⁊ ideo ſpiritualiter cognati ſumus: vñ.ij.Eſ
dre.iiij.Proximus mihi ſedebis ⁊ cognatus meus vo
caberis. Jn quib⁹ verbis aduerte. ꝙ cognatio cauſat
in homine.ſ.Societatis firmum tenoꝛem. Proxim⁹
inquit mihi. Tranquilitatis verum dulcoꝛem. Sede
bis.Sublimitatis magnum honoꝛē.⁊ cognatus me⁹
vocaberis. Jnter autem tales cognatos.i. inter viros
fideles ⁊ caritatiuos diligit dominus habitare: vnde
Luc.ij.dr̄ Quod parentes ieſu requirebant euꝫ inter
cognatos ⁊ notos.Jpſe etiam dicit Hier̄.xxxj. Ero de
us vniuerſis cognationib⁹ iſrl̄.⁊c.

# Cognitio. Cognoſcere.

Nota ꝙ cognoſce a
re idem eſt ꝙ aduertere:perpendere: ſcire noſcere:⁊ ſci
entiam vel noticiam habere.Et eſt cognitio idē ꝙ cō
pleta rei notio. Cognitio ergo ē virt⁹ naturalis ⁊ mo
ralis:⁊ eſt idem ſpiritualiter ꝙ diſcretio:ſcientia fides
ſeu conſideratio. Per iſta enim ſcilicet

Per fidem.
Per diſcretionem
Per ſcientiam .
Et ꝑ prudētiā ⁊ ſapiētiā

cognoſcim⁹ cognoſcēda.
Uidemus enim ꝙ etiam
bruta cognoſcunt quid ē
fugiendū:⁊ quid etiam ē
faciendu꞉. Diſcernūt em̄
inter delectabilia ⁊ triſtabilia:quantomagis hō vtēs
ratione dꝫ cognoſcere ⁊ diſcernere quid eſt faciēnduꝫ
⁊ quid obmittendū:q̄d eſt dānabile:⁊ q̄d eſt vtile:q̄d ē
ꝓficiens:⁊ q̄d deficiens.Jdeo bñ dr̄ Hiere.xj. Demon
ſtraſti mihi ⁊ ego cognoui. Nota ergo:ꝙ v̄tus cogni
tiua ⁊ diſcretiua ſumme eſt neceſſaria.ſine iſta em̄ nec
bonū amat̃.nec malū declinatur:q2 ſm̄ Ariſto.nō di
ligit̃ bonū niſi prius cognitum. Dicit em̄ Pli.ꝙ ele
phas inter oīa bruta eſt optimi intellectus: docet̃ em̄
regem cognoſcere ⁊ euꝫ adoꝛare. Canis etiam ſicut vi
demus optime cognoſcit dñm ſuū:⁊ eū ⁊ nō aliū ſolet
ſequi : aliqui etiam equi ſchitici dños ſuos cogno
ſcunt ⁊ nullos alios ſeſſoꝛes admittūt:ſicut dicit idē.

A

Ayuntamiento de Madrid

Pro dominis etiam suis pugnant. ⁊ in morte eorum plorant. equos eñ inquit affectum cōpassionis habere certum est. Sic reuera nos xp̄iani debem⁹ habere sagacitatem intellectus: dn̄m enim ⁊ regem nostrum xp̄m: vel prelatum debemus cognoscere: ⁊ eum sequi ⁊ adorare: ⁊ ei firmiter obedire. nullum alium sessorē vel magistrū sc3 mundū: carnem: vel dyabolum debemus admittere: sed istum solum diligere: ⁊ sub eius obedientia nos aptare: ⁊ etiam pro ipso ⁊ pro fide ⁊ iusticia defendenda debemus pugnare. ⁊ mortem ipsi⁹ deplorare. Eccli. iiij. Usq ad mortem certa pro iusticia: ideo bn̄ dicit Esa. xix. Cognoscent egypti dominum. Luc. xxiiij. Cognouerunt dominum in fractione panis. Quāq multi sunt hodie contrarie cōditiōes: q2 sc3 deum benefactorem non cognoscunt: quāuis ipe in beneficiorū collatione eos quotidie recognoscat vñ Geñ. xlij. Fratres ipse cognoscens: non est cognit⁹ ab eis. Acteō eñ s'm Ouid. lib. iij. fab. ij. mutatus in ceruum bene cognoscebat canes suos: qui tamen ab ipsis nō cognoscebatur sed durissime mordebat. Sic vere deus qui cognoscit canes suos .s. xp̄ianos: ipsis sua beneficia largiendo: ab ipsis hodie non cognoscit nec seruitur: sed magis ab eis p diuersa peccata impugnatur: ⁊ per blasphemiam ⁊ detractionem mordet grauiter ⁊ vrgetur: vñ ps. Uir insipiens nō cognoscet ⁊ stultus non intelliget hec. Ista etiam videmus quotidie inter homines euenire: quamuis eñ aliquis sit acteon .i. diues ⁊ potens: ita q secum ducat canes .i. familiares ⁊ sequaces suos ipsos fouēdo: ⁊ eis bn̄faciēdo: si tamen accidit q mutet in ceruū: ⁊ q de hoīe fiat bestia .i. q de diuite fiat paup. ipe pcerto ab eis amplius nō cognoscitur: nec amatur: sed magis ab ipsis psequitur: mordetur ⁊ diffamat: q2 breuiter hō postq venit ad infortuniū: vix amplius inuenit qui eum dignet cognoscere: ꝑ q nō cesset auxiliū implorare. ps. Considerabam ad dexterā ⁊ videbā ⁊ non erat qui cognosceret me. Non sic ergo: sed cognoscamus deū et benefactorem nr̄m: ⁊ ipm totis affectib⁹ diligamus. Iuxta illō Ioh. x. Cognosco oues meas ⁊ cognoscunt me mee. ⁊ Esaie. j. dr. Cognouit bos possessorē suū ⁊c. In quibus verbis nobis aduertendū est: q quatuor sunt a nobis precipue cognoscenda. sc3.

B Interiora. Exteriora. Superiora. Inferiora.

Debemus eñ cognoscere res interiores ⁊ humanas. cognouit .i. cognouit res: exteriores ⁊ mundanas Bos q sc3 herbas bonas ⁊ malas discernit: res superiores nobis prelatas. possessorem Res inferiores nobis subiectas. Suū inquit. Dico ergo. primo q nos debemus cognoscere res humanas interiores .i. pprias cōditiones naturales.

Cognoscere eñ debemus. Quā viles fuim⁹ in ingressu. Quā fragiles sumus in processu. Quā flebiles erimus in egressu.

Ista eñ ē cognitio pfectissima .s. cognoscere semetipsū. Marci. xij. c. Uidete vosmetipsos. Alexāder eñ vulnerat⁹ in prelio: ista verba dixit. Omnes inquit homines me dicunt filium Iouis: sed ego cognosco in isto vulnere me esse hominem: vnde dicit Hiero. lib. de ysaac. Sapientis inquit est segregare se a voluptatib⁹ carnis: eleuare aiam atq a corpore abducere. hoc est cognoscere se hominem esse. Ista autē cognitio valde est nobis necessaria.

Inducit eñ dei timorem. Uite presentis horrorem Humilitatis amorem.

Istud figuratū ē Geñ. iij. vbi dicitur. Qd post quā adā ⁊ eua cognouerunt se nudos. consuerunt folia ficus pre verecūdia prius eñ anteq se nudos cognoscerent non fuerunt verecundati peccare postq aūt se nudos cognouerūt se peccasse erubuerūt. Ex quo datur intelligi: q cognitio sue nuditatis .i. sue naturalis paupertatis ⁊ vilitatis. causat in nobis verecundiam ⁊ timorem ⁊ peccati displicenciam ⁊ horrorem. Quō vtiq est contra multos de quibus dicit Bern. in suis meditatiōib⁹. Multi inquit multa sciūt ⁊ se ipsos nesciūt. q2 reuera sicut oculus cognoscit ⁊ videt alia: se aūt cognoscere nō potest vel videre. Sic multi sunt q seipsos non ɔsiderāt nec cognoscūt: nec suos defect⁹ tam naturales q morales recogitāt vel aduertūt: q tñ alios sciunt optime cognoscere: considerare: iudicare: ⁊ videre. Sicut ptz in detractoribus ⁊ in hypocritis: q in oculo fratris vident festucā: in suo aūt non vident trabē. Nā vt dicit Aug. lib. x. confessionū. Curiosū est gen⁹ hoīm ad cognoscendū vitā alienā desidiosum ad corrigendū suā De istis dr ps. Non cognoscet ampli⁹ locū suū. Non sic charissimi nō: s3 cognoscamus res humanas ⁊ interiores: q2 sicut dicit Aug. li. de achademicis. Illa est humanarū rerū sciētia q nouit lumē prudētie: temperantie decus: fortitudinis robur: iusticie sanctitatē. C

¶ Secūdo dico. q nos debemus cognoscere res mundanas ⁊ exteriores: qd ostēdit cū dr bos. Bos eñ aial est odoratu sagax: discernit eñ inter herbas bonas et malas. Socios ēt cū qb⁹ iugū trahere ɔsueuit solet cognoscere: diligere: ipsosq lābere: ⁊ frequentare: ⁊ si ab ipso recesserint solet affectū ostēdere ⁊ mugire. Sic vere charissimi nos debem⁹ herbas .i. res exteriores discernere ⁊ cognoscere .s. qd vtile ⁊ qd inutile: quid bonū ⁊ quid malū: qd honestū ⁊ qd molestū. Nume. xxij. Sicut solet bos herbas capere consideratis circūstātijs ⁊ indigētijs: sic debemus etiā cognoscere socios nr̄os ⁊ amicos cū quibus iugū eiusdē fidei: religionis ⁊ societatis ducimus ⁊ trahimus: ⁊ ipsos debemus lābere .i. pfecte diligere ⁊ amare: ⁊ erga eos cōpassionis affectum oñdere ⁊ habere. Uñ Iob. j. Et oues arabant ⁊ asine pascebant: de ista cognitione dr .j. Corint. xiij. Nunc cognosco ex parte. Et ibidē. Ex parte inqt .i. imperfecte cognoscimus ⁊ ex parte prophetamus. ⁊ pro certo cognitio quā habemus in mūdo isto: tā de reb⁹ q de psonis bn̄ dr esse ex parte: q2 vere vix aut nūq potest aliqs pfecte aliqd cognoscere. Illud eñ videmus de hoībus q p certo vix cognoscunt: q2 sepe q creditur amicus inuenit inimicus: q credit equus inuenit iniquus. Tāta est eñ siſitudo exteri⁹ inter gēmas veras ⁊ fictas: lapideas ⁊ vitreas: q hō in eligēdo sepe decipit: sicut nō cognoscēs q melior d3 esse: q2 reuera inter amicos veros ⁊ fictos. Inter hoīes bonos ⁊ malos tāta est qñq similitudo exteri⁹ p maloꝝ hypocrisim et cautelā q vix alter ab altero cognoscit: nisi forte per opera distinguant: q2 sicut dr Mat. vij. A fructib⁹ eorum cognoscetis eos. Dypsas eñ alio noīe situla est serpens ita minim⁹ q añ interficit q videat s'm Isid. a calcantib⁹ eñ nō cognoscit: donec morsus ⁊ venenū ipsius sentiat: sic vere multi sunt q ppter puritatē humilitatis ⁊ simplicitatis ab alijs nō vident: s3 qñ venenū malicie ab eis infundit: tūc aliud esse q apparuerāt cognoscunt. Nō sic ergo s3 cognoscamus res mūdas ⁊ exteriores. D

¶ Tertio dico q nos debem⁹ cognoscere res diuinas ⁊ superiores .s. deū: platū: benefactorem ⁊c. ⁊ hoc oñdit cū dr possessorē. Illi eñ q nō possidēt ⁊ sustinēt gubernāt pariter atq iuuāt sunt cognoscēdi ⁊ sinceris affectibus diligendi. Apes eñ cognoscūt regē suū. Elephas etiā siluestris cadēs in foueam venatoris cognoscit illū q ipsū de fouea liberat ⁊ ipsum sequitur: ⁊ factus domesticus eidē obtēperat et obedit. Sic vere charissimi benefactores: reges: prelatos: ⁊ superiores: ⁊ maxime deū superiorē ⁊ benefactorē debemus cognoscere: q nos de pctī ⁊ inferni fouea liberauit: ⁊ tantoꝝ grati beneficioꝝ sibi in oībus obedire. Ioh. x. Cognosco oues meas ⁊ cognoscūt me mee. Possessorē inquit. Regratiet ergo qsq ⁊ dicat illud Prouerbio. viij. Dominus possedit me ab initio: s3 p certo de multis ingratis dr Hiere. ix. Nō audierūt vocē possidētis a volucre celi vsq ad pecora transmigrauerūt ⁊ recesserūt. Uolucres eñ celi .i. supbi pecora terre .i. auari vocem sui possessoris ⁊ benefactoris: prelati ⁊ preceptoris non audiunt: preceptis ipsius obediēdo accepta beneficia recognoscēdo: sed ab ipso per mētis induratio nē

Ayuntamiento de Madrid

indurationem fugiunt ⁊ recedunt. Nō ſic ſed cogno-
ſcamus res diuinas ⁊ ſuperiores. Qđ etiam poteſt re-
ferri ad paradiſi ⁊ ad dei occultam prouidentiā ⁊ ad
ſecreta dei iudicia que oīa debent a nobis cognoſci et
ſolerti indagine meditari. cognoſcamus ergo celeſtia
vt ea contemplemur Hiere. viij. Miluus in celo co-
gnouit tempus ſuum. Cognoſcamus dei prouidenti-
am vt eam admiremur ps. Exiſtimabam vt cognoſce
rem hoc labor eſt ante me. Cognoſcamus dei iudicia.
E vt per ea de malo retardemur ps. Cognoſcetur dñs iu
dicia faciens. Cognoſcamus ergo res diuinas ⁊ ſupe
riores. ¶ Quarto cognoſcamus res ſubiectas ⁊ infe-
riores: qđ oſtendit cum dr̄ ſuum. Suum eñ e[ſt] prono
men poſſeſſiuū: quia. ſ. que ſunt in poſſeſſiōe ⁊ ſubie
ctione debemus cognoſcere. Tria aūt proprie poſſunt
dici noſtra. ſ. Onus peccatoꝝ. Uirtus meritoꝝ. Cho-
rus ſubditorum. Cognoſcunt peccata vt dimittātur
merita vt augeantur: ſubditi vt debite gubernantur
Cognitio eñ propriorꝝ peccatorū eſt neceſſaria quia
tunc ſignum eſt: ꝙ freneticus ſanatur qñ cognoſcit
ſe eſſe infirmum. Sic vere ſignum eſt ſpiritualis ſani
tatis: quando homo cognoſcit quāta eſt iniquitas
ſue prauitatis. Jđ dr̄ in ps. Iniquitatem meam ego
cog. ⁊ pec. ⁊c. Sicut enim dicit Grego. li. mor. xxxvj.
Quanto quis minus ſe videt: tāto ſibi minus diſpli-
cet ⁊ quanto maior grē lumē percipit tanto amplius
rephenſibilē ſe eſſe cognoſcit. Uñ eñ dicit idē in mor.
Nemo certitudinē ſuā niſi qui rectus eſſe cepit ꝯpre-
hendit. Nā q̄ oīno peruerſus eſt non pōt videre qđ ē
Itē cognitio ꝓprioꝝ meritorū eſt neceſſaria: vt. ſ. ſci-
amus quātū ꝓficimus qꝛ breuiter ſm̄ Bern. in me-
ditationibꝰ ſuis: vtile eſt ⁊ neceſſe ꝙ ab exterioribꝰ ad
interiora redeā: ⁊ ab inferioribꝰ ad ſuperiora aſcendā
vt poſſim recognoſcere: vnde venio aut quo vado:
F quid ſim: ⁊ vñ ſim: vt ꝑ cognitionē mei. poſſim venire
ad cognitionē dei. ¶ Item neceſſaria eſt cognitio ſub
ditoꝝ. Prelati eñ dñt ſubditos cognoſcere: vt ipſos
poſſint ſꝫ merita ꝓmouere: ꝙ multi ſunt ſil'es yſaac
de quo dr̄: ꝙ cū iacob eſſet pelliculis inuolutus. pater
non cognouit eū: ⁊ ideo dedit ſibi benedictionē ꝓmo
genitoꝝ. Sic vere cariſſimi: qꝛ p̄res moderni. i. prelati
vident ſubditos mediantibꝰ pillis ⁊ pelliculis. i. medi
ante pelle carnalis affectionis: ⁊ pillis diuitiaꝝ ⁊ tpa
lis poſſeſſionis. ideo non pñt ipſos ꝑfecte cognoſcere
⁊ ꝓpter hoc bñdictionē ꝓmogenitoꝝ. i. beneficia bo-
nis perſonis debita ipſis ſolent indebite miniſtrare.
Iſtud eñ eſt certum: qꝛ amor ⁊ affectio: ⁊ acceptio per
ſonarum: munera etiā ⁊ ambitio diuitiaꝝ cautella ⁊
hypocriſis ⁊ fictio maliciaꝝ impediant p̄latos ne co-
gnoſcant ꝯditionem ſubditoꝝ: Uñ de talibꝰ dr̄. Geñ.
xxxviij. Thamar operuit vultū ſuum pallio: vt non co-
gnoſceret. Sicut ptꝫ de illis q̄ adulatores: ꝯpatriotas
⁊ perſonas indignas ꝓmouēt ⁊ exaltant ⁊c. Jđ Geñ.
xxvij. dr̄. Pater inquit non cognouit eū: qꝛ piloſe ma-
nus fratris ſimilitudinē ꝑtendebāt. Suū inqt. Illđ
enī qđ ſuū eſt debet cognoſcere. Uñ Thob. xj. Cogno
uit venientē filiū ſuū. ꝙ de multis malis dicat. Joh.
j. In propria venit ⁊ ſui eū non cognouerūt: qꝛ. ſ. mali
bñ cognoſcunt: ⁊ inſcij ⁊ ignari a ſuis carnalibꝰ ꝓmo
toribꝰ ⁊ amicis: ita ꝙ ipſi acceptores videntur dicere
illđ predictum Joh. x. Cognoſco oues meas: ⁊ cogno-
ſcunt me mee. qꝛ. ſ. nō videntur hodie cognoſcere niſi
ſuos. cū nulli bonū faciant niſi ipſis. Boni vo ab eis
non vident cognoſci: qđ ptꝫ. qꝛ nullus videt per eos
ꝓmoueri. Uñ Señ in ep̄la Ueni athēas inquit demo
critus: nemo vnꝙ ibi me agnouit. Qđ etiā hodie pñt
dicere paupes: quos diuites cognoſcere non dignant
dato ꝙ etiam ſint ꝓximi vel cognati. Jđ in ꝑſona pau
ꝑū dicit xp̄s in ps Conſiderabā ad dexterā ⁊ vide
bam: ⁊ nō erat q̄ cognoſceret me quinimo multi ſunt
ingrati: qꝛ dato ꝙ qñq; fuerint ab alijs in neceſſitati-
bus cogniti ⁊ adiuti: ipſi tñ vice reciproca alios ſi ad
neceſſitatem venerint cognoſcere non dignant: ſicut
illi qui dr̄ propontis. i. brachium ſancti Georgij. De
quo dicit Pli. ⁊ Soli. Qđ aquas ponti fluentes ꝯti-
nue recipit ipſas tñ refluendo iterū non remittit: qꝛ. ſ.
iſti aliena bona volunt bene recipere: ſua tñ nolunt
alijs cōicare: nec etiā ꝑ gratiarum actionē refundere:
vel ad benefactorē ꝓpriū diriuare: ⁊ bene volunt in ne
ceſſitate cognoſci: ipſi tñ ſolēt alios ignorare. Unde de
ioſeph dr̄. Geñ. xlij. ꝙ frēs ipſe cognoſcēs nō eſt agni
tus ab eis. Cognoſcamus ergo cariſſimi inferiora: ſu
periora. exteriora. interiora ⁊c. ſufficit: vide de agno-
ſcere ſi placet.

**Colere.** eſt cultura. Nota ꝙ colere idem eſt qđ A
honorare frequētre: ꝑparare: ⁊ alicui
ſeruitiū ſeu obſequiū exhibere.
Colit ergo deus per reuerentiam ⁊ fidelitatem.
Colitur anima per penitentiam ⁊ aſꝑitatem.
Colitur mundus per frequentationem.
Colūtur diuites per adulationem.
Colūtur peccata per coꝝ executionem.
Colit diabolus per ſue voluptatis adimpletionē. Dico
ergo ꝙ deus colit: ꝑ fidem ⁊ reuerentiam: vñ Judith.
xj. Ego ancila tua deū colo Item colit aīa ꝑ aſperita-
tem ⁊ pniam. Uñ. Hiere. xxvij. Colet terrā ⁊ inhabita
bit eā. Item colit mūdus: per ſue ꝓſperitatis dilectio
nem Roma. j. Coluerunt ⁊ ſeruierunt creature potiꝰ
ꝙ creatori. Item colit dyabolus: ꝑ peccatoꝝ executio-
nem. vñ. iiij. Reg. x. Achab coluit baal. Et. iij. Reg xj.
Colebat Salamon acharā deā ſydeꝝ. Item coluntur
diuites per adulationē: vñ Prouer. xix. Multi colūt
perſonam potētis ſeu diuitis. Et Dañ xiiij. Erat dra
co in babylone colebant eñ babylonij. Item colunt
peccata ꝑ coꝝ continuationē. vñ. iiij. Reg. xvij. Colue
runt īmundicias de quibꝰ preceperat dñs ne facerent B
verbū hoc ¶ De cultura ergo qua colit deus vnum
ſolum aduertendū eſt: ꝙ a bonis ⁊ ſanctis viris vult
coli ⁊ ſeruiri. Balſamus eñ ſicut pluries repertū eſt
nūꝙ plene fructificat niſi a xp̄ianis colatur. Sic vere
deus fructū grē ⁊ glorie nunꝙ reddit niſi illis cultori
bus q̄ xp̄iani. i. ſancti ⁊ iuſti eſſe dinoſcūt. Ideo dr̄. ij.
Mach. j. Det vobis cor oībus vt colatis eum ⁊ facia
tis eius voluntatem. De alijs aūt dr̄ Marci. vij. In-
uanum eñ me colunt ⁊c. Et nota ꝙ in mūdo inueni-
untur plura genera hoīm qui non colunt. nec adorāt
deum verum: ſed quid aliud loco dei. Quidā eñ ado-
rant ⁊ colunt animalia. Quidam idola lignea quidā
idola lapidea. Quidā dico aīalia: ſicut dr̄ in li. de mi
rabilibꝰ orientis: ꝙ ppl's de regno columbi adorāt bo
ues: ⁊ iſti ſunt viri carnales qui animalia. i. perſonas
carnales ⁊ animales frequentant ſcilcet. luxurioſas
mulieres: ⁊ hmōi. qꝛ multi ſunt q̄ recte de talibꝰ muli
eribus faciunt deos ſuos. Sap. xv. Aīalia miſerrima
colunt: ⁊ Oſee. x. Uaccas bethauen coluerūt: alij dico
colūt ydola lapidea. ⁊ iſti ſunt illi qui đ lapidibus et
metallis faciunt deos ſuos. ſicut ſunt auari. De qui-
bus dr̄. Hiere. ij. Dicentes ligno: deus meus es. ⁊ lapi
dibus: tu me genuiſti. Item alij colunt ydola lignea:
⁊ iſti ſunt fatui nobiles: qui de lignis. id eſt de lāceis
faciunt deos ſuos: nihil aliud colētes ⁊ nihil aliud re
putantes. neuter eñ populi ſchitie ſolebāt dijs enſes
colere: ⁊ ꝓ ſimulacris lanceas honorare q̄ etiam fuit
cōis cultura apud antiquos ante ydola: ⁊ hoc ſꝫ. Ju-
ſtinum li. vl. vñ illud p̄dictum Eze. xx. Erimus ſicut
gentes: ⁊ colamus ligna ⁊ lapides. Si vis dilata quō
diuerſi ydololatre diuerſimode colūt deos ſuos. ſicut
colūbini. qui colunt bouem De illis qui colendo ydo
la dant eis fumum ⁊ ſibi retinent cibos ⁊c. ¶ Sed ſi C
vis adhuc diſtingue de colere. Nota ꝙ colere ſumitur
ꝓ frequētare: exercere habitare: reuereri ⁊ honorare.
Colitur autem ager quando frequentatur: domus
quando habitatur: deus quando adoratur: dyabolꝰ
quando a nobis reueretur: homo quādo honoratur.
Igitur loquendo moraliter dico ꝙ in ſcriptura repe-
ritur.



Ayuntamiento de Madrid

Cultura.
Penitentium que ſolet corpus terrere.
Contemplantiũ q̃ facit deum querere.
Oberrantiũ q̃ ſolet vana credere.
Adulantium q̃ ſolet vana dicere.

ſonorum. Sic ſpes debet eſſe rotunda: mentem in deū circulariter reducēdo. Fortis ⁊ oſſea: terribilia pro domino ſuſtinendo. Mobilis ⁊ neruoſa: per bona opera ſe mouendo: ⁊ ſe ab hoſtibus defendendo: ⁊ per diſcretionem circūſpiciendo. vnde illud Canticoꝝ. iiij. Sicut turris Dauid collum tuū que edificata eſt cuȝ propugnaculis. Signat etiā libertatis anime magnitudinem. Omne enim animal tunc eſt liberum quādo collum non habet vinculis alligatum. Sic animus tunc eſt libera: quando vitiorū vinculis nō eſt vincta ⁊ ideo ſicut homo qui bene vult animal tenere ſolet illud in collo ligare. Sic diabolus cathenā verecūdie in collo anime. i. in libertate ipſius ponit: ita ꝙ vocē cōfeſſionis ⁊ orationis emittere nequit: ⁊ ſic eam in ſua poteſtate detinet ⁊ cuſtodit. Ideo diabolus videtur dicere cuilibet illud Hierem̄. xxviij. Fac tibi vincula ⁊ cathenas ⁊ pones in collo tuo. Cuius contrarium cōſulitur Eſa. lij. Cōſurge ⁊c. Solue vīcula colli tui captiua filia ſyon. Signat cōſtantie firmitudinē. Iſta enī dicitur fortiſſima ⁊ inflexibilis ꝓpoſiti in bono. Iob. xlj. In collo eius morabitur fortitudo ⁊c.

**Comburere.** Nota ꝙ cōburere ideȝ eſt qđ cōplete vrere ⁊ cremare. Differentia enī eſt inter ardere ⁊ cōburi. Ardere enim de ſe nō ſignat aliquā ſubſtantie cōſumptionē. Comburi A
autem ſignat ſubſtantie cōſumptionē ⁊ deſtructionē ⁊ ideo cōburi vt cōmuniter ſignat in malo. Inuenitur enim triplex combuſtio in ſacra ſcriptura: ſcilicet Cōbuſtio

Spiritualis.
Temporalis.
Eternalis.

¶ Cōburitur enī homo ſpiritualiter criminib⁹: temporaliter tribulationibus: eternaliter penis ⁊ ignibus. Eſt igitur cōbuſtio precauēda. Cōbuſtio ſu B
ſtinenda. Cōbuſtio metuēda. ¶ Dico ergo primo. ꝙ eſt cōbuſtio precauenda: ⁊ iſta eſt cōbuſtio vitiorum. Sunt enim aliqua vitia que habent igneā naturā: q̄ ſcȝ hominem per mala deſideria cōburūt: cruciāt: ⁊ inflāmant p̄s. Flāma cōbuſſit peccatores. Specialiter aūt tria vitia habēt comburere: ſtimulare: ⁊ ſollicitare mentem humanā: ſcȝ Luxuria: que inflammat ad voluptates. Auaricia que inflammat ad facultates. Inuidia que inflāmat ad malignitates. Luxuria enī comburit ſicut comburitur calx que ignem habet virtualiter incluſum. ⁊ ideo modice aque ſupereffuſione totaliter comburitur: aperitur: ⁊ diuiditur: ⁊ ſenſibiliter fumat ⁊ ardet: et quicquid tāgit vrit ⁊ ledit. Sic vere chariſſimi caro noſtra ignē luxurie habet naturaliter incluſum; ita ꝙ ſi aqua delitiarum aſpergitur faciliter per concupiſcentiā inflammatur: ⁊ tunc fumamus per mala deſideria: aperimur per mala colloquia: alios comburimus per mala exempla. Caro enim eſt ſicut baſiliſcus qui flatu ſuo omne viride cōburit: et non ſolum tangendo: ſed etiam reſpiciendo occidit et aues volantes detrahit ⁊ conſumit: ſicut dicit Plinius. Quia reuera chariſſimi q̄uis homo ſit viridis per honeſtam cōuerſationem: q̄uis ſit auis volans per altam contemplationem: q̄q̄ ſit lōge diſtans per ſolitariam habitationē: a baſiliſco tamen: id eſt a carne propria: vel etiam aliena ſepiſſime per concupiſcentias comburitur ⁊ ab arce contemplationis detrahitur et aufertur. Ezechie. xx. Comburam in te omne lignum viride ⁊ omne lignū aridū non extinguetur flāma ſuccēſionis: vbi nota ꝙ luxuria Iuuenibus inſidiatur. Lignum viride. Senibus iniuriatur. Lignū ariduȝ. Firmiter cōcomitat̃: vel finibus nō

Ayuntamiento de Madrid

nibus non limitaf. Non extinguetur inquit. Iſta eſt
C ergo cōbuſtio precauenda. ¶ Secūdo dico ꝙ eſt que-
dā cōbuſtio ſuſtinēda. Et illa eſt cōbuſtio mundana
rū tribulationū ⁊ correctionū: ſicut vſtio eſt ſpiritus-
ſcti. Equus em̄ cōburif vt ſanior fiat. Phenix ſeipā
cōburit vt reiuueneſcat. Aloes ⁊ thus cōburif vt ſua-
uis odor exinde euaporando redoleat. Sic vere boni
in hoc mundo ſuſtinent cōbuſtionū tribulationes et
correctionū: vt ad ſanitatē gratie reducantur vt ꝑ cō-
uerſionē perfectā iuueneſcāt ⁊ renouētur: ⁊ vt fragrā-
tia ſue bone fame aliȷ̄ delectenf. Quia reuera chariſſi-
mi iſta cōbuſtio tria conſueuit facere. ſ. ſanitatē gra-
tie introducere ⁊ infirmitatē peccatoꝝ curare. Condi-
tionē mutare ⁊ renouare: ⁊ per patiētiā ibidē habitā
fame bone odorē vndiqꝫ diuulgare. Unde de tali cōbu-
ſtione dicitur Apoca. viȷ̄. Omne fenū viride cōbuſtū
eſt. Sed circa hoc nota ꝙ cōburendi ſunt

Carnales vt corrigantur.
D Perfecti vt corrumpanf.
Obſtinati vt deſtruanf.

¶ De carnibus em̄ dicitur Eccl'. xxxviȷ̄.
Vapor ignis cōburit carnes eius. Et. j. Reg. xxxj. Cō-
buſſerunt cadauera ſaul. Et in ps. Ure renes meos et
cor meum. Itē de cōbuſtione bonoꝝ dicit Jacob. Ge-
ne. xxxj. Eſtu ⁊ gelu vrebar. De obſtinatis vero ⁊ ma-
lis quomodo tribulationibꝰ vri debēt dicif. Eſa. xxxiȷ̄
Spine cōgregate igni cōburētur. ¶ Sed nota hic ꝙ
quidā cōburūt alios per iuſticie ſeueritatē. ſicut boni
iudices. Quidā per ſeuitie crudelitatē ſicut mali prin-
cipes. Quidā per malicie ꝑuerſitatē: ſicut iniurioſi et
detractores. Bonus em̄ prelatus ⁊ iudex eſt ſicut inco-
le regiōis vbi creſcit piper. qui igne accenſo ſiluā igni
cōburūt vt ſerpētes fugiāt: ⁊ remaneat granū puruꝫ.
Sic iſti in ſilua. i. in patria. ignem. i. fortē ⁊ aſperā iu-
ſticiam exercent: vt ſerpentes. i. mali extirpenf ⁊ cōbu-
rantur. boni vero in pace maneant ⁊ verſentur. Leuiti.
xvj. Cōburēt igni tā pelles ꝙ̄ carnes vituli ⁊ hirci Lu-
ce. iȷ̄. Paleas cōburēt igni inextinguibili: triticū autē
cōgregabūt in horreuꝫ ſuū. Secundi. ſ. principes: cru-
deles ⁊ tyranni ſunt ſicut draco qui de naribus ſpirat
ignem: ita ꝙ aerem inflāmat ⁊ vrit. Sic vere crudeles
⁊ tyranni: qui ignem crudelitatis rapine ⁊ ſeuitie ſem-
per ſpirāt: ſunt ſepiſſime cauſa ꝙ aer. i. patria circūia-
cens cōburatur: ⁊ ſuis exactionibus deſtruaf. Unde
ipſi ſunt ſicut ignis qui comburit ſiluā: ⁊ ſicut flāma
comburens montes. Iſti em̄ dicūtur ignis per crude-
litatem interiorē. Cōburere ſiluā. i. populū inferiorē
Etiā dicunf inflāmare montes. i. populū ſuperiorem
Iſti tertiȷ̄. i. detractores ſunt ſimiles ramno: de quo di-
cit Plinius: ꝙ ignee eſt nature. Nā in partibus oriē-
tis in feruore eſtatis flante fauonio per ſe inflāmaf.
ita ꝙ ignis tantus ibi quandoqꝫ accenditur ꝙ tota
ſilua cōburitur. Sic vere a detractoribus ⁊ verborum
falſis relatoribus: inter partes quandoqꝫ tantꝰ ignis
iracundie ⁊ diſcordie gignitur: ꝙ exinde guerre ⁊ rapi-
ne exterius: odia vero ⁊ triſticie interius generantur.
ex quibus ⁊ ipſi ⁊ tota patria comburuntur: depaupe-
rantur ⁊ grauantur. Un̄ Apoca. viȷ̄. Tertia pars ter-
re combuſta eſt. Iſti igitur ſunt combuſtores diaboli
quos: ſcꝫ diabolus mittit ad terram domini combu-
rendam. Uerūtamen illi qui comburuntur ⁊ qui per
iſtos malos penis ⁊ laboribus affliguntur: ſi cum pa-
tientia ſuſtinere voluerint: gloriam cōſequuntur eter-
nam: quia ſicut dicitur Jaco. v. Beatificamus eos q̄
E ſuſtinuerunt: Iſta eſt ergo cōbuſtio ſuſtinēda. ¶ Sꝫ
tertio dico ꝙ eſt quedam combuſtio metuēda. i. com-
buſtio ignis eterni. Sic em̄ eſt in alio mūdo ſicut eſt
in quadā ciuitate indie: que dicitur columbum: que
eſt patria vbi piper naſcitur. de quo dicif in lib. de mi-
rabilibus orientis: ꝙ qn̄ aliqs morif ſepulture nō tra-
ditur: ſꝫ igni cōburif: ⁊ nō ſolū ipſe: immo etiam vxor
ipſius tota viua cū eo cōcremaf. Nolūt em̄ ꝙ ſine vxo-
re ad aliud ſeculū trāſeat. Sic vere chariſſimi qn̄ indi
nigri. i. demones vident aliquē peccatorē mortuū ipm̄
ꝓ certo nō ꝑmittunt in paradiſi cimiterio ſepeliri:
immo ipſum in inferno ſepeliūt ⁊ cōburūt. Sicut pa-
tet de diuite epulone. Luce. xvj. Et non ſolum ipſum
immo etiam vxor eius. Nꝫ reuera ⁊ vxores ⁊ ſimiliter
filiȷ̄ ⁊ mali conſiliariȷ̄ ⁊ fautores malorū cū impȷ̄s in-
ferni ignibus mancipantur. Unde Judicū. xv. Aſcēde-
runt philiſtei ⁊ cōbuſſerunt tā vxorem eius ꝙ̄ patrē.
¶ Circa qd̄ notādū ꝙ in iſto igne debēt comburi tria F
genera perſonarum: ſcꝫ

Superbia tumētes.
Luxuria fetentes.
Et ſeuitia pūgentes.

¶ Comburenf igif in inferno illi q̄ ſunt tumentes per
ſuperbiā: vn̄ ps. Montiuꝫ
fundamēta cōburet. Item illi qui ſunt fetentes ꝑ lu-
xuriam. Unde Eſaie. ix. Ueſtimentū mixtuꝫ ſangui-
ne erit in cōbuſtionē ⁊ cibus ignis. Item illi qui ſunt
pungentes per ſeuitiam. Unde Eſa. xxxiȷ̄. Spine con-
gregate igni comburētur. Et ſic patet ꝙ triplex eſt cō-
buſtio. ¶ Sed nota ꝙ inueniūtur tria que impediūt G
cōbuſtionē. Primū eſt quidā lapis qui dicitur amati-
des: quo ſi veſtis tacta fuerit cōburi non poterit ſm̄
Plinium. Secūdum eſt lana de terra abraham: quia
dicitur in libro de mirabilibus orientis: ꝙ lana illius
patrie ſi veſtimentum exinde fiat: preſeruat hominē
a cōbuſtione. ¶ Tertiū eſt ſpina que dicitur ligna ſe-
thim que incōbuſtibilis eſt nature. Pro certo chariſ-
ſimi ſic ſunt loquēdo ſpiritualiter tria que a predictis
malis combuſtiōibus nos preſeruant. Primū eſt la-
pis amatides. i. amaritudo penitentie. Secūdū eſt ve-
ſtimentum ſeu lana de terra Abraam. i. decētia hone-
ſte apparentie. Tertiū durities lignorū ſethim. i. forti-
tudo patientie. Iſta enim tria qui habet malis igni-
bus non comburitur: nec in hoc ſeculo nec in alieno.
Patet in preſenti de viris ꝑfectis qui licet in igne tri-
bulationis poſiti ſint tamen non comburūtur ꝑ im-
patientiā: nec per aliquod vitiū cōſumuntur. Un̄ iſti
ſunt ſicut rubus. Exodi. iȷ̄. qui ardebat ⁊ non cōbu-
rebatur. Patet etiam in alio mundo vbi in igne pur-
gatoriȷ̄ anime bone affliguntur: ⁊ tamen ad conſum-
ptionem vltimā nō deducunf. vnde Eſa. xliȷ̄. Cū am-
bulaueris per ignē non cōbureris ⁊c. Uide de ardere:
de igne ⁊ de vrere.

## Comedere.

A Quāuis multa ſignificet i ſcriptura ſiue in bono ſiue in malo
iſtud tamen poſſumus notare: ꝙ qꝛ comedere idē eſt
qd̄ cibū ⁊ nutrimētū recipere: ideo triplicem comeſtio-
nem poſſumꝰ inuenire Eſt em̄ comeſtio ſeu receptio
ſpūalium: temporaliū: ⁊ eternaliū. Comeſtio ſpiritua-
lis eſt triplex: ſcꝫ comeſtio ſeu acquiſitio

Uirtutū ⁊ meritorum. Primo mō comedūt ꝑfecti.
Sciarū ⁊ documētoꝝ. Secūdo modo diſcreti.
Eucharistie ſacroꝝ. Tertio modo deuoti.

Iſtis em̄ tribꝰ modis debemꝰ comedere. ſ. Recipiēdo.

Gratiarū refectionē.
Doctrinaꝝ inſtructionē.
Sacramēti cōmunionē.

¶ De comeſtiōe ſeu incorporatione bonorum
ſpiritualiū dr̄ Prouer.
xiȷ̄. Juſtus comedit ⁊ replet aīam ſuā: venter autē im-
pioꝝ inſatiabilis. De comeſtione ſeu acquiſitiōe ſciē-
tiaꝝ dicitur Canti. v. Comedite amici mei ⁊ bibite. De
comeſtione ſacramentaliū dicitur Eccl's. ix. Uade co-
mede in leticia panē tuū. Dicamꝰ ergo chariſſimi ꝙ
ſicut videmus omnia mortalia ⁊ caduca indigent co-
meſtione ⁊ nutrimenti receptione. Sicut patet de ar-
boribus que continue recipiūt nutrimentum a terra
⁊ ab aqua. De animalibus q̄ a fructibꝰ ⁊ aere ⁊c. Ho-
mines enim ⁊ animalia morerenf: arbores ⁊ herbe ſic-
carentur niſi comedēdo ⁊ nutrimentū ſumendo quo-
tidie fulcirentur ⁊ ſuſtentarentur. Comeſtio enim vti-
lium

Uitam conſeruat.
Humorē reſtaurat.
Corpus roborat.
Animā letificat.
Appetitū quietat.

¶ Sic reuera chariſſimi neceſſe eſt: ꝙ ſi volumꝰ ſpūaliter viuere cibū ſpūaliū comedamꝰ. ſ. deuotionē: lectionē
euchariſtiā ⁊c. qꝛ vere ꝑ talē
comeſtionem humor gie re

Ayuntamiento de Madrid

paraſ. Uita gloria preparaſ. Fortitudo conſtantie ro⸗
boratur. Anima per letificationē cōſolatur. Et appe⸗
titus deſiderioꝝ noſtroꝝ in bono figitur ⁊ quietatur
⁊ ideo helye dormienti preceptū eſt. Surge comede: q̄
grandis reſtat tibi via. Et ſequitur ꝙ ambulauit in
fortitudine cibi illius vſqȝ ad montem dei. De come⸗
ſtione ergo ſpirituali videſ loqui Ezechie. ij. in fine et
in principio tertij: vbi dicit. Aperi os tuū ⁊ comede q̄⸗
cunqȝ ego do tibi. Et vidi ⁊ ecce manꝰ miſſa ad me in
qua erat liber inuolutus: ⁊ ſcripte erant in eo lamen⸗
tatiōes ⁊ carmen ⁊ ve. Et dixit mihi. Fili hominis qđ
cunqȝ inueneris comede. Comede volumē iſtud. Et va
dēs loquere filijs iſrael. ⁊ ſequitur Comedi illud ⁊ fa⸗
ctū eſt in ore meo q̄ſi mel dulce. Iſte eſt liber ſacre ſcri
pture chariſſimi: quem manꝰ diuine miſericordie no⸗
bis expandit: in quo pro certo inueniuntur ſcripte la⸗
mentationes viatoꝝ: ve damnatoꝝ: carmen beatoruȝ
quem pro certo debemꝰ comedere ⁊ per ſtudiū nobis
incorporare vt filijs iſrael. i. ceteris fidelibus ſciamus
⁊ poſſimus loqui ⁊ predicare. Et ꝑ certo ſi ipſum co
D mederimus legerimus ⁊ ſtuduerimus ipſuȝ melle dul
ciorem inueniemus. ¶ Exponamꝰ igitur de ſpiritua
li comeſtione illā autoritatē. Canti. v. Comedi fauuȝ
meum cū melle meo: bibi vinum meū cū lacte meo. In
quibus verbis aduerte ꝙ tria ſunt comedenda princi
paliter. ſ. diuine ſapientie nutrimentū: mel caritatis ⁊
gratie cōdimentū: vinum: panis eucharistie ſacramē
tum: lac primū eſt cibus illuminatiuus vel mundifi⸗
catiuus: mel ſecundū: cibus letificatiuus: vinū tertiū
cibus viuificatiuus: lac: mel enim ſordes mūdificat:
vinum corda letificat: ⁊ lac vitā prolongat ſeu fortifi
cat: ſicut patet in pueris. Comedamus ergo nutrimē
tū ſanificatiuum. Mel inquit Multa enim comedū
tur vt ſanitas habeatur: ⁊ nō ſolū vt corpora nutrian
tur. Unde dicit Plini. de ſerpente ꝙ feniculū comedit
contra viſus obſcuritatem. Ceruus etiā comedit quā
dam herbam: que dicitur dyptannus vt virtute eius ſa
gitas de corpore ſuo eijciat. Muſtela comedit rutam
vt cōtra baſiliſcū preualeat. Sic reuera chariſſimi ſi
nos fuerimus ſicut ſerpentes per prudentiā ⁊ diſcre⸗
tionē. Mat. x. Eſtote prudentes ſicut ſerpētes. Sicut
ceruus per deſideriū ⁊ affectionem p̄s. Sicut ceruus
deſiderat ad fontes aquarum ⁊c. Sicut muſtela ꝑ au
daciā ⁊ ſtrennuitatē: pro certo nos debemus comede
re ⁊ nobis incorporare nutrimentū ſacre ſcripture ⁊ ſa
pientie diuine ⁊ ſcientie: q̄ vere iſta eſt ſicut feniculuȝ
illuminans noſtrā cecitatē. Iſta eſt dyptānus eijciēs
ſagittarū diaboli venenoſitatē. Iſta eſt ſicut ruta eli⸗
minans baſiliſci ⁊ carnis ſeu hoſtis poteſtatē ⁊ auto
ritatē. Comedamus ergo eam ⁊ ſtudeamus in ipſa vt
illuminetur noſtra cecitas obſcurata; vt ſanificeſ no⸗
ſtra infirmitas vulnerata vt etiā ſupereſ hoſtis mali
gnitas venenata. Ad iſtuȝ ergo cibū comedendū inui
tat ſcriptura Canti. v. Ueniat dilectus meus in hortū
ſuum vt comedat fructuȝ pomorū ſuorū. Hortus eni
cōmuniter omnibꝰ nobis eſt ſacra ſcriptura vbi ſunt
multe pomi plene fructibus. i. multi libri pleni ſcien
tijs: quos pro certo ſtudendo debemus colligere ⁊ gu
ſtare. Iſte eſt ergo cibus ſanificatiuus: quod oſtendi
tur cū dicitur. Mel. Mel enī habet virtutem mundi
ficatiuā: habet etiā virtutē viſus depuratiuā ⁊ illumi
natiuā. Abſtergit enī diſſoluit ⁊ cōſumit hūores groſ
ſos ab oculo. Nec mirū cū mel ex floribus conficiaſ
que pre ceteris rebus medicinales eſſe noſcunſ. Reue
ra chariſſimi mel eſt ſacra ſcriptura que ex pluribus
apum floribus. i. ex ſanctorū patrū ſcientijs eſt confe
cta. Iſta enī ſordes ruditatū ab oculo intellectus mū⸗
dificat: ⁊ viſum fidei ⁊ ſcientie illuminat ⁊ illuſtrat. ⁊
ſic ſanitatē intellectus reparat ⁊ reformat: qđ bene fi⸗
guratū eſt j. Reg. xiiij. ꝙ cum Ionatas tinxiſſet ſum⸗
mitatem virge in fauū mellis. ⁊ comediſſet illumina⸗
ti ſunt oculi eius. Uirga. i. intellectus noſter: qui ſcȝ ſi
intinctus fuerit in fauuȝ mellis. i. in ſtudiū ſacre ſcri⸗
pture oculi noſtre diſcretiōis pro certo illuminabunſ
Ideo precipitur Prouerb. xxiiij. Comede fili mi mel:
q̄ bonum eſt. Aduertamus tamē ꝙ quādoqȝ arance
circa mel faciunt telas ſuas ⁊ corrumpūt mel. Quan
doqȝ etiam quedā falſe apes que dicūtur labió a Pli⸗
nio. in mel ita auide ⁊ profunde ſe immergunt ꝙ exin
de exire non poſſunt. Iſte aūt apes a veris apibus fu⸗
gantur punguntur ⁊ occiduntur. Sic vere chariſſimi
circa mel ſacre ſcripture verſantur quandoqȝ arance
i. heretici qui telis ſuoꝝ falſorum tractatuū ⁊ expoſi⸗
tionū ipſam corrumpere nitūtur. Item ibi moranſ la
bion. i. quidā fatui ⁊ ſimplices theologi qui quādoqȝ
ita profunde ſe immergūt: ⁊ de rebus ita profunde tra
ctant ꝙ exinde neſciūt exire: nec ad finē debitū appli⸗
care: immo qđ deteriꝰ eſt ſepe per multas hereſes mo
riuntur: necnō a veris apibus. i. a ſapientibus redar⸗
guūtur: cōtemnūtur ⁊ arguuntur: ⁊ etiā qđ peius eſt
deridētur. De talibus pōt dici illud Prouerbio. xxv.
Sicut qui mel comedit multū nō eſt ei bonū: ſic q̄ per
ſcrutator eſt maieſtatis opprimeſ a gloria. Mel em
indiſcrete comeſtuȝ valde inflat. Sic ſciētia indiſcre⸗
tos per ſuperbiā ⁊ p̄ſumptionem habet inflare. j. Co⸗
rin. viij. Scientia inflat: caritas autem edificat. Ideo
precipitur Eccli. iij. Altiora te ne queſieris: ⁊ in ſupua
cuis rebus ne fueris curioſus. Et Rom. xij. dicit. Nō
plus ſapere. q̄ꝫ oportet ſapere. Patet igitur ꝙ nos de
bemꝰ comedere nutrimētū ſanificatiuum: mel. ¶ Se B
cundo dico. ꝙ nos debemus comedere alimentū letifi
catiuū. Uinū inquit. Per vinum enim intelliguntur
bona ſpiritualia. ſ. deuotio: cōtemplatio diuine miſe⸗
ricordie: conſolatio ⁊ ſpes: futuroꝝ conſideratio. Iſta
enim ſunt cibaria letificatiua ⁊ ad ſpirituale gaudiū
inductiua. Uinū inquit p̄s. Uinuȝ letificat cor homi⸗
nis. Eſt enim quedam herba que dicitur apiū riſus;
que comeſta facit hominem ridere. Sic vere ſpes bo⸗
norū paradiſi ⁊ ſpiritualia bona faciunt hominē ſpi⸗
ritualiter conſolatum. De quo dicitur Eccl'es. ix. Ua
de comede in leticia panē tuū ⁊ bibe cum gaudio vinū
tuum. Illud potiſſime eſt verum de comeſtione eterne
voluptatis: pro qua ad modū formice debemꝰ in eſta⸗
te preſentis ſeculi laborare: vt illū cibū in mortis hye⸗
me poſſimꝰ manducare Prouerb. vj. Formica cōgre
gat in meſſe que comedat in hyeme. Omnia enim ani
malia tractant ⁊ certant pro comedendo: ſicut patet
in muribus qui prouident ⁊c. Aduerte tamen ꝙ iſta
comeſtio bonorum eternorum eſt edificatiua triplici
ratione. Primo q̄ habet fertilitatem. Nume. vj. Co⸗
medes panem ſine penuria. Habet ſuauitatem. Can
ti. v. Comedi fauum meum cū melle meo: bibi vinum
cum lacte meo. Habet ſatietatem. Leuitici. xxvj. Co
medis panem in ſaturitate. Iſtud eſt ergo alimentuȝ
letificatiuum. Aduerte tamen ꝙ eſt quidam lapis di
ctus echites qui ſub cibo poſitus non ſinit eum come
di nec aliqualiter degluttiri qui ſi motus fuerit cibus
ſine difficultate aliqua tranſglutietur ſm Dyaſcori.
Sic vere chariſſimi cibus glorie paradiſi ſi lapidem
peccati mortalis appoſueris: a te non poterit finali⸗
ter manducari. Exodi. xxix. Non comedentur: quia
ſanctificati ſunt. Si autem iſtum lapidem per cōfeſ⸗
ſionem et penitentiam amoueris: tunc ad comeden⸗
dum iſtuȝ cibum ſine difficultate aliqua finaliter ad⸗
mitteris. ij. Paralipome. xxxj. Comedimus et ſatu⸗
rati ſumus. Iſtud eſt ergo alimētum letificatiuum.
¶ Sed tertio dico. ꝙ nos debemus comedere ſacra⸗ C
mentum viuificatiuum. ⁊ iſtud eſt alimentum eucha
riſtie: que pro certo animas viuificat atqȝ nutrit Io⸗
han. vj. Qui manducat carnem meā habet vitā eter⸗
nam: quod oſtenditur cuȝ dicitur Lac. Lac enim vinū
eſt de principijs humane vite: ſm ſententiam ſapiētis
Eccl'. xxxix. Initium vite hominis aqua: ignis: ⁊ fer⸗
rum: ſal: lac: ⁊ panis: ſimilagineus mel ⁊ botrus vue:
oleum et veſtimentum: Iſta enim ſunt decem neceſ⸗
ſaria ad vitam humanam corporaliter nutriendam:
que etiam

Ayuntamiento de Madrid

queetiā ad vitā ſpūalē neceſſario reqrunt: videlicet.
Aqua pietatis. Panis ſacre ſcripture ꝛ veritatis.
Ignis caritatis. Botrus vue.i. memoria paſſiōis.
Ferrū ſtabilitatꝭ. Oleum: id eſt lenitas cōpaſſiōis.
Sal ſagacitatis. Mel: id eſt dulcedo deuotionis.
Lac ſatietatis. Ueſtimentū: id eſt velamen bone
cōuerſatiōis. Iſta ergo ſunt nobis neceſſaria ad vitā
moralē ꝛ ſpūalē: ꝛ maxime lac corporis xpi. Lac enim
eſt cibus puerorū. Et corpus xpi eſt cibus purorum ꝛ
ſanctorꝝ. j. Corin. iij. Tāq̄ paruulis in xpo lac dedi vo
bis edere. Eze. xxxiiij. Lac comedebatis ꝛ lana coope
riebamini ꝛc. Uide ſupra de cibo. Aduerte tñ q̄ ille ci
bus eſt a nobis comedendus cū amaritudine contri
tionis: cū memoria mortalis corruptiōis: cū dulcedi
ne deuotionis. De primo Job. iij. Anteq̄ comedam ſu
ſpiro. ꝛ Exo. xij. Cū lactucis agreſtibus comedetis il
lum. Itē de ſcdo dr in ps. Comederunt ſacrificia mor
tuorū. De tertio aūt dicit Ezechie. xvj. Simila ꝛ mel ꝛ
oleū comediſti ꝛ decora facta es vehemēter. Sic ergo
patet triplex comeſtio que a nobis eſt facienda: qꝛ ſcꝫ
nos debemus comedere vt dictū eſt Nutrimentū ſcīe
tiale ꝛc. Uide ſupra de cibo vbi multa de ſacramento
altaris inuenies: ꝛ etiā de alijs. Sꝫ nota adhuc q̄ eſt
quadruplex comeſtio vituperabilis. vcꝫ Comeſtio
Uoracitatis. Prima eſt comeſtio guloſorū.
Rapacitatis. Secūda eſt comeſtio auarorum.
Detractionis. Tertia eſt comeſtio oblocutorꝝ.
Cōſumptionis. Quarta eſt comeſtio demoniorū
E vel infernaliū tormentorꝝ. ¶ Dico ergo primo modo
comedūt guloſi. Iſti eñ ſunt ſimiles vrſo: cuius appe
titꝰ eſt inſatiabilis: vix eñ ita ſatiatꝰ fuerit qd ſi ſibi
aliquid proijcit quin comedere conet. Sic vere multi
ſunt ita guloſi: q̄ quaſi non poſſunt ſatiari. Eſa. xxij.
Ecce gaudiū ꝛ leticia occidere vitulos: iugulare arie
tes: comedere carnes: bibere vinum. Ut eñ dicit Pro
F uer. xiij. Juſtus comedit ꝛ replet aiam ſuā: venter aūt
impiorū inſaturabilis eſt. ¶ Itē ſecūdo modo come
dunt auari. Iſti eñ comedūt bona aliorꝝ: q̄ p fraudes
rapinas ꝛ vſuras deuorāt ꝛ extorquēt. Joelis. j. Ignis
comedit ſpecioſa deſerti. Ignis eñ inſatiabilis ſignat
auaros ꝛ raptores q̄ pro certo oīa ſpecioſa ꝛ delectabi
lia huius mundi rapiūt comedūt ꝛ acquirūt. Sicut
eñ videmus q̄ aīalia crudelia pugnant cū innocenti
bus vt comedāt carnes eorꝝ. Uñ dicit Plini. q̄ cā qua
rexſus pugnat cū aſino ꝛ thauro eſt vt comedat car
nes eorꝝ: cū ipſe naturaliter diligat carnes crudas: ſic
vere chariſſimi crudeles ꝛ malicioſi pugnant hodie p
lites: vſuras: ꝛ rapinas: cū aīalibus innocentibus. ſ.
cū pauperibus ꝛ ſimplicibus vt carnes eorꝝ rodāt: co
medāt ꝛ acquirāt. Uñ Hiere. xix. Unuſquiſq̄ carnes
amici ſui comedat Et bñ dicit amici ſui: qꝛ p certo ta
les auari nō parcūt homini. Ita eñ libēter exheredāt
ſocios vt remotos: cōſanguineos vt extraneos. Ut eñ
dicit Aug. de verbis dñi. Auarus nec parcit patri: nec
matrē cognoſcit: nec fratri obtēperat: nec amico fidē
ſeruat. Sicut eñ dicit Odoricus in lib. de mirabilibꝰ
orīetis. In india eſt quoddā regnū dictū dodin. in lin
gua illa idē eſt qd immundū. immūda eñ gēs ibi ha
bitat ꝛ moraf. Comedūt eñ carnes crudas ꝛ oēm abo
minationē. Comedit etiā pater filium: filius patrem:
vxor maritū ꝛ maritus vxorē. Nā cū aliquis infirma
tur: ſtatim filij eius vel amici vadunt ad idolū ſuum:
vt ſciāt ſi de illa infirmitate moriatur: qꝛ ſi exinde mo
ri debeat ſtatim ipſum ſuffocant ꝛ eum comedunt: et
ad eum comedendum amicos cū feſtiuitate inuitant
Et hoc ipſi faciūt vt dicunt ne parentes eorū a vermi
bus comedanf: melius eſt inquiūt vt comedamꝰ ami
cos noſtros q̄ q̄ vermes in ſepulcro comederent eos.
Si autē de infirmitate cōualeſcere debeat: tūc ipſum
ad dictum idolū dimittūt. Pro certo chariſſ. mi q̄q̄
materialiter loquendo iſte ritus nobis ſit horribilis ꝛ
ignotus: loquendo tamen allegorice nobis eſſe dino
ſcit notorius ꝛ cōis. Conſtat eñ q̄ auari habēt idolū
ſuū cui obediūt in hoc mundo: videlicet peccatū aua
ricie: qꝛ ſm Apſtm Gal. v. Auaricia eſt idolorū ſerui
tus. Iſti eñ idolo auaricie obediunt. ſm q̄ ab eo ſolli
citanf: inducuntur vel ſtimulanf. nūc contra patrem
nunc contra matrē: nunc cōtra pximū debacchantur.
Cognoſcat igit q̄ ad ſtimulationē auaricie pater ſur
git cōtra filiū: filius contra matrē. Unde dr Ezech. v.
Patres comedēt filios in medio tui: ꝛ filij comedent
patres ſuos. Et iſtud nō ſolū verum eſt de filijs natu
ralibus: immo de ſpūalibus: ꝛ etiā de eccleſiaſticis et
regularibus: ꝛ hoc eſt verꝝ. Inter iſtos eñ pater a filio
id eſt pōlatꝰ a ſubdito ꝛ ecōuerſo: ꝛ ſocius a ſocio im
pugnaf: qd vtiq̄ totū facit pceptū idoli. i. auaricie cor
ruptela. Hiere. xix. Cibabo eos carnibus filiorꝝ ſuorꝝ
ꝛ filiarꝝ ſuarū. Iſta etiā videmus de iſtis balliuis q̄ ad
mādatū idolorū ſuorꝝ. i. dñorū ſuorꝝ ꝛ magiſtrorꝝ alios
deuorāt ꝛ corrodūt p exactiones: violētias: ꝛ rapinas.
Et ſic ergo ptꝫ q̄ iſta eſt comeſtio auarorꝝ. De qua di
cit Michee iij. Comederūt carnē ppli mei. Iſti etiam
quāto plura comedūt de diuitijs ꝛ acquirūt tāto ma
iores ab alijs reputanf. Uñ Dan. xiiij. Nunquid ē bel
viuens deus: nonne vides quanta comedat ꝛ bibat.
Iſta eſt ergo comeſtio qua comedūt exactores. Iſto er
go mō comedunt raptores. ¶ Sed adhuc dico q̄ alio G
modo comedunt detractores. Iſti eñ ſunt ſimiles ſer
pentibus qui pulos auiū trāſglutiunt ꝛ comedunt to
tos viuos: qui ſcꝫ cū dētibus ſuis. i. cum verbis detra
ctorijs que ideo dentes dicuntur ſm Iſido. qꝛ demunt
hominibus bonā famā: alios comedūt totos viuos.
Figurati Dan. xiiij. in illis ſacerdotibus q̄ occulte ve
nientes comedebāt oīa que ante deos ponebanf. Ut
reuera chariſſimi multi ſunt hodie falſi ſacerdotes in
templo eccleſie q̄ nō ceſſant comedere ꝛ corrodere per
detractionē quicquid boni a bonis hominibꝰ dr̄ o of
fertur. Uñ Eccli. xxix. Comedebatis carnes ꝛ bibeba
tis ſanguinē eorꝝ. Iſti enim ſunt ſimiles leopardo: q̄
delectaf comedere ſtercus hūanū: ꝛ illud ſuā reputat
ſuauitatem. Similes etiā ſymie q̄ ſcrutaf capillos ho
minis vt inueniat pediculū vel immundiciā aliquā
quod cum inuenerit ſtatim comedit. Sic vere detra
ctores in pediculis: immundicijs ꝛ ſtercoribus homi
num delectanf. Hoc eſt dictu in vitijs ꝛ criminibus
aliorum: ꝛ ideo capillos eorum. i. facta ꝛ conditiones
aliorum non ceſſant inueſtigare ꝛ ſcrutari: vt aliquid
immundicie. i. aliquid reprehenſibile reperiāt: quod
obloquendo deuorent ꝛ cōſumant. Mala enim aliorꝝ
ſunt cibus et comeſtio detractorum. Oſee. iiij. Pecca
ta populi mei comedent. Iſta ē igitur tertia mala co
meſtio: qua ſcꝫ comedunt detractores. ¶ Quarto in H
uenitur comeſtio: qua comedūt infernij tortores. Et
iſta comeſtio non eſt niſi pene exquiſitio. Sicut enim
canis comedit ouem ꝛ poſtea a lupo comeditur. Sic
vere illi qui in hoc mundo alios vel alia indebite co
medūt: tandem in inferno a lupis. demonibus come
duntur: ſcꝫ quantū ad animā ꝛ quantū ad corpus in
ſepulcro a vermibꝰ corrodūf. Job xxx. Qui me come
dunt non dormiunt. In quo enim peccat quis in hoc
ꝛ punietur. Sapien. xj. Ideo peccatores qui comedē
do peccant: ſicut ſunt guloſi qui comedunt delicias.
auari qui comedunt diuitias: tyranni qui comedunt
alienas iniurias: detractores qui comedunt ꝛ corro
dunt aliorū famas ꝛ ſufficientias: tales dico multo
tiens in inferno a demonibus comedūtur. Ethiopes
eñ nigri comedunt dracones ſm glo. ſuper ps. Quia
pro certo niger populus ethiopum. i. demonum tales
dracones. i. tales peccatores finaliter comedent ꝛ vo
rabunt. Unde. iiij. Regum. xxj. Canes comedent Je
zabel in campo iezrael. Et ſic igitur patet q̄ come
dunt ꝛ comedunf mali et peruerſi. Et iſta ſunt qua
tuor genera comeſtionis que a nobis potiſſime ſunt
horrēda ꝛc. Uide de cibo ꝛ de detractiōe ꝛ eucharīſtia.

## Commendare.

Nota q̄ cōmēdare q̄ſiq̄ A
ſumif p laudare: ſicut. y.

Ayuntamiento de Madrid

Corin.x. Non enī q̄ ſeipſum cōmendat ille probat⁹ eſt ſed quē de⁹ ꝯmēdat. Aliq̄ꝫ ſumit̄ ꝓ cōmittere vel cuſtodire: ſicut .j. Reg. xvij. de dauid dr̄. ꝙ ipſe ꝯmēdauit gregē cuſtodibus. Et iſto modo accipit̄ vt cōmuniter cōmendare. Notabis ergo ꝙ cōmēdatio dr̄ illa ꝯmiſſio qua alicui dat̄ aliq̄d in cuſtodia vel ꝯmiſſo: ⁊ hoc pro tpe non ad ſemp. ⁊ ꝙ ꝓ libito volūtatis pōt repeti ⁊ auferri. Et ſic notabo ꝙ in ſcriptura inuenit̄.

Cōmendatio
- Deuotiōis quā facit orās humiliter
- Prelationis quā hʒ regēs vtiliter.
- Poſſeſſiōis quā ſuat viuēs hūanit̄.

Prima. — Cōmendabilis.
Secūda. — Eſt cōmenda — Formidabilis.
Tertia. — Miſerabilis.

¶ Prima eſt ergo cōmenda deuotoꝝ. q̄.ſ. ipſi cōmittunt ⁊ cōmēdāt dn̄o ſe ⁊ ſua: nihil.ſ. de ſe ſperādo: ſed in deo ꝯfidēdo: ⁊ ſe ⁊ alios ꝓtectioni ipſius cōmittendo: ſicut dicebat Dauid in ps̄. In manus tuas dn̄e cōmendo ſpm̄ meū. Et Actu.xx. dicit Paulus alijs diſcipulis. Cōmendo vos deo. Et Actu.xiiij. Cōmendauit eos deo in quē crediderunt. ¶ Scd̄a eſt cōmenda prelatorū: qua.ſ. deus vel ſuperior cōmittit ipſis animas ſubditorū. De quo figuratiue dr̄ Exod.xxij. ꝙ ſi quis cōmēdauerit ꝓximo bouē vel aſinū ⁊ furatū fuerit: reddet dānū dn̄o. Or reuera talis cōmēda facta eſt prelatis ⁊ cuſtodib⁹ tali pacto ꝙ ſi anime percūt ꝓpter eorū defectū: luere vel reſtaurare tenebunt̄: ⁊ iō cauēdū eſt ne indignis fiat ꝯmiſſio aiaꝝ: iō apl's loquēs Thymo.ij. Thimo.ij. dicebat ſic. Hec cōmēda fidelib⁹ hominibus qui idonei ſunt ⁊ alios docere. ¶ Tertia eſt cōmiſſio terrenorū ſeu etiā caducorū omniū. Et iſta eſt illa q̄ omnia noſtra bona tēporalia: naturalia: gratuita ⁊ fortuita ſunt nobis a deo cōceſſa ⁊ data: ⁊ p̄cario cōmendata: ⁊ ideo more accidentiū ſunt nunc propria: nunc aliena: nunc preſentia: nunc remota: ⁊ procul dubio deus vult ꝙ nos ſicut bone fidei cōmiſſarij iſta nobis cōmendata debite miniſtremus: ⁊ in meli⁹ multiplicantes cuncta ad laudem ipſius ordinemus ſicut Mat.xxv. dicitur ꝙ pecunia nūmularijs cōmittenda erat cū lucro ⁊ vſura ampliori reportāda. Ideo bene dr̄ Luce.xij. Cui multū cōmendatū fuerit multū exigetur ab eo ⁊c.

## Comminuere.

Nota ꝙ cōminuere vt cōmuniter accipit̄ ꝓ deſtruere ⁊ diſſipare: ſicut in ps̄. Et cōminuā eos ſicut puluerem ante faciē venti vt lutū platearum delebo eos. Uide in alijs titulis cōſimilibus: et vide infra de minuere et de minus.

## Comes.

Uide de ſocietate.

## Commixtio.

Uide de coniunctione ⁊ ſocietate ⁊ cetera ſimilia. Et infra de miſcere.

## Commiſſio. Committere.

Nota ꝙ cōmittere accipitur pro cōmēdare. Sicut enī primo Macha.viij. dicitur ꝙ romani cōmittebāt vni homini magiſtratuꝫ. Raro tamen in ſcriptura ſumitur iſto modo. Itē accipitur pro bellare vel pro bellū facere: vel pro prelio ſe aggregare. Unde ij. Mach.x. primo autē ſolis ortu vterq̄ꝫ exercitus preliū cōmiſerunt. Item ſumitur pro delinquere vel peccare: et ſic dicitur de illo peſſimo menelao. ij. Mach.xiij. ꝙ multa erga arā dei cōmiſit delicta. Uide ergo de bellare ⁊ de peccare ⁊ de cōmendare ⁊c.

## Commorari.

Uide infra de mora in litera M. ⁊ vide de habitare manere: perſeuerare ⁊c.

A

## Commouere. Commotio.

Nota ꝙ commotio ſumitur multipliciter in ſcriptura. Signat enim in bono ⁊ in malo. Et primo ſignat in bono Motum.

- Timoris qui mentē cōcutit.
- Doloris qui culpas excutit.
- Amoris qui cūcta diſcutit.

¶ Primi⁹ ergo motus timoris ⁊ turbationis eſt qui mentem habet cōcutere. Mens enī viri conſiderās rigorē diuine iuſticie mouet̄ ⁊ ꝯcutitur ꝑ timorē: ſicut equ⁹ ſolo aſpectu virge vel calcaris fremit ⁊ cōmouet̄ viſibiliter in ſeipſo. Unde in ps̄. de cōmotione timoris: dicitur domino. Cōmouiſti terrā ⁊ cōturbaſti eā: ſana contritiones eius q̄ꝛ cōmota eſt. Et iteꝝ. Cōmota eſt ⁊ contremuit terra. Et iteꝝ. Cōturbati ſunt ⁊ cōmoti ſunt: tremor apprehēdit eos. ¶ Scd̄s eſt motus doloris ⁊ ꝯtritiōis. Iſta eſt enī ꝯmotio quā facit flatus inſpirationis diuine: ex qua ſequit̄ vox ⁊ tonitruū cōfeſſionis laudis. Figura Ezechie.iij. vbi dr̄. ꝙ ipſe audiuit poſt ſe vocē cōmotionis magne.ſ. alarū aīaliū percutientiū alterā ad alterā: ⁊ vocē rotarū ſequētiū animalia ⁊ cōmotionis magne. Spiritus enī vite erat in rotis. Quatuor animalia ſunt q̄tuor affectiones. Rote ſequētes ſunt bone operationes: q̄ꝛ pro certo q̄n in corde fit cōmotio ꝯtritionis: ⁊ ibi viget ſpūs vite gratie ⁊ diuine inſpiratiōis. tūc quatuor affectiones inuicē ſe ꝯcutientes: vocē ꝯfeſſionis ſolēt emittere: ⁊ voces rotarū ſequentiū.i. laudē bonorū operū faciūt ſonare. Iſta eſt igit̄ cōmotio contritionis: de qua .ij. Macha.xiij. Cōmoueant̄ contritione ſua. Et illud ps̄. Sana contritiones eius q̄ꝛ cōmota eſt. ¶ Tertio dico ꝙ eſt cōmotio amoris ⁊ affectiōis. Et iſta eſt quādo quis cōmouetur ad fraternā cōpaſſionē: ad fidei zelum ⁊ deuotionē: ad iuſticie executionē. Ignis enī ſolet cōmouere materiā in quā agit: patet in ſcintilla accenſa q̄ ſurſuꝫ mouetur. Sic caritas mentē cōmouet ad omnia ſupradicta. De motu cōpaſſionis dicit̄. Gen̄.xliij. ꝙ ꝯmota ſunt viſcera Joſeph ſuꝑ fratre ſuo. De motu zeli dicit dn̄s loquēs de phinees. Nūe.xxv. Phinees zelo meo cōmot⁹ eſt ꝯtra eos.i. ꝯtra ydololatras. De cōmotione aūt iuſticie dici poteſt illud Eza.xxix. Uiſitabit̄ in tonitruo ⁊ cōmotiōe. Uiſitatio enī eſt idē q̄ iuſticie executio. Sic ergo ſumit̄ commotio in bono. B
¶ Secundo principaliter dico ꝙ inuenit̄ cōmotio in malo: ⁊ ſic dico ꝙ mali cōmouentur.

- In conſtantie ſaltu.
- Iracundie tactu.
- Diſcordie fluctu.
- Meſticie luctu.

¶ Cōmouent̄ dico ꝑ incōſtantiā q̄ non nouit ſtare vn̄ de inconſtātibus qui nunq̄ ꝑſeuerāt in vnuꝫ finem: nec quātū ad ſe nec quantū ad alios: nec quantū ad proximū: nec quātū ad deū: ſed ſemꝑ fluctuāt ⁊ mouent̄: pōt dici illud. Eſa.xxiiij. Cōmotione ꝯmouebit̄ terra ⁊ ꝯcuſſione cōcutiet̄: ⁊ agitatione agitabitur ⁊c. Cōmouent̄ etiā ꝑ iracūdiā q̄ ſolet turbare. Un̄ de iracundia antiochi dr̄ .j. Macha.vj. ꝙ ꝯmotus valde decidit in lectū. Cōmouent̄ inſuꝑ ꝑ diſcordiā q̄ ſolet rixare. Treno.iiij. Iurgati quippe ſunt ⁊ ꝯmoti. ⁊ in ps̄. Fūdamēta montiū ꝯturbata ſunt ⁊ cōmota ſunt q̄m iratus eſt eis. Cōmouent̄ etiā ꝑ meſticiā vel ꝑ fortune inſolentiā: q̄ ſolet grauare: ſicut pꝫ q̄ꝛ ſicut fortuna faciliter de ſtatu ꝓſperitatis commouet ⁊ eradicat malos mors ⁊ infernus turbāt ⁊ ꝯmouēt vniuerſos: ⁊ maxime impios ⁊ dānatos. iō de ꝯmotione fortune ⁊ mūdane tribulatiōis pōt dici illud Amos.ix. Percute cardinē ⁊ ꝯmoueant̄ ſuꝑliminaria. De ꝯmotione mortis ⁊ dānatiōis dr̄ Eze.xxxix. Cōmouebunt̄ a facie mea volucres celi ⁊ piſces maris ⁊ beſtie terre. Uolucres dico i. ſuꝑbi q̄ ſunt volatiles. Piſces.i. luxurioſi q̄ ſunt natatiles. Beſtie terre.i. auari q̄ ſūt greſſibiles. Sꝫ reuera a talib⁹ mal' ꝯmotiōib⁹ ꝓſeruāt̄ tria gn̄a ꝑſonaꝝ vcꝫ

- In diuinis auxilijs ꝯfidētes.
- In virtutū p̄ſidijs reſidētes.
- In eternis faſtigijs p̄ſidētes.

¶ Primi ſunt deuoti q̄ ſolēt in deo ſperare dicētes illud ps̄. Adiutor eſt mihi dn̄s ne cōmouear. Secūdi ſunt iuſti qui ſolent perſeuerare: q̄ꝛ ſicut dr̄ Prouerb.x. Iuſtus ineternū non cōmouebitur. Tertij ſunt beati qui ſolent ſemper durare. vn̄ in ps̄. Nō ꝯmouebit̄ ineternuꝫ qui habitat i hierl'm. Sufficiāt igit̄: vide infra de moueri.

Cōmunitas

Ayuntamiento de Madrid

a **Cōmunitas.** De cōmunitate inquantuꝫ ſignat cōgregationē: ſocietatem ⁊ ſimilia. vide in alijs titulis. ſ. de religione ſocietate ⁊c. Et vide in tabula huius operis: vbi multa inuenies. ⁊ ſimiliter vide in tabula de ſingularibꝰ: quia cōmunis vita opponitur ſingularitati. Sed de cōmunitate inquantū ſignat negocia reipublice ⁊ vtilitatē cōmunem. Nota ꝙ Ariſto. dicit. Bonū qđ eſt cōmunius eſt diuinius. Juſtū eñ ⁊ congruū eſt: ꝙ vtilitas publica preferatur priuate: quod maxime ſpectat ad iudices ⁊ prelatos ⁊ alios quoſcūqꝫ qui ſunt in publicis officijs conſtituti. Teſte enim Solino. In inſulis ebudum tantus erat amor reipublice: ꝙ rex eorūꝫ nō permittebatur aliquid ꝓpriū poſſidere: immo alebatur de publico: ⁊ etiā vxorem nō ſinebatur habere: nec liberos procreare: ſed ſi motus eſſet libidine: licebat ei aliorū vxoribus ſe vnire que omnia ciues patiebātur vt ait: q: nolebāt ꝙ rex q̄ in officio publico erat poſitus haberet aliquid priuatum facere: ſed ſolū cōmunibus vtilitatibus militare. Et ideo bene dicit Judi. xix. In cōmune diſcernite quid faciendū ſit. Et merito: q: ſicut dicit Leo i quodā ſermone. Publica preferenda ſunt proprijs: ⁊ ibi intelligenda eſt ratio vtilitatis: vbi vigilat cura cōmunis. Et reuera ſic faciebāt antiqui. De priuata enim vtilitate parū curabant: ſed ſolū de vtilitate ſui cōmunis reipublice cogitabāt. et ideo ciuitates tūc ⁊ regna in proſperitate ⁊ gloria creſcebant. Quid enim fecit deciꝰ imperator: ⁊ poſt ipſuꝫ eiuſdem nominis filius. Nōne vterqꝫ teſte Tyto liuio audito in ſomnis ꝙ ſi ipe in bello caderet: exercitꝰ ſuꝰ vinceret ⁊ exercitus cōtrarius ſuccumberet: ⁊ econtra ſtatim citatis equis ſe ⁊ aduerſarioꝝ exercitū inferis deuouerunt: bellū intrauerunt: ⁊ vt ſuū ſaluarēt exercitum morti ſe expoſuerunt: qđ ⁊ factum eſt: aduerſarij ſuccubuerūt ⁊ ſui victoriā reportauerūt. De curcio voraginem intrante. De mucio ignem ſuſtinente: de regulo contra ſalutē propriā: pro vtilitate romana cōſilium dante: ⁊ ad hoſtes ſponte redeunte: de ligurgo legum latore ꝓ cōmunibus moribus reformādis exilium eligente. De fabricio paupere quo ad ſe in imperio perſeuerante q̄ omnes cōmunē vtilitatē ⁊ rēpublicā taliter dilexerunt: ꝙ priuatā ⁊ propriā neglexerūt. Longum eſſet dicere: nec ſufficeret calamus tantoruꝫ virorum gloriam enarrare. Unde etiā ipſe Tullius li. de amicicia de ſeipſo dicit. Mihi aūt nō minꝰ cure eſt qualis reſpublica poſt mortem meā futura ſit: ꝙ qualis ſit hodie. Unde Criſoſto. ſuper Mattheuꝫ. xxiiij. vbi dicitur. Beatus ſeruus ⁊c. dicebat ſic. Ad vtilitatem cōmunem oportet vti quemlibet his que habet: ſiue ſit ſapientia ſiue rerum facultas: ⁊ nō inferre alijs nocumentum. Nō proſequor de cōmunitate propter defectū autoritatū vocaliū. Sꝫ vide infra de multitudine de religione: de cōgregatione: ſocietate: prelato: acceptione: iuſticia: equitate. Et in tabula recordare. De aplō cōem vtilitatē preferēte priuate q̄ dicebat. Nō quero q̄ mea ſunt: ſed que multoꝝ vt ſalui fiāt.

a **Cōmunicare.** Nota ꝙ in ſcriptura inuenit multiplex cōicatio: ſcꝫ

Cōmunicatio qua
- Tua tribuis liberaliter.
- Chriſtū recipis ſalutabiliter.
- Te das alijs ſocialiter.
- Malos ſequeris exemplariter
- Bonos decipis criminaliter.

¶ Eſt dico cōmunicatio ſua diſtribuēs illa. ſ. qua boni bona ſua. ſ. fortitudinem: ſapiētiā: ⁊ temporalē ſubſtantiam in alios diffundūt ſimiles
- fonti aquā diffundenti.
- Soli lucē effundenti.
- Igni calorē emittēti.
- Terre fructus efferenti.

¶ Nihil enim eſt in natura: quin homini cōmunicet vno mō vel alio ſe ⁊ ſua. Sic vere quilibet tenet ſe ⁊ bona ſua cōicare: ⁊ nō ſibi ſoli ſed alijs militare. Roma. xij. Neceſſitatibus ſanctoꝝ cōicantes: ⁊ maxie: q: ⁊ ſapiētia ⁊ bona etiā tꝑalia quātoplus bono mō cōmunicantur: tanto ampliꝰ augmentant ⁊ ampliꝰ poſſeſſori ſufficiūt: ⁊ meliꝰ cōtinuant. De ſapiētia ⁊ ſcientia cōſtat q: ſicut dr Eccli. xx. In ſapiētia abſcōdita et in theſauro occulto nulla eſt vtilitas. Sūt eñ in cumana mōtes ſalis: humanis vſibus ꝑ quocūqꝫ volēti cape deſtinati: q̄ quāto ex vna pte fodiuntur ⁊ diminuuntur: ſtatim adueniēte pluuia ⁊ foſſas implente iterū reintegrant: ⁊ aq̄ in ſalē cōuerſa mōtes ꝑpetuo cōſeruant. Tales etiā mōtes ſunt in hiſpania ⁊ maxie in cathalonia in comitatu cardone. Accidit tñ in cumana nō eſt diu: ꝙ impator de ſara dictos mōtes ſibi volebat attribuere: ⁊ tributū a ſal accipiētibus extorquere: ſed tūc inuētū eſt ꝙ aq̄ pluuie in ſal nō conuertebat: nec foſſe adimplebant: ⁊ ſic mōtes diminuebant ꝓpter qđ voluit vt ſal ſicut priꝰ oibꝰ cōicaret. Sic reuera ſal ſapiētie ⁊ doctrine cōitatū ſolet creſcere: retētū vero ſolet diminui ⁊ perire. Ideo ipſa ſapiētia increata ſeipſam nobis cōmunicauit: ⁊ ſe etiā ꝑ bñficia infinita nobis quotidie diffundet. Dicat ergo q̄libet illō Sapiē. vij. Hāc ſine fictione didici: ⁊ ſine inuidia communico ⁊ honeſtatē illiꝰ nō abſcondo. De bonis temporalibus etiā pꝫ. Cōicata eñ ampliꝰ ꝑſeuerāt: ſicut Prouer. xj. dr. Alij diuidūt ꝓpria ⁊ ditiores ſunt. Nā apud macrobios ethiopes: teſte Solino in loco q̄ dicebat heliotopeza qui copioſis epulis erat refectꝰ: cūctis veſci volentibꝰ expoſitꝰ: q̄ q̄dē epule ſemꝑ abūdabāt: ſꝫ diuinitus indeſinēter creſcebāt. Sic reuera fit apud eos q̄ libēter oibus cibos tribuūt copioſos: et q̄ libēter cōicāt ſe ⁊ ſua: q: ſ. diuinitꝰ ipſa bona multiplicant: ⁊ quadā vtute occulta in meliꝰ ꝓſperant. Ideo bñ dicit Prouer. xxviij. Qui dat pauperi nō indigebit. Et ideo noſtra debemꝰ cōicare: ſciētes ꝙ hic ⁊ in futurū abundanter habebimus ⁊ viuemꝰ. Luc. vj. Date ⁊ dabit vobis. Ideo aplš cōſulit ⁊ ſcribit thimotheo dicēs. j. Thimo. vj. Precipe inq̄t diuitibꝰ non ſublime ſape: neqꝫ ſperare in incerto diuitiaꝝ: ſꝫ in deo q̄ pſtat nobis oia abūde ad fruēdū: bñ agere: facile tribuere: diuites fieri in opibus bonis: cōicare ⁊ theſaurizare fundamentū bonū in futurū vt apprehēdāt bonā vitā. Iſta eſt ergo cōicatio ſua diſtribuēs cōtra auaros: q̄ nō libēter cōicāt ſua: ſꝫ libēter rapiūt aliena: ſimiles lupo ⁊ vulturi ⁊c. q̄ ſunt aialia auara non cōicatiua. Uñ iſti dicūt illud ps. Nō cōicabo cū electis. De quibus cōqueri poſſunt paupes dicētes cū aplō ad Philipen. iiij. Nulla eccl'ia cōmunicauit mecū in ratiōe dati ⁊ accepti. ¶ Scđo dico ꝙ eſt cōicatio xp̄m recipiēs ſcꝫ in ſacramēto altaris. Uñ de ſacramēto eucharīſtie canit. Cōione calicis quo deꝰ ipſe ſumit non vituloꝝ ſanguine cōgregauit nos dñs. De quo. j. Coꝝ. x. Calix cui bñdicimus nōne cōmunicatio ſanguinis dñi eſt. ⁊ panis quē frāgimꝰ nōne participatio corpis eſt. q. d. ſic. b
¶ Tertio dico ꝙ eſt ſocialis cōicatio bonis cōſentiens. ⁊ hec eſt illa q̄ bonis cōicāt ⁊ participāt: ⁊ ſocietatē eorū frequētant. ⁊ ſic cōicatio nihil aliud eſt ꝙ ſocietas q̄ ſemꝑ dꝫ fieri inter pares: q: ſicut dr Eccli. xiij. Pondus ſuꝑ ſe tollit q̄ honeſtiori. i. ditiori ſe cōicat. Non etiā decet iuſtū cōicare cū malis. Eccli. ibidem. Que cōicatio hoīs ſancti ad canē. q. d. nulla: qđ eſt cōtra illos q̄ altioꝝ ſe ⁊ ditiorū comitiuas frequētāt. et etiā cōtra quoſdā q̄ lꝫ de ſe ſint boni, nō tñ cauēt a cōmunicatiōibꝰ ⁊ ſocietatibꝰ iniquoꝝ. Eccli. xiij. Si cōmunicabit lupꝰ cū agno ⁊c. q. d. Indecēs eſt talis ſocietas. ¶ Quarto dico ꝙ eſt cōicatio malis obediēs. et ſic cōicatio idē eſt qđ ſocietas ⁊ imitatio maloꝝ de q̄ Eccli. xiij. Qui cōicat ſuꝑbo induet ſuꝑbiā. ¶ Quinto dico ꝙ eſt cōicatio mala ꝯficiēs ſeu bonos decipiēs: ſicut eſt in malicioſis q̄ alter alteri cōicant malicias et cautelas: ſimiles gorgonibus illis. ſ. mōſtris que homines viſos lapidificabant. de quibus dicitur in fabulis ꝙ vnicū oculum tres habebant quem ſibi ſucceſſiue cōmunicabant ſi cauteloſe vt poſſint alios facere lapideos. i. ſtupidos. ſolēt eñ ꝑuerſi oculū neqꝫ i. cautelā ⁊ maliciā ſuā ſibi inuicē cōicare cōtra bonos

Ayuntamiento de Madrid

alter alterꝰ informare. De auaris etiā ptȝ. qui alijs cōmunicāt tpe cariſtie bona ſua. vt eos tandē exheredēt ſiſes cōche marine. q̄ piſciculis ſe aperit quaſi cōicās ſe eiſdē. q̄ tandē ſe claudens ipſos deuorat atq̧ rapit Sic vſurarij pauperib⁹. Vn̄ Eccli. xiij. Quid cōicabit cacabus ad ollā. qn̄ ſe colliſerit cōfringētur. ⁊c Uide de participare. diuidere ⁊ ſocietas ⁊c.

**Commutare.** Uide infra de mutare

A. **Comparare.** Nota q̄ cōparare q̄n q̧ ſumitur pro emere. ſicut Treno⁊ iiij. Aquā noſtrā pecunia bibimus. Ligna nr̄a precio cōparauim⁹. Nūq̧ etiā ſumitur pro aſſimilare. adeq̄re. ſicut Puer. xxvij. Tecta perſtillātia ⁊ litigioſa mulier cōparātur. [illegible] vide infra de ſimitudine ⁊ ſilibus Dic tn̄ ſi vis q̄ in ſcriptura reperitur Cōparatio

Preſumptiua. ¶ Preſumptiua dico. que
Exiſtimatiua. ſcȝ fit qn̄ qs de ſe nimis pſu
Conformatiua mēs cōparat ſe nobiliorib⁹

et meliorib⁹. cū tn̄ ſi bene aduerterent iſti. ſicut explo ratores de filijs enach dicerent. ⁊ ſe indignos cōparationem talium exiſtimarent. Nume. xiij. Ibi vidimus filios enach. q̄bus comparati locuſte videbamur. Et de iſta poſſunt dicere moderni clerici. moderni plati moderni milites. moderni phi. reſpectu antiquorum Et tn̄ multi ſunt ita pſumptuoſi q̄ ſe antiq̄s nō ſolū cōparant imo pferūt. ſiles niobe regine thebanorum de qua dicūt fabule. q̄ q̄ꝛ cōparauit imo ptulit in pulcritudine ſe iunoni. a furijs infernalibus in rabie eſt ꝯuerſa. ⁊ poſtea in mare ſe pcipitādo ſubmerſa. Quia vere tales ſupbi qui meliorib⁹ ſe cōparant aut pferūt rabidi ⁊ ſine ſenſu eſſe. et ſic merito perire ⁊ precipitari merētur. Job. xxij. Nunquid deo cōparari pōt homo etiā ſi pfecte fuerit ſciētie. q. d. nō. Cōparatio exiſtimatiua eſt. qn̄ caduca ppetuis. vvitutes vitijs boni malis cōparātur. q̄ꝛ ſcȝ ꝯſtat q̄ in tali cōparatione ſpūalia pferūtur terrenis. vn̄ de ſapiētia dicitur Sapiētie. vij. Aurꝰ in cōparatiōe illi⁹ arena eſt exigua. Et Puer. iij. Omnia que deſiderātur huic nō valēt comparari. Cōparatio. ꝯformatiua eſt qn̄ qs alteri per imitationem ſe aſſimulat ⁊ cōformat. Et iſta ſcȝ eſt bona qn̄ qs ſe ꝯformat bonis. Sap. vij. Luci cōparata inuēta eſt purior. Eſt etiā mala qn̄ qs ſe cōparat ⁊ aſſimilat malis. ps. Cōparat⁹ eſt iumētis inſipiētib⁹ et ſilis fact⁹ eſt illis ⁊c. Uide infra. de ſilis. ⁊ vbicūq̧ fit mentio de imitatione. ⁊ vide tabulam.

**Compati. Compaſſio.** Nota q̄ quia non ſunt de cōpaſſiōe autoritates vocales omitto. Uide infra de fletu. luctu. pietate ⁊ miſericordia ⁊c ⁊ vide in tabula q̄ꝛ in locis multis fit mētio in hoc opere de cōpaſſione.

**Compedes.** Sunt vincula q̄bus ligant̄ pedes. et pōt ſignificare ſicut vinculū. ⁊ maxime illa quibus pedes. i. affectus ligantur ſiue bona fuerint ſiue mala. Nota ergo q̄ inueniunt̄ Compedes

Amoris ¶ Cōpedes amoris. ligāt vi
Timoris ros perfectos. q̄bus ſcȝ dicit̄
Languoris illud Eccli. vj. Injice pedem
Doloris tuū in cōpedes illius id eſt
Terroris ſapientie et in torques illi⁹

collum tuum. Compedes timoris ligant viros ſubiectos ſcȝ religioſos. ⁊ adhuc imperfectos. qui ſcȝ ligantur cōpedibus ⁊ ſtatutis. ⁊ diuinis cōpedib⁹ ⁊ mandatis ps. Ad alligādos reges eorū in cōpedib⁹ ⁊ nobiles eorū in manib⁹ ferreis. Cōpedes languoris. ligāt viros infectos ſcȝ quoſcūq̧ impios atq̧ malos. qui. ſ. lāguore malorꝰ affectuū ſunt cōpediti. Naū. iij. Optimates eius cōſtri ſunt cōpedibus. Unde de duob⁹ demoniacis dicitur. Mar. v. Quod ipſi erant cathenis et cōpedibus vincti. Cōpedes doloris ligant paupes et tribulatos. de q̄b⁹ dicitur in ps. de ioſeph. q̄ humiliauerunt ſe in cōpedibus eius. ferrū ptranſiuit aīam eius. Et alibi dicitur de eo Introeat in conſpectu tuo gemitus cōpeditorꝰ. Cōpedes terroris ligant in inferno miſeros atq̧ damnatos. Eccli. xxxiij. Seruo maliuolo tortura ⁊ cōpedes ⁊c. Si vis exempla ⁊ pſecutiones habere. vide de ligare: de vinculo. ⁊ cetera ſilia.

**Compellere.** Eſt idē quod cogere. Et notā q̄ in ſcriptura reperit̄. Cōpellit enim A

Deus mala dimittere ¶ Eſt igiẗ cōpulſio dei
Mundus vana contēnere. qua pctā dimittimus.
Diabolus pctā facere. Deus eīn habet cōpel
Prelatus bonis inſiſtere. lere et repellere. Nam
Domin⁹ penis ſubſiſtere. per occultas inſpiratio

nes vel per apertas tribulatiōes cogit predeſtinatos ad bonū faciendū: et finaliter ad paradiſum obtinendū. Malos vero et reprobos repellit a ſua gratia vſq̧ ad infernū poſſidendum. Similis enim eſt ſoli cuius radij quā doq̧ faciūt planetas ſtationarios et quandoq̧ retrogrados. Stationarios dico. qn̄ eos a ſe recedentes attrahūt: et ſic ſtare cōpellunt̄. Retrogrados vero qn̄ eos retro ſe manentes repellunt ſm̄ Alfraganū. Sic vere radij diuine gratie et prudentie: quoſdā occulta inſpiratione attrahūt: et a malo motu ſtare ⁊ ceſſare cōpellunt. Quibuſdā vero ſuis demeritis exigentibus ſe obijciūt: et a vita eterna repellūt. q̄ aliq̄ repellantur a deo: ptȝ in Paulo qui cōpulſus venit ad fidē. Unde vox dei loquentis angelis poteſt figurari i illo patrefamilias. Luc. xiiij. Qui hora cene miſit ſeruū ſuū vocare inuitatos: aliquos tamē inuitatos repellendos decreuit: alios vero vocatos compellendos ad intrandū mādauit. Vn̄ etiā de Loth pigritante et de ſodomas exire nolente dicit̄ Geñ xix. q̄ cogebāt eū angeli dicentes. Surge ⁊c. De repulſione vero poſſunt dicere dānati illud ps. De⁹ repuliſti nos: iratus es et nō miſertus es nobis. Hec eſt igiẗ cōpulſio dei qua peccata dimittim⁹. ¶ Scdō dico q̄ eſt cōpulſio mundi qua terrena deſpicim⁹. Mūdane enim B tribulationes ⁊ tyrannorū ⁊ malorū vexationes ſunt ſicut figuraliter dicit̄ Luce. viij. Ubi procella deſcēdit in ſtagnū: ⁊ dn̄o dormiente diſcipuli cōpellebant̄ fluctibus ⁊ periclitabantur: propter qd̄ ad ſuſcitandum dn̄m recurrerūt ⁊ ſalutē ab eo impetrauerunt. De filijs iſrael etiā legit̄. q̄ ab egyptijs cōpellebant̄ de egypto exire. Exodi. xj. Et reuera ſepe fit. q̄ qn̄ fluct⁹ procellas ⁊ pericula tribulationum: inſultuſq̧ egyptiorꝰ id eſt quorūlibet iniquorū ſentimus: ad deum clamare ⁊ recurrere cōpellimur: ⁊ ſic de egypto. i. de peccato vel de mundi amore exīmus: ⁊ ſalutē a periculis reportamus. Talibus igitur ſic cōpulſis dicere poteſt dn̄s illud qd̄ dicit. Jepte dux iſrael ipſis iſraeliticis Judicum. xj. Ueniſtis ad me neceſſitate cōpulſi. Pulli etiā aquile cōpulſi per proprios parentes nidū exeunt et victualia ſibi querūt. ſicut ponit liber de pprietatib⁹ rerū. Sic multi a parētib⁹. i. a mūdanis cōpellunt̄ ad bonū. ſicut paulus de ſeipſo a iudeis parētib⁹ ⁊ amicis grauato dicit Act. xxviij. Coact⁹ ſuȝ ceſarē appellare. ¶ Tertio dico q̄ eſt ꝯpulſio diaboli q̄ deuicti delinquimus. ⁊ iſta eſt qn̄ diabolus ita per malas cōplacētias noſtros ligauit affectus. q̄ quaſi neceſſario cōpellimur cadere in peccatum. ps. Cōpulſi ſunt nec potuerunt ſtare. Item quarto eſt compulſio prelati. qua coacti obedim⁹. q̄ꝛ ſcȝ prelatus debet cōpellere ad obſeruātiam diſcipline quoſcunq̧ diſcolos ⁊ rebelles. Sed de hac vide vbicūq̧ agitur de correctione. Petra eīn in deſerto bis percuſſa eſt. vt quaſi cōpulſa daret aquam. Aduertāt tamē plati q̄ illos quos cōpellūt per correctiones benefacere vel ad monaſteria redire nō debēt propter hoc exacerbare aut cōtēnere. ſed potius charitatiue tractare. Juxta illud qd̄ figuraliter dicitur. Leuiti. xxv. Si paupꝛtate cōpulſus frater tu⁹ vēdiderit ſe tibi. nō eum opprimes ſeruitute ⁊c. Item quinto eſt cōpulſio iudicis chriſti. qua delinquentes C deficim⁹

Ayuntamiento de Madrid

deficimus ⁊ perimus. Et iſta eſt illa qua in iudicio et in morte homo compellitur iuxta demerita ſuſtinere Leuiti. xxiiij. Qualem inflexerit maculã: talem ſuſtinere cogetur ⁊c. Uide de correctione: ⁊ tribulatione.

## Complacere.
Uide ſatis infra de placere in litera P.

A
## Complere. mentum.
Uñ narraf. ꝙ dū diſcipuli phyloſophi cuiuſdam qui liſander dicebatur ſicut narrat Macrobius in libro ſaturnaliorum quererent ab ipſo: quare tam magnā barbā portaret. Reſpōdit vt dū barbā meā tāgo virū me eſſe meminerim. q. d. Semper debet homo recordari ⁊ pre oculis habere nobilitatē ſue cōditionis ⁊ profeſſionis: ne forte aliqđ femineū. i. aliquid impfectū ipſum facere contingat. Simus igitur viri chariſſimi. i. audaces ⁊ cōſtātes ⁊ perfecte in dño confidētes q2 ſicut dictū eſt: confidentia nos facit audaces ⁊ animoſos. E ¶ Tertio dico. ꝙ iſta cōfidētia nos facit diuites ⁊ glorioſos. Bñdictus. Nō em̄ eſt condecens ꝙ diues paupere f. liū in eo confidentē ⁊ ad eū precipue requirētem: dimittat inopem ⁊ mendicū: quinimmo ſolet ſibi dare benedictionē ſuā ⁊c. Uide de benedictiōe. Sic vere ſi nos qui filij dei ſumus per adoptionem in ipſum perfecte confidimus: ⁊ ad deum deuote recurrimus: benedictionē ſuā nobis dabit. ſ. gratiā in preſenti ⁊ gloriā in futuro. Hebre. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronū glorie ei⁹. ⁊ Hebre. x. Habentes fiduciā in introitu ſanctorū ⁊c. De iſta aūt benedictione dicitur in ps̄. Etenim benedictionē dabit legiſlator. ibūt de virtute in virtutē videbitur deus deorū in ſyon. Et tunc dicetur illud Hiere. xxiij. In dieb⁹ illis ſaluabiť iuda ⁊ iſrael habitabit confidenter ⁊c. ¶ Aduerte tñ F adhuc de confidentia quā habet quis in alteꝝ: ꝙ iſta debet eſſe moderata: q2. ſ. nec nimis nec parū debet cōfidere in quocunq3 Sene. enim epiſtola. ij. dicit ꝙ vitium eſt tā omnibus credere q̄ nullis. Multi tamen ſunt ita ſimplices: ꝙ in omnibus cōfidūt: ſecreta ſua omnibus detegunt: ⁊ ideo proditionē ⁊ deceptionē incurrunt. Sapiē. xiiij. Confidunt in idolis que ſunt ſine anima. Alij etiā ſunt ita ſuſpicioſi ꝙ i nullo volūt cōfidere: ſed de omnibus ſolent timere ſimiles cocyx de quo dicit Plini. li. x. capi. ix. ꝙ eſt ſpecies accipitrū multū degenerās a nobilitate alioꝝ: q̄ de nocte volat ⁊ a nemine vult videri: nullū nidū vult facere: ſed vnū ouū ſolū vt plurimū ſolet in nido alicui⁹ alteri⁹ auis



Ayuntamiento de Madrid

⁊ maxime palumbi ponere: ⁊ ouū ⁊ pullū ſuū fouēdū
alijs derelinquere. Hec enim de propria prole timet ꝙ
ſi ipſam foueret cōtra eā inſurgeret. Et ideo ipſam fo
uendā alijs derelinquit: ⁊ ſic ſemper in timore ⁊ ſuſpi-
tione viuit. Sic vere ſunt degeneres ⁊ vecordes: qui a
nemine videri: aut ſecreta ſua ſciri volunt: ⁊ hoc q2 de
omnibus timent ⁊ in nemine confidunt. De proprijs
etiā pullis .i. de cōſanguineis ⁊ amicis timent: ⁊ ideo
ab eoꝝ ſocietate cauent. Et ideo proculdubio iſti ſuſpi
cando ⁊ de eis nō cōfidendo: dant eis infidelitatis oc-
caſionē. iuxta illud Sene. epiſto. iij. Fallere docuerūt
dū timent falli. Quia reuera qui in bono viro cōfidit.
⁊ ſecreta ſua ei pandit: ipſum ad fidelitatem obligat ⁊
aſtringit vñ Sene. ibidem. Fidelē ſi putaueris facies.
In amicis ergo tutum eſt confidere: non de ipſis time
re fatue vel dubitare: vnde de bona muliere dicit Pro
uer. vlti. Confidit in ea cor viri ſui: ⁊ ſpolijs nō indige
bit. Uide infra in tractatu de Spe. vbi diffuſius tra-
ctabitur.

## Confígere.
Uide ſupra. vbi affigere.

## Confirmare.
A Nota ꝙ ꝯfirmare idē eſt qđ complete firmare: roborare:
ſtabilire. Et ideo ꝯfirmatio que eſt vnū de ſeptē ſacra
mentis ⁊ vnū de illis tribus que non licet reiterare eo
ꝙ in eis imprimitur caracter. idē eſt qđ cōpleta affir-
matio ⁊ ſtabilitio in bono. Sed loquendo moraliter
poſſum⁹ dicere: ꝙ vltra illā confirmationem qua ſpi-
ritualiter deus in bono ſuos ſtabilit ⁊ confirmat quā
petens dauid dicebat. Spiritu principali cōfirma me
qua ſ. facit hominē firmū ad reſiſtendū peccato. De
qua .j. Petri. v. Confirmabit ſolidabitq3: ⁊ qua etiam
beati ſunt ita confirmati in bono ꝙ decetero peccare
non poſſunt. j. Corin. j. Confirmabit vos vſq3 in finē
B ſine crimine. ¶ Eſt adhuc duplex ꝯfirmatio. ſ. bona ⁊
mala: damnabilis laudabilis: virtuoſa ⁊ vitioſa. Pri
ma eſt confirmatio in bono q̄ fit per ꝓpoſiti ſtabilita
tem. Secūda eſt confirmatio in malo q̄ fit per ꝓpoſi-
ti peruerſitatē. Prima eſt cōfirmatio perfectorū. Se-
cunda eſt obſtinatorū. De prima dr̄ in ps̄. Spiritu p̄n
cipali cōfirma me. ⁊ j. Pet. v. Cōfirmabit ſolidabitq3
De ſecunda dicit Ezechie. xxiiij. Confirmatus eſt rex
babylonis aduerſus hieruſalem. Uerum chariſſimi:
q2 nihil vt cōiter a ſeipſo in bono ꝯfirmat: ideo de illa
cōfirmatione qua cōfirmant iuuenes a ꝓuectis: ſim-
plices a perfectis: aliquid diſſeramus: ⁊ dicamus ꝙ ſi
cut prudēs artifex vidēs in edificio muꝝ vel colūnam
ruinoſam ⁊ defectuoſam: ſolet eā fulcire: ⁊ aliqñ cemē
C to; aliqñ clauis aliqñ lapidib⁹ cōfirmare. ¶ Sic vere
bonus prelat⁹ vel predicator qñ videt in grege ſibi cō-
miſſo aliquos ſimplices ⁊ vacillantes: ⁊ in fide ſeu in
moribus titubātes: ipſe pro certo d3 eos confirmare ⁊
in bono ſtabilire: ⁊ aliquādo cū cemento bone doctri-
ne ⁊ ſane eruditionis: aliquando cū clauis aſpere ver-
balis increpationis: aliquādo cū lapidibus dure ⁊ au
ſtere realis correctiōis ⁊ punitionis. Unde nota ꝙ iſti
debent ſtudere ad confirmandū in bono.

Eccleſie labilitatem.
Subditorum fragilitatē.
Perfectoꝝ ſtrēnuitatē.

¶ Debet eñ confir-
mari eccl'ia vt ſubſi-
ſtat: fragilis vt reſiſtat: ꝑfect⁹ ne deſiſtat. Indiget igi
tur eccl'ia cōfirmatiōe boni prelati: vt ſubſiſtat in tri
bulationibus. Domus eñ cōfirmat ⁊ ſtabilit bonis
colūnis vt contra impulſum ventorū fortificetur: ſic
eccleſia a bonis prelatis ne in tribulationib⁹ deficiat:
⁊ ne per tyrānos corruat ⁊ labatur: vñ de bonis prela-
tis dr̄ Eſa. ix. Super ſoliū dauid ſedebit vt cōfirmet il
lud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iuſticia. Itē fragiles indi
gent confirmatione vt reſiſtant tētationibus: vnde in
ps̄. Liquefacta eſt terra: ⁊ om. que ha. in ea ergo cōfir,
colū ei. Iterū perfecti indigent confirmatione: ne deſi
ſtant a bonis moribus vñ ps̄. In te cōfirmatus ſum
ex vtero. Cōpetēter ergo prelatis ⁊ predicatoribus di-
rigitur verbū illud Apoca. iiij. Eſto vigilans et con- D
firma reliqua que moritura erant. ¶ Ubi aduerte ꝙ
qui vult alios confirmare debet eſſe patiens ⁊ ſubſtā
tiuus. Eſto diligens ⁊ perſpectiuus. Uigilās benign⁹
⁊ cōpaſſiuus. Cōfirma inquit que moritura erāt. Iſta
enim tria debet habere prelatus. ſ. in aduerſis conſtā
tiam ne deficiat. Eſto: in proſperis prudētiam: vt pro
ficiat: vigilans. In miſeros clementiam vt ſubueniat
confirma moritura. Habeat igitur prelatus conſtan
tie fortitudinē. Eſto inquit. Columna inquit que ha-
bet edificium confirmare ⁊ ſuſtinere: debet eſſe in ſe ſta
bilis atq3 firma: non putrida nec corrupta. Et ideo ſo
let fieri de marmore: vel de aliquo ligno forti. Sic ve-
re prelati qui totum edificium eccleſie ſuſtinent atq3
firmant: debent eſſe cōſtantes: ſtabiles: atq3 firmi: ne
forte onere tribulationū preſſi: ipſi primit⁹ infringan
tur: ⁊ totius edificij firmitas dilabitur. Ideo dicit Ec
cleſiaſti. v. Eſto firmus in via domini. Iſti ergo debēt
eſſe marmorei. Quia ſicut marmor habet fortitudinē
in eſſentia. Pulcritudinem in apparentia. Frigidita-
tem in qualitate. Grauitatem in ponderoſitate. Sic
vere illi qui prelati fiunt: ⁊ qui ad hoc officium debēt
aſſumi: debent habere

Fortitudinem ſtabilitatis.
Pulcritudinem honeſtatis.
Frigiditatem caſtitatis.
Grauitatem maturitatis.

¶ Unde bene dicitur
Eſto. Uñ nota de iſto
eſto. ꝙ prelatus debet eſſe patientie dotatus viribus.
Unde. j. Reg. xvij. Eſto vir fortis. ⁊ preliare prelia dñi.
Temperantie ſubiectus. vnde. ij. Thimo. iij. Miniſte
riū tuū imple: ſobrius eſto. Amicicie ligatus legibus
Eccli. xxxij. Eſto inter eos ſicut vnus ex ipſis ⁊ loquit
de prelatis. Habeat igitur vt dictū eſt conſtantie for- E
titudinem. Eſto inquit. ¶ Secundo dico ꝙ prelat⁹ de-
bet habere prudentie limpitudinem: qđ oſtēditur cū
dicitur. Uigilans. Uigilare enim prudentiā ⁊ diligen
tiam ſignat in ſcriptura. Et ideo virgines ille in ſcri-
ptura prudentes dicuntur: quas dominus vigilātes
⁊ paratas inuenit: ſicut dicitur Mat. xxv. Prelati eñ
debent eſſe ſicut piſces de quibus dicit Auicen. ꝙ ra-
riſſime dormiunt: immo vt cōmuniter ſemper vigilāt
⁊ hoc exinde poteſt perpendi: q2 nunꝗ claudūt palpe-
bras oculoꝝ. Sic vere chariſſimi boni prelati debent
in bonis actibus vigilare: ⁊ ad ſubditorū gubernatio
nē: confirmationem: ⁊ inſtructionem: totis affectib⁹
laborare. Raro eñ debent dormire per deſidiā ⁊ torpo-
rem: nec vnꝗ debent oculos cordis claudere per igno
rantiam: ſed ſemper vigilare per diligentiā ⁊ pruden-
tiam. vnde. j. Theſſa. v. Non dormiamus ſicut ceteri
ſed vigilemus ⁊ ſimus ſobrij. Ubi aduerte ꝙ vigilia. i.
diligentia ſeu prudentia prelatoꝝ debet abdicare tor-
porē. Non dormiamus inquit: vendicare laborē. Uigi
lemus inquit. Temperare dulcorē: ſobrij inquit ſim⁹.
Iſta proculdubio ſunt contra multos: q2 reuera inter
eccleſiaſticos et prelatos pauci quandoq3 inueniunt
diligentes. Multi negligentes. Multi dormientes.
Pauci vigilantes Multi ignorātes. Pauci ſapiētes
Et ideo iſti ſunt ſimiles fatuis virginibus q̄ dormie-
runt ⁊ parate nō fuerunt. i. cum ſponſo ad celeſtes nu
ptias non intrauerunt. Uigilet ergo prelatus: q2 ſicut
dicitur Luce. xij. Beatus ille ſeruus quē cū venerit do
minus eius inuenerit vigilantem. Iſti ergo debēt vi-
gilare ad oim̄ conſeruationem. Ad celeſtium contēpla
tionem. Ad ſtudij executionem. Ad damnatorū preſer
uationem. De primo dicitur Luc. xij. Si ſciret paterfa-
milias qua hora fur veniret vigilaret vtiq3: ⁊ nō ſine-
ret perfodi domū ſuā. De ſecundo dicitur in ps̄. De⁹
deus me⁹ ad te de luce vigilo. De tertio dicitur Eccli.
xxxj. Uigilia honeſtatis tabefaciet carnes. De vltimo
dicitur Luce. ij. Paſtores erant in regione eadem vigi
lantes: cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuū.
Et ſic igitur patet: ꝙ ſi iſti ſuos volunt debite confir-
mare. Ipſi debent vigilare

vt paſtores

Ut paſtores.
Ut doctores.
Ut aſtroꝝ cõtẽplatores.
Ut hoſtiũ ſpeculatores.

¶ De iſtis ergo dicitur pͥmo. Mach. xiiij. Cõfirmauit humiles populi. Job. iiij. Ecce docuiſti plurimos: vacillãtes confirmauerunt manus tue: ⁊ genua trementia roboraſti. Patet ergo ꝙ ꝑ iſta confirmatione facienda: prelati debent habere prudẽtie limpitudinem. ¶ Tertio dico: ꝙ ipſi debent habe-
f re clemẽtie plenitudinem: quod oſtenditur cũ dicitur Confirma reliqua que moritura erant. Iſta enim eſt clementia maxima. ſ. morituris. i. miſeris debilibus ⁊ peccatoribus ſubuenire. vnde Prouerb. xxiiij. Libera eos qui ducuntur ad mortem. Iſtud tamen eſt contra multos prelatos qui reuera morituros: id eſt debiles et infirmos non ſuſtinent nec confirmant: ſed magis tribulant ⁊ confundunt: peiores leonibus qui pueris mulieribus ⁊ proſtratis tãꝙ perſonis miſerabilibus ⁊ ſe defendere nequientibus: parcere ſunt cõſueti. Iſti vero talibus perſonis pauperibus ⁊ debilibus plus ꝙ̃ ceteris ſunt infeſti. figurati. j. Regum. xv. in Saul et in exercitu eius qui pinguioribꝰ amalech pepercerũt. ⁊ quicquid vile, ⁊ reprobum fuit demoliti fuerũt: quia pro certo iſti parcunt pinguioribus: id eſt ditioribus. Uiles autem ⁊ reprobos demoliuntur tribulant ⁊ predantur. Nõ ſic ergo: ſed habeant prelati

Clementiam ad compatiendum.
Prudentiam ad diſcutiendum.
Conſtantiam ad perſeuerandum.

¶ Et ſic pro certo bene poterunt ſubditos confirmare tam tẽporaliter ꝙ̃ ſpiritualiter roborare: vt ad eos dirigatur illud quod fuit dictum Petro Luce. xxij. et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Et illud. ij. Paralipome. xxviij. Confirma verbum ⁊ viriliter age ⁊c. Hec de cõfirmatione ſufficiant ⁊c. Uide infra de firmitate ⁊ de ſtabilitate.

a

# Confiteri.

Nota ꝙ cõfiteri idem eſt ꝙ complete fateri. i. recognoſcere ⁊ integre reuelare. Et accipitur cõfeſſio

Quandoq̃ pro gratiarum actione.
Quandoq̃ pro cuiuſcunq̃ vericatis recognitione.
Quandoq̃ pro ſacramenta purificatiõe.

¶ Signat ergo confeſſio laudis glorificationem. Et ſic dicitur in ps. Confitebor tibi in vaſis pſal. pſal. tibi in cytha. deus iſrael. Item ſignat cuiuſcunq̃ veritatis recognitionem: vnde Hebre. iiij. Teneamꝰ ſpei noſtre confeſſionem. ¶ Item ſignat peccatorum ſacramẽtalem reuelationem. vnde Prouerbio. xxiiij. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur in terra. Qui autẽ confeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericordiam conſequetur. Sicut ergo videmus ꝙ apoſtema aperitur vt corruptis humoribus defluentibus ſanitas recuperetur. Sic vere corda noſtra debemus aperire ⁊ reuelare et corruptionẽ peccatorum emittere per cõfeſſionem: vt ſanitas ſpiritualis recuperetur per gratie ⁊ venie reſtitutionem. Ideo dicebat ipſe ps. Dixi confitebor ad-
b uerſuz me iniuſticiam meam domino. ¶ Ubi aduerte: ꝙ in confeſſione debent eſſe iſta quinq̃: ſcilicet Sagacitas deliberatiua. Dixi inquit et propoſui et deliberaui. Integritas accumulatiua. Confitebor: id eſt complete fatebor. Ueracitas cõtrariatiua. Aduerſuz me: ſcilicet meipſuz accuſando Uirilitas ſordis expulſiua. Iniuſticiã meam: que ſcilicet debet expelli. Deitas pacificatiua. Domino inquit. Cuius. ſ. maieſtas debet pacificari. ¶ Confiteamur ergo chariſſimi ſagaciter deliberando. Dixi inquit: id eſt deliberaui. Sicut enim dicit Pli. Apes valde diligunt mundiciam. Et ideo feces ſuas in vno loco aggregant et reponũt: ⁊ tandem ipſas eijciunt ⁊ expellunt. Sic vere chariſſimi nos primo debemus per longam deliberationẽ ſordes defectuum noſtrorum in vno loco conſcientie noſtre: ſcilicet in memoria aggregare: ⁊ tandem ipſas per confeſſionem eijcere: ⁊ a nobis penitus abdicare. Mundiciam eñ debemus diligere. Et ideo cũ precedenti deliberatione debemus a nobis vitia abdicare. Iuxta illud Eſa. j. Lauamini mundi eſtote: auferte mala cogitationum veſtrarum. Iſta autem deliberatio oſtenditur cũ dicitur. Dixi id eſt deliberaui et decreui. Uñ ps. Ego dixi in exceſſu meo oĩs homo mendax. ⁊ Eſaie. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierũ meoruz vadaz ad portas inferi. Deliberatio eñ in omni actu neceſſaria eſt. Quia ſm̃ ꝙ dixit Seneca. Lõga belli ꝑparatio: celerem facit victoriã. Et ſocrates dixit. Diu delibera. cito facito. Diu ergo in cõſcientia tua diſcute ⁊ poſt cito tua crimina cõfitetor. vñ ps. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Confiteamur ergo ſagaciter deliberando. Dixi inquit. Danielis. x. Oraui dñz ⁊ confeſſus ſum et dixi. ¶ Secundo confiteamur in- c
tegriter nos reuelando quod oſtenditur cum dicitur Confitebor. id eſt complete fatebor. Nihil eniz debet retineri: ſed totum integraliter reuelari. Unde ps. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo. Infirmitas eñ non ſanatur niſi cauſe totales ⁊ principales eiuſdem totaliter excludantur. Regnum etiam non efficitur pacificum niſi omnes hoſtes regni integraliter expellantur. Domus etiam non efficitur munda: niſi integre a cunctis ſordibus emundetur. Sic ꝓcerto cõſcientia noſtra non efficitur munda. pacifica. ſeu ſana. niſi a cunctis vitijs expietur. Peccata eniz ſunt recte.

Sicut ſordes inficientes.
Sicut hoſtes inquietantes.
Sicut ſerpentes inuenenantes.

Et ideo propter periculũ iſta debent integre expelli: cum ſcilicet vnum ſolum peccatum mortale penam eternaz inducat. Confitebor ergo ps. Spera in deo: quoniam adhuc confitebor illi. Debemus ergo confiteri integraliter non reuelando. ¶ Tertio dico. ꝙ confiteri d
debemus actualiter nos accuſando: qđ oſtenditur cũ dicitur. Aduerſum me. Homo eñ in confeſſione.

Non debet allegare pro ſe: ſed contra ſe.
Non debet ſe excuſare: ſed accuſare.
Non debet ſe iuſtificare: ſed condemnare: q: ſicut dr Prouer. xviij. Iuſtꝰ prior accuſator ſui eſt.

Caſtor eñ timẽs periculum incurrere propter virilia: ſolet aduerſus ſeipſum inſurgere: ⁊ ipſa ꝓprijs dentibꝰ detruncare. Lupus etiam pedem ſuum qui dum de nocte ad ꝓdam vadit facit ſtrepitum ſolet mordere. eo ꝙ periculum ſibi per ipſum potuit imminere: ſicut ponit Pli. Sic procerto cariſſimi: quia pudibunda mentis nr̃e ſcilicet vitia ⁊ peccata poſſunt eterne mortis periculi cauſa eſſe: ideo aduerſus nos debemus in confeſſione conſurgere: ⁊ nosipſos apud deũ ⁊ ſacerdotez accuſare: ⁊ ipſa cum dentibus. i. in confeſſione ſermonibus a nobis abſcindere ⁊ truncare. Aduerſuz me ergo: vñ. Hiere. xij. Aduerſum peccatum repugnantes. Unde Joſue. vij. Confitere mihi ⁊ indica quid feceris. Confiteamur ergo nos actualiter accuſando. ¶ Quarto e
dico: ꝙ confiteri debemus culpas verbaliter recitando. Iniuſticiã inq̃t meã. Iniuſtitias. n. ⁊ pctã nr̃a debemꝰ exprimere nõ ṽtutes: ſicut faciũt q̃dã fatui q̃ magis in ꝯfeſſiõe faciũt mentionẽ de ſuis ṽtutibꝰ: ꝙ̃ de ſuis criminibus. Dicũt eñ bona que fecerunt: nõ crimina que cõmiſerunt. Et iſti ſunt fatui: quia confeſſio fuit inſtituta ꝓ dicendis malis ⁊ non bonis. Medicine enim fiunt ad euacuandum malos humores: ⁊ nõ bonos: q: ſi medicina humores expelleret bonos ⁊ malos in corpore dimitteret: ꝓculdubio nõ ſanitatem ſed mortem inferret. Sic vere cariſſimi medicina confeſſionis ad hoc inſtituta fuit. vt corrupti humores peccatorum per eam expellantur: non vt boni humores ſcilicet gratie et virtutes per ipſam alijs propalentur: quia vere ſi in confeſſione bona et non mala dicantur: mors ſpiritalis et non ſanitas ſubſequetur Dicamus ergo iniuſticias noſtras id eſt peccata: vnde ps. Propter iniuſticias ſuas humiliati ſunt. Nee. ix. Cõfitebant peccata ſua ⁊ patrũ ſuoꝝ. Cõfiteamur ergo culpas verbaliter recitando. ¶ Quinto debemꝰ f
confiteri verba ſagaciter ordinando quia. ſ. domino

debemus confiteri: vel eius vicario: pro eius offenſa pacificanda. Ille enim cui eſt facta iniuria debet recognoſci ⁊ ſibi debet fieri emenda. Solſequium etiã ſoli aperitur ⁊ non lune. Conchilia etiã rori ſe aperiunt ⁊ non calori. Sic ve cariſſimi dño cui forefecim⁹ debemus defectus noſtros recognoſcere: ⁊ nos ei ⁊ eius vicario p cõfeſſionẽ apire. Dño inquit: ps. Confitebor tibi dñe quo. ira. es mihi. Iſtud tamẽ eſt ꝯtra illos q̃ non cõfitent dño: ſed mundo: ſicut ſunt illi q̃ de ſuis criminib⁹ gloriant: ⁊ qui ipſa iactando oibus cõfitẽtur. Qđ vtiq̃ eſt ꝯtra naturã. Cattus enĩ ſtercora ſua ne feteant abſcondit: naturaliter etiã pudibunda aīalium ⁊ cauda ⁊ quibuſdã tuniculis operiunt. In tantum etiam diligit natura verecundiam: ꝙ ſm Pli. et ſolinũ. Si mulier ſubmerſa fuerit: inuenit facie verſa ad aquam ad verecundiam ſui ſexus occultandaz Cuius vt dicit cõtrariũ eſt de viro. Iſti aũt oi verecundia poſtpoſita: peiores aīalib⁹. Verecunda delicta ſua cunctis impudenter reuelant: ⁊ qđ peius eſt de eis gloriant. Eſa. iij. Peccata ſua ſicut ſodoma pdicauerũt nec abſconderunt. Non ſic ergo: ſed fiat confeſſio.
Cum debita ordinatione: q: dño non alij.
Cum culpaꝝ enarratione: q: iuſticiam non virtutez.
Cum nimia accuſatione: q: aduerſum me: non p me
Cũ integra recognitione: q: confiteri .i. cõplete fateri
Cum prudenti meditatione: q: dixi .i. deliberaui ⁊c.
In tabula inuenies titulos infinitos: in quibus facio mẽtionem de confeſſione. Vide ibi.

A **Conflare.** Nota ꝙ conflare lraliter ſumitur p ſimul flare: congregare inuicez: vel miſcere: ⁊ maxime p mixtõe pecunie vel metalli: q̃ in igne ſolet fieri reſoluendo: ita ꝙ flatus eſt neceſſarius ad ignem conflatiuũ accẽdendum ⁊c. Unde Ezechie. xxij. Conflabo vos ⁊ ꝯgregabo ⁊ ſuccendã ignez ⁊ conflabimini in medio fornacis ⁊c. Igitur dicam ꝙ per conflaturam intelligitur.
Dei iuſticia que penas accendit.
Ficta fallacia: que vanos extendit.
Vera prudentia: que purum oſtendit.
Prima cõflatura ſolet grauare qñ. ſ. deus conflat: cõburit ⁊ punit malos: qđ potiſſime fiet in iudicio. In igne enĩ tribulationis ⁊ in rigore diuine iuſticie boni purgant. Job. xxviij. Auro locus eſt in quo cõflatur. Ibidẽ etiã mali ꝯſumunt ⁊ examinãt. Hiere. vij. ⁊ hiere. xlij. Cõflabitur indignatio mea ſup vos cũ ingreſſi fueritis egyptum. Secunda cõflatura ſolet palliare: ⁊ iſta eſt ꝯflatura hypocriſis: que aliud oñdit ꝙ ſit res. Conflando enĩ fiunt ydola: ymagines ⁊ figure: q̃ vane eſſe dicunt: q: pretendũt aliud ꝙ exiſtant. Videt enĩ eſſe aurum qđ tñ eſt cuprum ⁊c. Sic hypocrite vident boni cũ realiter ſunt mali. Unde Deut. xxvij. et Exo. xxxiiij. Maledictus hõ qui facit ſculptile ⁊ ꝯflatile. Scuptile dr ymago de ligno vel đ lapide q̃ fit ſculpendo. Conflatile vero dr de cupro: vel metallo q̃ fit cõflando. Tertia conflatura ſolet pbare. ſ. cõflatura prudentie: que. ſ. dicta ⁊ opa pbat Eccli. xxviij. Aurũ tuũ ⁊ argentum tuũ ꝯfla. ⁊ verbis tuis facito ſtaterã ⁊ ori tuo facito oſtia. Et ſi vis nota: ꝙ ꝯflatilia .i. vani homines ⁊ hypocrite: vel ipſa vana ⁊ inutilia mũdi bona: q̃ flatu fortune variant ⁊ formant nullaq̃ ſoliditate ſtabiliunt. Carent valore. Scatent horrore. Nec pollent honore. Qđ valore careãt: pꝫ Eſa. xliiij. vbi dr. Qđ conflatile ad nihil aliud eſt vtile. Itez ꝙ fetore ſeu horrore ſcateant: pꝫ Eſa. xxx. vbi dr Contaminabis veſtimentum cõflatilis auri tui. q. d. Iſta ſunt contaminata ⁊ imunda. Itẽ ꝙ honorem non habeãt pꝫ Naũ. j. vbi dr ſic. Cõflatile ponã ſepulcrũ tuũ: q: honorat⁹ es. Et iõ dr Leui. xix. Nolite ꝯuerti ad ydola nec deos ꝯflatiles faciet vobis. q. d. Tales nõ ſunt digni ꝙ dij .i. honorabiles iudicent: nec ꝙ ab hoib⁹ colant aut adorent. Quamuis pcerto multi ſunt hodie fatui: qui tales pp̃ter hypocryſim honorãt ⁊ eos q̃ſi p dijs adorãt. Cõtra quos Eſa. xlij. Cõfundãt ꝯfuſio ne q̃ ꝯfidũt in ſculptili: q̃ dicũt ꝯflatili vos dij nri.

**Confortare.** Nota ꝙ confortare qñq̃ ſumitur pro fortificare: vel pro ſtabilire: ſicut. Eſa. xlj. de ydolo ⁊ de fabro ſeu factore eius dr. Confortauit eum clauis vt non moueat. Et illud Act. ix. Cum accepiſſet cibum confortatus eſt .i. corroboratus ⁊ fortificatus. Qñq̃ vero vt cõiter accipitur p conſolari: ps. Confortetur cor tuum ⁊ ſuſtine dñm. Et illud Lu. xxij. Apparuit ei angelus de celo cõfortans eum. Dicamus: igit ꝙ in ſcriptura inuenitur multiplex confortatio: cõſolatio ſeu corroboratio: q̃ ſcilicet. Confortat. A
Mundus inaniter ſuos ſtabiles.
Diabolus fallaciter ſtultos alliciens.
Juſtus benigniter ſuis pficiens.
Criſtus fertiliter ſuos reficiens
Mundi confortatio deficit ⁊ non durat: ſicut ad lraz patet de mundi pſperis: ⁊ de illis q̃ in eis confortant qui ceſſant ⁊ pereunt in inſtãti. Job. xxj. Quare inquit impij viuũt ſubleuati ſunt confortatiq̃ diuitijs. Sequit. Ducunt in bonis dies ſuos: ⁊ in pũcto ad infernum deſcendunt. Confortatio diaboli inficit ⁊ indurat. Conſtat enĩ ꝙ per confortationez diabolicã quã facit interius per fatuam ſpei immiſſionẽ: vel exterius per adulatoꝝ ⁊ hereticoꝝ deceptionem ⁊ allocutionẽ mens auditoꝝ inficitur: ⁊ in vitijs etiã indurat. Unde de adulatorib⁹ loquitur dñs Ezech. xiij. dicens. Ve q̃ conſuunt puluillos ſub omni cubitu: ⁊ faciũt ceruicalia ſub capitibus vniuerſe etatis ad capiẽdas animas. Sequitur. Confortaſti manus impij. vt non cõuerteretur a via ſua mala ⁊ viueret. Iñ vbi debet ⁊ exponere cõtra adulatores: ⁊ falſos pdicatores ⁊c. B ¶ Cõfortatio viri iuſti proficit ⁊ ſecurat. Juſtus enim ſiue ſit prelatus ſiue priuatus: ſic ſolet alios ⁊ maxime deſolatos ⁊ pauperes conſolare ⁊ confortare. Unde Job dictum fuit Job. iiij. Ecce docuiſti plurimos ⁊ vacillantes confirmauerunt manus tue ⁊ genua trementia confortaſti. Juſtus enim eſt ſicut angelus bonus: de quo dicunt doctores: ꝙ dato ꝙ in principio apparitionis ſtupefaciat ⁊ contriſtet: in fine tamen letificat ⁊ confortat. Sic iuſtus ⁊ maxime prelati ⁊ predicatores: dato ꝙ in principio contriſtet: per correctionem ⁊ reprehenſionem: in fine tamen debet cõfortare per dulcem conſolationem. Figura Danielis. x. vbi dicit. Tetigit me quaſi viſio hominis ⁊ confortauit me. Tetigit me inquit. ecce correctio. Viſio hominis: ecce boni exempli datio. Et confortauit me: ecce finalis conſolatio. C ¶ Confortatio dei reficit ⁊ procurat. Deus enim confortat ⁊ corroborat mentes noſtras: per gratiam in preſenti: ⁊ per gloriam in futuro. Margarita enim ſumme confortat ⁊ valde proficit contra cordis tremorem ⁊ contra cordiacam paſſionẽ. Sic lapis precioſus chriſtus per gratiam cordibus humanis applicat⁹: ipſos ſumme ꝯfortat ⁊ tremorem deſperationis: timoris ⁊ turbatiõis tollit ⁊ ſanat. ij. ad Thimotheũ. ij. Confortare i gratia que eſt in criſto: quod potiſſime fiet in gloria: quãdo anima confortabitur preſentialiter ab ipſo deo. j. Reg. xxx. Confortatus eſt dauid in domino deo ſuo. His igitur premiſſis poſſum notare: ꝙ dei confortatio dat.
Fortitudinem militantibus.
Certitudinem cõtemplantib⁹.
Celſitudinem imperantib⁹.
Quietudinem laborantib⁹.
Quod dei militantibus fortitudinem: patet. Nam nec martyres contra tyrannos: nec confeſſores contra vitia: nec virgines contra carnem: nec religioſi contra mundum: nec quilibet iuſti contra dyabolum preualuiſſent: niſi a domino confortati et adiuti fuiſſent. Joſue. j. Confortare et eſto robuſtus valde. Et. j. Regum iiij. Confortamini et bellate. Col. j. In omni virtute confortati ſunt: quaſi dicat ꝙ aliquis ſine tali confortatiõe nõ hꝫ robur fortitudinis aut virtutis. Ideo q̃libet talis poterat dicere illđ Phil. iiij. oia poſſum in eo qui

Ayuntamiento de Madrid

eo qui me confortat. Item ꝙ talis confortatio dat cõtemplantibꝰ ſeu ſapientibus certitudinẽ. Patet Lu. ij. vbi dicit. Quod puer creſcebat ⁊ confortabatur plenꝰ ſapia: ⁊ gr̃a dei erat in illo. Item ꝙ dat imperantibus ſeu triumphantibus celſitudinem .ſ. glorie ⁊ honoris potiſſime in patria: ptȝ. ij. Paral. j. Cõfortatus eſt ſalamon filius dauid in regno. Et in p̃s. dr̃ Nimis honorati ſunt amici tui deus ni. confor. ẽ p̃n. coꝝ. Iteȝ ꝙ det laborantibus quietudineȝ: ptȝ Geñ. xlviij. vbi de Jacob ſenio fatigato dr̃. Mõ veniente ad ſe Joſeph. cõfortatus ſedit in lectulo: qr .ſ. qñ ioſeph .i. xp̃s per gratiam ſeu per gloriã accedit: tunc cõfortati q̄ſcimus. et in lectulo eterne requie ſedemus. Talis igitur confortatio eſt habenda: ⁊ totis viribꝰ appetenda. Joſue r. Confortamini ⁊ eſtote robuſti ⁊c. Uide de conſolari: ⁊ de adiuuare.

A **Confringere.** Uide in lr̃a .f. Et ſi vis notare hic ꝙ in ſcriptura inuenit multiplex ꝯfringere. vicȝ. Confringere quod eſt.

| | |
|---|---|
| Prudentie. | Dicam igitur ꝙ eſt q̄dam cõfra |
| Stulticie. | ctio prudentie: mali repſſiua. Et |
| Juſticie. | iſta eſt illa qua q̄s ſcit motus in |
| Seuicie. | ordinatos in ſe ⁊ alijs cõfringere |
| Spurcicie. | ⁊ canere. Et ſic dr̃. puer. xxv. Lin |
| Triſticie. | gua mollis confringet duriciam |

Et. j. Reg. xxiiij. Confregit dauid viros ſermonibus: qui .ſ. ſaulem occidere geſtiebãt. Item dico ꝙ eſt confractio ſtulticie: boni deſtructiua. Et hec eſt illa q̄ q̄s cõfringit ⁊ diſſipat ſana conſilia ⁊ mandata: ⁊ ſic dicitur cuilibet fatuo ⁊ ꝓteruo. Hiere. ij. A ſeculo confregiſti iugũ meũ: rupiſti vincula mea ⁊ dixiſti non ſeruiam. Item dico ꝙ eſt ꝯfractio iuſticie: mali punitiua. Et iſta eſt q̄ bonus p̃latus vel deus puniendo ⁊ arguendo: ⁊ etiaȝ tribulando ad finem ꝙ emendentur cõfringit homines ceruicoſos: p̃s. Cornua peccatorum confringam. Leui. xv. vas fictile qd̃ tetigerit .ſ. immũdicia confringetur. Cornua inquit .i. ꝓteruitatẽ ⁊ ſuperbiã: qr .ſ. ꝯfringenda ⁊ deſtruenda ſunt vitia nõ natura. Sicut de illo bono rege habetur. iij. Reg. xv. ꝙ ipſe cõfregit ſimulacrum turpiſſimũ .ſ. priapi ⁊ cõbuſſit in torrente cedron.

B ¶ Item dico: ꝙ eſt cõfractio: ſeuicie: bonis nociua. Et iſta eſt illa quibꝰ tyranni ꝯfringunt ⁊ dilacerãt pauperes ⁊ debiles: vel in corpore vel i bonis. Et ideo tyrãnis loquitur ſcriptura Amos. iiij. Audite verbum domini vacce pingues q̄ eſtis in mõte ſamarie: qui calũmniam facitis egenis ⁊ confringitis pauperes: ⁊ tamẽ dñs precepit cõtrariũ .ſ. nõ ꝙ homines frangant ⁊ tribulent: ſed potius ꝙ fracti ⁊ miſeri conſolentur. Eſa. lviij. Dimitte eos q̄ confracti ſunt liberos ⁊ oẽ onus dirũpe: frange eſurienti panem tuũ ⁊c. Ideo pius tribulatoꝝ conſolator debet dicere illud. Eze. xxxiiij. Quod perierat requiraȝ. ⁊ qd̃ abiectũ erat reducam: qd̃ confractum fuerat alligabo: qd̃ pingue ⁊ forte cuſtodiam: ⁊ qd̃ infirmũ fuerat conſolidabo: que etiã oĩa debet facere prelatus: q̃tum ad illos q̄ per vitia ſunt confracti. Item eſt cõfractio nequicie ſeu ſpurcicie: mẽtis infectiua Et iſta eſt illa: qua mẽs humana a dyabolo cõfringitur. ⁊ a ſoliditate gratie deſtruitur: quando diuerſis vitijs maculatur: de q̄ Baruch. vj. Uas hoĩs cõfractum inutile efficitur. ⁊ Eccli. xxj Cor fatui quaſi vas confractuȝ ⁊ omnem ſapientiam non tenebit. Unde aĩe peccatrici dr̃: Ezech. xxiij. Uiſitaſti ſcelꝰ adoleſcẽtie tue qñ ſubacta ſunt in egypto vbera tua: confracte ſunt mãme pubertatis tue. De demonibꝰ vero ⁊ alijs corruptoribus. dr̃ Eze xxiij.

C Illi dormierũt cũ ea in adoleſcẽtia eiꝰ ⁊ ipſi ꝯfregerũt mammas pubertatis illius .ſ. aĩe peccatricis. ¶ Iteȝ eſt confractio triſticie: pene inflictiua. Et iſta eſt illa qua deus malos punit ⁊ frangit per p̃ntẽȝ tribulationẽ ⁊ per futurã dãnationẽ. Et iſto modo vt cõiter ſumitur ꝯfractio in ſcriptura. vñ in p̃s. Deus cõfirmet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli per ambulantium in delictis ſuis. Deus eniȝ per ſuos executores: ſcȝ demones ⁊ tyrãnos: qui .ſ. ſunt executores diuine iuſticie ſolet tales confringere: ⁊ confringendos ipſis ſuis executoribꝰ cõmittere atq̧ dare. Aquila eñ volens tortucã raptã in mari comedere: ſolet eã vt frangatur ab alto demittere: vt ſic capendo ꝯfractam poſſit facilius deuorare: vnde dicit Plini. lib. x. ca. iij. ꝙ duȝ Heſchilus poeta caluus diſcoopto capite iuxta mare ſpaciaretur: aquila que raptã tortucã duriſſima teſta obductã alte leuaret. credens albũ caput poete fore lapidem: tortucam deſuper vt frangeretur cadere ꝑmiſit: que cadens ph̃m occidit. Sic vere aquila deus vel per ſe vel per demones ſolet tortucas cum dura teſta: id eſt malos ⁊ obſtinatos: vel etiã malos diuites ⁊ teſta diuitiarũ munitos: qui nunc non timent aliqueȝ ictum de alto ſtatu: vbi nunc ſunt dimittere labi: vt ꝑ per mortẽ eternam ⁊ temporalẽ: vt per infortunia confracti poſſint ab alijs .i. ab amicis remanentibus quãtum ad ſubſtantiã: per vermes quãtum ad carnẽ: per demones quantũ ad animã deuorari Job. xxxviij. Auferetur ab impijs lux ſua: ⁊ brachiũ excelſum cõfringetur. figurati in mari: de quo dicit dñs ibidem Job. xxxviij. Circũdedi illud terminis meis: ⁊ poſui vectem ⁊ oſtia ⁊ dixi. huc uſq̧ venies ⁊ non procedes amplius ⁊ hic confringes tumẽtes fluctus tuos. Iſti eñ ſunt mare fluctuoſum per ſuperbiã: quibꝰ ſtatutus eſt terminus quẽ preterire non poterũt .ſ. tempus vite vſq̧ quo cũ peruenerint: neceſſe habent per mortẽ cõfringi: ⁊ tumor ⁊ fluctus ſue ſuperbie tenuari. Quod etiã figuratum eſt in nauibus ioſaphat regis iuda: que in mari parate erant ad nauigandũ vt irẽt in offir ꝓ auro apportando: ſicut dr̃. iij. Regũ. xxij. ⁊ in aſiongaber ſunt confracte. ſic iſti qui more nauium inſtabiles vẽto vanitatis ducuntur: dũ ad aurum acquirenduȝ inhiant: ⁊ ad hoc per mare mundi ſollicite currũt ⁊ nauigant in aſiongaber: qd̃ interpretatur faciens merẽtes colles ſublimes .i. in morte qui ſuperbis ⁊ ſublimibus dat merorẽ: ſubito confringuntur: ⁊ in profundum baratri ſubmerguntur. Unde dñs de talibus dicit in p̃s. Confringã eos nec poterunt ſtare: cadent ſubtus

pedes meos. ¶ Notabo igitur ꝙ multa genera hominum tam temporaliter q̃ eternaliter confringuntur. D
videlicet

| | |
|---|---|
| Malicie ſqualore liuidi | |
| Luxurie fetore putridi. | |
| Superbie fulgore tumidi. | ¶ Dico igitur primo ꝙ |
| Seuicie cruore rapidi. | cõfringentur a deo viri malicioſi qui figu |
| Potentie vigore rigidi. | ri malicioſi qui figu |
| Excellentie honore fulgidi. | rãtur in ſerpente qui |
| Ignorantie errore ſtolidi. | erat calidior ceteriſ ter |
| Auaricie ardore feruidi. | re animantibꝰ: ſicut |

dicit Geñ. iij. vñ de rege Ezechia dr̃ iiij. Regũ. xviij. ꝙ ipſe confregit ſerpenteȝ eneum cui populus ſacrificabat. Sicut deꝰ cõfringet tales qui nunc a populis honorantur. Item confringentur viri luxurioſi. vnde de Aſa rege iuda .i. de xp̃o dicitur illud premiſſum. iij. Regũ. xv. ꝙ ipſe confregit idolum turpiſſimum .ſ. idolũ Priapi quod pingebatur cum maximo membro virili. Item confringentur ſuperbi atq̧ pompoſi figurati in altis cedris libani. De quibꝰ dicitur in p̃s. Uox domini confringentis cedros: ⁊ confringet dominꝰ cedros libani. Item cõfringentur crudeles ⁊ furioſi p̃s. Molas leonum confringet dominus. Item potẽtes ⁊ rigoroſi p̃s. Ibi cõfregit potentias arcũ: ſcutum: gladium ⁊ bellum. Itẽ excellentes ⁊ glorioſi p̃s. Cõfregit in die ire ſue reges. Item ignorãtes ⁊ obliuioſi. de quibus Deu. vij Cõfrĩgite ſtatuas: lucoſq̧ ſuccidite. ſtatua ⁊ lucus vmbroſus ſine luce ignorantes deſignãt. Item auari ſeu ardentes ⁊ ambitioſi figurati in dracone qui ſpirat ignem p̃s. Tu cõfregiſti capita draconis dediſti eum eſcã populis ethyopũ. Tales igitur a deo confringentur et in eterno precipitio deſtruentur p̃s. Reges eos in virga ferrea: ⁊ tanq̃ vas figuli confringes eos. Sufficit.

Ayuntamiento de Madrid

## Confugere. ꝰbi fugere.

## Confundere. Confuſio.

Nota ꝙ cōfuſio vocaliter idem eſt quod mixtio: ⁊ maxime ſicut videmus ꝙ metalla liquefacta ſimul mixta: ita cōfunduntur ⁊ vniunt̄ ꝙ vnū ab alio non cognoſcit̄. Unde confuſio: id eſt indiſtincta permixtio. Moraliter tñ confuſio accipitur dupliciter in ſcriptura. Accipitur eñ qñqꝫ pro deſtructionis horrore. Qñqꝫ pro verecūdie pudore. ¶ Primo modo dr. Job. xl. Reſpice oēs ſuperbos ⁊ confunde eos. De ſcđo aūt mō dr. j. Eſdre. ix. Confundor leuare faciē meā. ⁊ in ps. Confuſio faciei mee cooperuit me. De bona aūt confuſione qua quis confundit̄ deliqſſe; ⁊ de mala qua qs erubeſcit ꝯfiteri ⁊ dicere mala ſua: pōt dici illud Eccli. iiij. Eſt cōfuſio adducens ignorantiam. Et eſt ꝯfuſio adducens glᷓꝫ ⁊ gratiaꝫ: de q̄ etiā dr Hiere. vj. Confuſione non ſunt confuſi erubeſcere neſcierūt. ſ. ꝓterui ⁊ obſtinati. Qr igitur vtroqꝫ mō pro maiori parte confuſio ſignat in

B malo: poſſumus diſtinguere ꝙ eſt confuſio valde.

Uitioſa.
Tedioſa
Doloroſa

¶ Prima ē deceptoria: ⁊ iſta ꝯfuſio illoꝝ eſt q̄ confundunt̄ cōfiteri pctā ſua: vel ſuas miſerias ⁊ neceſſitates alijs explicare. Eccli. iiij. Non confundaris dicere verum. ¶ Secunda eſt ꝯfuſio deriſoria: ⁊ iſta eſt confuſio qua deus confundit in hoc ſeculo peccatores: q. ſ. cōfundūt̄ i. derident̄ qñ ſuis malis deſiderijs defraudant̄. vñ in ps. Cōfuſi ſunt qm̄ de⁹ ſpreuit eos. ¶ Tertia eſt confuſio dānatoria: ⁊ iſta eſt illa q̄ peccatores ī inferno deſtruunt̄: ꝯfundunt̄: erubeſcunt: ⁊ deridētur

C vñ Abdias. Operiet te ꝯfuſio ⁊ peribis. ¶ Dicaꝫ igit̄ ꝙ mali confuſiōe. verecūdia; ignominia: ⁊ opprobrio digni ſunt: inquātuꝫ ſine ꝯfuſione ⁊ verecundia ī pñti deliquunt. Nā ſicut hō valde confunditur qñ.

Deponitur a ſtatu ꝑeminenti.
Exuitur a veſte contegenti.
Deluditur a turba circūſtanti.
Rephendit̄ de v̄bo nō decenti.
Item quando
Dephendit̄ in culpa pſenti.
Recluditur in antro fetenti.
Coniungit̄ genti nō ingenti.
Superat̄ ſeu vincit̄ ab hoſte non valenti.
Cōpellit̄ fore par egenti.
Suſpendit̄ in cruce patenti.
Aſſiſtit̄ iudici potenti.

Sic vere dico: ꝙ mali finaliter ꝯfundi poterūt ⁊ debebūt ſcꝫ i inferno ⁊ poſt mortē: qr perdent ſtatū ⁊ gliaꝫ. Eccl. iiij. Nō ē tibi gloria: ſꝫ cōfuſio. Iteꝫ qr ꝑdēt rex ſubſtātiā q. ſ. nō ſunt induti: vl' etiā qr perdēt excuſationum malitiā q. ſ. ipſos modo coopit ſicut veſtis: vnde anime dānate dicitur Ezech. xvj. Uidi te cōculcatā in ſanguine tuo. Sequitur. Et eras nuda ⁊ confuſione plena: qr ꝑdent honeſte ſocietatis decentiam. Maxime eñ confundit̄ hō qui conſueuit ſedere cum principibus. quando neceſſe habet eē cū gartionibus: ſicut iſti in inferno cū dānatis vilibus ⁊ demonibus. Eſa xxx. Omnes confuſi ſunt ſuper populo qui eis prodeſſe non potuit. Itē qr incurrent indigne deriſionis moleſtiā. Dañ. iiij. facti ſumus confuſio ⁊ obprobrium. Item quia arguent̄ propter mendacis locutionis falaciā. Prouer. x. Os autem ſtulti confuſioni proximum eſt. Item quia ꝓbabuntur habere criminis ⁊ nequitie pñtiaꝫ. Hiere. ij. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur; ſic confuſe ſunt domus iſrael. Item quia ſuperabuntur atqꝫ vincentur pro hoſtis inepti potentia. Magna eniꝫ confuſio eſt vinci a min⁹ potenti. Dyabolus autem ⁊ caro minus pñt qnaꝫ homo: quia nō vincunt niſi volentem. Ideo Hiere. xlviij. dicitur. Cōfuſus eſt moab quia conuictus eſt. Item quia impellentur ad ſummam egeſtatem ⁊ inopiaꝫ. Magna eñ confuſio eſt diuiti: quando per infortunia cōpellitur mendicare. Iſti autem bonis omnibus indigebunt. Eſa. lxv. Serui mei comedent ⁊ vos eſurietis. Sequitur. Serui mei letabunt̄ ⁊ vos confundemini. Item qr includent̄ in carceris ſpurcicia. Ezec. xxxij. Portabant confuſionem ſuam cū his q̄ deſcendunt in lacū. Item qr ſiſtentur ad ſummi iudicis pñtiaꝫ. Magna eñ cōfuſio eſt pñtari coram iudice punituro. Sic coram xpo iudicaturo. Uñ de peccatore tali iudici pñtato dicit̄. Hiere. xlviij. Deiecit ceruicem moab ⁊ confuſus eſt. Item qr ſuſpendent̄ ad infernalis patibuli duriciam. vñ de finali ꝯfuſione aīe dānate. dicit̄ Hiere. l. Capta eſt babylon cōfuſus eſt bel victus eſt marodach: ꝯfuſa ſunt oīa ſcuptilia eoꝝ: ſuperata ſunt ydola eoꝝ: qm̄ aſcendet contra eam gens ab aquilōe que ponet terram eius ſolitudinē. Babylon interpretat̄ transferens ⁊ ſignat auaros q ad ſe transferunt quicquid poſſunt. Marodach interpretatur amare contritus: ⁊ ſignat inuidos qui ſemꝑ ſunt in amaritudine ⁊ dolore. Bel interpretatur vetuſtus: ⁊ ſignat obſtinatos qui in vitijs antiquantur. Scuptilia autem ſignāt hypocritas: qui fictione formantur ⁊ diuerſis morib⁹ figurant̄. Idola vero auro veſtita que a fatuis honorant̄ ſignant diuites ⁊ ſuperbos pre ceteris aureos ⁊ honoratos. Sed q ꝓcerto oēs iſti finaliter cōfundent̄: ⁊ ab aquilonari gente id eſt a demonib⁹ vaſtabuntur ⁊ ſuꝑabunt̄. ⁊ deſtruent̄ dicētes. Hieremie ix. Uaſtati ſumus ⁊ confuſi vehemēter. Et nota ſi vis ꝙ iſtam confuſionem incurrent viꝫ.

Superbi ⁊ ambicioſi.
Iminundi ⁊ luxurioſi.
Detractores ⁊ inuidioſi.
Mundi ſapientes ⁊ malicioſi.

De ſuꝑbis dr Hiere. vj. Cōfuſi ſunt: qr abhominatiōeꝫ fecerūt. Item in ps. Cōfundātur ſuꝑbi qr in ⁊c. De luxurioſis dr Amos. j. Contetam tenentē ſceptrū de domo voluptatis ⁊ luxurie. De detractoribus dr in ps. Confundant̄ ⁊ deficiāt detrahentes anime mee. De malicioſis vero ſapientib⁹ dr. Hiere. viij. Confuſi ſunt ſapientes: ꝑterriti ⁊ capti ſunt. ⁊ ſic patet de cōfundere. Uide infra de erubeſcere ⁊ de verecundia: ⁊ deſtructione ⁊c. A

## Congregare. Congregatio.

Nota ꝙ cōgregare eſt idem qđ inſimul aggregare: et ſignat plurimū diſtinctorum inſimul vnionem. Et ſignat congregatio rerum congregationem ⁊ coniunctionem animorum. Et ideo ſignat amiciciam: caritatem: vnitatem: comunitatem ⁊ ſocietatem. Poſſum⁹ ergo diſtinguere quadruplex genus congregationis. Eſt enim congregatio.

| | |
|---|---|
| Uirtuoſa. | Prima eſt perfectorum. |
| Uitioſa. | Secūda eſt cōitas peccatorum. |
| Gaudioſa. | Tertia eſt religio beatorum. |
| Doloroſa. | Quarta aūt ē collectio reproboꝝ. |

Primo ergo modo cōgregantur perfecti: qui ſcꝫ ſemper ſunt in ſociali cogregatione: amore ⁊ dilectione. j. ꝑali. xiij. Congregauit dauid vniuerſum iſrael. ¶ Secundo modo congregantur infecti. qui. ſ. congregāt ſe aſſociant ⁊ vniunt ad nocendum bonis. vñ. j. Reg. xxviij. Congregauerunt philiſtym agmina ſua. Mō maxime ꝑtinet ad conſpiratores ⁊ detractores: ⁊ malicioſos machinatores; qui congregationes faciūt cōtra bonos. Similes eñ ſunt eſſedonib⁹: qui ſm Sol. Congregabant amicos ad ꝑentū mortuoꝝ carnes et viſcera comedēda. Sic tales complices ſuos congregant ad alios detractorie vel rapaciter deuorandum ⁊ maxime ad ꝑentes ꝓprios. i. ꝓlatos ⁊ ſuꝑiores: nec non bñfactores mordendum ⁊ infeſtandū. Iudic. vj. ⁊. vij. Madian ⁊ Amalech. ⁊ orientales ppli cōgregati ſunt ſimul ſupple cōtra filios iſrael. ¶ Tertio mō congregantur beati qui. ſ. in beata ſocietate ⁊ btōꝝ angelorum collegio ſunt ſuperius cōgregati. Mat. xiij. Triticum congregate in horreum meuꝫ. ⁊ Mar. xiij. dī. Mō domin⁹ cōgregabit electos a quatuor plagis terre. ¶ Quarto aūt mō ꝯgregant̄ dānati q. ſ. in collegio inferni cū demonib⁹ ꝯgregant̄. vñ Eſa. xxiiij. Cōgregabūt̄ ꝯgregatiōe vni⁹ faſcis ī lacū: ⁊ claudēt̄ ibi in carcere. Et hiere. xij. Cōgrega impios q̄ſi gregē ad victimam

Ayuntamiento de Madrid

B ad victimam ⁊ ſanctifica eos in die occiſionis. ¶ De
morali ergo cõgregatiõe vnitate ⁊ ſocietate poſſumꝰ
dicere: ꝙ ſicut videmus: ꝙ in corpore diuerſa mẽbra
vniunt ⁊ inſimul ꝯgregant tantoꝗ naturali nexu iũ-
gunt: ꝙ vnũquodꝗ qd alteriꝰ ẽ: ſiue id fuerit ſuũ putat
bonum ſiue malũ ſuũ eſſe reputat. Sic cariſſimi i cor-
pore religiõis ſeu eccleſie: nos qui naturaliter ſumus
diuerſi. ſ. diuerſarum cõditionũ: regionũ ⁊ ꝯplexionũ
debemus fieri vnũ ⁊ inſimul cõiungi ⁊ congregari ꝑ
amiciciã ⁊ dilectionẽ: ⁊ hoc ita intrinſece ⁊ perfecte: ꝙ
bonum vel malũ alterius debet ſuũ quilibet reputare
Bonum dico ꝯgaudendo: ⁊ malũ cõpatiendo: qꝛ ſm
apſm. j. Cor. xij. Si quid patit vnũ mẽbrũ: cõpatiũt
oĩa mẽbra. Ro. xij. Multi vnum corpus ſumꝰ in xpo.
Sicut etiam videmus: ꝙ corpora nobiliora habitant
in congregatione: ſicut ptꝫ de ſtellis q̃ in firmamẽto
celi ſunt a domino locate. Sic vere ſi nos volumus eẽ
nobiles ſtelle ⁊ perfecti: in cõgregatione: ſocietate et
dilectione: debemus viuere ⁊ ſimul ꝑ vnitatẽ ⁊ amici
ciã habitare. vnde Geñ. j. Congregent aque q̃ ſub ce-
lo ſunt in locum vnũ. In quibꝰ verbis aduerte: ꝙ illi
C qui in congregatione volunt ⁊ habent viuere dñt eſſe

Cõiter conuiuentes. — Primuꝫ ꝓbat adunatio
Benigniter influentes. — congregent. Scđm vnda
Humiliter obedientes. — tio aque. Tertio ſubiuga
Sinceriter diligentes. — tio ſub celo. Et quartum

colligatio in locũ vnum. Conuiuamꝰ ergo in ſocieta-
te. Influamus cũ pietate. Obediamus cuꝫ humilita
te: ⁊ diligamus cũ vnitate. ¶ Primo ergo dico: ꝙ nos
debemus cõicare ꝑ ſocietatẽ: qd oſtendit cum dicitur
Congregent. Congregatio enĩ ſocietatem deſignat
Sicut enĩ videmus: ꝙ animalia mãſueta ad vſuꝫ hu
manum vtilia in ſocietate ⁊ congregatione viuũt: ita
ꝙ vt cõiter pacem hñt ſic ꝙ alter ab altero nec ledit
nec grauat. Sicut ptꝫ de ouibꝰ. de ceruis: de anſeribꝰ
⁊ columbis. Sic vere ſi nos pacifici fuerimus ⁊ quie-
ti in ſocietate ⁊ congregatione amoris ⁊ ſoliditatis: de
bemus viuere: ⁊ per amorem ⁊ ꝯcordiã inuicem habi-
tare: pacem inter nos debemꝰ habere. ⁊ alter alterum
non nocere.

Aialia enĩ vtiliora. — ſolent in congrega-
Animalia ſagaciora. — tione viuere ⁊ inter
Animalia potentiora — ſe pacifice alter ab

altero habitare. De animalibus ſagacibus exemplũ
habemus in formicis in quoꝝ prudentia humana ra
tio vix attingit: que in ꝯgregatione habitant ⁊ morãt
De vtilibus etiam aialibus exemplum habemus in
apibꝰ: quaꝝ vtilitas cetera animalia añcellit: q̃ tamẽ
in ꝯgregatione viuere ſunt cõſuete. De aialibus etiaꝫ
fortibꝰ ⁊ potentibꝰ: exemplũ poſſumus accipe in ele-
phantibus: quoꝝ quantitas ⁊ poteſtas ceteris aiali-
bus añfertur: q̃ tñ in ſocietate habitãt ⁊ verſant. Sic
ꝓcerto cariſſimi ſi nos volumꝰ eſſe formice ꝑ ſagaci-
tatẽ: apes ꝑ vtilitatẽ: elephãtes ꝑ nobilitatẽ ⁊ ſtrenui
tatem: nos ꝓ certo debemus in congregatiõe viuere:
ꝑ vite comitatem: per ſocialem caritatẽ. vñ. ij. Reg. ij.
Congregati ſunt filij beniamin ad abner: ⁊ cõglobati
ſunt in vnum cuneũ. Iſtaꝫ tñ regulã non ſequũt ho-
die multi: qꝛ ꝓcerto ⁊ in ſeculo ⁊ in clauſtro ſunt ho-
die multi: q̃ in ſocietate ⁊ cõgregatiõe viuere dedignã
tur: ⁊ q̃ per morũ ſingularitatẽ ab alijs diuidũt: ſicut
patet de crudelibus ⁊ ſuꝑbis: qui ſocietatem ⁊ cõitatẽ
aliorum refugiunt ⁊ contemnunt: ſimiles leonibus
ſeu lupis qui gregatim non ambulant: ſed ſolitudinẽ
diligunt ⁊ frequentant. Iſtud videmus in regione et
collegijs ceteris vniuerſis: qꝛ procerto vt cõiter ſunt
ſemꝑ ibi aliqui partiales ⁊ ab alijs ſingulares. q̃ bo-
num comune nõ diligũt: ſed ad bonũ ꝑticulare plus
intendunt. Non ſic cariſſimi non: ſed viuamus in ſo-
cietate ⁊ i ꝯgregatiua comitate. Cõgregemur ergo vt
milites ſimul preliantes: vt diuites ſimul feſtiuantes
vt ſcholares ſimul addiſcẽtes: vt paupes ſimul mẽdi
cantes: debemꝰ ergo ꝯgregari vt milites ad ſimul pre
liandum. Mac. iiij. Cõgregati ſunt vt pugnarẽt. Item
cõgregemur vt diuites ad feſtiuandũ. vñ. ij. Eſdre. ix.
Cõgregati ſunt vniuerſi in hieruſalẽ celebrare leticiã
Item congregemur vt ſcolares ad diſcendũ. j. Mach.
iij. Congregatus eſt cõuẽtus vt eſſent parati. Itẽ con
gregemur vt pauperes ad mẽdicandũ. vñ Judi. xj. Cõ
gregati ſunt ad eũ viri inopes: qꝛ ꝓ certo chariſſimi:
ſicut videmꝰ ꝙ milites congregant circa ducẽ. Scola
res circa doctorẽ. Pauperes circa diuiteꝫ. Sic nos de
bemꝰ inuicẽ cõgregari per amiciciã ⁊ amorẽ erga om
nium creatorẽ vñ in ps. Cõgregate illi ſanctos eius:
qui ordi. teſta. eius. Dico ergo ꝙ nos debemus cõica-
re per ſocietatẽ. ¶ Secũdo dico ꝙ nos debemus rorifi D
care ꝑ benignitatẽ: qd oſtẽdit cũ dr aque. Sicut enĩ vi
demꝰ ꝙ aqua tẽperat feruida: virorat arida: fecũdat
ſterilia: implet vacua ⁊ inania. Sic vere viri pij ⁊ miſe
ricordes pauperũ tribulatorũ mitigant claritatẽ: irri
gant ariditatẽ: fecundãt ſterilitatẽ: ⁊ implẽt vacuita
tem. Ideo de talibꝰ aquis dr in ps. Stetit vnda fluẽs
cõ. ſ. abyſ. in me. ma. Uir enĩ pius dr vnda fluens: qꝛ ſi
cut aqua nõ põt in ſe ſiſtere: immo ſemꝑ habet fluere
⁊ diſcurrere quouſꝗ inuenerit aliquem locum baſ-
ſum ⁊ vacuum vbi ſiſtatꝰ. Sic vere viri miſericordes
ſemꝑ debẽt fluere ⁊ affluere ꝑ pietatẽ: q̃nimmo etiam
ſemꝑ debẽt diſcurrere ⁊ laborare: vt aliquẽ locũ vacuũ
i. aliquẽ pauperẽ inueniãt: quẽ ſuis bñficijs impleãt ⁊
fecundent Zacha. xiiij. Exibunt aque viue de hieruſa
lem. Sic reuera de multis videt verificatũ illud quod
dr in ps. Cõuertit aquas coꝝ in ſan. ⁊ im. eo. ne bi. Qꝛ
vere multi ſunt qui deberẽt eſſe aque. i. viri miſericor-
des aquei ⁊ benigni: qui tñ ſunt ſanguis. i. ſanguino-
lẽti: impij ⁊ tyrãni. Nõ ſic ergo chariſſimi: ſed ſimꝰ ro
rificãtes per benignitatẽ ſeu pietatẽ. ¶ Tertio dico ꝙ E
nos debemus eſſe ſubiecti ꝑ humilitatẽ: qd oſtendit
cum dicitur. Sub celo. i. ſub obediẽtia prelatoꝝ ſuꝑio
rum noſtroꝝ virorũ celeſtiũ ⁊ bonoruꝫ debemus nos
ſubmittere ſi in congregatione ⁊ ſocietate debite volu
mus habitare ps. Qui ſubdis populũ meũ ſub me: et
Job. ix. Sub quo curuantur qui portãt orbẽ. Iſtud eſt
ſumme neceſſariũ homini qui habet viuere in ſocieta
te: vt ſ. ſit hũilis ⁊ ſubiectus maioribus obẽdiens ⁊ in
mediocribus ⁊ minoribus ex gratia loco ⁊ tẽpore ſub-
mittens ſe. Et ideo lucifer in ſocietate ⁊ cõgregatione
angelorum bonoruꝫ viuere neſciuit: quia nõ ſub celo
ſed ſupra celũ aſcendere voluit. Eſa. xiiij. Aſcendã ſu-
per altitudine nubiuꝫ ⁊c. Multi enim ſunt homines
qui querunt eſſe ſupra ⁊ non infra: querũt dominari ⁊
non famulari: querunt preeſſe ⁊ non ſubeſſe. Iſti ſunt
ſuperbi qui ſimiles ſunt oleo ſeu fumo: que ſemꝑ ſur-
ſum appetunt aſcendere ⁊ inferius dedignantur. Ue-
rũtamen quãto plus aſcenderunt: tãto amplius eua
neſcunt. In decoctione zuccari illud quod eſt ſpumo-
ſum ⁊ quaſi nihil valẽs ſuꝑeminet. Illud aũt qd eſt ſo
lidũ atꝗ bonum inferius ſub fundo manet. Sic vere
chariſſimi illi qui boni ſunt ⁊ virtuoſi: ſub alijs ꝑ hu
militatem deſcendũt. Illi autẽ q̃ fatui ſunt ⁊ peruerſi
⁊ inter alios nullius valoris vel momenti: ſemper ſu-
per alios eminere volunt: ⁊ ad ſuperioritates: dignita
tes ⁊ officia ambiũt totis viribus ⁊ aſcẽdũt. Figurati
in congregatione dathan ⁊ abyron: qui ad ſacerdotiũ
ambiebant: gradu ⁊ ſtatu ſuo contenti nõ erant: ſꝫ cõ
tra dei ordinationẽ preeſſe alijs anhelabãt. Et ideo a
terra abſorpti fuerunt: ⁊ viui ad inferos deſcenderũt.
vnde ps. Aperta eſt terra ⁊ deglutiuit dathan: ⁊ operuit
ſuper congregationem abyron. Non ſic ergo chariſſi
mi non. Non appetamus eſſe ſupra: ſed ſub Geneſ.
iij. Sub viri poteſtate eris. Simus ergo nos ſubijcien
tes per humilitatem. ¶ Quarto dico. ꝙ nos debemꝰ F
eſſe nos conglutinantes per charitatem: quod oſten
ditur cum dicitur. In locum vnum: id eſt in vnitate
amoris. Amor enim facit de diuerſis vnum. Quia ſm
Senecã. Amicus fidelis quaſi alter idẽ. Sicut enĩ plu
ra grana in vno pane congregantur: ⁊ cõgregata vnũ

Ayuntamiento de Madrid

efficiuntur. Sic ex pluribus perſonis eccleſia vel collegium conſtituunt: que tamē vnū eſſe p caritatē ſemp debent. Oſee.i. Cōgregabunt filij iſrael τ filij iuda pariter: τ ponent ſibimet caput vnū. Illa enim que ſunt eiuſdem ſimilitudinis faciliter vniunt: quando ſimul congregātur: ſicut patet de metallis que in igne ſimul iuncta faciliter dum liquefiunt in vnum cōmiſcētur τ vniuntur. Sic vere cariſſimi nos qui ſumus eiuſdem nature: eiuſdem ſtatus: conditionis τ profeſſionis: qui in vno collegio religionis vel fidei congregamur debemus vniri per caritatem τ pfecte alter ab altero cōmiſceri per amicicie vnitatē. Eſaie.xxvij. Cōgregabimini vnus τ vnus filij iſrael. Iſta tamen ſunt contra multos: qꝛ pcerto multi ſunt qui pluis ſunt eiuſdem congregationis: eiuſdem collegij vel pfeſſionis: ipſi tamen non habent vnitatē amoris τ dilectionis: immo pcerto ſunt diuerſi per diuiſionem odij et diſſenſiōis. Iſtud potiſſime videmꝰ de malis religioſis: qui inter ſe non vniuntur: ſed diuiduntur τ p parcialitates alter ab altero ſegregatur. Iſti ſunt ſimiles viperis que in matris vtero congregate ſua nimia guloſitate latera matris corrodunt: τ eam deſtruunt et occidunt. Iſti etiam ſunt ſimiles vaporibus in vētre terre aggregatis: qui ita inter ſe coagitantur τ mouētur: q terre ſuperficies rumpitur: τ terremotus maximus generatur. Sic pcerto cariſſimi in ventre religionis vel eccleſie ſunt homines multi viperei peccatores qui in diuerſarum cogitationū gremio ſunt locati: qui tamē ita ſunt inter ſe litigioſi τ rixoſi: q nullam habent penitus perfecte amicicie vnitatem: quinimmo ſepe accidit q inter ſe taliter cōmouentur: q tonitruū diuerſarum tribulationum faciunt: τ ipſa eccleſia ſeu religio mater ſua per eoſdem corroditur τ caſſatur: τ ad paupertatem vltimam deſolat. Non ſic ergo: ſed ſimus congregati in locum vnum ps. Quoniam ecce reges congregati ſunt: conuenerunt in vnū. Patet ergo q ad moralem cōgregationē requiritur.

| | |
|---|---|
| Morum cōmunitas. | Congregentur. |
| Cordis benignitas. | Aque. |
| Mentis humilitas. | Sub celo. |
| Amoris caritas. | In locum vnum. |

Sed nota adhuc q cum duplex in gnē ſit cōgregatio. ſ. paſſiua que ptinet ad pſonas q. ſ. inuicē diuerſimode congregant de qua ſup dictum eſt: τ actiua q pertinet ad res qn. ſ. diuerſi diuerſa ſolent congregare τ accumulare. patet q ꝯgregatio non ſolum denotat adunationem immo etiam acquiſitionem. Et ſic poteſt dici congregatio.

G Uirtuoſa. — Prima eſt congregatio meritorum.
Uitioſa. — Secūda eſt congregatio peccatorū.
Oneroſa. — Tertia eſt congregatio terrenorum.
Et periculoſa. — Quarta eſt congregatio tormentorū.

Dico ergo q eſt congregatio laudabilis atq gratioſa: τ iſta eſt illa qua iuſti ꝯgregant in aīa ſua gratias et virtutes. Sicut enim videmꝰ: q aliqua aīalia cōgregant τ accumulant ſuum nutrimentum ſm Auicen. ſicut pꝫ: q formice in tempore eſtatis cōgregāt grana: vt poſtea in ſtatu hyemis qn congregare nequeūt inde viuant. Sicut etiā patet de ericio qui poma congregare non ceſſat: vt in tpe hyemis inueniat vnde viuat. Sic pcerto cariſſimi ſi nos fuerimus formice p prudentiam: hericij acculeati p pnīam: nos pculdubio debemus cōgregare τ acquirere ſpūalia nutrimēta. ſ. gratias τ virtutes: τ hoc dum durat tempus eſtatis. i. tps merendi: vt tandem qn tempus iſtud defecerit τ hyemps mortis aduenerit iſtis cibis in celeſti gloria poſſimus enutriri. vñ puer. xxxj. Multe filie congregauerūt diuitias. Iſtud tñ eſt contra auaros: qui pcerto congregant non pro futura hyeme: ſꝫ p preſenti eſtate. Non p tempe mortis: ſed pro tpe vite preſentis. Uñ ps. Theſaurizat τ ignorat cui congregabit ea. Sicut enim quanto plures mali humores in corpore congregantur: tanto apoſtema groſſius generatur τ mors citius ſequitur τ cauſatur. Sic vere cariſſimi quanto auarus magis de diuitijs congregat tāto apoſtema τ inflatura ſue ſuperbie magis creſcit et mors eterna citius appropinquat. Hiere.x. Congrega de terra confuſionē. Non ſic: ſed ꝯgregemus gras τ virtutes. puer.x. Qui congregat in meſſe: filius ſapiens eſt. Iſta eſt ergo cōgregatio laudabilis τ fructuoſa. H ¶ Secundo dico: q eſt congregatio confuſibilis τ vitioſa. Et iſta eſt illa qua peccator cōgregat τ accumulat multitudinē criminū τ culpar: puer.vj. Turpitudinē τ ignominiā ꝯgregat ſibi. ¶ Tertio eſt congregatio terrenor que eſt inutilis τ oneroſa. Polipi enī i cauernis ſuis ſolent teſtas cancror τ locuſtarū congregare: vt dū piſciculi ibidē querunt poſſint eos deuorare. Deprehenditur tñ polipꝰ p taliū teſtarum congregationem: τ cubille ſuū piſcatoribꝰ reuelatur. vt dicit Pli.li.ix.ca.xxviij. Sic vere dicā: q auari poſtquam contra cancros τ locuſtas. i. contra pauperes preualuerunt: teſtas. i. ſubſtantiā τ diuitias corūdem ſolēt in cubili domus ſue ꝯgregare: τ cū eis ꝯgregatis ſolent alios piſciculos. i. alios indigentes allicere τ attrahere. τ vt p manus ipſos capiant fallaciter inuitare. Cum diuitijs enī quas ab alijs ꝯgregauerūt ſolēt alios capere quos ſeducunt. Si ergo vis deprehendere: vbi eſt cubile taliū: vide vbi ſunt teſte conchiliū. i. diuitie pauperū ꝯgregate: τ tūc dic illud Iob.xxviij. Hec ſunt ergo tabernacula iniqui: τ iſte eſt locus eiꝰ q ignorat deū. Iſta eſt ergo ꝯgregatio terrenor inutilis τ oneroſa: τ etiā laborioſa. Eccli.xxxj. Laborat diues in ꝯgregatione ſubſtātie. Quarto dico: q eſt congregatio dānabilis τ doloroſa: vl' etiā piculoſa. et iſta eſt congregatio tormentor τ penar: que in reprobis cumulant. Deu.xxij. Congregabo ſup eos mala: τ ſagittas meas complebo in eis. Ita q quilibet cor pōt dicere illud ps. Congregata ſunt ſup me flagella τc. Uide in ſinonimis.

## Coniūctio. Coniungere. A

Nota quod cōiungere: aſſociare: adherere: copulare τ aggregare idē ſunt. Et ſignat cōiunctio in bono caritatē: amiciciā τ ſocietatē. In malo autē deſignat ꝯſpirationem τ malor cōitatem. Dico ergo pmo q ſicut videmus q ſimilia in inuicem faciliter coniūgunt. ſicut patet de duobꝰ metallis: q ſi bene polita fuerit: ita inuicem conſolidantur: q quaſi vnū efficiunt: τ q inſeparabiliter cōiungunt. Sic vere cariſſimi nos alij τ maxime eccliaſtici vel religioſi valde debemus eſſe p caritatē coniuncti τ potiſſime: qꝛ nos ſumus eiuſdē ſimilitudinis: eiuſdē ſtatꝰ: eiuſdē ritus: eiuſdē collegij: eiuſdē cenobij. Nos enī nunq debemus p odiū τ rancorem alter ab altero diuidi: ſed p caritatē τ amiciciam inſeparabiliter copulari: qꝛ ſicut dicitur Eccli.xiij. Ois caro ad ſimilem ſibi coniungetur. Ubi eſt aduertēdum q ad coniunctionem caritatis hūdam neceſſaria eſt

| | |
|---|---|
| Benignitas faciliter impreſſiua. | Caro. |
| Conformitas hūiliter cōuerſiua. | Similem. B |
| Propinquitas mentaliter affectiua. | Sibi. |

Coniungunt enī facilit p amorē illi qui habent.
Teneritatem impreſſionis.
Conformitatē conditionis.
Intimitatem affectionis.

Primo ergo dico q ad cōiunctionē caritatiuā ſuffragatur teneritas īpreſſiōis. Quāto enī cera eſt mollior τ tenerior: tanto ad ſe ꝯiungendū τ adherendū cū alio eſt aptior τ paratior. Sic vere cariſſimi illi qui ſunt teneres τ molles p naturalē benignitatem τ pietatem: magis ſunt ꝯiunctibiles p amiciciā τ caritatē. et hoc oñditur cū dr. Caro. Caro enī naturaliter eſt mollis: tenera τ flexibilis. q ſemp pelli τ oſſibus eſt coniuncta. Sic vere cariſſimi illi q ſunt molles: id eſt pij miſericordes τ benigni: ſunt vt cōiter magis apti vt pelli τ oſſibꝰ: id ē vicinis τ ſocijs p caritatis glutinū ꝯiungant. vñ Mat.xix. Erunt duo in carne vna. Et ſequitur Quod ergo

Ayuntamiento de Madrid

Quod ergo deus coniunxit homo nõ separet. Sic em̃ dicit ph'tolome⁹ ⁊ Martian⁹. Planete qñ sunt in cõiunctiõe alioꝝ consimiliũ. maiorẽ hñt virtutẽ. Simile em̃ adiunctum suo simili augmentat eius virtutẽ. Sic vere carissimi: boni qñ sunt in coniunctione bonorum: ⁊ qñ bonis sibi similib⁹ sunt coniuncti associati pariter ⁊ vniti: virtus vtriusq; est amplior atq; maior. vnde Eccli. vj. In multitudie presbiteroꝝ prudentiũ sta. ⁊ prudentie eoꝝ ex corde cõiungere. Habeamus igitur ꝓ ista coniunctione habenda. Teneritatem ad imprimendũ. Res em̃ molles. humide ⁊ glutinose: tenacius ⁊ facilius coniungunt. Qḋ tñ est cõtra multos: qui reuera nihil habent humiditatis vel benignitatis: ⁊ ideo nunq̄ possunt coniungi per glutinum caritatis. Isti sunt similes arene: que tante est siccitatis: q̄ nunq̄ potest inuicem glutinari. Et ista est rõ quare de sabulo non fit lapis. q. d. s. ꝓpter nimiã siccitatem non põt vna pars alteri copulari: coniungi pariter ⁊ vniri. Sic vere carissimi multi sunt hodie ita sicci ꝑ indeuotionem ⁊ in cõpassionẽ: q̄ ꝓcerto nũq̄ possunt coniungi ꝑ amorem ⁊ dilectionẽ: sed semper remanent disiuncti ⁊ diuisi per rancorem ⁊ dissensiões
C Sicut em̃ dr̃ Esa. lvij. Non est pax impijs dicit dñs.

¶ Sed secundo dico: q̄ ad istam ꝯiunctionem hñdã necesse est q̄ habeamus cõformitatẽ ad imitandum. Similem inquit. Maximũ em̃ incentiuũ amoris: et maximum tenaculũ cõiunctionis ⁊ caritatis est: qñ homo est alteri sitis in morib⁹ ⁊ cõformis. Similitudo enim est causa amoris. Et ideo sicut videmus res que sunt eiusdem similitudinis ⁊ conditionis sunt facilis coniunctionis ⁊ amoris: sicut pꝫ de animalib⁹: que qñ sunt eiusdem speciei: eiusdẽ similitudinis ⁊ cõditionis sibiinuicem solent facilius ⁊ libentius coniungi associari etiã ⁊ copulari. Patet etiam in lapide magnete qui attrahit ferrum: ⁊ ipsum ad sui coniunctionem naturaliter inuitat: qḋ vtiq; fit ꝓpter quandam occultam similitudinẽ ⁊ ꝓprietatẽ quaꝫ hñt iter se cõem: ꝓpter quã naturaliter vnum appetit alteri copulari. Sic vere carissimi nos alij qui sumus eiusdem status ⁊ ritus ⁊ qui rõne cõis habitus seu cult⁹ eandẽ similitudinẽ repñtamus: debemus vnus alteri cõiungi: ⁊ ꝑ caritatis glutinum copulari. Multi tñ sunt similes lune: q̄ qñ soli coniungit lumẽ ipsius ex hoc minuitur. sicut pꝫ in nouilunio: vbi luna soli imediate coniungit: ⁊ tamen quo ad nos lumẽ totaliter ꝑdit imo etiam sepe cã est: q̄ ipsius solis claritas per cõiunctionẽ lune huiõi eclipsatur. Sic reuera carissimi: q̄q̄ luna: id est homines defectibiles ⁊ peruersi: soli. i. bonis personis qñq; associantur ⁊ iungunt: tãta est tamen eoꝝ obstinatio: q̄ nunq̄ ex hoc meliores efficiunt: sed potius minoris luminis ⁊ ꝟtutis: imo etiam qñq; cause sunt q̄ ipse sol eclipsat. i. q̄ ipsi boni eis coniuncti ꝑ eoꝝ maliciã peiorant. vnde Eccli. xiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: ⁊ qui cõicauerit superbo induet superbiam. Siles ergo ⁊ non dispares debẽt coniungi: vt in ipsis possit perfecta caritas generari: qḋ maxime dꝫ esse in coniugijs: vbi coniugi dꝫ homo simili non maiori: q̄ si ꝯtrarium fiat multa incõmoda subsequunt. Si ergo vis nubere: nube pari Job. xxxviij. Nunquid ꝯiungere valebis micãtes stellas pleiades. i. nobiles rusticis: q. d. non decet Eccli. xiij. Quid cõicabit cacabus ad ollã: cũ se colliserit cõfringent. De ista similitudine ⁊ moꝝ cõformitate: que debet esse inter socios: maxime cõiuges: dr̃ Genesis. ij. vbi loquitur de matrimõio Eue ⁊ ade faciam⁹ homini adiutorium simile sibi. Ut sic quilibet dicere possit illud qḋ dr̃ Sap. vij. Sum quidẽ ego mortalis hõ similis alijs hominibus. q. d. viri caritatiui debẽt se alijs cõformare. Sic igitur patet: q̄ nos debemus
D hr̃e cõformitatẽ imitatiuaꝫ Similem inquit. ¶ Tertio dico: q̄ si perfecte volumus cõiungi nos debemus hr̃e intimitatem caritatiuam. Sibi inquit. Istud em̃ pronomen se ⁊ sibi signant intraneitatem nature: et idẽtitatem persone. Ad denotandum q̄ illi qui per caritatem sunt intimi: per societatem facilius debẽt iũgi. Sibi inquit coniungitur Eccli. xiij. Omis homo diligit proximũ sibi. Et Eccli. xxvij. Dilige proximũ ⁊ tuũ ⁊ coniungere fide cum illo. Aduerte tamen q̄ dicit Pli. q̄ hiena inimicatur panthere. Et ideo dicit. q̄ si pellis hiene sit cõiuncta pelli panthere. pili ei⁹ paulatim dilabuntur: ⁊ per hiene violentiã corroduntur. Sic vere charissimi multi sunt homines ⁊ in seculo ⁊ in claustro qui tantã habẽt inter se cõtrarietatẽ rãcoris inuidie ⁊ horroris. q̄ qñ cõiungunt ⁊ vicinantur. vnus alium destruit ⁊ corrodit. Patet de detractorib⁹ ⁊ inuidis qui sunt in vno collegio: villa: patria: vel ecclesia: q̄ nõ cessabũt alter alterũ verbis ⁊ iniurijs corrodere vsq; quo pilos. sue exterioris cõuersationis possint diffamãdo penitus annullare. Patet etiã in auaris: qui socios ⁊ vicinos suis vsuris ⁊ rapinis corrodũt quotidie ⁊ cõsumunt: ipsorũq; pilos. i. diuitias tẽporales annihilant ⁊ deuastant. Isti sunt similes nuci que dicit a nocendo eo q̄ vmbra eius vel stillicidia folie ꝑ eius cũctis sibi cõtiguis ⁊ cõiunctis arboribus mirabiliter est nociua. Unde de talibus põt dici illud Hiere. ix. Inimici hominis domestici ei⁹. Nõ sic ergo charissimi: sꝫ simus inuicem coniuncti ⁊ vniti: sociati pariter ⁊ ligati: vt sic simus de illis: de quibus dicitur in ps. Preuenerunt principes coniuncti psallẽti. in me. iuuen. ⁊ tym. Ubi nota q̄ ista coniunctio charitatiua causat. Ista enim faciunt.

In motu celeritatem.
In statu sublimitatẽ.
In affectu iocunditatẽ.
In effectu societatem.

¶ Ad celũ ꝓperari. Preuenerũt. Ad statuꝫ sublimari. Principes. In corde iocundari. Coniuncti psallentibus. In plebe sociari. In medio iuuencularũ Patet igitur q̄ istã coniunctionẽ facit vt dictum est. Intimitas affectiõis. Sibi. Conformitas conditiõis. Similẽ. Teneritas impssiõis. Caro. Et hec sufficiũt. Uide in alijs titulis. s. infra de iũgere. ⁊ titulo de charitate: de affectione: de congregatione: de societate: q̄ omnia pertinent ad coniunctionem.

## Coniugium.

Nota q̄ in scriptura inuenit multiplex coniugiũ: videlicet A
Coniugium

Honoris qḋ deus ordinat:
Amoris qḋ fides cõbinat.
Laboris q̄ multos sarcinat.
Doloris qḋ luct⁹ terminat.
Horroris qḋ pena glutinat.

¶ Dico ergo q̄ ẽ cõiugiũ honoris a deo ordinatũ. ⁊ istud est ꝯiugiũ summũ quo deus ⁊ humana natura simul cõiungunt. Mediũ quo deus ⁊ aia simul per gratiã ⁊ gloriã vniunt. Infimũ quo deus ⁊ ecclesia simul desponsant: ⁊ vnũ corpus mysticũ efficiunt Ista em̃ sunt q̄dã ꝯiugia supnaturalia a deo ineffabiliter ordinata. Ideo ipsi xp̃o totaliter cõiugato potest dici illud Mat. j. Joseph fili dauid noli timere accipe Mariã cõiugẽ tuã: qḋ em̃ in ea natũ est de spũsancto est. ¶ Itẽ dico q̄ est ꝯiugiũ amoris per deũ cõbinatũ. B
⁊ istud põt dici caritatiua ꝯiunctio: vnitas ⁊ societas bonoꝝ. q. s. fit ꝑ grãm ⁊ pacẽ ⁊ cõcordiã: tã in presenti seculo q̄ in futuro. Et maxime tale cõiugiũ est coniugiũ boni viri ⁊ mulieris qui matrimonialiter sunt cõiuncti: q. s. debet seinuicẽ diligere: ⁊ vnũ corpus ⁊ vna aia simul esse. Sũt em̃ quedã aialia q̄ cõiugia sua seruãt: sicut de cyconijs exemplificat Solinus dicẽs. q̄ inter cyconias sunt cõiugia: q̄ sibiinuicẽ fidẽ seruãtes: adulterantẽ puniũt miro modo: sicut supra de adulterio fuit visum in paragrapho. Tertio dico. Officia quoq; in educanda prole partiunt. Nã cuꝫ femina nidũ seruat ⁊ pulos fouet: masculus exterius cibos parat. Sic vere dico q̄ cõiuges se debẽt inuicem diligere seruare fidẽ ⁊ se iuuare: ⁊ vna domi circa filios ⁊ filias remanente ⁊ vacãte: debet alius circa exteriora negocia laborare. Et dũ vxor in domicilio prolẽ fouet: dꝫ exterius vir necessaria ꝓcurare. Uñ sapiens. Eccli. xxv. dicit. q̄ ista sunt tria que ꝓbata sunt coram deo et ho

Ayuntamiento de Madrid

hominibus. ſ. concordia fratrum: amor primorum:
et vir ⁊ mulier bene ſibi conſentiẽtes. Et pcerto iſtud
eſt vnum de maioribus bonis mundi. ſ. coniugiuꝫ le-
gitime cuſtoditum. Ubi quilibet timet deum: ⁊ con-
iunx ſeruat fideꝫ cõiugi: ⁊ vxor regit illa que ad fami-
liam ⁊ domuꝫ pertinent: vir vero ea regit que ad exte-
riora ſpectant. Mulieris enim bone beatus vir. vnde
Tho. vij. dictuꝫ fuit ragueli. Huic timenti deũ debet
coniunx filia tua. Iſtud eſt cõiugiũ amoris per deum
C conbinatum. ¶ Tertio dico eſt cõiugiũ ſarcinis one-
ratum. Et iſtud eſt coniugium modernorum: quia. ſ.
qñ coniuges non ꝓpter bonum ꝓlis: ſed amore pecu
nie: vel luxurie: vel alias copulant̃: multa exinde ma-
la ſeqũtur: ita ꝙ huiuſmodi coniugiuꝫ infelix ⁊ onero
ſum ſentitur. vnde Hugo ad ſociuꝫ ait. Quieta eſt cõ
tinens vita: quam non inquietat vxoris ſuſpicio: an-
cillarum ſumptus: peruerſitas filiorum: que mundi-
cie parit florem. puritatis portat fructuꝫ conſcie fun
dit odorem. Sequitur. Ducuntur hodie vxores non
cauſa continentie: ſed luxurie. non cauſa prolis: ſed pe
cunie. Unde marcia cathonis cuꝫ quereret ab ea: cur
amiſſo viro denuo non nuberet: reſpondit: ſe non poſ
ſe virum inuenire qui ſe magis vellet ꝙ ſua. Potiſſi-
me autem cariſſimi illud coniugium infelix dicitur.
quando vir a muliere regitur: ⁊ mulier dominat̃: qđ
tamen hodie; qđ dolendum: fit vt plurimum: qr. ſ. vxo
res volunt regere: viri vero inbecilles cõpellunt̃ vxo-
ribus obedire. Dic quũ Marcus Paulus ⁊ Odoricꝰ
dicunt in oriente eſſe prĩam in ꝓuincia dicta tien als
tiben. Ubi vxores exteriora negocia ordinabãt homi-
nes vero pueros fouebant: ⁊ penſa domi torquentes
oĩa muliebria faciebant. Sic in modernis ꝯiugijs ſe
pe videmus: mulieres virilia ⁊ viros muliebria ptra-
ctare. Eſa. iij. Populum meum exactores ſui ſpolia-
uerũt: mulieres dñate ſunt eis. Et ve hodie mulieres
dñate ſunt. Aduerte tamen ꝙ narrat̃ de beato Ludo-
uico quondam rege francie: ꝙ cum ipſe cum conſilio
ſuo diutius quoddam negocium ptractaſſent nec ſi-
mul ꝯſentire poſſent. accidit ꝙ regina caſum audiẽs
ſubito de negocio ſaniſſimum conſilium dedit regi.
Qđ cũ in craſtino corã ſapientibus recitaſſet: ⁊ oẽs cõ
ſilium approbaſſent. Abſit inquit rex: ꝙ hoc conſiliũ
teneamus; qr dato ꝙ ſit conſiliũ valde ſanuꝫ qr tamẽ
a muliere proceſſit: non decet ꝙ a prudẽtibus viris te
neatur. Sic ergo ordinauit rex ꝙ alia via quererẽt ꝙ
illa quaꝫ inuenerat vxor ſua: ne forte ſubiacere vxoris
dñio videretur. Periculoſum eſt igitur nubere. quia
qñꝙ viros oportet mulieribus ſubiacere. vnde ſicut
ſcribit. Ualerius ad rufinum. Prudens ille metellus
mario querenti; cur filiam ſuaꝫ forma nobilem: dote
diuitem; genere claram. fama feliceꝫ; ducere nollet. le-
gitur rñdiſſe. Malo inquit meos eſſe ꝙ ſuos. Iſtud
eſt igitur coniugium laboris ſarcinis oneratuꝫ. Sed
de hoc vide infra: de muliere. De coniugio vero dolo-
ris ⁊ horroris c... qđ nihil aliud ſit ꝙ ſocietas
malorꝫ. Uide d... e ⁊c.

A **Conſcientia.** Nota ꝙ conſciẽtia debet eẽ
ſicut templum magne ſan-
ctitatis: ſicut caſtrum magne firmitatis: ſicut antrũ
magne profunditatis: ſicut centrum magne equitatis
Templum enim debet habere miram puritatem. Ca
ſtrum debet habere magnam firmitatẽ. Antrũ debet
habere magnam ꝓfunditatẽ. Centrum debet hr̃e ma
gnam equalitatem. Dicamus ergo cariſſimi; ꝙ con-
ſcientia noſtra debet eſſe venuſta ſumma puritate: qr
ſ. conſciencia eſt lectus vbi deus nobiſcum habet qui
etari Eſt aula vbi deus habet recreari: eſt templũ vbi
deus habet adorari: qr ſicut dr. j. Corꝫ. iij. Templũ dei
ſanctum eſt quod eſtis vos. Omnia enim iſta loca de
bent principaliter eſſe munda. ſ. lectus vbi quieſcitur
aula vbi comedit̃: templuꝫ vbi deus colitur. Hebr. ix.
Emundate ꝯſcientiã vr̃aꝫ. Piſces eñ facilius intrãt
ſportulam mundam ⁊ nouam. Apes etiã valde dili-
gunt locũ mundũ. In loco eñ fetido nunꝙ mellificãt
Taxus etiam valde diligit habitaculũ mundũ: ⁊ ideo
ſi vulpes ſuũ habitaculũ fedauerit: nunꝙ ibidẽ am-
plius habitabit. Sic vere cariſſimi deus valde diligit
conſcientiam mundã ⁊ puram: ipſamqꝫ per grãꝫ ſuaꝫ
faciliter ſubintrat ⁊ ibidem etiã ſpũaliter inhabitat.
Unde Actuuꝫ. xxiiij. Studeo ſine offendiculo ꝯſcienti
am mundã habere ad deũ: id eſt aptum ad hoſpitan
dum ipſum deũ. Si aũt a vulpe: id eſt a dyabolo ma-
culata fuerit per peccatũ ipſam deus penitus derelin
quit. vnde in ps. Abhominatus eſt deus here. ſuam ⁊
hereditatem ſuam ſpreuit. Quia procerto de peccato
ribus dicitur ad Tytum. j. Inquinata ſunt eorꝫ mens
⁊ conſcientia. Debet ergo conſcientia venuſtari ſum- B
ma puritate. ¶ Item debet roborari ſumma firmita
te. qđ maxime fit in homine iuſto: in quo conſcientia
eſt ita recta ⁊ firma ꝙ nunꝙ poteſt flecti ad malum:
immo ſemper reclamat contra iniquũ: ſimilis legitti
mo ⁊ fideli procuratori: qui in audiẽtia cõtradictaruꝫ
contradicit ⁊ reclamat quando audit aliquid fieri cõ
tra dominum ſuũ. Sic conſcientia ⁊ ſinderiſis ſemp
reclamant ⁊ dicunt. Malefactum eſt: quando volun
tas facit aliquid contra deum. Iſta eniꝫ eſt ſicut ſtrẽ-
nuus miles qui magis eligit mori ꝙ fidem frangere
domino ſuo. Unde. j. Pet. ij. Hec eſt eñ gratia ſi pro-
pter conſcientiam dei ꝯtinet quis triſticiã. vñ Berñ.
in de conſidreatiõe. fortitudo tua fiducia fidelis con C
ſcientie: decor tuꝰ bone opinionis ſplendor eſt. ¶ Itẽ
debet profundari magna hũilitate. Ro. xiij. Neceſſi-
tati ſubditi eſtote propter ꝯſcientiam. vñ Iſid. li. iij. de
ſummo bono. Conſcientia ſerui dei ſemp triſtis ⁊ hu-
milis eſſe dꝫ: vt p hũilitatẽ nõ ſupbiat: ⁊ p vtilitatem
merorẽ ſe cor ad laſciuiam nõ diſſoluat. Et maxime qr
ꝯſcia: accuſat: excuſat: recuſat. Accuſat dico delinquẽ
tem. Roma. ij. Teſtimonium reddente conſcia: inter
ſe cogitationum: inuicẽ accuſantiũ. Itẽ excuſat Inno
centem. ij. Corꝫ. j. Gloria nr̃a hec eſt teſtimoniũ ꝯſcie
nr̃e. Item recuſet culpam ſubintrantẽ. Geñ. xliij. Nõ
eſt in ꝯſcia nr̃a quis furatus fuerit ⁊c. Itẽ dꝫ mẽſura-
ri magna eqtate: qr ſicut centrũ qđ eſt in medio eqli-
ter ſe hꝫ ad circũferentiã. Sic ſemp ꝯſcia dꝫ eſſe eqlis
iuſta ⁊ equa. Heb. xiij. Confidimꝰ eñ qr bonã ꝯſciaꝫ
habemus in oĩbus bene volentes conuerſari: vide in
alijs titulis multis vbi agit̃. De conſcientia. A

**Conſecrare.** Nota ꝙ conſecrata dicunt̃ eſſe
illa q̃ deo ſunt ſacrata ⁊ dedica
ta: ⁊ p ſpeciale miniſterium ſolẽniter applicata: ſicut
ſunt perſone ⁊ res eccleſiaſtice q̃ deo ſpecialit̃ ſunt de-
uote. In oĩ eñ ſecta fuerunt ꝯſecrationes ⁊ q̃dã ſpecia
les dedicationes. Apud eñ gentiles viri q̃dã in ſacer-
dotiuꝫ cibeles: q̃ dicebat̃ mater deorꝫ q̃ etiã berecintia
dicta eſt. i. terra ꝯſecrabant̃: q̃ galli vulgariter dicebã
tur. Et hoc qr more gallorꝫ caſtrabant̃: vt virginitatẽ
ꝑpetuã ꝑſiſterẽt. Sicut ponit Ouidiꝰ li. iiij. de faſtis.
Filie nobiles etiã dee veſte conſecrabant̃ ⁊ ad virgini-
tateꝫ ꝑpetuã ſtringebant̃. ſicut dicit idẽ Ouidius li.
predicto. Ipſi etiaꝫ gentiles res quaſdam de ſuis mu-
neribus ꝯſecrabant: ⁊ ipſis ſpecialit̃ deuouebãt: ſicut
patet ꝑ in Iſid. conſecrabant̃ coruus ſoli; lupus marti
columba veneri; pauoqꝫ iunoni. De arboribꝰ etiã ſo-
lebant. Laurũ eñ apollo: bachus hederaꝫ: iupiter nu
cem ⁊c. habebat dicatã. Multo ergo fortius nos fide
les non dijs ficticijs: ſed deo vero debemus cõſecrari
⁊ ſpecialiter ſibi dedicari: ⁊ maxime nos eccleſiaſtici:
qui virgines ⁊ caſti eſſe tenemur exquo mr̃i deorꝫ. i.
beate virgini que mater eſt dei ⁊ regina angelorũ ſpe-
cialiter dedicamꝰ. Exo. xxix. Hec facies dicit dominꝰ
moyſi. i. cuilibet prelato vt filij aaron mihi in ſacerdo
tio conſecrẽtur. Et nota ꝙ ſicut dr Exo. xxix. Ad con-
ſecrationẽ aaron q̃ fuit primus ⁊ ſummus ſacerdos:
in lege diuina plura requirebantur. Sed de illis vide
ſup̃ Aaron: ⁊ infra in titulo đ veſtibus. De Nazareis
tñ dr. Numeri. vj. ꝙ qñ ſe volebant dño ꝯſecrare: vinũ
non debebant

Ayuntamiento de Madrid

nõ debebant bibere: capillos nõ radere: mortuos nõ
tangere nec ad eos accedere ⁊ cõſecrationẽ ſuã vſqꝫ ad
pfinitũ tẽpus cõtinuare. Et ſi forte intercepta fue-
rit iterare. Sic vere dico ꝙ ſi domino volumus conſe
crari. plura ſunt nobis neceſſaria. qꝛ videlicet.
B Mundicie floribus debemus renitere.
Decentie moribus debemus non carere.
Stulticie gentibus debemus non adherere.
Temperantie viribus debemus ſubiacere.
Perſeuerantie finibus debemus remanere.
Simus ergo mundicie floribꝰ picturati. quia. ſ. nos de
bemus eſſe nazarenus qui interpretaꝛ floridꝰ qđ mũ
diciã ſignat. qꝛ. ſ. ad illos qui deo cõſecrati ſunt ⁊ dica
ti ſumme ptinet ꝙ ſint floridi atqꝫ mũdi vñ ſicut Ju-
ſtinus ponit. Apud perſas. quecũqꝫ perſona ſolis ſer
uitio dedicabaꝛ. eidẽ perpetua cõtinentia corpſo im-
ponebatur. Iſi. etiã diciꝛ ꝙ antiqui equos albos aeri
conſecrabant. Et qꝛ aer eſt ceteris rebus purior. Ideo
ſibi colorẽ purũ et mundũ. ſ. albedinẽ dedicabãt. No
ta etiã quõ in collectione viſci quercini taurus albus
immolabatur et in ſacco albo reponebaꝛ ⁊c. ſic dicit
Plinius. li. xvj. ca. xliiij. Sic vere dicã quod illi ſoli ⁊
aeri ideſt xp̃o puriſſimo ⁊ mũdiſſimo cõſecrari digne
cupiunt colorem albũ. ideſt puritatẽ ⁊ mundiciã flori
dam ante omnia vendicãt ⁊ recipiũt: qꝛ reuera nullus
eſt digne xp̃o mundiſſimo cõſecratus niſi qui florido
candore mundicie fuerit dealbatus. In cuius figura.
Aaron cõſecrãdus dñõ ante oĩa precipitur fore lauã-
dus. ſicut dicitur Leui. viij. vñ Nume. viij. precipitur
moyſi de Leuitis. Cũ inquit lauerint veſtimẽta ſua ⁊
mundati fuerint cõſecrabis oblatos dñõ. Sit igitur
quilibet nazareus. i. floridus atqꝫ mundus: Unde de
nazareo dicitur Nume. vj. Sanctificabit ſacerdos ca
put eius. ſ. nazarei in die illo ⁊ conſecrabit dñõ. Judic.
xvj. Nazareus. ideſt cõſecratus ſum dñõ deventro ma
tris mee. Et bene dicit dñõ. Quod eſt contra multos
qui ſcꝫ non videntur cõſecrati dñõ: ſed dyabolo. qꝛ. ſ.
nõ habent mundicie florez ſed luxurie ⁊ criminũ ſpur
ciciam ⁊ fetorem. Mundani etiam hodie filios ſuos
non conſecrant domino nec domini ſeruitio: ſꝫ potiꝰ
ipſos dedicant diabolo atqꝫ mundo magiſqꝫ volunt
ꝙ in mundo viuant immundi ꝗ̃ ꝙ cõſecrati dñõ in
ipſius ſeruitio eſſent mundi. vnde. iiij. Reg. xvij. diciꝛ
Coluerunt immũdicias Sequitur. Seruierũtqꝫ baal
⁊ cõſecrauerũt ei filios ſuos ⁊ filias per ignez. Nõ ſic
ergo ſed ſimus mundicie floribus picturati. Nazare-
C us inquit. ¶ Secũdo ſimus decẽtie moribus adorna
ti quod notaꝛ in capillis qui cooperiunt nuditatem
qui precipiunꝛ nõ radi. qꝛ. ſ. qui digne vult dñõ ꝯſecra
ri dꝫ morũ honeſtate cõtegi ⁊ velari. Math. x. Capillꝰ
de capite veſtro nõ peribit. vñ de honeſtate aurea põt
dici illud. j. paralip. xviij. Oĩa vaſa aurea ⁊ argentea
cõſecrauit rex dauid dñõ. ¶ Tertio ſimꝰ nequicie gẽ
tibus nõ alligati ſꝫ a nequicie gentibꝰ ſeparati qđ no-
tatur in hoc. qꝛ mortuos quantuncũqꝫ ꝓximos nõ de
bebat tangere. nec ad eos accedere: quoquõ ad deno-
tandũ ꝙ dñõ cõſecratus nõ debꝫ mortuos. i. infames
⁊ fetentes perſonas frequẽtare ſꝫ ab eorũ cõſortio pre
cauere. Unde Leuiꝛ. viij. Separabis leuitas de medio
filioꝝ iſrael. Sequiꝛ. Et cõſecrabis eos in oblationez
domini. ¶ Quarto ſimus tẽperantie viribus ſubiu-
gati qđ notatur in hoc ꝙ nazareus a vino ⁊ ab omni
quod inebriare poteſt abſtinere debebat. Ad denotã
dum ꝙ dñõ cõſecratus debet in omnibꝰ abſtinens ⁊
ſobrius eſſe. ⁊ a cunctis ſuperfluis tẽperatus Eccſi. ij.
ca. Cogitaui a vino abſtrahere carnẽ meã vt animuz
meũ transferrem ad ſapientie lucem. Unde de Hier.
dꝛ Eccſi. xlix. Qđ a ventre matris ꝯſecratus eſt ꝓphe
ta. Uenter autẽ matris delicias carnales deſignat.
D ¶ Quinto ſimus perſeuerãtie finibus terminati qđ
oſtenditur in hoc quod taliter conſecratus debebat
cõtinuare et reiterare. vñ Leui. viij. Septẽ diebus fi-
nitur ꝯſecratio: Septẽ enĩ dies tẽpus totiꝰ vite pñtis
deſignant quo cõſecratio noſtra dꝫ ſemꝑ durare. ibiqꝫ
finiri. ideſt perfici ⁊ cõpleri. ¶ Si vis autẽ de cõſecra D
tione potes adhuc ꝯſecrationes que fiunt in eccleſia
tam perſonarũ ꝗ̃ eccleſiarũ naturaliter exẽplantur.
Literaliter figurãtur Uirtualiter operantur. Exem-
plantur dico naturaliter quia ſcꝫ alique ſunt res na-
turales que ritum cuiuſdam conſecrationis obſerua
re videntur. Unde de auibus illis que dicuntur dyo-
medee. Dicunt tam. Plinius ꝙ ſolinus. et etiã in lib.
xviij. de ciui. dei beatiſſimus Auguſti. ꝙ in inſula dio
medea que adiacet italie. vbi fuit templum ⁊ ſepulcrũ
principis diomedis aues quedam albe cũ oculis ſcin
tillantibus habitant et nunꝗ̃ alibi reperte dictaꝫ in
ſulam frequentant. Hee quodam miro religionis ri
tu omni mane in aqua ſe ſolent immergere ⁊ pennis
adhuc madidis et humectis ad templum ſolent acce
dere domum luſtrare. et pennis excuſſis circumſper-
gere et perfundere. et ſequenti die et deinceps ritum
ſue conſecrationis et dedicationis modo mirabili ite
rare ſicut ponit Plinius libro. x. ca. xliiij. Quia autez
iſte aues in iſta inſula in qua princeps grecus diome
des de excidio troiano gradiens naufragium paſſus
cum ſocijs perijt et nuſꝗ̃ alibi reperiũtur crediderũt
antiqui iſtas aues fuiſſe ſocios ⁊ milites diomedis:
qui poſt naufragium in iſtas auiculas ſunt mutati.
Ipſe vero diomedes deificatus. Et ideo vt aiunt tem
plum domini ſui quotidie conſecrant et frequentant
ſicut finxerunt fabule poetarum. Et ponit Ouidius
libro. xiij. de transformatis fabula. iij. ⁊ libro. xiiij. fabu
la. x. Iſte igitur aues quodam inſtinctu nature mote
ad purificationem et conſecrationem huiuſmodi fa-
ciendam exempla dant mortalibus ꝙ templa. et ora-
toria debent domino dedicare ⁊ cum aque benedicte
aſperſione et alijs ſolennitatibus conſecrare. ij. Ma-
cha. xiiij. Libero patri templum hoc conſecrabo. Actꝰ
enim humani pro magna parte habuerunt initium ⁊
exemplar ab ipſis animalibus ⁊ a brutis. Nam vt po-
nit. Plinius libro. viij. ca. xxx. Canis pmo docuit vo
mituꝫ: ypotamus flebotomiam: ciconia cliſteria. ⁊ ſic
de alijs multis. Etiaꝫ de locuſtis dicitur ꝙ militaris
expeditio ordinatioqꝫ caſtrorum ab ipſis ſumpſit ini-
cium. Bene ergo dicitur Job. xxxv. ꝙ deus docet nos
ſuper iumenta terre. ⁊ in auibus celi erudit nos. Dicã
ergo quod iſta conſecratio exemplatur naturaliter.
¶ Secundo commendatur ſeu etiam figuratur litte E
raliter: patꝫ. quia deus precipit conſecrari miniſtros
ſuos. ſcꝫ. Aaron ⁊ filios ⁊ ſucceſſores ipſius ſicut diciꝛ
Exod. xxviij. et deinceps. Ueſtimenta et vaſa taberna
culi precipiũtur quodã ritu mirabili conſecrari. ad fi-
gurandum ꝙ etiam tempore legis noſtre ſunt facien
de conſecrationes et tam perſonarum ꝗ̃ rerum que-
dam ſpeciales deo dedicationes. Exo. xxxij. Conſecra
ſtis manus veſtras dñõ. j. Paraly. xxij. Conſurgite et
edificate ſanctuariũ dñõ vt introducatur archa ſede-
ris domini. ⁊ vaſa dñõ cõſecrata. ¶ Tertio dico ꝙ cõ F
ſecratio operatur virtualiter. Si enĩ ꝯſecrationes la-
pidũ. imaginũ ⁊ anulorũ ſm̃ quoſdã mirabilia operãꝛ
ſicut quiqꝫ ꝑ experientiã ẽ ꝓbatũ. quãto magis res ſpi
deo ꝯſecrate ⁊ officijs eccleſiaſticis impcate ſicut pie
credẽdũ ẽ: virtutes conſecunꝛ mirabiles cõtra poteſtiã
inimici. In terra enĩ natiuitatis mee que eſt pictauia
ꝓuincia gallarũ circa caſtrũ qđ dꝛ mirabellũ: fertur
eſſe vnũ mirabile ſatis magnũ qꝛ. ſ. quidã nobilis cõ-
manus dictus dñs de podioſtiſo quadã occulta vir-
tute ꝗ̃ ſibi ⁊ dicti loci dñis a deo ſupponiꝛ eẽ ꝯceſſa. ſo
la imprecatiõe verbali de oĩ loco quo ipſe voluerit ſer
pentes eijcit ⁊ ſolo mãdato expellit ita ꝙ poſtꝗ̃ ſerpẽ
tes inde recedere iuſſerit. extũc ibi ſerpẽtez aliqs nõ vi
debit ſicut certiſſime: vt aiunt multotiẽs eſt probatuz
Nonne ergo multofortius credendũ eſt impcationes
orationes ⁊ dedicationes ſeu ꝯſecrationes eccleſiaſti
cis ꝑficere ⁊ ſerpẽtes antiquos. i. demones efficaciter
effugare. Audiui enim cũ ſemel eſſem auinione ꝙ in



Ayuntamiento de Madrid

quodā monaſterio monialiū de prouincia. diabolus in ſpecie cuiuſdā iuuenis cū quadā moniali carnaliter cōcūbebat ipſamq̧ clauſis ianuis omni nocte ⁊ ne ſciebat qualiter extrahebat. Accidit vero q̄ quadā die epiſcopus patrie ad monaſterium venit. ⁊ plures moniales ⁊ illā inter ceteras cōſecrauit. Diabolus a die cōſecrationis ipſam tangere nō potuit. ſed apparens ei de longe apoſtatare ſuadebat ⁊ tandē vacuus recedebat. Ecce ergo q̄mo ɔſecratio operat virtualiter. vnde Leui. xxvij. Quicquid ſemel fuerit ɔſecratū. ſanctum ſanctorū erit dn̄o. Sic igit patʒ quō ɔſecratio operatur virtualiter. figuratur literaliter. Exemplat naturalr.

A **Conſentire. Conſenſus** Cū conſenſ⁹ ſeu volūtas ſit ille actus anime in quo ɔſiſtit ratio meriti ⁊ demeriti vel peccati. cū conſenſus ⁊ volūtas reputentur pro facto. Uide infra vbi de volūtate ſatis dicetur. Nota tamen q̄ in ſcriptura inuenit Conſenſus

| | |
|---|---|
| Mutuus. | Primus eſt pacis nutritiuus. |
| Fatuus. | Secundus eſt necis inductiuus. |
| Congruus. | Tertius eſt lucis ingreſſiuus. |

¶ Eſt igitur conſenſus mutuus pacis generator. Et ſic conſentire nihil aliud eſt q̄ inuicem acquieſcere ⁊ alter alteri concordare. Unde in ps. Tu vero hō vnanimis qui ſimul mecū dulces capiebas cibos. ⁊ in domo dei ambulauimus cū conſenſu. Sine etiam conſenſu mutuo nulla pax aut concordia celebraf. Actuū xxviij Cumq̧ inuicem non eſſent conſentientes recedebant. Finxerunt enim poete q̄ tres fuerunt ſorores que gorgones ſunt vocate. que vnicū oculū dicebātur habere quem ſibi inuicem mutuabant. q̄ pro tāto dictum eſt vt ſupponitur. quia vnius erant voluntatis ⁊ cōmunis concordie et conſenſus ſimulq̧ vixerunt et ſemper pariter regnauerūt. Sic igit in nobis debʒ eē vnicus et mutu⁹ oculus ⁊ cōſenſus Math. v. Eſto conſentiens aduerſario tuo ⁊c. De tali aūt ɔſenſu vel diſſenſu. vide īfra de diſcordia ⁊ etiā de ɔcordia. Iſte ē igr ɔſenſus mutu⁹ pacis gn̄ator. ¶ Scd̄o dico q̄ inuenit

B ɔſenſus fatu⁹ necis ppinator. ⁊ iſte ē ɔſenſus quo qs acq̄eſcit ſuggeſtiōi maligne ſicut paul⁹ de ſeipſo dicit. Act. vij. ⁊ xxij. Quod ipſe conſentiebat illis qui martyres occidebant. ⁊ cuſtodiebat veſtimenta illorum. Mutuus enim conſenſus facit matrimoniū. Si igit anima diabolo conſenſerit conſtat q̄ ipſius coniunx erit. Unde ipſe eſt ſicut holofernes qui iudith. cōſenſum ſpontaneum requirebat. Iudith. xij. Sponte cōſentiat habitare mecum. Aduerte enim q̄ ſicut venenum quando venit ad cor penetrans per interiores venas. ſolet animal occidere. Sic peccatū per venas affectionis ⁊ cogitationis tranſiens. tunc ſpiritualiter occidit quando per conſenſum cor ⁊ voluntatē attingit. Un̄ de malo conſenſu qui reputatur pro facto dr̄ Roma. j. Quoniam qui talia agunt digni ſunt morte Non ſolum qui talia agunt ſed qui eis conſentiunt. Et bene dicit cōſentiūt quia ſm̄ iura agentes ⁊ cōſentientes pari pena puniuntur. Unde dominus Leui. xx. dicit. Succidam ipſum. ſcʒ peccatorē ⁊ omnes qui conſenſerunt ei vt fornicaretur. Et applica bene ſi vis contra malos conſiliarios ⁊ fautores et contra vetulas ⁊ leones. Non eſt igitur conſentiendū peccantib⁹ vel peccato. Thobie. iiij. Uide ne aliquando peccato conſentias. Hic eſt igitur conſenſus necis ppinator.

C ¶ Tertio dico q̄ inuenitur cōſenſus congruus lucis procurator. Et iſte eſt ille quo quis conſentit bonis rebus et bonis perſonis. Bonis dico rebus ſicut apoſtolus Rom. vij. qui dicebat. Conſentio legi quoniaʒ bona ē. Bonis etiā pſonis ſicut Rom. xij. cōſulit. Nō alta ſētiētes. ſed humilib⁹ cōſentientes ⁊c. Uide de placere Cōplacere ⁊ Uelle. Acquieſcere volūtas.

A **Conſequi.** Notabo q̄. cōſequi idē eſt qd̄ complete ſequi ⁊ ſic ſumit p aſſequi. et pro cōprehēdere vel amplecti. Sicut ergo canis diuerſis motibus ⁊ latratibus apprehēdit ⁊ ɔſequitur predam ſuam. Sic nos diuerſis motibus operationum bonarū et diuerſis latratibus orationum ſanctarum conſequi debemus predam proficuam ad ſalutem. ſcʒ bona ſpiritualia et eterna. vnde de Abel dicit Hebr. xj. Fide conſecutus eſt ſe eſſe iuſtum Aduerte tamē q̄ illi qui currunt in ſtadio tunc melius ɔſequūtur quādo non nimis aſpere et feruenter in principio currūt Melius ē ei prio moderate currere ⁊ in fine accelerare q̄ primitus nimis precipitare ⁊ finaliter pre laſſitudine ſe tardare. Sic vere dicam q̄ multi in moribus in principio nimis accelerāt. in q̄tum indiſcrete ardua et vires ſuas excedentia tentant. Iſti vero non conſequūtur nec perſeuerant quia proceſſu temporis in via deficiunt ⁊ oberrant. Acres enim in principio frangūtur in fine. Ro. xj. Quod querebat iſrael. non eſt cōſecutus. Prudentes primo mature et deliberate procedunt. ⁊ ſic ad finem debitū conſequūtur. ⁊ ad bonum optatum perſeuerando accedunt. Figurati in Petro et Iohanne. Iohan. xx. vbi iohānes qui tardius inceperat. pcucurrit citius petro ⁊ venit prior ad monumētum ⁊c. Uide ſupra de cito ibi. Item abſtinendum eſt a nimis cita celeritate. Igitur notabo q̄ laborare debemus ad tria principaliter conſequenda videlicet. B

| | |
|---|---|
| Ueniam que culpam remittit. | De venia ɔſequē |
| Gratiam que bona ſubmittit. | da dr̄ puer. xxviij. |
| Gloriā que magna promittit | Qui abſcōdit ſce |

lera ſua non dirigetur in terra qui aūt cōfeſſus fuerit ⁊ dimiſerit ea miſericordiam conſequetur. De gratia autem dicit apoſtolus hebreo. iiij. Adeamus cum fiducia thronum gratie eius vt miſericordiā conſequamur. De gloria vero eterna conſequenda dicitur Iudith. v. Annonam de celo conſecuti ſunt ⁊c. Uide infra de Sequi et Proſequi.

**Conſeruare.** Nota q̄ conſeruare ſumitur pro cuſtodire p facere. vel p implere. Dico ergo q̄ in ſcriptura reperitur. Conſeruatio actiua conſeruatio paſſiua Actiua dico qua qs cōſeruat ydonea. Paſſiua vero qua quis a rebus conſeruatur idoneis. Dicam igitur de paſſiua primo. Sicut enim ſm̄ naturales multa ſunt que vitam humanam conſeruant. vicʒ Aer. Cibus. Potus Exercitium Quies. Uigilia Somnus. Sic proculdubio multa requiruntur ad hoc q̄ vita ſpūalis et homo interior in eſſe morali et virtuoſo debite conſeruetur. videlicet.

Aer ideſt Puritas et innocentia.
Cibus ideſt deuotio et eucharistia.
Potus ideſt doctrina et ſcripture ſcientia.
Exercitium. ideſt labor et diligentia.
Quies ideſt tranquillitas mētis ⁊ patientia.
Uigilia ideſt conſideratio diſcretio ⁊ ſapientia.
Somnus ideſt cōtemplatio ⁊ eternorū cōplacentia.

Iſta enim conſeruant vitā gratie. ⁊ finaliter pcurant vitā glorie vnde illud. Eccli. xv. Si volueris mandata conſeruare. conſeruabunt te. vide infra de ſeruare vbi diuiditur et exponitur. Et aduerte q̄ deus eſt ille qui eſt conſeruator priuilegiorū noſtrorū. Paruʒ enim valent priuilegia papalia niſi dederit conſeruatorē qui ea faciat cōſeruari. Sic priuilegia et beneficia que nobis a natura. fortuna ⁊ gratia cōceſſa ſunt conſeruatore indigēt ipſo deo. alias cito pereūt ⁊ labūtur Ideo petebat dauid in ps. Cōſerua me domine qm̄ ſperaui in te ⁊c. Iſte enī conſeruat ſuos multipliciter vicʒ.

Submouendo quod inficit.
Subiungendo quod proficit.
Apponendo quod ſufficit.

Iſte enim conſeruat peccata que inficiunt ſubmouendo. de quo in epiſtola iude circa finem. Potēs eſt autē deus conſeruare vos ſine peccato. ¶ Item conſeruat adiungendo merita que proficiunt ſcilicet gratiā et virtutes ps. Dominus cōſeruet eum ⁊ viuificet eum. ⁊ beatum faciat eum ⁊c. ¶ Item conſeruat apponendo gaudia que ſufficient. ſcʒ gloriam eternam. vnde in ps. Dn̄s non derelinquet ſanctos ſuos in eternum cōſeruabunt.

Ayuntamiento de Madrid

B conſeruabūtur. Sed eſt alia conſeruatio actiua qua. ſcʒ quilibet debet conſeruare illa que pertinent ad ſalutem. ſicut eſt conſeruatio mandatorum et ſtatutorum. Unde nota ꝙ iuſti conſeruant.

Iuſticiam que mala corrigit.
Diſciplinam que carnē ſubigit.
Uerbū dei quod mētes erigit
Dei legē que cunctos dirigit.
Tēpus aptū quod malū abigit.

De ꝯſeruatione iuſticie dr eccli.j. Fili concupiſcēs ſapientiā conſerua iuſticiam. De diſciplina dicitur. Eccli.xlj. Diſciplinam in pace conſeruate ſibi. ¶ De verbo dei dr Eccli.ij. Qui diligunt verbum conſeruabunt illud. ¶ De lege diuina dicit. Eccli.xliiij. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem excelſi. ¶ De tempore vero oportuno dr Eccli.iiij. Conſerua tempus ⁊ declina a malo ⁊c. vide infra de Seruare. et de cuſtodire. ⁊c.

# A Conſideratio Conſiderare.

Nota ꝙ conſiderare idem eſt quod ꝓuidere cum deliberatiōe reſpicere. vel in rebus ignotis vel occultis meditari ⁊ cogitare. Unde moraliter loquendo conſideratio ⁊ meditatio quaſi idem ſonant vnde cōſideratio ꝓprie loquēdo idē eſt qđ futurorū ſeu difficiliū vel dubiorum attenta meditatio. Aduertamus igitur ꝙ conſideratio pertinet ad creaturam rationalē. Nam ſicut videmus ꝙ aues predales anteꝙ̄ volant diu circunſpiciunt et conſiderant vtrū aliquā predaʒ videāt et ad quā partē declinare debeant. Sic vere cariſſimi rōnabiles ⁊ ꝯtēplatiui viri valde debent caute circūſpicere ⁊ videre. ad quam predā vel ad quā partē. i. ad quod antrū vel ad quē ſtatū debeāt anhelare ꝑs. Oculis tuis cōſiderabis ⁊ retributionē peccatorū videbis Aquila eñ quādo ſedet ſuper rupē vnā. de trib⁹ ſolet ſemꝑ conſiderare. Aut eñ cōſiderat vngues ſuos aut conſiderat ſolē in rota ſua aut conſiderat circūquaqꝫ ſiquā predā viderit ad quā volet ſicut dicit. Pli. Sic vere chariſſimi nos qui in rupe fortaliciȷ̄ fidei ⁊ eccleſie ſedemus. vnum iſtorum triū ſemper conſiderare debemus. vicʒ vngues noſtros: ideſt noſtraruʒ ſuperfluitatum curuitatē ⁊ defectuoſitatem. Itē ipſum ſolē ideſt bonorum eternorum claritatem. et amenitatem Item predam noſtram. ideſt bonorum operum agendorum qualitatem ⁊ bonitatem. Boni eñ cōſiderāt.

Horrorem ſcelerum vt corrigantur.
Splendorem ſuperum vt appetantur.
B Ualorem operum vt exequantur.

De cōſideratione propriorū defectuū ⁊ ſcelerū pōt dici illud prouer. xxxj. Conſiderauit ſemitā domus ſue. De cōſideratiōe aūt bonorū ſuperū pōt dici illđ. Iob. xxxvij. Super omnes celos ipſe cōſiderat. De cōſideratione vero bonorū operū pōt dici illud. j. Reg. xxv. Cōſidera ⁊ cogita quid facias De his ergo que conſiderare debemus poteſt exponi breuiter illud, Hiere. ij. Tranſite ad inſulas cethim et videte: et in cedar mittite ⁊ conſiderate vehementer. In quib⁹ verbis aduertendum eſt ꝙ tria ſunt a nobis principaliter meditanda et conſideranda videlicet. Naufragium mundiale excidium quod oſtenditur nomine inſularum. Inſulas inquit. Exitium infernale quod oſtenditur cuʒ dicitur. Cedar quod interpretatur tenebre. Solaciuʒ ſupernale. qđ oſtēditur cū dicitur cethim qđ interpretatur germina vel reſurrectio. Et primo inſtruimur ad precauendum. Et ſecundo inducimur ad metuenduʒ.
C Et tertio allicimur ad appetendum. ¶ Conſiderem⁹ ergo mundi naufragium vt erudiamur. Conſideratio enim alicuius naufragiȷ̄ vel periculi facit hominē magis cautum ad ipſum periculū euitādū. Et reuera cariſſimi mundus iſte eſt locus multorum et magnorū periculorū tribulationū ⁊ vexationū. qđ oſtēditur cuʒ dicitur inſulas. Inſule enim dicunt diuerſi ſtatus mūdi qr ſicut inſule mari ſunt vndiqꝫ circūſepte et maris fluctibus verberate et piratarū rapinis expoſite. Sic vere omes mundi ſtatus cuiuſcunqꝫ ꝯditionis exiſtāt mari ideſt multis amaritudinibus ſunt reſperſi. multis etiā tribulationū fluctibus ſunt percuſſi. multis inſuper piratarū. ideſt demonū tentationib⁹ ⁊ vexationibus ſunt impulſi. Tales ergo inſule ſunt cōſiderande vt earum delectationes ⁊ ꝓſperitates cōtēnātur vt earū pericula caueātur. Ezech. xxvj. Turbabūtur inſule in mari Mundane enim inſule. i. mūdani ſtat⁹ ſunt cōſiderāde. precauēde et fugiēde. In iſtis enim ſunt vt cōiter calores maiores mot⁹ fortiores. latrones peiores. Calores dico maiores qr etiā quedā ſunt inſule q̄ dicūtur colie. que ſunt in mari ſicilie. que perpetuum ſpirāt ignē. Mot⁹ dico etiā fortiores qr in inſulis maris fit quādoqꝫ faciliter terremot⁹. Latrōes etiā dico peiores. ſ. latrones marini ſolēt ad inſulas tranſire vt ibidem poſſint ſecuri⁹ habitare. Sic vere chariſſimi. Inſule ideſt ſtatus et ſecte particulares huius mundi valde debēt hodie cōſiderari. vt. ſ. homo aduertat vbi cor ſuū debeat ampullari. qr vere in multis ſtatib⁹ eſt hodie ignis et calor auaricie ⁊ cupiditatis. Ignis etiā luxurie ⁊ carnalitatis. Ignis etiā ſeuicie ⁊ crudelitatis ſicut patet vt communiter in ſtatu mundanorū. ita ꝙ de talibus inſulis ⁊ ſtatibus eſt hodie terremotus cōtrouerſie: diſcordie et malignitatis. vel mutationis ⁊ varietatis ſicut patet qr omnes mūdi ſtatus ſunt mutati ⁊ moti a ſua primaria cōditiōe ⁊ perfectione vnde Apo. vj. Omnes inſule de locis ſuis mote ſunt. Itē dico ꝙ in multis talibus ſtatibus ſunt hodie latrones malicie et ꝑuerſitatis. ⁊ potiſſime detractores qui bonam famā aliorū vel ꝯloquacitate denigrāt. vel taciturnitate furātur vnde Eſay. xxiij. Ululate qui habitatis in inſula. Iſta ſunt ergo conſideranda ⁊ a diſcretis mētibus precauenda Nume. xiij. Conſiderate terrā qualis ſit ideſt conſiderate mundi proſperitatē qualis ſit ſcilʒ q̄ vitioſa. q̄ periculoſa. q̄ deceptoria q̄ tranſitoria Terra enim iſta ſcilicet terreſtris ſubſtantia.

Eſt laborioſa ad acquirēdū
Eſt timoroſa ad ſeruandū.
Eſt doloroſa ad perdendū.
¶ Hec enim.
Cum labore acquirit.
Cum timore cuſtoditur.
Cum dolore amittitur.

Cōſiderem⁹ ergo mūdiale naufragiū vt erudiamur. Inſulas inq̄t D
¶ Secūdo dico ꝙ cōſiderare debemus infernale ſuppliciuʒ vt deterreamur qđ oſtēditur cum dicitur cedar qđ interpretatur tenebre ſeu obſcuritas. per qđ poteſt ſignificari infernus. vbi eſt terra miſerie et tenebrarū. ⁊ ſempiternus horror. Iob. x. Ideo de tali conſideratione dʒ dicere homo. illđ ꝑs. Habitaui cum habitantib⁹ cedar. multū incola fuit anima mea. Cum habitantibus enim cedar. ideſt cuʒ illis qui nūc habitant in obſcuritate mortis purgatoriȷ̄ vel inferni debemus per conſiderationem habitare. Iſta enim conſideratio valde eſt vtilis. qr ſcʒ timor dei cōcipitur per cōſequens multa mala impediūtur per timorem domini declinat ois a malo. Prouerbi. xv. Unde Iob. xxiij. Conſiderans ipſum timore ſollicitor. In animalibus enim iuxta iecur ſemper inuenitur fel. vix aut nunꝙ eſt dare aliud. Et hoc procerto poteſt ſignificare ꝙ vbicunqꝫ fuerit. iecur qđ amare cogit. i. dulcedo alicuius tēporalis cōſolationis. ſemꝑ procerto debet ineſſe fel. ideſt amaritudo conſiderationis. Pauo enim conſiderans pedes ſuos. rotam deponit Sic homo conſiderans finem ſuum. faſtum ſuperbie dimittit. Bene ergo dicitur. Sap. vj. Conſiderans te metipſum ne et tu tempteris. Debʒ ergo conſiderare ſupplicium infernale. ¶ Tertio dico ꝙ conſiderare
E debemus ſolacium ſupernale. ſ. bona paradiſi. Mercennarius enim ſemper habet oculum ad mercedem glorie paradiſi quē deus in ſero mortis fidelibus ſuis repromiſit: Cum ſero enim factum eſſet. dictum fuit. Uoca operarios tuos et redde illis mercedem. Mat. xx. Et iſta merces: iſtud bonum oſtenditur cū dicit cethim quod interpretatur germina vel reſurrectio qr. ſ. in paradiſo ſunt germina omniuʒ bonorum. ⁊ ſunt reſurrectiones. ideſt reuelationes omnium malorum.



Ayuntamiento de Madrid

Uel ſi vis cum ponitur cethim cum.c. interꝓtatur aliter ideſt fixus.⁊ ſignat ſtabilitatem glorie paradiſi.et ſic ibi eſt reſurrectio ideſt eleuatio honoris ⁊ dignitatis.germen ideſt fruitio dulcoris et voluptatis fitio.i. duratio eternitatis et perpetuitatis que oĩa procerto ſunt conſiderãda vt mens alliciatur ibidẽ vnde Eſa. xxiij.In cethim conſurgens tranſfreta.De forti enim muliere dicitur.Prouerbi.xxxj.Conſiderauit agrum et emit illum.Ex conſideratione enim et cognitiõe celeſtium bonorum.mouetur homo ad ipſa emendũ et acquirendum Patet ergo ꝙ conſideranda ſunt.

Celi faſtigium.
Finis ſupplicium.
Mundi naufragium.

Et ſi vis nota adhuc quod iuſti multa cõſiderare ſolent videlicet.

¶ Deũ vt ipſum timeant.
Mundũ vt ipſum caueant.
Peccatum vt ipſum horreãt.
Seipſos ne ſibi placeãt.
Mortẽ vt triſtes ſedeãt
Impium ne huic adhereant.
Iuſtum vt ſibi faueant.
Infernũ ne vane gaudeãt.
Paradiſum vt illũ adeant.

In iſtis enim omnibꝰ debet humana mẽs ⁊ cõſideratio verſari et circa ꝓmiſſa diuerſimode meditari.Conſideret ergo deũ qui dꝫ timeri q̄r ſcilꝫ dũ mira dei iudicia ipſiuſq̄ potentia cõſiderãtur homo ad ipm timendũ inuitat.Oculus enim ↄſiderans ſolem efficitur lachrymoſus.vnde Job dicebat. Job. xxiij.A facie eius turbatus ſum.⁊ cõſiderans eũ timore ſollicitor.⁊ Job.xxxvij.Sta et cõſidera mirabilia dei ¶ Item conſideret homo mundũ qui dꝫ caueri. Homo enim videns incendiũ vel ruinã ſolet a longe ↄſiderare. nec ei audet appropinquare.Unde plinio pħo melius fuiſſet ꝙ ethnã montẽ ardentẽ de longe ↄſideraſſet q̄ ꝙ ipſi nimis appropinquãs ab eo ſuccẽſus fuiſſet bene ergo conſulit Joſue.ij.Cõſiderate terrã vrbẽq̄ hiericho.¶ Item conſideret pctm̃ quod dꝫ horreri.Jõ Math.vij.dicit.Ille reprehendit qui trabẽ quã hꝫ in oculo.i.maximũ peccatũ qd̾ hꝫ in corde nõ conſiderat ¶ Item ↄſideret ſeipſum quẽ dꝫ vereri.vnde illud Gal. vj.Conſiderans temetipſum.Iſta eſt enim ſapientia ſumma.ſ.cõſideratio ſui.Sꝫ de hoc vide de Cognoſcere de Uidere vnde de cõſideratiõe ꝓpriorũ defectuum põt exponi illud Nee.ij. Cõſiderabã murũ hieruſalem diſſipatũ.¶ Item conſideret mortẽ que debet terreri. Judic.xix.Cõſidera ꝙ dies ad occaſum decliuior ſit et ꝓpinquet ad veſperã.¶ Itẽ conſideret impiũ quo dꝫ vigeri.Prouerbi.vij. Conſidero vecordẽ iuuenem ⁊c. ¶ Item conſideret iuſtum quo dꝫ doceri.prouerbi.vj. Uade ad formicã o piger et conſidera vias eius ⁊ diſce ſapientiam.¶ Item conſideret infernum quo dꝫ horreri pſ.Oculis tuis cõſiderabis ⁊ retributionem peccatorum videbis.¶ Item conſideret paradiſum quo debet impleri.Nũe.xiij.Cõſiderate terrã qualis ſit ⁊c. vide i alijs multis locis ⁊ titulis vbi d̾ ↄſideratiõe agit

# Conſilium.

Nota ꝙ conſiliũ nihil aliud eſt q̄ ordinatio prudentiũ deliberatione vallata.Sicut enim dicit Tulliꝰ in li.ij. rhetori. Conſiliũ eſt examinandarũ gubernandarũ rerũ ſubtilis animi ꝓſpectus.Et eſt conſiliũ valde neceſſariũ illis qui habent rempublicam gubernare.Cum deliberatione enim conſilio ⁊ prudẽtia debent ſuperiores facere quicquid agunt Eccl's.xxxij.Sine conſilio nihil facias.⁊ poſt factũ nõ penitebis.Sicut enim dicit pli. Inter elephantes talis eſt regula ꝙ maior natu ducit gregem.Alij autẽ quanto antiquiores tanto ſibi propinquius aſſiſtunt ⁊ tanto ad ducendum gregẽ ipſum amplius adiuuant et confortant. Sic vere inter nos maiores natu. ideſt antiquiores moribus et etate, debent gregem ſubditorum regere et ducere ⁊ ſibi preficj et preeſſe.Alij autem antiquiores,⁊ prudentiores dñt ipſum in iſtis actibus adiuuare et ſuis conſilijs ⁊ auxilijs ad aliorum regimen confortare. Rector enim cõmunitatis ſine bono conſilio vix poteſt regere bene. Et ideo bonis conſiliarijs debet credere.⁊ tales ſecum eligere ⁊ habere.Ideo.iij.Regum.j.dicitur Accipe conſilium a me ⁊ ſalua animam tuam.Nã vt dicit Greg. Ualde fortitudo deſtruitur niſi per conſilium fulciatur quia quo ſe plus poſſe conſpicit.eo ſine moderamine ſepe ruit.Aries enim libentius frequentat ſocietatem ſenum ouium q̄ agnorum Sic procerto prelatus libentius ſequi debet et ſecum admittere ſocietatem ⁊ conſilium ſenum prudentũ q̄ iuuenum fatuorum Roboam enim vſus iuuenum conſilio perdidit regnum ſuum ſicut dicitur.iij Regum.xij.Quia reuera conſilio iuuenum.ideſt ſupplicium fatuorũ nunq̄ a ſapiẽtibus vt cõmuniter eſt credendum:Iuxta illud Eccl's. viij.Cum fatuis conſilium non habeas non enim potuerunt eligere niſi que ſibi placent. Aduertamus ergo quod dicit ſapiens Prouerb.xj.Ubi non eſt gubernator populus corruet ſalus autem vbi multa cõſilia. B.

¶ Nota ergo ꝙ conſiderationem ad conſilium et deliberationem habendum et frequentandum.

Inducit natura.
Deſignat figura.
Precipit ſcriptura.

De natura patet ꝙ formice q̄ſi mutuo ſe inueniũt faciũt inter ſe quaſdam collocutiones hoceſt dictu.ꝙ vna cum alia ſe reſtat ⁊ ita altera cũ altera moram trahunt ꝙ colloqui et quaſi de re ſua publica tractare et inuicem conſiliũ habere videntur.In quibus natura nos inſtruit ꝙ ſuper negocijs publicis debent mira conſilia et diuerſa colloquia pertractari quod vtiq̄ figura deſignat quia ſicut dicitur Apoc.iiij.Sedens in throno habebat circa ſe in diuerſis ſedilibus viginti quatuor ſeniores. ad denotandũ ꝙ illi qui ſedent in throno iudiciarie poteſtatis debent iuxta ſe in ſedibus in officijs cõſtituere ſeniores.i.prudentes ⁊ meliores.vt corũ conſilio ⁊ auxilio poſſint rempublicã gubernare.Et iſtud etiam precipit ſcriptura.Prouer.iij.Cuſtodi legem atq̄ ↄſiliũ. Et nota ꝙ qui habent dare conſilium debent.

Sagacitatem habere.
Fidelitatem tenere.
Fallacitatem horrere.

Debẽt ergo ↄſiliarij habere ſagacitatẽ.Eccleſi. xxiiij.Ego ſapientia habito in altiſſimis.Item debent fidelitatem tenere Prouerbi.xj.Qui fidelis eſt celat amici conſilium Item debet falſitatem horrere quia.ſ.nunq̄ debent conſulere aliquod malum.nec vtilitati cõmuni contrariũ.ſed iuſte et ſm deus omnia pertractare pſ.In cõſilio iuſtorum et cõgregatione. C

in future acredinis cōſideratione hō poſitus fuerit ⁊
immerſus: nunq̄ procerto erit ita durus quin ad te-
neritudinē ⁊ mollicie benignitatis ⁊ pietatis reduci de
beat ⁊ conuerti: ita ꝙ ad voluntatē boni artificis xp̄i
vel predicatoris ad quicq̄d iuſtū fuerit debeat cōmu-
tari.ſ. ad iniurias indulgendū: ad elemoſinas largien
dum: ⁊ ad indigentibus cōpatiendū: vn̄ de cōuerſione
iſta poteſt dicere quilibet ſic cōuerſus illud Eze. xlvij.
Conuertit me ad ripā torrentis vbi erāt ligna multa
ex vtraq; parte: ⁊ dixit mihi. Aque iſte vadūt ad cumu
los ſabuli orientalis: ⁊ deſcēdūt ad plana deſerti. Tor
rens em̄ ſignat redundantiā fluminis miſericordie ⁊
pietatis ex quo procerto aq̄ diuerſaꝝ elemoſinaruꝫ ⁊
beneficioꝝ egrediunꝭ: ⁊ circa quā ligna multa.i. mul-
ti pauperes cōmoranꝭ: ⁊ per quā plana deſerti.i. pau-
pertatis calamitas irrigatur: ad talē ergo torrentem:
i. ad fluuiū pietatis debemus conuerti: ⁊ in ipſo men-
taliter balneari: q̄q̄ pro certo multi ſunt qui cōuerſio
ne: ꝯtraria quotidie ſunt mutati: q̄r ſcꝫ ſunt plures ho
die q̄ nō cōuertūtur de auaricia ad pietatē: ſꝫ magis
de clemētia ad cupiditatē: ſicut pꝫ: q̄r multi ſunt q̄ dū
eſſent iuuenes dū eſſent paupes: dū eſſent ſubditi: dū
eſſent p̱uuli: erāt clemētes ⁊ miſericordes: q̄ tādē facti
ſenes: facti diuites: facti prelati: facti ꝓuecti: ad auari
ciā ⁊ duriciam ſunt ꝯuerſi. De iſta ꝯuerſione dr̄ Eſa.
xxxiiij. Cōuertenꝭ torrētes in picē: ⁊ hum⁹ in picē ar-
dentem. Jſta eſt conuerſatio diabolica: quādo torrēs
pietatis cōuertitur in picē tenacis cupiditatis. Non
ſic ergo: ſed conuertamur in pietatis dulcorem: cher-
mel: qđ interpretatur teneritudo. vnde. j. Reg. xxij. Jp
ſe tanq̄ tenerrimus ligni vermiculus: vt tā de lybano
q̄ de carmelo dicatur illud Eſa. xxxv. Gloria lybani
ad te veniet: decor carmeli ⁊ ſaron. Vide ſupra de car- O
melo: q̄r de chermel nō eſt alia autoritas. ¶ Tertio di
co. ꝙ debemus conuerti ad probitatis vigorē: qđ oſtē-
ditur cum dicitur. Jn ſaltum reputabitur. Saltare
enim ſignum eſt virtutis: agilitatis ⁊ vigoris. Sicut
enim proceſſu temporis puer cōuertitur in virum: de-
bilis in fortem: infirmus in ſanum: ita ꝙ tunc poteſt
ſaltum facere cū vigore. Sic nos in viros fortes ⁊ agi
les debem⁹ conuerti: vt ſaltus ⁊ motus ſpiritales poſ
ſimus exercere. vnde Cantico. ij. Ecce ſaliens in mon-
tibus ⁊ tranſiliens colles. Debem⁹ ergo conuerti et
ſaltare.

De terra ad celum per contemplationem.
De mundo ad deum per orationem.
De mundi gloria ad infernū per cōſideratione.
De exterioribus ad cor noſtrū per ipſi⁹ meditationē.

¶ Conuertamur ergo ad celeſtia ipſa contemplādo.
p̄s. Cōuertere anima mea in requiem tuam. Jtem cō-
uertamur ad deum ipſum deprecando ⁊ diligendo. vn
de Eccli. xvij. Cōuertere ad dn̄m ⁊ relinq̄ peccata tua.
¶ Jtem conuertamur ad infernum tormenta eius cō
ſiderando p̄s. Conuertantur peccatores in infernuꝫ.
Jtē cōuertamur ad cor noſtrū: ipſum corrigēdo ⁊ exa-
minādo p̄s. Loqueꝭ pacē in plebē ſuā ⁊ in eos q̄ cōuer
tuntur ad cor. Jtē conuertamur ad mortē ipſam me-
ditādo ⁊ recogitādo: vn̄ Treno. j. Jpſa aūt gemēs ⁊ cō
uerſa eſt retrorſum. Jſti ſunt ergo ſalt⁹: curſus: cōuer-
ſiones: ad quas debem⁹ aīos inclinare: vn̄ Hiere. iij.
Cōuertimini filij reuertētes. Jtē ſūt em̄ bone ꝯuerſio-
nes: q̄r ſicut ſolſequiū ſemp̱ ſe conuertit ad ſolē: acus
etiā tacto adamāte: ſemp̱ ſe ꝯuertit ad ſtellā marinā,
Sic nos

Ayuntamiento de Madrid

Sic nos debemus conuerti ad ſolem iuſticie per deuotionem: ⁊ ad ſtellã maris .i. ad beatã virginē per affectionē ⁊ orationē. Deus enim dicit Ezechie .xviij. Nolo mortem peccatoris: ſed vt magis conuertatur ⁊ viuat. Multi tamē ſunt qui aliquo modo conuerti nõ poſſunt. Humores enim boni in corpore bene conuertuntur in malos: mali vero nunꝗ̄ conuertuntur in bonos. Cõuerſio enim humorũ nõ eſt reciproca: ſicut eſt conuerſio elementorum. Sic vere multi ſunt q̄ poſtꝗ̄ mali efficiuntur ita in malicia obſtinantur: ꝙ nunꝗ̄ ad bonum amplius conuertunt̄. Ezechie .iiij. Non te conuertes a latere tuo in latus aliud. Nõ ſic chariſſimi: ſed conuertamur vt dictũ eſt

Ad probitatis vigorem.
Ad pietatis dulcorem.
Ad puritatis candorem.

¶ Iſta ergo ſufficiãt de conuerſione morali: q̄ī infinitis locis fit mentio de eadem.

A **Conuerſatio.** Nota ꝙ conuerſatio idem eſt ꝙ ſimulverſatio ⁊ cõmoratio. Et eſt cõuerſatio ꝓprie morũ ⁊ cõditionũ exteriorꝝ congeries ⁊ aggregatio. Cõuerſatio ergo ꝓprie ſicut cutis in aĩalibus: cortex in arboribus: ſicut color in imaginibus ⁊ in lapidibus: ſicut veſtis in hominibus: ſine cute enim horribilia ſunt corpora: ſine cortice ligna ſunt corruptibilia: ſine colore imagines non appreciant̄: ſine veſtibus nuditas ⁊ verecundie membra videntur. Sic vere chariſſimi: ſi cutis: cortex: color ⁊ veſtis honeſte conuerſationis deficit tunc pro certo homines ſunt

Horribiles ad videndum
Corruptibiles ad perſeuerandum.
Turpes ſine appreciatione.
Viles ſine reputatione.

¶ Cõuerſatio ergo bona ⁊ honeſta debet haberi maxime a viris eccleſiaſticis religioſis ⁊ prelatis: quorum conuerſatio eſt aliȷs in maximũ exẽplũ. Unde .j. Thimo .iiij. Exemplum eſto fidelis in verbo in caritate in conuerſatione. Bona enim cõuerſatio eſt habenda triplici ratione: q̄ .ſ. iſta

Eſt intuentibus gratioſa.
Eſt imitantibus fructuoſa.
B Eſt poſſidentibus virtuoſa.

¶ Eſt dico gratioſa intuẽtibus. Sicut enim pulcritudo pellis panthere propter colorũ varietatem delectat oculos aĩaliũ intuentiũ: ipſoſq̄ ad ſui intuitũ attrahit: ſic vere pulcritudo pellis .i. cõuerſationis: quando varietate colorũ .i. virtutũ ⁊ perfectionum eſt picta: oculos intuentium ſolet ꝗ̄ plurimum delectare: ⁊ ipſos ad bonum attrahere ⁊ inuitare. Delectabile eſt enim oculis videre lumen. Sicut dicitur Eccl'i .xj. Unde de tali viſiua ⁊ intuitiua cõuerſatione dicitur Baruch .iiij. Poſtea in terris viſus eſt ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Ubi aduerte ꝙ bona conuerſatio debet eſſe

Humiliter radicata. In terris.
Euidenter declarata. Viſus eſt.
Sapienter ſociata. Cum hominibus .i. cũ ſapiẽtibus

ratione vtẽtibus: qđ eſt contra multos qui magis volunt cõuerſari cũ fatuis ꝗ̄ cũ ſapiẽtibus. De quibus poteſt dici Danie .ij. Quorũ nõ eſt cũ hominibus conuerſatio. Iſtud etiã eſt contra multos: quorũ procerto conuerſatio non eſt ad videndum gratioſa: ſed magis horribilis ⁊ odioſa: ſicut eſt conuerſatio malorũ: quam horribile eſt videre. Ephe .ij. ca. Alienati a conuerſatione iſrael. Sicut enim color ⁊ ſpecies hominis mortui non eſt ad videndũ delectabilis ſed horribilis ſic cõuerſatio malignorum. Sapien .ij. Grauis eſt nobis etiã ad videndũ: qm̄ diſſimilis eſt aliȷs vita eius. Nõ ſic bona cõuerſatio: q̄ iſta eſt gratioſa intuẽtibꝰ. Aduertẽdũ tñ eſt ꝙ ſunt quedã vetule ⁊ turpes mulieres: q̄ cũ quibuſdã vnguẽtis ita ſophiſticant facies ſuas: ꝙ iuuenes ⁊ gratioſe videntur ſicut dicitur de fimo crocodili: de quo fit vnguentũ: quo mulierũ ſenũ facies inuncta: ad tp̄s iuuenis ⁊ pulcra videtur: verũ eſt tñ ꝙ iſta pulcritudo nõ eſt durabilis: cito enim perit ⁊ tranſit: ⁊ turpitudo que latitauerat eluceſcit. Sicut enim dicit Sene. Nihil qđ ſimulatũ ⁊ fictũ eſt poteſt eſſe diuturnũ. Sic vere chariſſimi multi ſunt hodie viles ⁊ turpes q̄ tamē faciē ſue apparẽtie hypocritice vnguẽto honeſte cõuerſatiõis ſophiſticãt ⁊ inungunt: ⁊ ſic faciũt ꝙ ipſi q̄ turpes ⁊ viles ſunt interius in affectione: iuuenes ⁊ pulcri .i. honeſti ⁊ ſancti apparent exterius in ficta cõuerſatione: cito tñ tranſit iſta palliatio: hypocriſis enim cito ſe manifeſtat faciliter proculdubio talis bona conuerſatio deperit: ⁊ latens interior iniquitas declarat̄. Unde em̄ dicit Sene. Omnia ficta tanꝗ̄ floſculi dilabuntur. Non ſic ergo ſed habeamus bonam veram ⁊ realem conuerſationem: quia procerto iſta intuentibus eſt gratioſa.

C ¶ Secundo dico ꝙ ipſa eſt intuentibus fructuoſa: flores enim herbarũ ⁊ arborũ magis ſunt vtiles aliȷs ipſos colligentibus ꝗ̄ ipſis herbis. Alique em̄ ſunt herbe quarꝝ tota virtus eſt in flore: ſicut dicit̄ de thimo. ⁊ ideo flores talium recolliguntur ⁊ vſibus medicine ſeruãtur. Apes etiã magnã conſequunt̄ vtilitatē de floribꝰ alienis. Exinde em̄ conficiunt mel atq̄ cerã: per que fructũ ⁊ vtilitatē conferunt vniuerſis. Sic vere chariſſimi ſepe accidit: ꝙ flores bone conuerſationis: magis ſunt fructuoſi ⁊ proficui ipſas colligentibus: ipſã cõuerſationē imitantibus: ꝗ̄ ipſam habentibus. Multi em̄ ſunt quorũ tota virtus eſt in flore cõuerſatiõis: ſicut ſunt illi qui pollent in conuerſatione ⁊ torpẽt in operatione. Quãdo enim talis flos .i. talis conuerſatio per imitationem recolligitur: exinde mel deuotionis elicitur: ⁊ cerã .i. prudẽtia ⁊ ſciẽtia: que ex luminis ſapiẽtie materia generat̄. Iſta eſt ergo imitãtibꝰ fructuoſa. vnde .j. Petri .ij. Conuerſationē inter gẽtes habentes bonã: vt ex bonis operibus vos conſiderantes glorificẽt deũ. Iſtud tamen eſt cõtra multos quorum pro certo cõuerſatio nõ eſt aliȷs imitantibus vtilis ſ3 damnabilis. Non fructuoſa: ſed pernitioſa. Nõ iuuatiua ſed infectiua. Cortex em̄ cuiuſdam fructus qui dicit̄ cepa canina comedentibus eſt venenũ. Sic vere cortex cõuerſationis malorꝝ inſolentiũ ⁊ fatuorꝝ comedẽtibus .i. ipſam imitantibus eſt nociua. Nõ ſic ergo: ſ3 ſit in nobis bona conuerſatio: quia iſta eſt fructuoſa imitãtibus.

D ¶ Tertio dico ꝙ bona cõuerſatio eſt virtuoſa poſſidentibus. Uirtuoſum enim ⁊ ſanctũ eſt: ꝙ homo poſſideat ⁊ teneat cõuerſationē honeſtã. Conuerſatio em̄ exterior ſignum eſt ſanctitatis interioris. Per hec em̄ que foris apparent quid intus lateat aperitur ſm̄ Greg. Ideo de Thobia dicitur Thobie .xiiij. In bona vita ⁊ ſancta conuerſatione ꝑmanſit. De perſonis aũt eccleſiaſticis poteſt dici illud Deute .j. Date viros ſapientes ⁊ gnaros quorꝝ ſapientia ſit probata. Bona ergo conuerſatio vt dictũ eſt: eſt virtuoſa fructuoſa ⁊ gratioſa. Et nota ſi vis ꝙ conuerſatio iuſtorum debet eſſe

Per humilitatem ſubiecta.
Per dei timorem deiecta.
Per contemplationem erecta.
Per ſapientiam directa.
Per iuſticiã correcta.

¶ Igitur reluceat ĩ noſtra cõuerſatione humilitas mentis ſubȷciẽs. Eccl'i .xviij. Ante lãguorem humiliare ⁊ in tempore infirmitatis oſtende conuerſationē tuã. Item appareat ibi timor dei faſtũ deȷciẽs .ij. Petri .iij. Cõſiderãtes in timore caſtã ꝯuerſationē veſtram. Item ſit ibi contemplatio que mentē erigat. Philipen .iij. Conuerſatio noſtra in celis eſt. Item ſit ibi ſapientia que cuncta dirigat. vnde Deutero .j. Date ex vobis ſapientes viros ⁊ gnaros quorꝝ cõuerſatio probata ſit. Itē ſit ibi iuſticia que mala corrigat Philipen .iij. Scd̃m iuſticiam que eſt in lege conuerſatus ſum. Sed q̄d procerto talis non eſt conuerſatio malorum: quia reuera iſti conuerſantur

In erroribus mentis excecate.
In fetoribus carnis inquinate.
In fauoribus gentis deprauate.

¶ Conuerſantur dico in ignorantie ſecuritate

Ayuntamiento de Madrid

ḣ. Pet. j. In errore cõuerſati libertatem ſibi pmittunt Item conuerſantur in luxurie carnalitate et feditate Oſee. iiij. Cũ meretricibus cõuerſantur. Itẽ cõuerſantur in maloꝝ ſocietate. vñ Eccli. xlij. Filij abbominationũ ſunt qui cõuerſantur ſecus domos impiorum et cetera. Uide ſup. de colore. de pelle. de veſte. ⁊ cetera ſimilia: q⁊ in locis infinitis fit mẽtio de cõuerſatione

A **Conuiuium.** Cõuiuium poteſt accipi pro cõmuni refectione ꝓ cõmuni recreatione. pro communi delectatione. Cõuiuiũ. em̃ dicitur a con. qđ eſt ſimul. ⁊ viuo viuis. Et poteſt accipi cõuiuium

Pro refectione mũdane proſperitatis.
Pro recreatione eterne felicitatis.
Pro aggregatione moralis ſocietatis.
Pro impinguatiõe ſacramẽtalis ſatietatis.

De cõuiuio ergo mundane proſperitatis dicitur Dañ. v. ꝙ dñ Balthazar faceret grãde cõuiuiũ in babylone ⁊ letaretur valde cũ principibus ⁊ amicis ſuis. ſubito apparuit man⁹ ſcribens in pariete. q̃ ſcripſit. Mane techel phares. Et in illa die captus eſt ille balthaſar ⁊ occiſus. Sic vere chariſſimi in babilone huiuſmũdi homo ſtat in conuiuijs ⁊ ſolatijs. ſubito venit manus dñi. q̃ in pariete corporis noſtri ſcribit ſentẽtias mortis. ita ꝙ ſubito ab inimicis nr̃is. ſ. a morte ⁊ a diabolo capimur et hui⁹ vite ſolatijs priuamur. Ideo bene dr̃ Eccl'ſ. vij. Meli⁹ eſt ire ad domũ luctus ꝙ̃ ad domũ cõuiuij. Johãnes enim baptiſta in cõuiuio fuit cõdemnatus. Filij Job in cõuiuio mortui ſunt. Filij ſymonis ſummi ſacerdotis in cõuiuio ſunt occiſi. ſicut dr̃ Mat. ca. xiiij. Job. j. ⁊. j. Macha. xvj. Quia reuera in mundi cõuiuijs ⁊ ſolatijs proſperitatibus ⁊ oblectationibus: boni per detractores ⁊ falſas accuſationes interficiuntur: homines ad vitia inclinantur: ⁊ per caſum diuerſoꝝ vitioꝝ obruunt̃. Ibi em̃ dei obliuio generat̃: ibi ocio ⁊ ebrietati vacatur: ⁊ ibi oĩs inanis leticia frequentatur. Un̄ Eccli. xxxj. Ne opprimaris in cõuiuio vino. Et Eſa. v.
B Cythara: lyra: tympanũ: ⁊ tybia ⁊ vinũ in cõuiuijs veſtris: ⁊ opus dñi nõ reſpicitis. ¶ Itẽ de cõuiuio eterne felicitatis dr̃ Heſter. j. de cõuiuio aſſueri: vbi dicit̃ ꝙ Aſſuerus fecit grande cõuiuiũ cũctis principibus ⁊ pueris ſuis: fortiſſimis perſarũ ⁊ medorũ inclytis ⁊c. Ubi aduerte ꝙ ad iſtud cõuiuiũ admittunt̃ illi q̃ per mundiciã depurant̃ pueris. Illi q̃ per iuſticiã adequãtur Medorũ: qui interpretant̃ adequati. Illi q̃ per cõſtantiã roborant̃. Fortiſſimis. Illi qui per penitentias lacerant̃ vel macerant̃: pſaꝝ q̃ interpretant̃ late diffuſes. Illi q̃ p excellentiam decorant̃. Inclytis ⁊ pfectis.

C ¶ Item de cõuiuio eucariſtie: ſeu ſpiritalis ſatietatis dr̃. ij. Reg. iij. Fecit Dauid Abner ⁊ viris q̃ venerãt cũ eo grande cõuiuiũ. Ubi aduerte ꝙ cõuiue hui⁹ cõuiuij debẽt habere Caritatis pulcritudinẽ. Abner qđ interpretat̃ pater Lucidus. Probitatis fortitudinem Uiris inquit. Caritatis amplitudinẽ. Cũ eo inquit. i. ſimul ⁊c. Uide ſupra de cena: de cibo: de comedere: ⁊ in alijs multis locis. Et ſi vis vide in reductorio morali lib. iij. c. xvj. vbi agit̃ de cibo: ⁊. c. xviij. vbi agit̃ de cena.

**Conuocare.** Nota ꝙ cõuocare idem eſt ꝙ ſimul vocare. Et nota ꝙ eſt
A Conuocatio.

Congaudentium ſpiritualiter.
Predicantium literaliter ſeu ſalutariter.
Conſpirantium ſocialiter ſeu criminaliter.

Cõuocantur boni ad ſimul cõgaudendũ. vñ de dragma inuenta dr̃ Luce. xv. ꝙ mulier illa cõuocat amicos ⁊ vicinos di Cõgra. mihi ⁊c. Itẽ cõuocant̃ populi ad ſimul audiendũ. ſ. predicatiões: ⁊ cõcilia ⁊ precepta. Uñ Mat. xv. dr̃. ꝙ puocatis Jeſus ad ſe turbis dixit. Audite. Itẽ cõuocantur mali ad ſimul ledendũ: ſicut Hiere. j. Cõuocabo oẽs cognationes regnoꝝ aquilonis: ⁊ veniẽt ſcȝ contra hieruſalẽ ⁊c. De tali aũt conuocatione conſpiratiua: dicit̃. j. Macha. xiij. Ne liceat cõuocare cõuentũ ⁊c. Uide de vocare.

**Cooperire.** Nota ꝙ cooperire idẽ eſt qđ cõtegere vel velare. Eſt igitur cooperture. A

Glorie temporalis.
Gratie ſpiritalis.
Miſerie corporalis.
Neqtie criminalis.
Meſticie naturalis.
Triſticie infernalis.
Leticie ſupernalis.

¶ Dico ꝙ cooperiunt̃ diuites veſtiuȝ nitore. vñ. iij. Eſdre. iij. dicit̃. ꝙ rex dedit poteſtatẽ zorobabel purpura cooperiri ⁊ bibẽdi in auro. Itẽ cooperiunt̃ iuſti gratie decore. Uñ Marci xvj. dicitur. ꝙ mulieres inuenerũt iuuenẽ ĩ monumẽto xp̃i coopertũ ſtola cãdida ⁊ obſtupuerũt. Itẽ cooperiunt̃ miſeri penaꝝ dolore. Uñ in pſ. Confuſio faciei mee cooperuit me. Itẽ cooperiunt̃ mali culpaꝝ horrore pſ. Cooperuit nos vmbra mortĩ. Itẽ cooperiunt̃ mortui putredinis fetore. Eccli. xxxviij. Feſtinauit mors ⁊ cooperuit virtutem. Item cooperiunt̃ damnati eterno dolore: vñ de Aman dr̃ Heſter. v. ꝙ lugens coperto capite venit ad domũ ſuã vbi ſuſpenſus eſt ⁊c. Itẽ operitur anima beata leticia ſupernali. Ezechie. xxx. Ipſam nubes operiet ⁊c. Uide infra de veſte: indumento: ⁊ ſupra de tegere: cetera ſimilia.

**Copia. Copioſus.** Nota ꝙ copia ſumit̃ pro multitudine ſeu pro abundantia: ⁊ ſic dico ꝙ eſt copia A

Terrenorum que debet timeri.
Uitiorum que debet deleri.
Tormẽtoꝝ q̃ debet terreri.
Impiorũ que debet horreri.
Meritorũ que debet amari.
Perfectoꝝ q̃ debet laudari.
Gaudioꝝ que debet affectari.

¶ De copia terrenorũ dicit̃ Danie. viij. ꝙ ille rex iniquus. i. diabolus: in copia rerum oim occidet plurimos. Item de copia vitiorũ dicit̃. j. Macha. xiij. ꝙ triffon: id eſt diabolus congregauit copioſum exercitum: id eſt multitudinem vitioruȝ vt veniret ⁊ attereret terrã iuda. Item de copia tormentorum dicitur. In copia rerum oim occidet plurimos Danie. viij. Item de copia malorũ ⁊ impiorũ dr̃. j. Macha. xvj. ꝙ exercitus copioſus venit illis obuiam. ſ. filijs iuda. Itẽ de copia meritorum dr̃ Luce. v. ꝙ apoſtoli ceperunt piſcium copioſam multitudinem. Piſcium dico. i. meritorum. Itẽ de copia perfectorũ dicitur. Eccli. lj. Copioſum auruȝ poſſidete. Aurum quod eſt metallũ perfectiſſimum: ſignat virtutuȝ quarũcunq perfectionem. De copia gaudiorũ ſeu premioꝝ dicitur Mat. v. Merces veſtra copioſa eſt in celis. Et Actu. xxij Circũfulſit me lux de celo copioſa ⁊c. Uide vbi multus: plures ſatis: abundantia ⁊c.

**Cor.** Nota ꝙ cor vt cõmuniter accipitur in ſacra ſcriptura pro interiori conceptu ⁊ cogitatu. A
Intellectus enim videtur habere ſedem ſuã in corde. Et ideo actus intellectuales nomine cordis intelligũtur. Nomine ergo cordis mens: voluntas: cogitatio et affectio: intelliguntur: poſſumus ergo dicere ꝙ cor noſtrum debet eſſe

Sicut caſtrum magne firmitatis.
Sicut aſtrum magne claritatis.
Sicut clauſtrum magne ſanctitatis.

¶ Iſtud caſtrum debet habere firmitatem patientie. Claritatem ſapientie. Puritatem innocentie. Iſtud caſtrum

Eſt tute ſeruandum.
Eſt ſepe videndum.
Eſt ſepe mundandum.

¶ Dico ergo ꝙ cor noſtrum debet eſſe ſicut caſtrum B
hoſtibus claudendũ. Sicut enim ſi porte caſtri aperte dimittuntur quandoq hoſtes ſubintrant ⁊ regem interficiunt ⁊ reginã. Sic ſi porte cordis noſtri. ſ. ſenſus exteriores apti hoſtibus: id eſt mundi delectabilibus dimittunt̃ faciliter introeũt vſq ad cor: id eſt vſq ad complacentiam ⁊ conſenſum: ⁊ ſic rex. i. intellect⁹ ⁊ regina. i. voluntas ſpiritualiter occiduntur. Intellectus dico a vero deuiando: ⁊ voluntas malo adherendo. Ideo

Ayuntamiento de Madrid

do. Ideo conſulitur Prouer.iiij. Omni diligentia ſerua cor tuū: q̄m ab ipſo vita procedit. Apes em̄ ſtrictificant portas alucaris cū ſuccis amaris: ne ſubintrent aranee: vel alia aīalia venenoſa. Sic vere ⁊ nos debemus cor noſtrū tenere clauſum ⁊ ſtrictū: ⁊ cū amaritudine timoris diuini ipſum facere magis artū: ne venenoſe cogitationes ſubintrent. Amaritudo em̄ triſticie timoris ⁊ cōſiderationis ſi in corde noſtro fuerint defendūt illud ab om̄ibus tentationibus ⁊ cogitationibus inhoneſtis. vnde dr̄ Eccl's.vij. Cor ſapiētis vbi triſticia: ⁊ cor ſtultoꝝ vbi leticia. Et Prouer.xiiij. dicitur. Cor qđ nouit amaritudinē anime ſue in gaudio eius non morabitur extraneus. Iſta tamē ſunt cōtra multos: qui ꝓ certo cor non habent clauſum ſed apertum: nō a mundi delectabilibus abſtractū: ſed expoſitum ⁊ penitus dedicatū. Unde nota ꝙ quidā habent cor expoſitū ad auariciā ſectandā. Unde Oſee.vij. Applicuerūt quaſi clybanū cor ſuū. Quidā ad ſuperbiā perſequendā. Unde Daniel.iiij. Exaltatū eſt regnum Nabuchodonoſor: eleuatū eſt cor eius. Item quidaꝫ ad inanem leticiā deducendā. Uñ Eccl's.vij. Cor ſtultorū vbi leticia. Quidā ad ꝑuerſam maliciā procurādam. vnde Eccli.j. Cor tuū plenuꝫ eſt dolo ⁊ fallacia. Nō ſic chariſſimi: ſed ſit cor noſtrū ſicut caſtrū hoſti

C bus claudēdū. ¶ Itē debet eſſe ſicut aſtrum lumine dotandū. Lux em̄ ſapientie: diſcretionis ⁊ prudentie debet in noſtris cordibus relucere. Oculus enim aquile multū habet de lumine: ⁊ hoc qꝛ de lōge habet videre predam ſuam. Oculus etiā mūdi. ſ. ſol valde oportet ꝙ ſit illuminoſus qui totuꝫ mūdū debet illuīare. Sic procerto oculus cordis noſtri debet habere lumen ſapiētie ⁊ doctrine. vt. ſ. ad modū aq̄le predā ſuam. que valde diſtat ab eo. vcꝫ bona paradiſi poſſit lucidius ſpeculari. Sicut enim dicit. Sapi. Prouer.xiiij. Sapientia requieſcet in corde ei⁹. Et xviij. dicitur. Cor prudens poſſidebit ſapientiā. Quidā tamen ſunt quorū cor eſt valde ſapiens. Ad mūdi.

Delicias acquirēdum.
Malicias cogitādum.
Nequicias ꝑpetrandum.

¶ Iſti ſunt ſimiles noctue. que melius videt de nocte ꝙ̄ de die. de die enim q̄ſi nihil videt. de nocte ṽo valde acute. Cattus etiā meli⁹ videt de nocte ꝙ̄ de die Nam de nocte nō ceſſat domos circuire: ⁊ mures ⁊ beſtiolas deuorare. Sic procerto mūdi huius aduocati vſurarij ⁊ balliui: valde habēt oculū cordis limpidū: ac ſubtilem in nocte negociorū temporaliū. In die vero bonorū ſpiritualiū ſenſum habent ebetē ⁊ obſcurū Beſtiales enim. i. pauperes ſciūt optime decipere: rapere ⁊ venari. Iſti em̄ ſapientes ſunt vt faciant mala. Hiere.iiij. Eſa.vj. Exceca cor populi huius vt audientes nō intelligant: ⁊ videntes nō videant. Qđ eſt contra cōſiliū ſapientis dicētis Eccli.iij. Sapiēs cor ⁊ in-

D telligibiliter abſtinebit ſe a peccatl'. Nō ſic ergo l'ꝫ ſit cor noſtrū ſicut aſtrū lumine dotatū. ¶ Tertio ſit cor noſtrū ſicut clauſtrū crimine mundatū. Cor em̄ valde debet eſſe mundū: ⁊ purū ⁊ ſanctū: ⁊ ab omnibus fecibus purgatū p̄s. Cor mūdū crea in me deus. Et illud Quis aſcendet in montē domini. Sequitur. Innocēs manibus ⁊ mundo corde. Qꝛ ſicut dicitur Math.v. Beati mundo corde q̄m ipſi deū videbunt. Speculū enim quando eſt bene mundū ⁊ politum faciliter recipit imaginē intuentis: ipſamq̃ ipſi⁹ oculis intuētis repreſentat. Sic vere cor mundū ſanctū ⁊ purū imaginem dei per gratiā recipit: ipſamq̃ in oculis acceptionis diuine gratā repreſentat ⁊ reddit. In corde enim puro deus ſeipſum ſpeculatur: ⁊ in eius aſpectu ꝙ̄ plurimū delectatur Et ſicut videmus ꝙ ſol puros vapores ſuperius ad ſe trahit: ſic deus corda pura ⁊ mūda ad ſui cōtemplationē ⁊ dilectionē inducit. Unde Iob xxxiiij. Si dixerit ad deū cor ſuū: ſpiritum eius ⁊ flatum ad ſe trahet. In quibus verbis aduerte ꝙ cor noſtrum debet habere

Rectitudinem intentionis.
Sanctitudinem affectionis.
Amplitudinem dilectionis.

¶ Primū ꝓbat animus ordinatiuus. Si dixerit. Scđm flatus depuratiuus. Spiritum. Tertium modus copulatiuus. Ad ſe trahit inquit. Cor enim noſtrum eſt

Ad deum dirigendum.
A deo corrigendum.
Cū deo cōiungendū.

¶ Ipſum leuat ⁊ dirigit animi rectitudo: ſi dixerit. inquit ad deū. Ipſum purgat ⁊ corrigit ſpiritus ſanctitudo. ſpiritum inquit. Cor ſuum. Ipſum ligat ⁊ colligit amoris amplitudo. Flatū inquit: id eſt deſiderium ad ſe trahet ¶ Dico ergo primo ꝙ cor noſtrum debet habere rectitudinem intentionis. Illud E
enim debet eſſe rectū: qđ recte tendit ad terminum: et ad finem ad quem eſt naturaliter ordinatum: ⁊ ideo ſi cor ⁊ intentio noſtra qđ ad deum eſt ordinatum ad ipſum fuerit directuꝫ: rectum merito poterit nominari. Sicut em̄ flumina naturaliter labuntur ad mare. ſicut ignis naturaliter tendit aduerſus celū: ſicut viator recto tramite tendit ad terminum. Sic vere cor noſtrum recte ⁊ intentionaliter debet tendere in deum. Deus enim eſt ſicut mare abundantiſſimū ad quem ſunt animi dilabendi. Sicut celū excellentiſſimuꝫ ad quē ſunt animi eleuandi. Sicut centrū ordinatiſſimū ad quē ſunt animi terminandi. Et iſte motus cordis in deum poteſt notari: cū dicitur. Si dixerit ad deū cor ſuū: ad deū enim non ad mundū debet eſſe cor noſtrum directum ⁊ erectū. Hiere.xxxj. Dirige cor tuum in viam rectā in qua ambulaſti. qđ eſt contra multos qui reuera nō habent in corde rectā intentionem: ſed curuā: nō dirigunt ipſum ad deū: ſed ad mundū. De quibus dicitur in p̄s. Generatio que non direxit cor cor ſuū: neq̃ eſt creditus cū deo ſpiritus ei⁹. Item cor eorū non erat rectū cū eo: nec fideles habiti ſunt in teſtimonio eius. Cor em̄ naturale dato ꝙ ſituꝫ ſuū habeat in parte ſiniſtra: magis tamen tendit ⁊ vergit ad dextrā ꝙ̄ ad ſiniſtram. Cor principiū eſt caloris ⁊ humoris ſuperius eſt latum: inferius eſt ſtrictum. Sic vere chariſſimi cor ſpiritale. ſ. mens ſemper debet tendere ⁊ ordinari ad dexterā bonorū eternorū: nō ad ſiniſtram temporaliū. Quia ſicut dicitur Eccl's.x. Cor ſapiētis in dextera eius: cor fatui in ſiniſtra illius. Caloris etiā caritatis ⁊ humorū pietatis debet eſſe origo ⁊ a parte ſuperiori. i. quantū ad bona ſuperiora deſideranda. ſ. ⁊ amanda: debet eſſe latū ⁊ apertū: quantū autem ad inferiora ⁊ tēporalia: debet eſſe clauſum ⁊ attritū: qꝛ ſcꝫ reſpectu temporalium debet eſſe clauſum ipſa deteſtādo: reſpectu vero ſuperiorū bonorū debet eſſe latuꝫ ⁊ apertum ipſa late deſiderādo. Habeamus igitur rectitudinē intentiōis. Dixerit inquit ad deū. ¶ Se- F
cūdo dico ꝙ cor noſtruꝫ debet habere. ſ. ſanctitudinē affectiōis. Affectio em̄ nr̄a dꝫ eſſe pura ſancta ⁊ munda qđ oñdit cū dr̄ Spūm ei⁹. Spūs em̄. i. vēt⁹ eſt mundus in ſe: ⁊ alia q̄ tāgit hꝫ mūdificare ⁊ ſic ꝑ ꝯñs qñ dr̄ ꝙ ibi dꝫ eē ſpūs: bñ notat ꝙ ibi dꝫ eē mūdicia iuxta illud p̄s. Cor mūdū crea in me de⁹: ⁊ ſpm̄ rectū innoua in viſceribus me⁹. De iſta mūdicia cordis: vide ſupius in eodē. Mūdū em̄ dꝫ eſſe vas vbi mūde reponunt reliquie. Et qꝛ in corde reponit ipe de⁹: iō dꝫ eſſe puꝝ ſanctū ⁊ mūdū. Apes em̄ aluearia immūda deſerūt: noua aūt ⁊ mūda ſubintrāt. In quo docemur ꝙ de⁹ corda mūda inhitat: imūda ṽo deſerit ⁊ refutat: ⁊ iō ꝯſulit. Iac.iiij. Emūdate man⁹ pctōres: purificate corda duplices aīo. Sic ergo debem⁹ habere ſctitatē affectiōis.

G ¶ Tertio dico ꝙ cor nr̄ꝫ dꝫ habere āplitudinē dilectionis. qđ oſtēdit cū dr̄. Flatū eius ad ſe trahet. Flat⁹ em̄ id eſt deſideriū cordis noſtri dꝫ trahi ad deū ꝑ amorē ⁊ dilectionē. Tractus em̄ amorē deſignat: qꝛ nihil forti⁹ trahit ꝙ̄ illud qđ amoris vinculis colligat. Bos em̄ ligatus trahit ad aratrū: latro ligat⁹ trahit ad patibulū. Elephas ligatus trahit ⁊ ducitur ad preliū. Sic ṽe hō ꝗ vinculis amoris ligat facilit pōt trahi ad aratrū pnie ⁊ afflictiōis: ad pliū ꝯſtātie ⁊ ꝓpūgnatōis: ad

Ayuntamiento de Madrid

ſuſpendiū miſerie ⁊ tribulationis. Amor enim ſiue ſit ad deū ſiue ad proximū nihil inuenit graue: omia ſunt ſibi facilia: nihil ſibi difficile. Amor eñ ſm Auguſti. nomē difficultatis erubeſcit. Amor eñ trahit ⁊ trahitur: verūtamen naturaliter nō violenter: naturale eñ non eſt homini amare a quo amatur: vnde dicit Seneca. Ama ſi vis amari. Nō violentus etiā debet eſſe qꝛ amor debet eſſe liber ⁊ non ſeruus: debet eſſe voluntarius ⁊ nō coactus: nemo enim amat inuite. Tract⁹ enim iſte aſſimilatur tractui adamantis: qui naturaliter ferrū attrahit: ⁊ naturaliter ſe ſibi iūgit: qꝛ amatum attrahit amātem: ⁊ de duobus inuicē facit vnū. De iſto tractu dicitur Oſee. xj. In funiculis Adā traham eos in vinculis caritatis. Sic ergo ptz: ꝙ in corde noſtro ſicut dictuʒ eſt debet eſſe fortis dilectio: munda affectio: recta intentio. ¶ His ergo pmiſſis potes
h dicere ꝙ ſm ꝙ inuenitur in ſcriptura boni habēt multiplex cor. Habent enim

Humiliatum,
Subtiliatum.
Ampliatum.
Conciliatum.
Preparatum.
Reparatum.
Depuratum.
Conſeruatum.
Viſitatum.
Cor Aggregatum.
Inflāmatum.
Anxiatum.
Conſolatum.
Eleuatum.
Liquefactum.
Calefactum.
Madefactum.
Mundum.
Profundū vl altū,
Cor Turbidum.
Iocundum.
Sapiens.
Sentiens.
Patiens.
Compatiens.
Letum.
Fretum.
Diſcretum.
Rectum.
Directum.
Erectum.
Cor Porrectum.
Correctum.
Tactum.
Contritum.
Apertum.
Expoſitum.
Illuminatum.
Dilatatum.
Renouatum.
Beatificatum.

¶ Dico igitur primo ꝙ boni habēt cor hūiliatū p ſubiectionē. Et hoc qꝛ tale cor de⁹ nō ſolet deſpicere ſed reſpicere ps. Cor ꝯtritū ⁊ humiliatum de⁹ nō deſpicies. Itē cor ſubtiliatū p diſcretionē Hiere. xxiiij. Dabo eis cor vt ſciant me. Itē cor ampliatū p ſpē diuinam ⁊ tuitionē ps. Deus cordis mei ⁊ ſpēs mea de⁹ in eternū. Itē habēt cor cōciliatū per pacem: cōcordiā ⁊ vnionem Phil. iiij. Pax dei q̄ exuperat omnē ſenſum: cuſtodiat corda veſtra ⁊ intelligentias veſtras. Item habēt cor pparatū per obediētiā ⁊ bonā operationē ps. Paratū cor meū de⁹: paratū cor meū: cantabo ⁊ pſalmū dicaʒ. Itē cor repatū p virtutū reſtaurationē. j. Regū. vij. Preparate corda veſtra dño ⁊ ſuite illi ſoli. Itē cor depuratū reijciēdo omnē culpā ⁊ īfectionē. Iaco. iiij. Emūdate man⁹ peccatores: purificate corda duplices animo. ⁊ Hiere. iiij. laua a malicia cor tuū hieruſalē vt ſalua fias. Item habēt cor cōſeruatū p diligēteʒ examinationē. vnde Prouerb. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: qm̄ ab ipſo vita procedit. Item habent cor viſitatuʒ per diuinam gratiam ⁊ inſpirationem ps. Probaſti cor meū ⁊ viſitaſti nocte. Item cor aggregatum: per ſuipſius circūſpectionē. Eccli. xxx. Miſerere aīe tue placēs deo ⁊ agrrega cor tuū in ſanctitate illi⁹. Itē cor inflāmatū per amorē ⁊ dilectionem ps. Inflāmatum eſt cor meū ⁊ renes mei immutati ſunt. Et Luce. xxiiij. Nōne cor noſtrum ardens erat in nobis. Item habet cor anxiatum per dolorē ⁊ cōtritionem ps. Afflictus ſum ⁊ humiliatus ſum nimis rugiebā a gemitu cordis mei. Et alibi. Dum anxiaretur cor meū in petra exaltaſti me. Itē cor ꝯſolatū inquātū ſperant futurā retributionē ps. Letatū eſt cor meū ⁊ exultabit lingua mea: inſup et caro mea requieſcet in ſpe. Item habent cor eleuatum per celeſtiū affectionē. Treno. iij. Leuemus corda nr̄a cum manibus ad dñm. Item habent cor liquefactum per compaſſionem ps. Factū eſt cor meuʒ tanꝗ̄ cera liqueſcens in medio ventris mei. Item calefactū. per deuotionem. ps. Cōcaluit cor meū intra me. Item madefactū. per lacrimationē. ps. Aſcenſiones diſpoſuit in corde ſuo in valle lacrimarū. Item habent cor mundum. per ſanctitatis ⁊ innocētie depurationē. ps. Cor mundū crea in me deus. Et hoc qꝛ ſicut dr̄. Math. v. Beati mundo corde qm̄ ipſi deū videbunt. Et Prouer. xxij. dr̄. Qui diligit cordis mundiciā habebit amicum regem. Item habent profundū. per futurorum meditationē. ps. Accedet hō ad cor altū ⁊ exaltabitur deus Altum enim ſumitur pro profundo. Item habēt cor turbidū per ſtuporem ⁊ admirationē. Heſter. xv. Cōturbatum eſt cor meū pre timore glīe tue. qꝛ valde admirabilis es domine. Item cor iocūdū. per leticiā ⁊ cōſolationē. ps. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuū. Et merito qꝛ ſicut dr̄. Prouer. xv. Cor gaudens exhilarat faciē. Et Eccl. xxx. Non eſt oblectatio ſuper cordis gaudiū. qꝛ iocūditas cordis hec eſt vita hoīs. Itē iſti habēt cor ſapiens. per nociuorū declinationē Eccl. iij. Sapiēs cor ⁊ intelligibile abſtinebit ſe a peccatis. Bene ergo dr̄. Prouer. xviij. Cor prudētis obtinebit ſapiētiam. Itē habēt cor ſentiens ſcʒ ppriā infirmitatē ⁊ infectionē. Eccl. xxij. Qui pungit cor pfert ſenſum. Item. habēt cor patiens. per aduerſorum tolerationē. Eccl. ij Deprime cor tuum ⁊ ſuſtine. Itē cor cōpatiēs. ppter ꝯfraternam tribulationem. Treñ. ij. Effunde ſicut aquam cor tuū. pro animabus paruulorum tuorum qui pereunt. Itē habent cor letum per cōmunem ꝯgratulationē. ps. Dediſti leticiā in corde meo. Itē cor fretum ppter in bono cōfirmationē. ps. Si ꝯſiſtant aduerſum me caſtra nō timebit cor meū. Et alibi. Cōfirmatum eſt cor eius non ꝯmouebitur. Itē habent cor diſcretum. per boni ⁊ mali diſcuſſionē vel vigilē circūſpectionē. Cantico. v. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat. Item habent cor rectū. per adequatam bonā intentionem. Et merito. qꝛ ſicut dr̄ in ps. Deus eſt qui ſaluos facit rectos corde: et gloriabuntur omnes recti corde: bon⁹ iſrael dñs his qui recto ſunt corde. Item habēt cor directum per rectā in deū eleuationem. ij. Theſſalo. iij. Dominus autem dirigat corda ⁊ corpora noſtra in charitate dei ⁊ patientia xp̄i. Hiere. xxxj. Dirige cor tuum in viā directam. Item habēt cor erectū per cōtēplationē. Unde eccleſia orat dicēs. Ibi noſtra fixa ſint corda vbi vera ſunt gaudia. Item habent cor porrectū per elemoſynarū largitionem. Prouerbio. xxiij. Fili prebe cor tuum mihi. Itē habent cor correctū per penitentiā ⁊ contritionē. Unde de populo iſrael qui deliquerat: dicitur Baruch. ij. ꝙ conuertetur ad cor ſuū in terra captiuitatis ſue. Item habēt cor tactum p dei inſpiratiuā ammonitionē. Vn. j. Regū. x. capi. Abijt cū eo pars exercitus quorū deus tetigerat corda. Item habent cor cōtritū: per interiorē cōpunctionē. Et hoc qꝛ ſicut dicitur in ps. Deus ſanat cōtritos corde ⁊ alligat cōtritiones eoꝝ. Itē habēt cor aptū ad diuine legis ⁊ gratie receptionē. ij. Macha. j. Adaperiat dñs cor veſtrū in lege ſua ⁊ in pceptis ſuis Item habent cor expoſituʒ ad dei viſionē ⁊ intuitionē j. Reg. xvj. Deus autē intuetur cor. Itē habēt cor illuminatū per veri dei cogitionē. Eccli. ij. Diligite dominum ⁊ illuminabuntur corda veſtra. Item habēt cor dilatatum per charitatiuā ampliationē. Unde. ij. Corin. vj. Os noſtrū patet ad vos corin. Cor noſtrū dilatatū eſt. Itē habēt cor renouatum: p recuperatā omnimodā pfectionē. Ezechie. xxxvj. Dabo vobis cor nouū ⁊ ſpiritū nouū ponā in medio veſtri. Item habent cor beatificatum per finalē ſaluationē. Eſaie. lx. Mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuū quādo conuerſa fuerit ad te multitudo maris. Tale igit cor eſt habendū ⁊ virtutibus fabricādū. Sed qd pcerto Plini. lib. xj. ca. xxviij. ponit vnū prodigiū: qd accidit: qꝛ. ſ. quoddā aīal ſacrificatū eſt ſub ceſare dictatore: qd inuentū eſt cor penitus nō habere. Q̄ reuera chariſſimi et hodie illi q̄ demonibus

nonibus se offerunt ꝛ sacrificant: peccatores corde: id est cordiali virtute ꝛ constantia semper carent. Audiui semel quādā fabulā enarrari. s. ꝙ leoni grauiter infirmāti datū est cōsiliū per medicos: ꝙ cor iuuenis cerui comederet p̄ remedio medicine. Cū igitur fecisset edictū vt oēs iuuenes venirent ad eū: ꝛ nullus veniret deuorari timentes: tandē vnus venit mādato principis pariturus: quo occiso mādatū est vulpi: ꝙ exenteratū aial aperiret: ꝛ cor leoni deferret. Vulpes autē cor videns pingue ꝛ tenerū comedit illud. Et tandem dixit leoni ꝙ ille ceruus cor nō habuerat nec habebat Credis inqt ꝙ ad te venisset si cor habuisset aliqualiter. Sic illi qui ad vocē ꝛ suggestionem leonis diaboli veniūt qui. s. de hominibus precipue corda querit: corde videntur carere: ꝛ cordatā constantiam nō habere. Osee. vij. Effraym columba seducta nō habens cor. ꝛ Hiere. v. Audi popule stulte qui nō habes cor. Cor inquit virtuosum ꝛ bonū. Sed pro certo bene habēt cor

I vitiosum ꝛ malum. Unde nota ꝙ mali habent

Cor
Malitiosum.
Pernitiosum.
Presumptuosū.
Ambitiosum.
Obliuiosum.
Luxuriosum.
Obliquum ꝛ tortuosum.
Infatuatū.
Coagulatum.
Duplicatum.
Segregatum.

¶ De corde malicioso dr in ps. Cor tuū abūdauit malicia ꝛ lingua tua cōcinnabat dolos. De corde iniquo ꝛ pnicioso dr. Prouer. vj. Cor tuū meditabitur peruersa. Et Prouer. xxvj. Septē nequitie sunt in corde eius De corde superbo ꝛ presumptuoso dr Judith j. Exaltatū est regnū nabuchodonosor ꝛ eleuatum est cor eius. De corde auaro ꝛ ambitioso dr Osee. vij. Applicauerūt quasi clybanum cor suū. Clybanꝰ em̄ ardorē auaricie signat. De corde obliuioso dr. Deute. viij. Ne eleuet cor tuū ꝛ obliuiscaris dei tui. De corde luxurioso dicit. iij. Regū. xj. Cum iā esset senex Salomon deprauatū est cor eiꝰ per luxuriā ꝛ per mulieres. De corde aūt obliquo ꝛ tortuoso dicitur in ps. Cor aūt eorū nō erat rectū cū eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. De corde autem infatuato dr Prouerb. xij. Cor insipiētiū puocat stulticiam. De corde coagulato ꝛ cōpacto seu obstinato dr in ps. Coagulatū est sicut lac cor eoꝝ. De corde duplicato dr. Eccli. ij. Ue duplici corde ꝛ homini ingredienti terrā duabus vijs. Et in ps. Iniquitatē in corde ꝛ corde locuti sunt. De corde vero diuiso ꝛ ad plurima segregato dr Osee. x. Diuisum est cor eoꝝ: nunc interibunt. Sed si vis adhuc per cor: vbi est sedes vite quod est clausum inferius: apertū superius ꝛc. qd est in medio. potest intelligi prelatꝰ qui scꝫ est cor in ecclesia viuificans per doctrinā: sedens in medio per iusticiā: superius apertum per eternorū desideriū: inferius clausum per terrenorū contemptū ꝛc. Dic de bono corde ecclesie: id est de bono principe: iudice vel prelato: omnia que superius sunt notata. De malo etiam sicut inferius vltimo fuit dictum.

A **Coram.** Cum ista prepositio coram significet presentiam Notabo ꝙ per coram potest intelligi
Presentia dei.
Presentia iusti.
Presentia impij.

¶ Et primo dicamus ꝙ est psentia dei. Iste enim omnia habet coram se ꝛ ipse etiā coram omnibꝰ vult esse. Sicut enim sol coram omnibus se presentat ꝛ se omnibus cōmunicat: ꝛ a nemine se occultat. Sic deꝰ vult omnibus presens esse: ꝛ se coram omnibus ostendere: ꝛ adiutorem idoneum cohibere. Et sic notabo ꝙ ipse vult esse coram nobis
In carne sicut ministrator.
In mente sicut informator.
In sede sicut imperator.
In ede sicut premiator.

¶ In carne em̄ venit dudū coram nobis sicut medicus corā infirmo ad eū sanandū. Sicut elemosinarius corā paupere ad eum satiandum. Sicut redēptor coram captiuo ad eum liberandum. Et ideo istam presentiam petebat Dauid in persona generis humani dicēs in ps. Qui sedes super cherubin manifestare coram effraim beniamin ꝛ manasse: et ibidem Excita potentiam tuam ꝛ veni: vt saluos facias nos. Unde etiam de isto coram. i. de ista presentia beate incarnationis potest dici figuraliter illud. j. Reg. xvj. ꝙ venit dauid ad Saul ꝛ stetit coram eo. Dauid enim cytharista stetit corā saule arreptitio: vt cū cythare melodia curaret eum. Quia reuera quādo Dauid. i. xps coram saul. i. corā hūano genere corporaliter stare voluit ipsum mediante ligno crucis a demone eripuit ꝛ saluauit. Ideo de isto corā dicitur in ps. ꝙ deus coram patribus nostris fecit mirabilia in terra egypti in campo thaneos. Deus ergo coram nobis apparuit in carne sicut ministrator. Secūdo dico ꝙ ipse esse vult coram nobis in mente: sicut informator. Nō solū enim minister: immo etiam informator ꝛ magister habent esse corā hoīe ꝛ non retro. Igitur deus vult ꝙ ipsum semp corā nobis in mentis oculis habeamꝰ: ꝛ hoc tāꝗ speculū qd ɔtinue videat.
Sicut exemplar cuius regula teneatur.
Sicut magistrum cuius doctrina audiatur.
Sicut librum cuius scientia addiscatur.
Sicut principem cuius ministerio assistatur.
Sicut iudicem cuius offensa timeatur.

¶ Iste enim corā mētali cōsideratiōe nostra dꝫ transformari in diuersas psonas: sicut de xpo dicit Marci. ix. ꝙ ipse trāsfiguratꝰ est corā discipulis suis. Apparet ergo corā nobis in mente sicut informator. ¶ Tertio apparebit corā cūctis in sede: sicut iperator scꝫ in iudicio publice corā omībus in patenti. Uñ ipse dicit Exodi. xvij. En ego stabo coram te ibi supra petram oreb. ¶ Quarto dico ꝙ ipse appet in ede scꝫ paradisi sicut retributor seu remunerator: qꝛ. s. cūctis ꝛ corā omībus retribuet fm merita psonaꝝ. vñ Eccli. xj. facile est coram dño in die obitus retribuere. Et merito. qꝛ ipe dicit Mat. x. Qui cōfitebit me corā hoibus cōfitebor ꝛ ego eum corā patre meo supple: vt sibi fiat retributio cōdigna. Istud est igitur vnum coram quod pertinet ad eum. ¶ Secundo principaliter dico: ꝙ est vnū coram. i. vna presentia que pertinet ad quēlibet virū iustum. Et sic dico ꝙ viri iusti debent esse

Coram
Deo. B
Prelato.
Populo.

¶ Corā deo dico digne ambulantes Gen. xvij. Ambula corā me ꝛ esto perfectus. Coram prelato ppter famulātes seu obediētes. vñ de sapientibus babylonis dr Dañ. ij. ꝙ cū venissent steterūt corā rege. ꝛ Prouerb. xxij. Uidisti hoiem velocē in opere suo: corā regibꝰ stabit. Corā populo etiā debēt eē mūdi cōuersantes. vñ. ij. Corin. viij. Prouidemꝰ em̄ bona nō solū corā deo: sꝫ corā oibꝰ hoibus. Igit de illo corā i. de illa psentia q̄ iustus dei cōspectibꝰ se pñtat aliqd est dicēdū. Uideo em̄ ꝙ magni viri volūt valde ꝙ illa sint pulcriora ꝛ meliora: q̄ suis aspectibꝰ sunt frequētiora. De alijs em̄ q̄ ipsi nō vidēt: nō ita curāt: sicut curāt de eis q̄ corā eis sepꝰ se pñtāt: sicut ad experiētiā videmus: tā de vtēsilibꝰ ꝙ de picturis: ꝙ etiā de aīalibꝰ aut ministris. Solēnes em̄ psone semp volūt corā se venire ꝛ appere illa q̄ notabilia sunt ꝛ bona. Sic vere dicā de deo: ꝙ qꝛ hoies inter ceteras creaturas inferiores plus hñt corā deo cōparere: iō summe debent studere vt boni valeāt apparere. Dicētes illud Luc. j. In sctitate ꝛ iusticia corā ipso oibꝰ diebꝰ nris. ¶ Ubi
nota ꝙ boni stāt ꝛ cōparent tripliciter corā deo vꝫ C
Mētaliter qd faciet actus virtualis. In sctitate inqt.
Realiter: qd faciet status clericalis. In iusticia.
Feliciter seu vitaliter: qd faciet fructꝰ eternalis. Omnibus diebus nostris.
Primū coram est in conscientia: quā perficit vite sanctitudo. In sanctitate inquit.
Secūdum coram est in ecclesia quam regulat morū rectitudo. In iusticia.
Tertiū corā erit i patria quā habebit lōga certitudo.

Ayuntamiento de Madrid

Omnibus diebus noſtris. Sic ergo poſſum dicere ꝙ coram iſtud pertinet

| | | |
|---|---|---|
| Primum | | Quoſlibet bonos viatores. |
| Secũdũ | Ad | Eccleſie bonos ſeruitores. |
| Tertium | | Celeſtis glie btõs poſſeſſores. |

Primi ſunt corã deo vt in ſtudio vt bonũ audiant.
Secũdi ſunt corã eo vt in palacio vt ꝓpte ſeruiant.
Tertij ſunt corã eo vt in cõuiuio vt bona ſentiant.
¶ Dico ergo primo: ꝙ eſt vnũ corã .i. vna bonoꝝ pſentia virtualis quã perficit morũ plenitudo. Et iſta eſt preſentia cõſcientie q̃ ſemꝑ eſt corã deo: ſed ad ipſi obediendũ parata: ⁊ ſibi nuda penitus ⁊ aperta. In ſctitate inquit. Sanctitas enim ⁊ innocẽtia eſt pulcriꝰ vas ⁊ nobilius ferculũ: qḋ in menſa cõſcientie poſſumꝰ apponere corã deo. Quot aũt genera ciborũ .i. virtutum ſunt in ferculo ſanctitatis. Sciendũ eſt ꝙ ibi eſt

| | |
|---|---|
| Panis ſtabilitatis | ¶ Dẽs em̃ iſti cibi cõ |
| Sanguis benignitatis. | currũt in ferculo ſctita |
| Pinguedo pietatis. | tis qḋ corã dño eſt ap= |
| Agnus innocẽtie ⁊ puritatis. | ponẽdũ. ⁊ p̃mo panis |
| Uitulus leticie ⁊ iocũditatis. | q̃ ꝯfirmat cor hominis |
| Aries iuſticie ⁊ ſeueritatis. | hoc eſt boni propoſiti |
| Columba ſimplicitatis. | ſtabilitas. Exoḋ. xvij. |
| Turtur cõtinẽtie ⁊ caſtitatis. | Uenerũt filij iſrael vt |
| Oleum honeſtatis. | comederent panẽ corã |
| Simila ſagacitatis. | dño. Itẽ ibi eſt ſanguis |

qui eſt amicus nature: hic eſt dulcedo caritatis atq̃ benignitatis Leui. iiij. Ponet de ſanguine in cornibꝰ altaris coram domino. Quatuor em̃ cornua altaris: ſunt quatuor affectiones cordis: que ſcꝫ ſanguine benignitatis liniende ſunt. Item ibi debet eſſe agnus vel hedus: hoc eſt innocẽtia ſeu ſimplicitas. Leui. iij. Si agnũ obtulerit corã domino: ponet manũ ſuꝑ caput hoſtie ſue. Tunc agno em̃ manus apponitur: quãdo cum interiori innocentia: exterior operatio aggregat̃. Item ibi debet eſſe pinguedo tenera: hoc eſt pietas. Uitulus letus: hoc eſt ſpiritualis iocũditas. Aries percutiens: hoc eſt iuſticia ⁊ ſeueritas. Columba gemens: hoc eſt contritio atq̃ ſimplicitas. Turtur alteri non nubens: hoc eſt caſtitas. Oleum nitens: hoc eſt honeſtas. Simila ſubtilis: hoc eſt diſcretio vel ſagacitas Hec enim omnia ſicut ptꝫ Leuiti. j. ij. iij. iiij. v. vj. coram dño offerebantur: ⁊ pro expiatione corã eo cremabantur. Unde Leuiti. xiij. Hec om̃ia corã domino in oſtio tabernaculi teſtimonij ſacerdos offeret. Iſta eſt igitur preſentia virtualis. In ſanctitate inquit. Unde de tali preſentia virtuali dꝛ Exoḋ. xxviij. Sãctificabis filios aaron: eleuans corã dño. Oſtenditur igitur preſentia virtualis quã ꝑficit morum plenitudo. In ſanctitate inquit. ¶ Secũdo dico ꝙ hic oſtẽditur preſentia perſonalis quã regulat vite rectitudo. Iuſticia inquit. Et iſta eſt illa preſentia qua nos ſumus corã deo perſonaliter conſtituti. In fide: eccleſia: religione: vel clauſtro. Et ſic notabis ꝙ tales ſunt qui taliter corã deo debent eſſe

| | |
|---|---|
| Firmitatis fulciti vigore. | ¶ Simꝰ igit̃ coraꝫ |
| Ueritatis ſplẽdidi fulgore. | deo firmitatis vigo |
| Honeſtatis amicti decore. | re ſolidi. ij. Reg. ij. |
| Pietatis madẽtes humore. | Thronꝰ dauid erat |
| Dignitatis pollentes honore. | ſtabilitꝰ corã dño. |
| Humilitatis ſtupidi tremore. | Itẽ ſimus corã do= |
| Contritiõis deflentes merore. | mino v̾itatis ſplen |
| Cõfeſſionis clamore loquẽtes. | dore lucidi. Uñ de |
| Dilectionis ardore feruentes. | cãdelabro dꝛ. Exo. |
| Orationis feruore p̾cãtes. | xxvij Uſq̃ mane lu |
| Cõpaſſiõis fluore ſudantes. | ceat corã dño. Iteꝫ |
| Cõtẽplatiõis quiete ſedẽtes. | ſimus ibi honeſta |
| Cõſolatiõis iubilo gaudẽtes. | tis decore floridi. |
| Cõcordie modulo ludẽtes. | Ioel. ij. quaſi horꝰ |
| Penitentie ſpiculo dolẽtes. | voluptat̃ terra co |
| Iuſticie titulo florentes. | raꝫ dño. ⁊ Mat. v. |
| Abſtinentie poculo vincentes. | Luceat lux veſtra |

corã hominibꝰ. Itẽ pietatis humore fluidi Tho. iiij. fiducia magna erit corã ſummo deo elemoſina omnibus facientibus eã. Itẽ ſimus ibi dignitatis honore fulgidi. Decet em̃ ſeruos xp̃i p̾e ceteris pretendere dignitatem honoris: ne vituperet̃ miniſteriũ noſtrũ: vn de. ij. Paralipo. xxix. Uos elegit dñs vt ſtetis corã eo. Itẽ ſimꝰ ibi humilitatis tremore ſtupidi. ij. Paral. xx. Ceciderunt proni in terrã corã dño. Cadere em̃ timoris: pronitas vero humilitatis eſt. Itẽ ſimus corã dño contritionis merore lugentes. ij. Parali. xxxiiij. Fleuiſti corã me: ego aũt exaudiã te. Itẽ ſimus ibi cõfeſſionis clamore loquẽtes. ij. Parali. xx Omnis vero iuda ſtabat corã dño. Iuda interpretatur cõfitens: q2 ſicut dicit dñs Mat. x. Omnis qui cõfitebit̃ me corã hominibus cõfitebor ⁊ ego eũ corã patre meo. Itẽ ſimus ibi orationis feruore p̾cãtes ps. Uenite adoremꝰ ⁊ procidamus añ deũ plo. co. do. q̃ fe. nos. Itẽ ſimus ibi cõpaſſionis fluore liquentes ps. Effundite corã illo corda veſtra. Itẽ ſimus corã dño ꝯtẽplatiõis quiete ſedẽtes. Eccli. xxiiij. In omĩbus requiẽ q̃ſiui: ⁊ in hereditate dñi morabor: ſequit̃. Et in habitatiõe ſancta coram ipſo miniſtraui. ⁊ Helye dictũ eſt. iiij. Regũ. xix. Sta in mõte corã dño. Itẽ ſimꝰ ibi cõſolatiõis iubilo gaudentes. Eſa. ix. Letabunt̃ corã te ſicut q̃ letant̃ in meſſe. Sicut exultãt victores capta preda qñ diuidũt ſpolia. Itẽ ſimus ibi ꝯcordie modulo ludẽtes. Cant. viij. facta ſum corã eo quaſi pacẽ reperiens. Itẽ ſimus ibi penitẽtie ſpiculo dolẽtes. Uñ de manaſſe rege dicit̃. ij. Paralipo. xxxiij. ꝙ ipſe egit penitẽtiã valde corã dño. Itẽ ſimus ibi iuſticie titulo florẽtes. Thobie. xiij. Facite iuſticiam corã dño. Itẽ ſimus ibi abſtinẽtie poculo vincẽtes. Iudicũ. xiij. Caue ne vinũ bibas aut ſiceram Tales ergo debemus eſſe vt digni poſſimꝰ corã dño in eccleſiaſticis officijs cõparere. Ut etiã ſic nos ipe dñs corã ſe in memoria digneť habere ⁊ videre: dicẽs de eccleſia illud Cãti. viij. Uinea mea corã me eſt. Et devirtutibꝰ noſtris loquẽs cuilibet noſtrũ: dicat illud Eſa. xlix. Muri tui corã oculis meis ſemꝑ. Iſta eſt igit̃ ſecũda pſentia q̃ boni habẽt eſſe corã dño .ſ. pſentia perſonalis quã regulat vite rectitudo: qḋ oſtẽdit̃ cũ dicit iuſticia. Or ſcꝫ iſte ſtatus miniſtrãtiũ corã dño debet eſſe in iuſticia cõſtitutꝰ: vt ſcꝫ reddat vnicuiq̃ qḋ ſuũ eſt ſibi: deo ⁊ p̾ximo. Uñ Tho. xij. Facite iuſticiã corã dño: credẽtes ꝙ faciet vobis miam ſuã: vt ſic quilibet dicat illud Danie. vj. Corã eo iuſticia inuenta eſt corã me. ¶ Tertio habebũt iuſti vnũ aliud corã: ⁊ hoc erit preſentia fraternalis: quã dotabit boni plenitudo ſeu vite lõgitudo. Et hec eſt illa pſentia: qua boni ſunt in patria corã deo: qḋ oſtenditur cũ dꝛ. Omĩbus diebus noſtris: hoc eſt in eternũ ſine fine: q2 ſic de ſanctis dꝛ. Sapien. iij. Si corã hominibus tormenta paſſi ſunt: ſpes illorũ eſt immortalis in eternuꝫ: ſcꝫ corã domino. Et nota ꝙ ſancti ſunt corã dño in patria.

Ut contemplando clare videant.
Ut deguſtando bonũ habeant.
Ut exultando ſemper gaudeant.
Ut aſſiſtendo digne ſedeant.

¶ De clara contemplatione dicit dominus in ps. Ut placeam corã deo in lumine viuẽtiũ. De boni fruitione ⁊ acquiſitione poteſt dici illud. ij. Reg. xj. Uocauit dauid vriam vt comederet corã ſe ⁊ biberet: ⁊ inebriauit eum. De leticia et exultatione dicitur Leuitici. xxiij. Letamini coram domino. Et illud predictum Eſa. ix. Letabuntur coram te ⁊c. De eorum vero aſſiſtentia ⁊ honoris aſſecutione dicitur in ps. Animas pauperum ſaluas faciet: et honorabile nomen eorum coram illo. Sic ergo patet ſecunda preſentia ſignificata per corã .ſ. preſentia iuſti ¶ Tertio principaliter dico. ꝙ per iſtud coram denotatur preſentia impij. Et ſic notabis ꝙ coram deo in fide: eccleſia: vel religione: apparent hodie multi mali: quia ſcilicet eius preſentia non obſtante multi ſunt qui continue faciunt malũ: immo videntur ſicut inimici in facto armorũ: q̃ ex certa ſcientia veniunt corã alijs: faciũt peius ꝙ poſſunt ad eos

Ayuntamiento de Madrid

ad eos irritandum ⁊ prouocandum. Sic multi ſunt q̄
ex certa ſcientia videnť deum irritare: ⁊ ad eū prouocā-
dum peccare ⁊ mala coram eo perpetrare. vnd de ma-
lo rege Baaſa dicitur. iij. Reg. xvj. ꝙ ipſe fecit maluꝫ
coram domino ad irritandū eū in operibus manuuꝫ
ſuarū. Nota igitur ꝙ tales ſunt illi qui

Fallaciter decipiunt.
Voraciter accipiūt.
Crudeliter interficiūt.
Inaniter leti ſiūt: ⁊ iđ
erūt q̄ finaliter corā deo.
Iudicabuntur.
Cruciabuntur.
Condemnabunť.

¶ Dico ergo ꝙ corā dn̄o ſunt hodie in eccleſia vel in mūdo. Fallaciter deci pientes. ſ. falſi hoīes et fraudulenti. Vn̄ de ma lo ſpū dicitur. iij. Regū. xxij. Ipſe ſtetit corā dn̄o ⁊ ait. Ego decipiā achab. Item ſunt ibi voraciter acci-
piētes. i. auari ſimiles inferno inſatiabili. de quo Pro
uerb. xv. Infernus ⁊ perditio coram domino. Item ibi
ſunt crudeliter interficientes ſciłꝫ homicide ⁊ detrac-
tores. Unde. iiij. Reg. xxv. Filios ſedechie occidit nabu
chodonoſor coram eo. Sedechias em̄ rex iuda ſignat
xp̄m: cuius. ſ. filij. i. boni hodie occidūtur per malos.
Item ibi ſunt inaniter letantes: gaudentes ſeu gloriā
tes. Contra illos dicitur Prouerb. xxv. Ne glorioſus
appareas corā rege. Et breuiter iſti apparent etiā corā
deo ⁊ mūdo deformiter viuentes ⁊ etiā enormiter agē
tes. Iuxta illud Iob. xviij. Reputati ſumus vt iumen
ta: ⁊ ſorduimus corā te. Et ꝓpter hoc ipſi finaliter co-
ram eo apparebunt: ſcꝫ in iudicio ⁊ in inferno perēni-
ter lugētes. ij. Reg. xxj. Crucifixerūt eos in mōte corā
domino: ⁊ ceciderūt ſimul occiſi. Patet igiť quomo-
do coram ſignat preſentiam impij: iuſti: ⁊ dei. Vide ſu
pra de abſentia: ⁊ de ante: ⁊ infra de preſentia.

a **Cornu.** Nota ꝙ cornu eſt inter cetera membra animalis fortiſſimū ⁊ duriſſimū qđ re-
cte ipſis aīalib9 ꝓ gladio vel alia armatura ad defen
ſionē eſt datū: cuius ſatis euidēs eſt argumentū: q2 vt
cōmuniter animalia que habent cornua nunq̄ vtunť
dentibus ad mordendū: nec vnguibus vel aculeis ad
pungendū: immo ſufficiūt ei cornuū munimenta ad
ſe defendendū. Dicam ergo ſpiritualiter loquendo ꝙ
accipi poſſunt in bono ⁊ in malo. Et ſic dicā ꝙ ſm̄ bo
num ſignificatū in ſcriptura inueniuntur

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Dei | | Superius. |
| Cornua | Anime | que ſunt | Interius. |
| | Eccleſie | | Exterius. |
| | Crucis | | Inferius. |

Cornua dei ſunt metuenda.
Cornua anime iuſti ſunt acuenda.
Cornua eccleſie ſunt honorāda.
Cornua crucis ſunt amplexanda.
¶ Fortitudo ⁊ potētia ſūt cornua dei.
Virtutes ſūt cornua aīe ſeu viri iuſti
Cornua eccleſie ſunt ipſius prelati.
Primum eſt corpus diaboli. Secundum eſt corp⁹ peccati. Tertium eſt corp⁹ impij. Dico ergo primo. ꝙ eſt corpus diaboli quod ſignat malorũ ciuitatẽ ſeu cõmunitatẽ. Diabol⁹ eñ ⁊ omnes mali ſimul faciunt vnũ corpus. cuius. ſ. diabol⁹ eſt caput ⁊ iniqui homines mẽbra. q2. ſ. ibi malicioſi locũ oculorum: exploratores qui omnia volunt audire locũ aurium. manus malorum militum. pedes malorũ inferiorum locum tenent. ⁊ ſic de alijs. Omnia eñ mẽbra iſtius corporis improportionabiliter ⁊ ſine ordine ſunt locata. Et ideo in illa terra vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. erunt finaliter ordinata. Cõparat iſtud corpus corpori mõſtruoſo. ſicut ſup. Ideo Iob. xlj. de vehemoth al's behemoth. i. de diabolo loquitur ſcriptura dicens. Corpus eius q̃ſi ſcuta fuſilia et cõpactum ſquamis ſeſe prementibus. Scđo dico. ꝙ eſt corpus peccati. quod ſignat viciorũ cõgeriem ⁊ concretitatem. Ipſa eñ peccata in animã peccatrice faciunt vnum corpus. i. vnã cõpactã cõgeriẽ ⁊ opacã. De quo loquitur apl's Rom. vj. Deſtruatur corpus peccati vt vltra nõ ſeruiamus peccato. Et alibi Rom. vij Quis me liberabit de corpore mortis huius. Tertio dico. ꝙ eſt corpus impij. ſignans immũdã carnalitatẽ. Caro eñ ⁊ etiã vita carnalis deſignatur per corpus. Et ſic notabis. ꝙ iſtud eſt Corpus maculatum. luxurie. fetore. Corpus laceratum. inuidie dolore. Corpus obfuſcatũ. deſidie ſqualore. Corp⁹ diſſipatũ. iniuſticie furore. Corpus ergo malorũ per luxuriam maculat̃ Rom. j. Cõtumelijs afficiẽtes corpora ſua in ſemetipſis Et loquitur de peccato ſodomitico ⁊ Sopho. j. dicitur. Corpora eorũ ſunt ſtercora. Itẽ per inuidiam lacerãtur. ij Machabe. ix. di de impio ãtiocho. Quod vermes de corpore impij ſcaturiebãt: ⁊ carnes eius in doloribus defluebãt. Vermes eñ corroſionẽ inuidie ſignant. Itẽ per deſidiã aggrauãtur. Eſa. lj. Poſuiſti vt terram corpus tuũ. Itẽ per cõcupiſcẽtiam inflãmatur. Rom. vj. Non regnet peccatum in mortali corpore veſtro: vt obediatis cõcupiſcẽtijs eius. Et ideo finaliter iſtud corpus per diuinã iuſticiã cõdemnatur. ſeu eternaliter verberatur. Prouer. xix. Parata ſunt deriſoribus iudicia ⁊ mallei percutientes ſtultorũ corpora Iſtud eſt igit̃ Corpus malũ de cuius periculo petebat apl's liberari dicẽs Ro. vij. Infelix ego hõ. q̃s me liberabit de corpe mortis hui⁹. Sic ergo pʒ quõ in ſcriptura corp⁹ ſumit̃ ſeptẽ modis ⁊c. Vide ſup vbi caro.

## Correctio. Correptio.

Idem eſt ꝙ caſtigatio.

⁊ emendatio: reprehenſio ⁊ punitio. Et poſſumus di-
cere ꝙ correctio ſemper eſt infligenda cũ charitate et
amore. Ex amore enim debet procedere non ex odio et
vindicta: qꝛ ſcꝫ aquila filios ſuos quos naturaliter di
ligit vnguibus vrget ⁊ pungit: vt de nido exire cõpellã
tur: vt ad volandũ crudiantur: ⁊ vt ad reſpiciendũ ſo-
lem inducantur. Sic vere prelatus debet filios .i. ſub-
ditos ſuos quando in nido voluptatis ⁊ carnalitatis
videt eos iacere: per correctionẽ pungere ⁊ arcere: vt ip
ſos ab iſto nido abſtrahat ⁊ educat: ⁊ ad volatũ con
templationis ad clarum viſum diſcretionis attrahat
⁊ inducat. Ideo dicitur Prouerb. xv. Quem enim dili
git corripit ⁊ quaſi pater in filio cõplacet ſibi. In qui-
bus verbis poſſumꝰ notare ꝙ correctio debet fieri Se
ueriter cũ punitione Benigniter cũ cõpaſſione. Sa-
gaciter cum diſcretione. Corrigẽs enim debet habere
In opere ſeueritatẽ. Corripit inqt. In animo benigni-
tatẽ. Diligit inquit. In ſenſu ſagacitatem. Pater pro
bat Seueritatẽ actus punitiuus. Corripit. Benigni-
tatem amor allectiuus. Diligit. Sagacitatem ſtatus
B perfectiuus. Pater. ¶ Dico ergo primo: ꝙ correctio
debet habere ſeueritatem punitionis. Quod enĩ non
tangit non angit: qđ non ſentitur non operatur vt cõ
muniter. ⁊ ideo ſi prelatus vult virtualiter agere ⁊ ope
rari. neceſſe eſt ꝙ a peruerſis ⁊ diſcolis faciat ſe correc-
tionẽ acriter ſe ſentire. Corripit inquit. Sicut enĩ dici
tur Prouer. xxix. Virga atqꝫ correctio tribuit ſapien-
tiam. Verũtamẽ correctio ꝗuis debeat eſſe ſeuera ne
negligatur: nunꝗ̃ tamen debet eſſe crudelis ne fugia
tur. Plumbũ enim in igne poſitum liqueſcit ⁊ ſplen-
det: purgatur ⁊ mũdatur: ſi tamẽ nimis diu in nimis
forti igne teneatur in puluerem diſſoluitur. Sic vere
homo qui in temperato igne correctionis poſitus eſt
emendatur ⁊ caſtigatur. Si nimis violẽter cõbuſtus
fuerit ⁊ punitus per deſperationẽ deſtruit: ⁊ per impa
tiẽtiam adnullatur. Sicut enim moderata correctio
proficit ſic exceſſiua interficit. Ideo bñ conſulit. Eccli
xi. Priuſꝗ̃ interroges ne vituperes queꝗ̃: ⁊ cuꝫ inter-
rogaueris corripe iuſte. Ubi nota ꝙ correctio debet eẽ
Cum preſenti inquiſitione. Cũ inquit interrogaueris
Sine feruenti conturbatione: ne vituperes queꝗ̃. Cũ
cõpetenti caſtigatione. Corripe inquit iuſte. Iuſte enĩ
debet fieri correctio: vt ſcꝫ habeat iuſtã cauſam a qua
oriatur. Iuſtũ modũ ꝑ quẽ exequat. Iuſtum finẽ ad
quem ordinetur. Ideo precipitur Deutro. xxv. Iuſte
qđ iuſtũ exequaris. Debet tamen correctio eſſe compe
tenter aſpera plus ꝗ̃ blanda: qꝛ vt cõmuniter amara
plus ꝗ̃ dulcia cõpetunt medicine. Nam vt dicit Pro
uerb. xxviij. Qui corripit hoĩem gratiam magis inue
niet apud eum: ꝗ̃ ille qui blanda locutione decipit. ⁊
Auguſti. ad marcillũ dicit ꝙ magis amat obiurgator
ſanans ꝗ̃ adulator diſſimulans. Habeat igitur corre
C ctor ſeueritatem punitionis. ¶ Secundo dico ꝙ cor-
rigens debet habere benignitatem cõpaſſionis. Quic
quid enim agat exterius ſeueriter exequendo: ſemꝑ ta
men debet diligere interius benigniter compatiendo
quod oſtenditur cum dicitur Diligit. Semper enim
ſociare debet correctionem dilectioni. Medicus enim
ſemper debet habere gladiũ ad incidendum ⁊ vnguen
tum ad mitigandũ. Prelatus etiam ſimiliter debet
habere ſimul miſericordiam: iuſticiam: rigorem: ⁊ dul
corem: ſeueritatem ⁊ benignitatẽ: ⁊ aliquando debet
vti vna: aliquando reliqua: aliquando vtraqꝫ. Tale
enim eſt aĩal indie modicum: quod duo habet cornua
mobilia: ita ꝙ quandoqꝫ dum vult preliari: vnuꝫ cor
nu reflectit ⁊ remittit: aliud autem ad percutiendum
acuit: ita ꝙ aliquando vno: aliquãdo altero: aliquã
do vtroqꝫ vtitur in pugnando. ſicut dicit Ariſtote. ꝗ
vocat iſtam beſtiam vaccam agreſtem. Sic pro certo
prelatus debet habere duo cornua ſue iuriſditionis .ſ.
iuſticiam ⁊ clementiam: vertibilia ⁊ mobilia: vt ſcꝫ lo
co ⁊ tempore: et ex cauſa vno vel alio poſſit vti: et ſm
ꝙ negocium poteſt requirere aliquando remittat iu-
ſticiam: ⁊ clementia vtatur et econuerſo. Utrumqꝫ enĩ
ſemper debet habere: quia ꝗuis vtatur iuſticia: nũꝗ̃
tamen debet deeſſe amor ⁊ clementia: immo etiam ip-
ſa iuſticia ex amore debet procedere: ⁊ cum amore vni-
ri ⁊ ad amorem terminari. Diligit inquit Apoca. iij.
Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. Unde Auguſti. ad
Bonifaciũ de correctione donatiſtarum. Moleſtus
eſt inquit medicus furenti frenetico: pater indiſcipli-
nato filio ille ligando: iſte cedendo: vterqꝫ tamen dili-
gendo. Verũtamen ſicut videmus: ꝙ quicquid agat
medicus frenetico: totum facit ex amore ſꝫ ad bonum
ſuum: ipſe tamen freneticus medicum ex hoc non dili
git: ſed contra ipſum mordendo ⁊ vituperando cõſur-
git. Sic vere multi ſunt peccatores: ꝗ ꝗuis pro bono
ſuo caritatiue a prelatis corrigantur: ipſi tamen hoc
gratum non habentes contra ipſos inſurgere et eos
mordere ⁊ diffamare nitũtur. Sicut dicitur Prouer
bio. xv. Non amat peſtilens eum qui corripit ſe. Iſti
ſunt ſimiles beſtie bonacon que naſcitur in locis fri-
gie. Hec cum ſit debilis ⁊ imbecillis: tamen cum a ve-
natore inſequitur: ſtercus fetidiſſimum ⁊ vrentiſſimũ
a poſterioribus eijcit ſupra canes propter quã vſtionẽ
⁊ fetorem canes retrocedere compelluntur. Sic vere
chariſſimi multi ſunt qui quando vident ſe a canibꝰ
⁊ a venatoribus .i. a prelatis ⁊ predicatoribus perſequi
vt corrigantur: ipſi procerto ſtercus infamiarum et
detractionum proijciunt contra eos: appellant de ip
ſis diffamant eos: detrahunt eis: ⁊ ſic quandoqꝫ fit ꝙ
propter verba ſua vrentia ⁊ fetentia: iniuriantia ⁊ dif-
famantia incorrecti dimittuntur. Iſti tamen debent
aduertere quod dicitur Prouerb. xxix. Qui corripiẽ-
tem ſe dura ceruice contemnit: repentinus ei ſuperue-
niet interitus. Heu deus quot ſunt hodie tales in ec-
cleſia qui non conſiderant corrigentis amorem: ſed
correctionis dolorem. Non correctionis vtilitatẽ: ſed
percuſſionis aſperitatem. Non ſanitatem que inten-
ditur: ſed vulnus quod infligitur. Nõ ſic ergo: ſed di
ligamus correctionem: quia correctio ſemꝑ debet ha-
bere benignitatẽ compaſſiõis. Diligit inquit. Unde
ꝑs. Corripiet me iuſtus in mĩa ⁊ increpabit me oleum
autem peccatoris non impinguet caput meum: ſicut
enim dicit Prouerb. xxvij. Meliora ſunt vulnera dili-
gentis ꝗ̃ fraudulenta oſcula odientis ⁊c. ¶ Tertio di D
co ꝙ correctio debet habere ſagacitatem diſcretionis.
Sagittarius enim neceſſario indiget acuto viſu vt lõ
ge poſſit diſcernere quid ſagittat. De Lamech enim le
gitur in hyſtoria ſcolaſtica ꝙ cum eſſet cecus ⁊ ducere
tur a puero loco beſtie hominem ſagittauit. Sic vere
ille qui per correctionem habet alios ſagittare et ꝑcu-
tere: ſcꝫ prelatus neceſſario debet habere clarum viſuꝫ
diſcretionis: vt .ſ. videat ⁊ diſcrete cognoſcat cui par-
cere debeat: quem punire: quia alˀs ſi lumine diſcretio
nis careat: hominem pro beſtia: ⁊ iuſtum pro impio
ſepe punit. Iſta diſcretio oſtenditur cum dicitur Pa
ter. Pater enim eſt nomen antiquitatis: ſapientie et
ſagacitatis: maturitatis ⁊ honeſtatis. Unde Gene.
xxvij. dicitur. Pater vero rem tacitus conſiderabat.
Prelatus enim qui debet eſſe pater per autoritatem
debet rem: id eſt negocium conſiderare per ſubtilitatẽ
⁊ hoc tacite per prudentie maturitatem. Hebreo. xij.
Quis eſt enim filius quem non corripiat pater. Mul
ti tamen ſubditi poſſunt dicere hodie conquerendo il
lud Treno. v. Pupilli facti ſumꝰ abſqꝫ patre: matres
noſtre quaſi vidue. Quia vere chariſſimi multi ſunt
hodie filij .i. ſubditi qui carent patre: id eſt diſcreto ⁊
maturo prelato. Et ideo matres noſtre .ſ. eccleſie ⁊ re-
ligiões ſunt hodie ꝗ̃ſi vidue .i. bonis ⁊ diſcretis paſtori
bus deſtitute. Non ſic ergo: ſed ſit correctoꝛ prudens
ad inquirendum pius ad ignoſcendum: iuſtus ad pu
niendum. Vel ſi vis latius de correctione diſtinguere
Dic ꝙ in ſcriptura inuenitur Correctio
Suſcipienda patientiſſime.
Reijcienda ſapientiſſime.

Reſpiciẽda

Ayuntamiento de Madrid

Reſpicienda metuentiſſime.

¶ Eſt igitur correctio qua debemus in patientia ſuſtinere. Siue enim deus ſiue prelat⁹ nos corrigat: patienter correctio debet ferri. Iſta enim valde eſt vtilis ſuſtinenti: ⁊ hoc quia

Viuificat iacentes mortuos.
Iuſtificat peccantes fatuos.
Rectificat ad actus ſtrenuos.
Magnificat ad ſenſus arduos.
Ditificat egentes vacuos.

¶ Dico igitur ꝙ correctio ſolet iacẽtes mortuos viuificare. Apes enĩ mortificant̃ oleo ſed ſuperfuſo aceto viuificantur. Sic vere acetũ .i. aſperitas correctionis illos viuificat: quos oleũ delitiarũ mortificat. Unde Eſa. xxxviij. Domine ſi ſic viuit̃ ⁊ in talibus vita ſpũs mei corripies me: ⁊ viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Item iſta ſolet peccantes fatuos iuſtificare ſeu emendare ps. Diſciplina tua correxit me in finem .i. emendauit ⁊ iuſtificauit Iudith. viij. Flagella domini quaſi ſerui ꝗ corripimur ad emendationẽ non ad perditionẽ noſtram eueniſſe credamus ps. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodiendo ſermones tuos. Item correctio ſolet ad actus ſtrennuos rectificare. Prouerb. xv. Qui rectus eſt corrigit viam ſuam. ¶ Item ſolet ad ſtatus arduos magnificare. ſ. ad ſtatum ſapientie glorie ⁊ honoris Prouer. xxix. Uirga ⁊ correctio tribuit ſapiẽtiam. Item ſolet egentes vacuos ſeu nocuos dãnificare: q2 ſ3 illi qui correctionẽ ſpernunt ⁊ odiũt ſpiritualiter damnificantur. Unde de malis ⁊ obſtinatis qui corrigi nolunt: de quibus eſt ſcriptum Amos. v. Oderunt in porta corripientem ⁊ loquentẽ perfecte abominati ſunt. dicitur Prouerbio. xxix. ꝙ qui corripientem ſe dura ceruice cõtemnit. repentinus ei ſuperueniet interitus. Eſt igitur correctio quã debemus in patientia ſuſtinere. Eccli. lx. Uir prudens ⁊ diſciplina-
f tus nõ murmurauit correctus. ¶ Item dico ꝙ eſt correctio quam debemus cu3 ſapientia precauere. Et iſta eſt correctio maloꝝ ſuperiorũ ⁊ hypocritarũ que ſub ſpecie iuſticie nituntur alios corripere ⁊ iniurias inferre. De qua dicitur Eccli. xix. Eſt correctio mendax in ira cõtumelioſi. ¶ Tertio dico: ꝙ eſt correctio quã debemus cum reuerentia perhorrere. Et iſta eſt correctio future dei iuſticie que fiet in inflictione pene eterne. De qua Dauid in ps. dicit. Dñe ne in furore tuo arguas me neqꝫ in ira tua corripias me. Et iſtam timẽs Hieremias petebat hic in hac vita corripi: non in futuro dicens Hiere. x. Corripe me domine: veruntamen in iudicio ⁊ non furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me ⁊c. Uide in infinitis locis. ſ. de iuſticia de igne: percutere: comburere: ⁊ in alijs ſimilibus.

**Corroborare.** Idem eſt ꝙ confirmare: conſolidare: confortare ⁊c. Uide de fortitudine ⁊ robore ⁊ ſimilibus ⁊c.

a **Corruere.** Nota ꝙ corruere idem eſt ꝙ impetuoſe precipitari vel cadere. Et notabo ꝙ in ſcriptura corruere quadruplex reperitur: videlicet

Iuſtorum: qui corruunt añ deũ per humilitatem.
Maloꝝ: qui corruunt ante diabolum per iniquitatẽ.
Egenoꝝ: ꝗ corruunt añ mundũ ꝑ calamitatem.
Magnorũ: qui corruũt ad infortuniũ ꝑ aduerſitatẽ.
Damnatoꝝ: ꝗ corruũt ad infernũ ad penalitatem.

¶ Igitur dico: ꝙ corruit iuſtus deum adorando ꝑ humilitatem. iiij. Regũ. iiij. Corruit illa ſ. ſunamitis ad pedes eius. ſ. heliſei ⁊ adorauit. Item corruit impius a ſtatu gratie per iniquitatem Oſee. xiiij. Conuertere iſrael ad dominum deu3 tuum. quoniam corruiſti in iniquitate tua. Item corruit egenus per miſeriam ⁊ calamitatem: verũtamen deus: vel hic vel in futuro ipſm releuabit per pietatem ⁊c. ps. Alleuat dominus omnes qui corruunt: ⁊ erigit omnes eliſos. Item corruit diues ſeu magnus: ſeu etiam mundi ſtatus per aduerſitatem. Ioſue. vj. Muri hiericó corruerunt. ⁊ Ezech. xxx. Corruerũt fulcientes egyptum. Itẽ corruit damnatus ad penalitatem ſc3 infernalem. Eſa. xiiij. Quomodo cecidiſti lucifer qui mane oriebaris. Sequitur. Corruiſti in terram qui vulnerabas gentes: detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. His igitur premiſſis ſiue agatur de corruitione culpe: miſerie ſiue pene notari poteſt ꝙ hodie cadunt ⁊ corruunt multa genera pctõrum. Nam ſicut video faciliter corruunt corporaliter

Nimis alte aſcendentes.
Fundamentum non habentes.
Ad ſcandalum offendentes.
Inſolenter ambulantes.
Pondus graue deportãtes.
Per lubricum incedentes.
Per impulſum vacillantes.
Per terrorem ſtupeſcentes.
Omni vigore carentes.
Debilibus innitentes.

¶ Sic vere dicã ꝙ tam in peccatum ꝙ in tormentum corruunt decẽ genera peccatorum videlicet illi ꝗ nimis alte aſcẽdũt per ſuperbiam. B Illi qui in fundamento veritatis deficiũt per hypocriſim ⁊ fallaciam. Illi qui faciliter ſcãdaliʒant ⁊ offendunt per iracũdiam. Illi qui indiſcrete currunt per imprudẽtiam. Illi quos onera terrenorum premunt per auariciam. Illi qui in lubrico ſiſtũt per luxuriam. Illi quos alij ad malum impellũt per malam ſocietatem ⁊ amiciciam. Illi quos terrores cõcutiunt per imbecillitatem ⁊ ignauiam. Illi qui vigore deficiunt per fragilitatem ⁊ impotẽtiã. Illi qui ruinoſis ⁊ caducis innituntur ⁊ confidunt per fiduciam ⁊ credulitatem. C ¶ Dicam igitur ꝙ faciliter corruunt per ſuperbiam alte ſe leuantes. Res enim alte facilius corrunt ꝙ baſſe. Quia ſicut dicitur Prouer. xvij. Qui altam facit domum ſuam querit ruinam. Unde Seneca docet infimum ſtatum tuitiorem eſſe ꝙ altum. Unde loquens pauperi dicit ſic. Petius inquit gaude: quia ad eum te fortuna deuexit ſtatum de quo cadere non poſſis. Experientia enim dicitur ꝙ alti ⁊ magni homines terribiliter corruũt quando cadunt. De rege enim pireneo ponit Ouid. lib. v. de trãſformatis. ꝙ dum turrem aſcendens alis ſumptis volare vellet vt nimphas menonides caperet ⁊ opprimeret fugientes: ad terram ſtatim corruit vbi aeri ſe cõmiſit. Sic vere fit: ꝙ ſuperbi quorum elata mens videtur volare ꝑ aera: et ardenter perſequitur pauperes ⁊ egenos: quandoqꝫ fit ꝙ ſubito corruunt atqꝫ cadunt: ⁊ quantu3 ad ſtatum gratie: fortune: ⁊ vite ſeu nature: alis diuitiaꝝ ſuarum ⁊ elata ſuperbia ſua non obſtantibus: in infernum pereunt ⁊ deſcendũt. Figurati in illa altiſſima et pulcerrima arbore que deſcribitur Ezechie. xxxj. ⁊ ponitur ſupra de cedro que ſubito corruit ⁊ euulſa eſt ⁊c. Hiere. l. Ecce ego ad te ſuperbe dicit dominus exercituum: quia venit dies tuus: tempus viſitatiõis tue: ⁊ cadet ſuperbus ⁊ corruet: ⁊ non erit qui ſuſcitet eũ. Corruunt igitur faciliter per ſuperbiam alte ſe leuantes. D ¶ Secundo dico ꝙ faciliter corruũt fundamẽtu3 firmum non habentes. Et tales ſunt viri falſi: ⁊ qui non habent fundamentum virtutis: veritatis ⁊ realitatis: quia ſc3 tales cito corruũt ab apparẽtia quã pretendunt. Peccatores etiam qui carent gratie fulcimẽto corruunt de vitio in vitiũ ſatis cito. Edificia enĩ ꝗ fundamento carent faciliter corruunt: ſicut de domo edificata in arena exemplificat dominus. Mat. vij. que corruit ⁊ fuit ruina ei⁹ magna. Seneca. ficta tãꝗ floſculi dilabuntur. Unde de hypocritis ⁊ quibuſuis pictis a fictis hominibus poteſt dici illud Ezechie. xxvj. Statue nobiles in terrã corruent. ¶ Tertio dico ꝙ faciliter corruunt per iracundiam paſſim offendentes. Homo enim quando inuenit ſcandalum. i. occaſionem ad iram in via corruit. Sic illi qui ad omne offendiculum ⁊ ad omnem occaſionem offendunt et iraſcuntur faciliter corruunt ⁊ labuntur. Unde Ezechie. vj. Qui autem prope eſt gladio corruet. Gladius enim qui cor affligit iracundiam ſignat ps. Gladius eorum intret in corda ipſorum. Unde cõtra duros crudeles ⁊ iracundos dicitur Prouerb. xxviij. Qui men-



Ayuntamiento de Madrid

E tis eſt dure corruet in malum. ¶ Quarto dico ꝙ faciliter corruunt per imprudentiam ſtulte diſcurrētes Homo enim faciliter corruit quando indiſcrete currens. vbi pedē ponere debeat nō aduertit. Sic fatui de facili corruūt in pctā: infortunia ⁊ tormēta. p eo ꝙ indiſcrete pvana deſideria diuagātes nō pcauēt vbi pedes affectuū ſuorū tute collocēt ⁊ reponant. Unde de defectu prudentie dicitur Prouerb. xj. Ubi non eſt gubernator populus corruet. Gubernator enim eſt prudentia: qua deficiente in anima neceſſe eſt ꝙ corruat populus. i. congeries virtutum: cogitatuum actuum ⁊ membrorum. Quinto dico ꝙ facile corruunt p auariciam onera ferentes. Facile eñ corruit qui onus graue ⁊ intolerabile portare contendit. Sic auari qui terrenorum oneroſis rebus ſubiacent: facile in omē malum corruunt dum non cauent. Sarcina enim mundi bonoꝝ per auariciam mentem deprimit: ipſamq; ruere cito facit. Hiere. lj. Si quidem ⁊ murus babylonis corruet. Murus enim ſignat auarum: qui pōdus lapidum. i. diuitiarum terreſtrium ſecum portat. Unde etiam de auaro dicitur. Eſa. viij. Corruet ⁊ eſuriet ⁊ cum eſurierit iraſcet. Sexto dico ꝙ faciliter corruunt per immundiciam lubrice incedentes. In via enim lubricoſa faciliter corruitur. Sic in via delitiarū carnalium. Unde Hieremie. xxiij. Uia illorum quaſi lubricum in tenebris: impelluntur ⁊ corruent in ea. Septimo dico. ꝙ faciliter corruunt aliorum malorū vel etiā tentationum impulſum ſuſtinentes. Ille enim facile corruit quem alius fortiter impellit. Sic qui malorum exemplis ⁊ verbis necnon ſuggeſtionibus hoſtis fortiter impellitur: neceſſe eſt ꝙ corruat ⁊ labatur Hiere

F mie. xx. Corruēt gladio inimicorū ſuorum. ¶ Octauo dico: ꝙ faciliter corruunt per ignauiam nimis timentes. Cōcuſſio enim tonitrui vel alius timor inopinatus et magnus, eſt aliquotiēs cauſa caſus: ſicut de fratribus Joſeph qui ipſum prodiderant ⁊ vendiderant dicitur Gene. xliiij. ꝙ reprehēſi de furto ciphi omnes ante eum pariter in terram corruerunt. Sic etiam loquendo moraliter. Ille in peccatum facile corruit: qui mundi aduerſa immoderate metuit Prouerbio. xxix. Qui timet hominem cito corruet. Nono dico ꝙ facile corruūt per infirmitatem: fragilitatem: ⁊ impotentiam deficientes: quia ſcilicet ſicut infirmus ⁊ deſtitutus viribus cito corruit: ſic infirm⁹ ⁊ peccator, ſeu etiā imperfectus in deterius cito cadit. ij. Paralipo. xiij. Corruerunt vulnerati ex iſrael. Decimo dico ꝙ faciliter corruunt per fiduciam in mundi auxilijs ⁊ amicicijs innitentes. Teſte enim Grego. Qui labenti innititur: neceſſe eſt vt cum labente labatur. Et qr mundi auxilia ⁊ mundanorum amicicie ſunt vt plurimum debiles ⁊ ruinoſe: neceſſe eſt ꝙ qui confidit in talib⁹ cito ruat: exemplo altis animalis germanici qui more elephātis dum ſemifracte arbori innititur neceſſe habet corruere dum arbor frangitur. Stultum eſt igitur in vita mortali in opere temporali: in auxilio mundiali: ⁊ in amicitia carnali cōfidere: quia ruine cauſa pluri mis poteſt eſſe. Eſa. xxxj. Corruet auxiliator ⁊ cadet cui preſtatur auxilium: ſimulq; omnes conſumentur Et Prouerbio. xj. Qui cōfidit in diuitijs ſuis corruet Sic igitur patet quomodo multiplex eſt corruere: et multiplex cauſa ruine ⁊c. Uide ſupra de cadere: ⁊ infra de ruina in litera R.

## Corruptio. Corrumpere.

A Nota ꝙ corruptio nihil aliud eſt ꝙ alicuius rei diſſolutio: alteratio ⁊ deſtructio. Corruptio enim tollit ⁊ deſtruit totum eſſe rei: ⁊ propter hoc: quia res ꝯſiſtunt in quadruplici eſſe: neceſſe eſt inuenire quatuor genera corruptionum quibus iſta eſſe corrumpantur: vt ſic vnicuiq; modo eſſendi ſua correſpondeat corruptela. Igitur dico ꝙ eſt

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Naturale | | Nature. |
| Eſſe | Uirtuale. | Eſſe | fortune. |
| | formale | | Gratie. |
| | Eternale ſeu | | Glorie. |

Iſti enim ſunt quatuor ſtatus rerum: videlicet. Inferior qui eſt nature corruptibilis. Exterior qui eſt fortune variabilis. Interior qui eſt gratie cōmendabilis Superior qui eſt glorie delectabilis. Sic igitur dico ꝙ quadruplex inuenitur mala corruptio: videlicet Corruptio deſtruēs naturam: hoc eſt mors peruerſa. Deſtruens fortunam: hoc eſt ſors aduerſa. Deſtruēs gratiam: hoc eſt mens euerſa: vel qua mens eſt ſubuerſa: ſcʒ culpa. Deſtruens gloriam: hoc eſt ſtix immerſa. i. pena eterna.

Mors corrumpit nature decorem.
Sors dirumpit fortune vigorem.
Culpa rapit gratie valorem.
Pena ſurripit glorie ſplēdorē.

B ¶ Paſſiue ergo loquendo dicamus ꝙ eſt corruptio nature quā faciet mortis neceſſitas. Cōſtat enim ꝙ tota natura inferiorum rerū corruptioni ſubdita eſt. Nam cōtrarietas elementorū ⁊ inſatiabilis appetitus materie ⁊ forme elemētalis imperfectio qui ſcʒ appetitus materie terminari ſeu complere nō poteſt: cauſa ſunt ꝙ nihil inferius eſt incorruptibile: ⁊ ꝙ omnia cum tempore dilabuntur. ita ꝙ vnū corrūpitur ⁊ aliud generetur Eccſi. xiiij. Omne opus corruptibile: in fine deficiet. Et ideo de corpore humano dicitur: ꝙ intellectus ab eo ſeparabitur ſicut perpetuum a corruptibili. Conſtat enim ꝙ quantū ad corpus omnes ſumus corruptibiles ⁊ mortales. Unde notabis ꝙ noſtre corruptionis conditio generat humilitatem contemnit nobilitatem: acquiret ſtabilitatē. De humilitate patet: qr ſcʒ non facile contemnit alium qui ſe corruptibilem eſſe cogitat: ⁊ vna cum eo corrumpēdum Eccſi. viij. Memēto quoniam omnes ſumus in corruptione ne ſpernas hominem. De nobilitate vero propria ꝙ facile contemnatur: qñ futura corruptio ꝙ propinqua eſt cogitatur: patet in ps. vbi Dauid dicebat. Que vtilitas in ſanguine meo. i. in nobilitate ſanguinis mei dum deſcendo in corruptionem: quaſi diceret nulla vtilitas. De ſtabilitate vero futura. i. de immortalitate corporis in quam noſtra corruptibilitas in reſurrectione mutabitur: dicitur. j. Corinthio. xv. Oportet inquit corruptibile hoc induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc induere immortalitatem. Hec eſt

C igitur corruptio nature quam facit mortis neceſſitas ¶ Secūdo dico: ꝙ eſt corruptio fortune: quam faciet ſortis aduerſitas. Omnis enim ſtatus mundanus totaq; fortune proſperitas finaliter corrumpitur: ⁊ per aduerſitatem ⁊ infortunium diſſipat. Unde illi cumulo omnium miſeriarum. ſ. ciuitati babylonice a qua oīm aliaꝝ ciuitatū fortuna ⁊ pſperitas ſub nabuchodonoſor corrūpebatur ⁊ deſtruebatur: dicit Hiere. lj. Ecce ego ad te mons peſtifer qui corrūpis vniuerſam terrā. Et Naum. ij. Uaſtatores diſſipauerunt eos: et propagines eoꝝ corrūpunt. Uñ etiā de illis quos violentia fortune: ignisq; acerbitas corrumpere non potuit: dicitur Danie. iij. Uideo viros ſolutos ambulantes in medio ignis: ⁊ nihil corruptionis in eis eſt. De⁹ eñ ſuos de corruptiōe mūdi tribulationū liberat: ⁊ ipſos p fortitudinē cōſtantie in incorruptibiles mutat.

D Roma. viij. Creatura liberabit a ſeruitute corruptōis. Hec eſt igit corruptio fortune ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ eſt corruptio grē quā generat culpe pūerſitas. Quicquid eñ corrūpit a ſuo cōtrario corrumpit: nūc aūt culpa cōtraria eſt gratie: qr cōtra bonū malū eſt ⁊ cōtra vitā mors. Eccſi. xxxiij. ⁊ ideo p gñationē culpe in aīa: neceſſe eſt ꝙ gratia corrumpat: qr. ſ. gñatio vni⁹ eſt corruptio alterius ps. Corrupti ſunt ⁊ abhominabiles facti ſunt in iniqtatib⁹. Et nota ꝙ ſicut corruptio largo modo ſumpta. i. putrefactio cauſat ex multis cauſis in carne: ſic corruptio pcti cauſat ex varijs actib⁹ in mēte. Cauſat eñ ex calore corp⁹ inflāmāte. Ex humore nimis abūdāte. Ex debili vigore corpus nō reſtaurante. Et externo dolore corpus cōprimente. Sic dico ꝙ corruptio

ꝙ corruptio pꝫccati gignit̃: quãdo calore cõcupiſcẽtie anima inflãmatur: ⁊ qñ hũore deliciaꝝ ⁊ diuitiarum nimis onerat̃ ⁊ maxime virtus ratiõis eſt ita debilis ꝙ ſapienter non regit̃ ⁊ exteriora accidentia ⁊ occaſiones varie ad crimina ſuffragant̃: ſic em̃.

Corrumpitur — Cor — Male — Cogitando.
Caro — Delectando
Lingua — Proferendo.
Mens — Affectando.
Senſus — Exiſtimãdo.
Opus — Terminando.
Habitus — Conuerſando.

¶ Dicam igitur ꝙ mali corrupti ſunt in cord : ꝑ malam cogitationem. Et hoc eſt magnuꝫ periculũ: q̃r .ſ. ſi radix arboris corrumpitur: neceſſe eſt ꝙ reſiduum deſtruat̃. Patet de pomo qñ cor interius eſt corruptũ ſic eſt de cogitatiõe ⁊ corde. Unde Soph. iij. Diluculo ſurgentes corrumpunt omnes cogitationes ſuas. Item corrupti ſunt in carne per luxurie delectationeꝫ Gal. vj. Qui ſeminat in carne: de carne metet ⁊ corruptionem. Item corrumpuntur in lingua: per malam locutionem. Porcus em̃ q̃ linguam habet corruptaꝫ ⁊ leproſam reputatur eſſe totus corruptus. Uñ. j. Corin xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Item corrumpuntur in mente: ꝑ peruerſam intentionem. ij. ad Thimo. iij. Reſiſtunt veritati homines corrupti mente ⁊ reprobi. Iſtud potiſſime patet de ſymoniacis ⁊ de iniquis iudicibus: qui a iuſticia ⁊ veritate deuiant per munerum corruptelam. Prouer. xxv. Uena corrupta iuſtus cadens coram impio. Itẽ corrumpuntur in ſenſu ꝑ hebetatam cognitionem. ij. ad. Corinthio. xj Timeo ne corrumpantur ſenſus veſtri ⁊ excidant. Item corrumpunt̃ in opere per iniquã execuciõeꝫ. ps. Corrupti ſunt ⁊ abhominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: ſtudijs inq̃t idẽ operibus. Iuxta illõ. Hiere. vij. Bona facite ſtudia veſtra. Iteꝫ corrumpũtur in habitu ⁊ conuerſatione inſolenter viuendo. ps Putruerũt ⁊ corrupte ſunt cicatrices mee a facie inſipientie mee. Cycatrices que ſunt in exteriori cute: ſignant vitia que ſunt in exteriori conuerſatione. Iſta eſt igitur corruptio gratie quam generat culpe ꝑuerſitas. ¶ Quarto dico: ꝙ eſt corruptio glorie: quã impedit pene diuerſitas. ſ. damnatio eterna. Gloria em̃ eterna occaſionaliter corrumpitur ⁊ deſtruitur qñ per penam infernalem ꝑpetuo impedit̃. Unde de iſta corruptione pene infernalis. dr̃ Iob. xxxiij. damnato. Appropinquabit corruptioni anima ei⁹: ⁊ vita illi⁹ mortiferis. De cuius liberatione gaudens dauid dicebat in. ps Non derelinques animã meam in inferno nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ. Sic igit̃ patꝫ quo
A mõ mali multiplicit̃ corrũpunt̃ ⁊ quõ a bonitate mortali multiplicit̃ alterãt̃ ⁊c. vide infra de putreſcere.

# Corus.

Nota ꝙ corus ſumitur quandoq̃ pro menſura ſicut Luc. xvj. Quantum debes domino meo. Centum coros tritici: ſꝫ de iſto modo nihil ad pñs. Item quandoq̃ ſumitur ꝓ chorea ⁊ ꝓ congregatione ordinata letantium ⁊ cantantiũ. ij. Parat̃. xxx. Locutus eſt Ezechias ad omnem choruꝫ leuitarum. Item quandoq̃ ſumitur ꝓ inſtrumento muſico. Unde in. ps Laudate euꝫ in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo. Iteꝫ ſumitur pro quodã vẽto ſic appellato. Act. xxvij. ſtatuerũt nauigare ad portuꝫ crete reſpicientẽ ad affricũ. ⁊ ad chorũ.
B ¶ De choro ergo inquãtum ſumitur pro cõgregatione letantium ſeu pro chorea poteſt diſtigui: de leticia ſpirituali. mundiali ⁊ eternali. Chorus em̃ ſignat leticiam ſpiritualem qua gaudẽt ꝑfecti. vñ de eccl'ia ⁊ ei⁹ ſpũalib⁹ leticijs dicit̃ Cañ. vij. Quid videbis in ſunamite niſi choros caſtroꝝ. Et hier. xxxj. Letabit̃ ꝟgo ĩ choro. Itẽ ſignat leticiã tꝑaleꝫ qua gaudẽt infecti. In chorea em̃ mũdanoꝝ ſemꝑ itur de dextera ad ſiniſtrã ad denotandum ꝙ mundi gaudia ſemper terminant̃ ad ſiniſtram aduerſitatis. Tren. v. Uerſus eſt in luctum chorus noſter: defecit gaudiuꝫ cordis noſtri ve nobis q̃r peccauim⁹. Itẽ ſignat leticiam eternalẽ qua gaudent beati. vñ de deo poteſt dici illud. j. Regũ. xxj. Nonne huic cãtabant per choros Saul percuſſit mille ⁊ Dauid decem milia ⁊c. Uide de gaudio ⁊ leticia. A

# Cottidie.

Illud quotidianũ dicitur qõ dieb⁹ ſingulis iterat̃. Accipit̃ ergo quotidie pro ſepe: pro cõmuniter ⁊ pro ſemper. ⁊ ideo moraliter loquendo quotidie ſignat diligentiam ⁊ ſollicitudinem ⁊ cõtinuationẽ feruentẽ: vel in bono opere vel in malo. Et ſic notabis ꝙ eſt quotidie pertinẽs ad bonos ⁊ quotidie pertinens ad malos. Ad bonos dico: q̃r ſcꝫ boni ſunt diligentes de bono quotidie faciendo ij. Corin. xj. Quotidiana ſollicitudo omniũ eccleſiaꝝ. Igitur dico ꝙ boni ſolent Cottidie

Templa frequentare.
Uera predicare.
Scripta ꝑluſtrare.
Bonis miniſtrare.
Mala tolerare.
Bona perpetrare.
Bene laborare.
Deo immolare.
Bonis ſe ſociare.
Xpm deguſtare.
Seſe augmentare.
Laſſos ſuſtentare.

B ¶ Dico ergo ꝙ ſi erga deũ diligẽtes ⁊ ſolliciti ſum⁹: nos debemus quotidie tẽplum frequentare. De ſcipione enim pagano legit̃ ꝙ omni mane templũ iouis ad adorandum intrabat: ⁊ poſt ad ſenatum veniebat. In tẽplo vero diutius remanebat. ita ꝙ populus dicebat: ꝙ ipẽ de republica cum ioue conſiliabatur. ꝙ ſi tunc in tempore vane ſpei faciebat paganus: multo fortius nunc debet facere xpianus: exemplo xpi dicentis Luce. xxij. Quotidie fui vobiſcũ in templo. Item debem⁹ quotidie vera predicare: quod maxime ꝑtinet ad prelatos: q̃ quotidie tenentur ſubditos informare. Eſa. lviij. Clama ne ceſſes: ⁊ Luce. xix. Erat quotidie docens in templo. Item debemus quotidie ſcripta ꝑluſtrare. ſ. ſtudendo in ſacra pagina pro veritate inueſtiganda. Unde de illis credẽtibus dicitur Actuũ. xvij. Qui ſuſceperũt verbum quotidie cum omni auiditate ſcrutabantur ſcripturas. Item debemus quotidie bonis miniſtrare. ſ. ſeruiendo ⁊ obediẽdo: ⁊ neceſſaria erogando. Hebre. x. Omnis quidem ſacerdos preſto eſt quotidie miniſtrans ⁊ eaſdem hoſtias ſepe offerens. Item debem⁹ quotidie mala tolerare: ſcilicet penitẽtiam ⁊ laborem in patientia ſuſtinẽdo. Luce. ix. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tolat crucem ſuam quotidie ⁊ ſequatur me. Sic faciebat Apoſtolus dicens. j. Corinthio. xv. Quotidie morior. Item quotidie debemus bona perpetrare. Tobie. ij. Anna ibat ad opus textrinum quotidie. Item debemus quotidie bene laborare Exodi. v. Complete opus veſtrum quotidie. Item debemus deo immolare: ſcꝫ ſacrificium laudis ⁊ bonorum operum. Numeri. xxviij. Offerebãt duos agnos anniculos immaculatos quotidie in holocauſtum. Duo agni ſignificant bonum opus ⁊ bonam intentionem. Item debemus quotidie bonis nos ſociare Actuũ. ij. Quotidie perdurantes vnanimiter in tẽplo. Et ſequitur ibidem. Dominus autem augebat qui ſalui fiebant quotidie in idipſum. Item debemus quotidie xpm deguſtare. ſ. in ſacramento altaris: q̃r ſcilicet licet dicat Auguſt. Celebrare quotidie nec laudo nec vitupero: nihilominus viris deuotis vtile eſt quotidie celebrare: vel corpus domini manducare: vt dicant domino illud Luce. xj. Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie. Itẽ debemus vires augmentare. i. ſemper creſcere in virtutibus. Unde. j. Reg xvj. ⁊. ij. Regũ. ⁊. iij. dicitur ꝙ dauid proficiens ſemꝑ in ſeipſo robuſtior erat quotidie. De fidelibus etiã dicitur Actu. xvj. ꝙ abũdabãt numero quotidie. Itẽ debem⁹ quotidie laſſos ⁊ pauperes ſuſtẽtare. Iudith. vij. Dabat̃ ꝑpſis aqua quotidie. Et de Hieremia incarcerato dr̃ Hiere. xxxvij. ꝙ rex precepit ꝙ daret̃ quotidie torta panis. Patet ergo ꝙ eſt vnũ quotidie. i. vna quotidiana diligẽtia q̃ ꝑtinet ad viros ꝑfectos. ¶ Secũdo dico C

Ayuntamiento de Madrid

ꝙ eſt vnum quotidie quod pertinet ad viros infectos
Et ſic notabo ꝙ mali ⁊ impij Quotidie.

Viuunt voraciter.
Agunt carnaliter.
Egent mentaliter.
Lugent finaliter.

Viuunt dico voraciter: per quotidianã caſtrimargiam: vnde de diuite epulone dr. Luc.e.xv. ꝙ induebatur purpura ⁊ byſſo ⁊ epulabatur quotidie ſplendide. Itẽ agunt carnaliter: per quotidianam luxuriam. Vñ de iſtis impudicis ſenibus dicit. Dañ.xiij. ꝙ videbant ſuſannam ſenes quotidie: ⁊ exarſerunt in amorem illius. Item egent mentaliter: per quotidianam auariciã dicẽtes illud.j. Mach.vj. Defecimus quotidie ⁊ eſca nobis modica eſt. Ideo ſequitur: ꝙ iſti lugent ſeu lugebunt finaliter per eternam ⁊ quotidianam miſeriam. Ezech.xxx. Dolebit peluſium ⁊ alexandria erit diſſipata: ⁊ in mẽphis anguſtie quotidiane ⁊c.

A

## Cras. Craſtinum.

Nota ꝙ ſicut hodie ſignat tp̃s pn̄s: ita cras ſigat tp̃s futurũ ⁊ ſic dico: ꝙ per iſta duo aduerbia pñt intelligi tp̃s vite ⁊ tempus mortis: ⁊ tempus p̃ſentis ſeculi ⁊ futuri. Poteſt etiam per cras intelligi quecũq; procraſtinatio ſeu dilatio ſiue bona fuerit ſiue mala. his igitur premiſſis notabo ꝙ in ſcriptura inueniť Cras. c

Deliberatiuum.
Procraſtinatiuum.
Mortificatiuum
Dannificatiuum
Beatificatiuum.

Primũ cras pertinet ad virum prudentem. Secundũ cras pertinet ad pigrũ tardantem. Tertiũ pertinet ad mortem ſequentem. Quartum: pertinet ad infernum expectantem. Quintũ pertinet ad paradiſum bonos recipientem.

Primum eſt cras diſcrete ꝓuidentie.
Secundum eſt cras neglecte diligentie.
Tertium eſt cras mortalis violentie.
Quartum eſt cras infernalis peſtilentie.
Quintum eſt cras ſupernalis affluentie.

B ¶ Dico igitur ꝙ per cras põt intelligi diſcretio deliberatiua. Prudentes em̃ non precipitant nec plus debito accelerant facta ſua: immo ſemꝑ volunt omnia facere cum matura ⁊ debita tarditate. vñ Exo.xvj. dr. Cras qdcunq; operandũ eſt facite. Cras inquit.i. prudẽter ⁊ deliberate: qr ꝓcerto melius ẽ ĩ craſtinũ negocia differre ꝙ precipitanť ad executionẽ prorumpere. Et iõ ſm iura nunꝙ in criminib9 ſententia eſt exeqñda q̃ a iudice feſtinanter ⁊ indeliberate eſt ꝓlata. De tali ergo cras.i. dr̃ vtute deliberatiua notãdũ: ꝙ cũ iſta

Hoſtis malicias debemus vincere.
Mundi nequicias debemus fugere.
Graues iuſticias debemus facere.
Chriſti delicias debemus edere.

Iſta enim quatuor inter cetera indigent ꝙ cras.i. cũ deliberatione: prudentia ⁊ diſcretione fiant. Et primo quidẽ cũ volumus vincere hoſtis malicias Bella em̃ non ſolent p̃cipitanter ſed mediante ordie ⁊ deliberatione tractari. Et ideo apud romanos capitis reus erat: q̃ extra ordinẽ contra hoſtem pugnabat vñ ſm Tytum liuium de manlio torquato conſule legiť: ꝙ ꝓprium filium capite plecti fecerat: ꝓ eo ꝙ contra ipſius ⁊ collega ſui decij mandatum extra ordinẽ belli: lʒ viciſſet: contra hoſtem pugnauerat: Sicut em̃ dr. Prouer.xxiiij. Cum diſpoſitiõe initur bellũ. Nos igitur qui contra hoſtẽ dyabolũ cũ ſuo innumerabi-

E li exercitu vitioꝝ pugnare debemus: ꝓcraſtinatione id eſt: maturitate ⁊ prudentia neceſſario indigemus. Exo.xvij. Pugna contra amalech cras. Nam qñ tale cras.i. deliberatiua prudentia adiungiť: hoſtes corporis ⁊ aĩe melius ſuperanť. Judicũ.xx. Cras tradam eos.ſ. hoſtes veſtros.ſ. in manus veſtras. Item indigemus iſto cras.i. deliberatione: ſi volumus exire vel fugere mundi nequiciam. Carcer em̃ ſeu locus periculoſus non euadiť: niſi deliberatiua prudentia adhibeatur. Et ideo qui vult tute mundi pericula exire et fugere: debet craſtinum expectare.i. deliberatiuam prudentiam adhibere.ij. Paraľ.xx. Cras egredimini et dominus erit vobiſcum. et Nume.xiiij. Cras mouete caſtra ⁊ reuertimini in ſolitudinem. ¶ Item indigemus iſto cras.i. prudentia dilatiua: ſi volum9 facere fortes ſeu graues iuſticias. In iuſticia em̃ exequenda valde eſt deliberatio ⁊ prudentia adhibẽda. Teſte em̃ Sene. Nullum moroſius animal: nec maiori arte tractandum quaʒ homo. Ibidem etiam dicit.ſ. li. de clementia ad Neronem: ꝙ non eſt homine vtendũ ꝓdige. Cuius exemplum dat nobis ipſe dominus in ſcriptura. Nam vbi de afflictione plagarũ egypti fit mẽtio: nunꝙ legitur aliqua plaga eadem die a domino inflicta qua cõminata vľ ordinata erat: immo ſemper in craſtinum reperitur dilata. Sicut de morte animalium: ranarum ⁊ locuſtarum. dicitur Exo.viij. Cras erit ſignum iſtud. Et.ix. Cras faciet dominus iſtud. Et.x. Inducam cras locuſtam in finibus veſtris. Vnde de theodoſio imperatore legimus: ꝙ quia ſine deliberatione in impetu ire ſue vnam ciuitatem deleuit. ipſum Ambroſius reprehendit ⁊ ab introitu eccleſie repreſſit. ꝓpter qđ idem imperator.xxx. dies exequende ſnie ꝓ dilatione poſt ſniam ordinauit: ſicut ponit hyſtoria tripartita. Debet igitur quilibet iuſticiaʒ facturus dicere illud. Geñ.xxx. Cras reſpondebit mihi iuſticia mea. Iſta igitur deliberationis ꝓcraſtinatione indigemus: quando debemus facere graues iuſticias. Itẽ iſta indigemus: quando debemus edere xp̃i delicias.ſ. quando volumus recipere corpus xp̃i. Iſtđ enim eſt cũ deliberatione faciendum: alś de incomodo eſt timendum. Medicina enim quodaʒ preambulo preparato indiget alś nõ ꝓficit: immo nocet. Ideo cras.i. deliberatiue debet recipi ⁊ cum debita deuotione ⁊ reuerentia ꝑtractari. Nume.xj. Cras comedetis carnes. Patet igitur quõ ꝑ iſtud aduerbiũ cras põt intelligi diſcretio deliberatiua. ¶ Secundo dico ꝙ ꝑ

D cras poteſt intelligi dilatio ꝓcraſtinatiua ſeu etiam neglectiua. Et iſtud cras eſt illoꝝ qui in omnib9 ſuis negocijs tardi ſunt atq; pigri: ⁊ qui more corui ſemꝑ dicunt cras. Differunt enim totuʒ facere quouſq; deficiat potentia faciendi. Procraſtinant em̃ deuʒ adorare: proximum iuuare: magna ſperare. Deũ dico adorare. Exo.viij. Conſtitue mihi tempus in quo deꝓcer ꝓ te. Reſpondit ei Cras Proximum iuuare etiam: cõtra illud. Prouer.iij. Ne dicas amico tuo vade et reuertere. Cras dabo tibi cum ſtatim poſſis dare. Magna ſperare etiam: quia multi ſunt qui ſemper ſperãt in craſtinum melius ſuccedere: nec timent infortunium aduenire. Dicentes illud. Eſa.lvj. Et erit ſicut hodie ſic et cras: ⁊ multo amplius. Cõtra illud quod cõſulitur. Prouer.xxvij Ne glorieris in craſtinuʒ ignorans quid ſuperuentura pariat dies. Iſta eſt ergo dilatio procraſtinatiua. ¶ Tertio dico: ꝙ per cras intelligitur cõditio mortificatiua: id eſt dies mortis. Hodie enim eſt vita preſens. cras vero mors. Non enim habet homo niſi duos dies: hodie et cras id eſt vitaʒ et mortem. Iuxta illud Eccleſiaſtici.x. Hodie eſt Rex et cras morietur. De iſto ergo cras: id eſt de morte poteſ notare ꝙ.

Tollit delitias corporales.
Diuitias temporales.
Eminentias populares.
Infert moleſtias infernales.
Confert leticias eternales.

Craſtinuʒ ergo mortis tollit delicias corporales Vnde Eſa.xxij. Comedamus ⁊ bibamus: cras enim moriemur.q.d. mors eſt illud ꝑ quod terminanť cibus et potus ⁊ alie delicie corporales. Item iſtud cras.ſ. mors tollit temporales diuitias. De quo Eccli.xx. Hodie feneratur quis et cras repetit.q.d. fortuna que hodie.i. in vita preſenti nobis feneratur diuitias dando. Cras id eſt in morte repetit omnia ſibi retinendo: et nihil nobis dimittendo. Itẽ iſtud cras.ſ. mors tollit ⁊ adnihilat ſeculares eminẽtias. vñ.j. Mach.ij. diciť de impio ⁊ ſuꝑbo diuite. gloria ei9 ſtercus ⁊ vermis eſt: hodie eſt ⁊ cras nõ inenieť quia conuerſum eſt in terram. Iteʒ iſtud cras ſcilicet mors

Ayuntamiento de Madrid

mors infert.ſ.peccatoribus infernales meſticias. Uñ de peccatore in igne infernali mittendo poteſt dici illud. Mathei.vj. Fenum agri quod hodie eſt: cras in clibanum mittitur. Item iſtud cras cõfert.ſ. bonis eternales leticias.i.gaudia paradiſi de quibus.j.Reg.xj. Cras erit nobis ſalus cum incaluerit ſol. In craſtino enim mortis ſol iuſticie chriſtus: per feruorem caritatis quantum ad bonos caleſcit: ⁊ ſic ſalus eterna erga eos inualeſcit. Iſtud eſt igitur cras mortis quod diuerſa ſolet efficere in diuerſis. Patet igitur quomodo E per cras poteſt intelligi conditio mortificatiua.

¶ Quarto dico: ꝙ per cras intelligitur afflictio damnificatiua.i.pena infernalis. Mali enim non habẽt niſi duos dies: hodie ⁊ cras: vnum ſcʒ bonum ⁊ aliud malum. Hoc eſt dictu: proſperitatem preſentem ⁊ calamitatem futuraʒ. Hodie enĩ habent gaudere: cras vero habebunt dolere. Hodie rident craſtino ſtridẽt Hodie ſaltãt craſtino nutãt. Hodie ſunt pleni: cras erunt egeni. Hodie ſunt primi: cras erũt infimi. Hodie ſunt equites: cras erunt pedites. Hodie ſunt i gloria: cras erunt in miſeria. Hodie abundãt auro: cras erunt in demonum theſauro. Et ideo de iſto cras in quorum breuiter poteſt dici illđ. Luce.xij. Fenum qđ hodie in agro eſt: cras in clibanum mittitur. ¶ Quinto vero dico: ꝙ per cras intelligitur conſolatio letificatiua ideſt vita eterna ⁊ gloria paradiſi: quia.ſ. ſancti habuerunt hodie ⁊ cras.i. preſentem vitam que fuit in miſeria: ⁊ futuram que erit in gloria. vnde quilibet ſanctus poteſt dicere illud. Heſter.v. Regina vocauit me cum rege ad comedendum: ⁊ cras cum rege pranſurus ſum. Regina dico.i.beata virgo. Iſta eſt enim que vocat beatos: vt cum rege chriſto prandeãt in gloria. Et merito: quia procerto i iſto craſtino erit feſtum ⁊ conuiuium ſempiternum. Iuxta illđ.j.Reg.xx. Kalende ſunt in craſtino. Kalende enim erant feſta neomenie ideſt noue lune. Patet ergo quõ cras di A uerſimode poteſt ſumi.

# Creatura. Creare. Creator.

Nota ꝙ creare idem eſt quod aliquid de nihilo facere. Condere enim facere: componere: fabricare: producere: generare ⁊c. verba actiua ſemper ꝓſupponũt materiam preiacentem. de cuius potentia educunt et eliciunt formam ſuaʒ. Creare vero nihil preſupponit niſi forte ydeas ſeu formalitates ſeu etiam quidditates quas poſuerunt aliqui ipſi deo coeternas. Cõſtat enim ꝙ in mente diuina ab eterno ſunt ydee rerum. Iuxta illud. Eccli.xxiij. Antequam crearentur omnia ſunt agnita domino deo: ſic et poſt perfectuʒ reſpicit omnia: ſed de hoc nihil ad preſens. Non enim habeo alas ad tam alte volandum. Iſtud ergo poſſuʒ dicere ꝙ creare competit ſoli deo qui eſt agens infinitum: q̃ ſcilicet produxit de nihilo creaturas. Moraliter ergo loquendo dicam: ꝙ creator denotat mihi in deo. Potentiam inſuperabilem. Clementiam interminabilem. Scientiam indeceptibilem. Potuit enim voluit et ſciuit creare res: ⁊ ideo qui bene ordinem creaturarum conſiderat: bene poteſt dici poteſtatem: bonitatem ⁊ ſapientiam cognoſcere ⁊ videre. Teſte enĩ Sap. xiij. A magnitudine ſpei ⁊ creature poterit horuʒ creator videri. Quia ſicut dr. Rom.j. Inuiſibilia di a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Igitur cuʒ creare dicat mihi aliquid in eſſe cõpletum producere: poſſum dicere ꝙ creatura moraliter ſignat hominem factum: et in eſſe morali productum: et de nihilo id eſt de peccato ad eſſe gratie eductum. Et ſic per creaturam accipiendo hominem perfectum et moralem: exponamus illud. Judith.xvj. Tibi ſeruiat omnis creatura tua. In quibus verbis aduerte ꝙ ſicut in creatura conſiderantur tria videlicet Deus a quo producitur. Tibi inquit deus. Eſſe ad qđ educitur. Creatura. Relatio ſeu ſubiectio in qua concluditur. Tua. Et ſic dico ꝙ creatura de ſui ſignificato importat quandam nobilem conditionem: quia a deo eſt. Quãdã virtuoſam perfectionem q: ineſſe eſt. Quandam ſubiectionem ⁊ obligationem: quia ab altero eſt. Sic dicam ꝙ ſpiritualis creatura ſeu creatus id eſt iuſtus habet Dignitatem nobilem ⁊ preeminentiam. tibi. Ueritatem ſtabilem ⁊ reſidentiam. creatura. Paruitatem humilem ⁊ ſubiacẽtiam: ſeruiat tua. Uel dic aliter.ſ.ꝙ hic bene dicitur deꝫ homine ſic creato ꝙ debeat

Diligere.
Eligere.
Attendere.
Oſtendere.

¶ Diligatur diuinitas ꝑ quam exiſtimemꝰ. tibi.ſ.inqt: o deus B Eligatur ſedulitas: qua deo ſiſtimus. Seruiant inquit. Attendatur nobilitas in qua cõſiſtimus tua. Igitur dico ꝙ hic oſtenditur quid a creatura ſit diligendum feruẽtiſſime.ſ. ipſe deus qui oſtenditur cum dicitur tibi ſcʒ opꝰ creator. Quia ſicut dicitur Hebre.ij. Qui omnia creauit deus eſt. Naturale eſt enim ꝙ oĩa diligunt illud a quo habent eſſe ⁊ bonum. Etiam ipſa animalia carentia ratione ſuos cognoſcunt ⁊ diligũt nutritores. Deus eſt igitur ſuper omnia diligendus: quia ſcilicet ab ipſo habemus eſſe: ⁊ bene et optimum eſſe: ſcʒ eſſe nature. Eſſe gratie. Eſſe glorie. Ab ipo etiã habemus nutrimentuʒ quantum ad naturam quod nos reficiat. Fulcimentum quãtum ad gratiam: que nos perficiat. Complementum quantum ad gloriam que nobis ſufficiat. Tibi inquit. Ideo dicebat Dauid in ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominꝰ firmamentum meum ⁊ refugium meum ⁊ liberator meꝰ Ueruntamen de multis videtur contrariũ: qui ſcʒ plus mundum ꝙ̃ deum: bonum creatum ꝙ̃ increatum: bonum cõmutabile ꝙ̃ eternum diligunt. Unde ſic fit ꝙ ingrati deum obliuiſcuntur ⁊ amorem terreſtriũ amplectuntur. Deuterono.xxxij. Deum qui te genuit dereliquiſti: et oblitus es domini creatoris tui. Et ideo conquerendo dicitur ibidem. Nunquid ipſe eſt pater tuus qui poſſedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Si ergo pater et factor reſtat ꝙ ſit ſuper omnia diligendus. Oſtenditur ergo quid a creatura ſit diligendum. Tibi inquit: C et loquitur deo. ¶ Secũdo oſtenditur hic quid a creatura ſit eligendum deuotiſſime. Seruiat inquit: quia ſcʒ ſeruitium ⁊ obedientia dei eſt principaliter eligenda. Seruire enim deo regnare eſt. Iſtud enim vnum officium creature ſeruire ſcʒ ⁊ obedire imperio creatoris: ſicut ad literam videmus de omnibus rebus mũdi que in officijs ſibi a natura conceſſis ſeruiũt inceſſanter. Unde Sapiẽtie.xvj. Creatura tibi factori ſuo deſeruiens ⁊c. Quod eſt cõtra multos: de quibus Romano.primo. Seruierunt creature potius ꝙ̃ creatori. Propterea tradidit eos deus in paſſiones ignominie ⁊c. Uide infra de ſeruire. Oſtenditur ergo quid a D creatura ſit eligẽdum. Seruiat inquit. ¶ Tertio oſtẽditur quid a creatura ſit attendendum diſcretiſſime. Omnis inquit creatura. Debet enim homo attendere ꝙ ipſe eſt omnis creatura.i. in eſſe naturali ⁊ morali a dño cõpoſitus ⁊ creatus: vt participet cũ omnibꝰ alijs creaturis: ⁊ ſic non debet ſe vilem reputare: ſed a vilitate peccati potius reſilire. Uñ de homine loquẽs xp̃s dixit Marci.xvj. Predicate euãgelium oĩ creature. Teſte enim beato Grego. in omelia. Homo omnis creatura dicitur: quia cum omnibus participans intelligere cum angelis: ſentire cum brutis: viuere cuʒ arboribus: ⁊ eſſe cum lapidibus cõprobatur. Etiã loquendo moraliter dico. ꝙ homo perfectus omis creatura merito poteſt dici. Iſta enim in ſui cõpoſitiõe cõtinet. Celũ hoc eſt alta cõtemplatio. Terrã. hoc eſt infima humiliatio ⁊ ſubiectio. Mare: hoc ẽ amara cõtritio ⁊ cõpũctio. Spiritũ ſeu ventũ. hoc eſt ſpũs inſpiratio. De celeſti cõtẽplatiõe dicitur Eſa.lxv. Ecce creo celos nouos. De terreſtri humilitate ⁊ deiectione dicitur Eccli.xvij. Deus de terra creauit hoiem. ⁊ Gen.j. In principio creauit deus celũ ⁊ terrã. De mari dr in ps. Aquilonẽ ⁊ mare tu creaſti. De ſpũ dr in ps.

Ayuntamiento de Madrid

Coꝛ mundum crea in me deus: ⁊ ſpiritum rectum in noua in viſceribus meis. Et bꝛeuiter videtur: ꝙ deus facit de viro iuſto vnum nouum hoſpitium ad habitandum. Et ideo ibi ponit nouam familiam virtutum. Creat igitur ibi.

Juſticiam que mala puniat.
Sapiam: que alta ſentiat.
Mundiciam que feces fugiat
Leticiam quam libens audiat
Laudem per quam iocundetur.
Pacem cũ qua cõmoꝛetur.
Quietem vbi hoſpitetur.

Dico igitur: ꝙ deus in viro iuſto ponit ⁊ creat iuſticiam: ad mala puniẽdũ Sap. v. Armabit creaturam ad vltionem. Item ibi creat ſapientiam ad alta cogitandum ſeu ſentiendū. Unde Eccſia. xxiiij. dicit. Ab initio ⁊ ante ſecula creata ſum. Item ibi creat mundiciam ad feces vitioꝝ abſtergendum: ⁊ ad totum hominem virtutibus renouandum. Unde illud pꝛedictū pſ. Coꝛ mundũ crea in me deus Et alibi in. pſ. Emitte ſpm̃ tuũ ⁊ creabuntur ⁊ renouabis faciẽ terre. Itẽ ibi creat leticiam ad iubilandum. Eccli. xxxj. Uinum in iocunditate creatum eſt. Item ibi creat laudẽ ad eum ſollaciandum. pſ. Populus qui crea. lau. dominum. Item ibi creat pacem ad lites ſedandum. Eſai. lvij. Creauit fructum labioꝛū pacem. Item creat ibi quietem ad ſuum cubiculum faciendum ⁊ ad eum ſpiritualiter hoſpitandum. Unde homo de deo poteſt dicere illud. Eccli. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Omnia eñ iſta bona creat deus i homine; ad hoc ꝙ fieri poſſit bonus: ⁊ ad hoc ꝙ digne recipiat ipſum bonum. Bona enim bonis creata ſunt: ſicut dr. Eccli. xxxix. Et ſic de homine qui omnis creatura dicitur: poterit recte dici illud. j. Thimo. iiij. Ois creatura dei bona eſt ⁊ nihil reijciendū in ea. Sȝ heu ꝓh doloꝛ. vñ ꝙ hodie verificat̃ de iſta omni creatura illud quod ſcribit̃ Rom. viij. Creatura vanitati ſubiecta eſt: qȝ ꝓcerto hodie dyabolus ibi creat.

Superbiã q̃ alta ſapiat.
Seuiciam que dure feriat.
Auariciã que multa cupiat.
Inuidiã que bonos odiat.
Triſticiam q̃ mentem rapiat

De ſuperbia dr. Eccli. xxxvij. O preſumptio nequiſſima. vnde creata es De ſeuicia vero ⁊ crudelitate dicitur. Eccli. xxxix. Sunt ſpũs q̃ ad vindictã creati ſunt. De auaricia dr. Eccli. xl. Occupatio magna creata eſt oibus hominibus: iugum graue ſup filios adã. De inuidia dr. Sap. xiiij. Creature dei in odium facte ſunt. De triſticia vero ſiue de peſtilẽtia moꝛtis eterne finali poteſt dici illud. Eccli. xl. Moꝛs ſanguinis. contentio: romphea: oppreſſiones: fames: contritio: ⁊ flagella ſuper iniquos creata ſunt. Non ſic ſimus nos creatura: ſed ſimus creatura a deo creata: ⁊ virtutibus refoꝛmata non vitijs defoꝛmata: qȝ ſicut dr. Gal. v. In xp̃o ieſu neq; circũciſio aliquid valet: neq; pꝛeputium ſed noua creatura. Et merito: qȝ ꝓcerto talis creatura dato ꝙ in pñti vita multis triſticijs deſoletur. Iuxta illud. Rom. viij. Omnis creatura ingemiſcit ⁊ parturit vſq; adhuc: tamẽ eterna gloꝛia poſt moꝛtem perfruetur: ſicut ibidẽ dr. Creatura liberabitur a ſeruitute coꝛruptionis: in libertatem gloꝛie filioꝝ dei. Patet ergo ꝙ hic oſtendit̃ quid a creatura ſit attendẽdũ diſcretiſſime. ſ. ꝙ ipe hõ eſt omnis creatura. ¶ Quarto vero dico; ꝙ oſtenditur quid a creatura ſit oñdendum: qȝ. ſ. hũilitas que oſtẽditur qñ dicit̃. Tua. Tuum enim denotat ꝙ ſit alieni iuris. Creatura eñ nõ eſt ſuipſius creatura: qȝ nihil creat ſeipſũ: immo creatur a deo: ⁊ ideo creatura eſt dei: ⁊ ſic eſt ſubiecta naturaliter ipſi deo. Subiectio autem que eſt alteri⁹ iuris poſſeſſio humilitatem innuit ⁊ requirit tua: ⁊ vere nullus eſt qui ſcit aut qui habeat aliquid a ſe: imo quilibet iuris alterius eſt ⁊ potiſſime ipſius creatoꝛ dei. Ipſe enim fecit nos ⁊ nõ ipſi nos. Eccli. xxxvj. Ab initio creature tue ſunt. Patet igitur in autoꝛitate p̃miſſa: ꝙ eſt. Oſtendenda humilitas noſtre ſubiectionis. Tua. Attendenda nobilitas noſtre conditionis. E

Omnis creatura. Eligẽnda ſedulitas pꝛompte deuotionis. Seruiat. Diligenda ſublimitas diuine placationis. Tibi inquit o deus. ¶ Siuis autẽ adhuc nota de deo ꝙ ipſe creatoꝛ eſt: quia ſcilicet ipſe creauit. f
Celum ad nos continendum. Terram ad nos nutriendum. Chꝛiſtum per incarnationem ad nos redimẽdum. Hominem ad ſibi ſeruiendū. Demonẽ ad nos exercendum. Medicinam ad nos liberandum. Sapientiam ad nos infoꝛmandum. Penã eternam ad malos puniendum. Gloꝛiam ſupernam ad bonos quietandum. Dico ergo ꝙ celum a deo creatũ eſt ad nos continendū. Judith. xiij. Benedictus dominus qui creauit celum. Item terram ad nos ſuſtinendū. Eſa. xl. Dominus creauit terminos terre. Itẽ creauit chꝛiſtum ſcilicet quantum ad humanitatem ad nos redimendum. Hiere. xxxj Creauit dominus nouum ſup terram: mulier circundabit virum. i. Maria concipiet chꝛiſtum. Item creauit hominem ad ſibi ſeruiendũ Gen̄. j. Creauit deus hominem de limo terre. Itẽ creauit demonem ad nos exercendum. Eſa. liiij. Ego creaui fabꝛum ſufflantẽ in igne pꝛunas. Itẽ creauit medicinam. ſ. gratie ⁊ penitẽtie ad nos ſanandum ⁊ liberandũ. Eccli. xxxviij. Altiſſimus de terra creauit medicinam: ⁊ vir pꝛudens non obhoꝛrebit eam. Itẽ creauit ſapientiam ad nos ſuſtinendum. Eccleſia. j. Pꝛioꝛ omnium creata eſt ſapientia. Item penam eternã ad malos puniendum. Eſai. liiij. Ego creaui interfectoꝛem. et Eccli. xxxix. Ignis grando: fames et moꝛs ad vindictam creata ſunt. Item creauit gloꝛiam eternam ſeu ſupernam ad bonos pꝛemiandum. Eſa. liij. Omnem qui inuocat nomen meum in gloꝛiam meã creaui eum: foꝛmaui eum ⁊ feci eum. Hec igitur de creare et creatura ſufficiant pꝛo pꝛeſenti. De creatiõe vero impꝛopꝛie ſumpta inquantum ſcilicet ſignat ꝓmotionem: nihil ad pñs.

**Credere.** Nota ꝙ credere quandoq; ſumitur pꝛo obedire ſicut Eccli. xxx. Tunde latera eius ſcilicet filij tui dum infans eſt: ne foꝛte induret ⁊ non credat tibi. Quandoq; ſumitur pꝛo cõmittere: ſicut. j. Coꝛ. ix. Diſpenſatio mihi credita eſt. Et Rom. iij. Credita ſunt illis eloquia dei. Quandoq; vero ſumitur pꝛo conſentire: ⁊ ſic ſumitur vt communiter in ſcriptura: ille enĩ credit: qui alterius dictis aſſentit. Gen̄. xv. Credidit Abraham deo ⁊ reputatum eſt ei ad iuſticiam eſſe. Accipit̃ ergo credere pꝛo aſſentire opinari: exiſtimare ſeu ſub nube ⁊ incertitudine quadam ſcire. Fides enim ſeu credulitas eſt quedã cognitio enigmatica ⁊ obſcura. Scientia vero que erit i patria viſio erit nuda ⁊ clara: nunc enim veritati pꝛime magis quã rationi pꝛopꝛie acquieſcimus: ⁊ captiuantes intellectum noſtrum in obſequiũ fidei: credim⁹ ꝙ non videmus: vel quod rationis lumine non videmus: nunc vero fides euacuabitur. quia ſcilicet clare quod nunc credimus cognoſcemus: ſicut aperte dicitur. j. Coꝛint. xiij. Dicam igitur ꝙ credendum eſt domino: quia ſicut ipſe dicit. Johannis. vj. Omnis qui videt filium ⁊ credit in eum habet vitam eternam. In quibus verbis oſtenditur ꝙ credulitas fidei chꝛiſtiane tenenda eſt ꝓpter multa. ſ. qȝ habet. A

Latiſſimum ligamentũ multos conuinciens.
Certiſſimum documentum nullũ decipiens.
Altiſſimum fundamentum nunq̃ deficiens.
Pleniſſimum ꝯplementum omnes reficiens.

¶ In ipſi⁹ ligamẽto cũcti ꝯpꝛehendunt̃. Ois inquit.
In ipſius documento falſa repꝛehẽdunt̃. Uidet inqt.
In ipſius fundamẽto certa ꝺpꝛhendunt̃. Filiũ inqt.
In ipſi⁹ ꝯplemẽto bona appꝛhẽdunt̃. Hȝ vitã eternã.

Et ſic dico ꝙ iſta credulitas eſt tenenda ꝓpter.

Multitudinem credentis ppli. Omnis inquit.
Certitudinem docentis oculi. Uidet inquit.
Celſitudinem ingentis tituli. Filium inquit.
Plenitudinem ſequentis ferculi. Hȝ vitam eternã. B

¶ Igitur credendũ eſt qđ dictat fides noſtra ꝓpter multitudinem

Ayuntamiento de Madrid

Multitudinē ppl̄i credentis. Oēs inquit. Oēs em̄ vel credunt vel credere debent fidem. Iſta em̄ nō eſt fides vnius ſed oīum: qꝛ xp̄s nō ꝓ vno ſolo venit ſed ꝓ oib⁹ redimendis. Uirtus em̄ dei eſt in ſalutem oī credenti Rom̄.j. qꝛ ergo videmus multitudinē hoīm ad fidez veniſſe: ꝛ oēs illos qui ſaluari voluerūt credidiſſe xp̄o merito debemus credere: ꝛ magis cum pluribus quā nobis ſolis in fidei negocio conſentire. Naturale eſt enim ſequi libenter multitudinem ſiue in bono ſiue ī malo. Unde etiam de quodam magno ſaraceno narratur: ꝙ cuz vellet venire ad fidem xp̄ianam: ꝛ parata eſſet peluis vt baptizaretur: petijt vbi plus inueniret de parentib⁹: qui.ſ. omnes fuerant infideles: in paradiſo: an in inferno. Reſponſum eſt ſibi ꝙ in inferno. Et ego inquit volo ire vbi plures de meis reperiam ꝛ ſic pedem a baptiſmo retraxit. Sic ergo iſte voluit ſequi multitudinem maloꝝ. Multo fortius nos debemus ſequi quantum ad fidem multitudinem fideliū ꝛ bonorum: qui ſcilicet hanc fidem tenuerūt ꝛ in hac vixerūt. Omnis inquit. Et merito: quia ſicut dicitur. Rom̄.x. Omnis qui credit in eum non confundetur. Et Joh.iij. Omnis qui credit in ipſo non peccat. Igitur obediendum eſt fidei chriſtiane propter multitudinez populi credentis. Omnis inquit. et ſi vis dic de iſta multitudine: de qua.ſ. dicit̄. Actuū.iiij. Multitudinis credētiū erat cor vnū: q̄lis.ſ. ſit aut fuerit vicз. ꝙ

Reges.
Philoſophi.
In malicia obſtinati.
Martyres.
Uirgines.
Confeſſores.

Iſti fidei crediderūt: ꝛ in ipſa aut ꝓ ipſa mortui ſunt ꝛ vixerunt. ¶ Secundo dico ꝙ iſta fides tenenda ꝑpter certitudinem oculi docentis ſeu etiā lucentis.i. ꝑpter certitudinē veritatis quod oſtenditur cum dr̄. Uidet. Fides enim noſtra: viſio pōt dici: qꝛ.ſ. ſicut inter noticias ſenſuales: nihil certius noticia viſuali: ſic nec noticia fidei ē in ſe aliquid magis certum: ſicut apl̄s dicebat.ij. Thimo.j. Scio cui credidi: ꝛ certus ſum qꝛ potens eſt depoſitum meū ſeruare in illum diē. Et iō iſti debemus acquieſcere ꝛ credere tanꝙ prime: ꝛ ſumme ꝛ increate veritati. Conſtat em̄ ꝙ viſio ſpecularis quandoqꝫ certior eſt viſuali: ꝛ multa vident̄ in ſpeculo: q̄ videri nequeunt in ſua ꝑpria eſſentia vel ſubſtantia. Si enim ſpeculum in aqua poſueris: tūc eclypſim ſolis ꝛ lune cōiunctionem cum ipſo que tibi ꝑpter altitudinem apparere non poterant manifeſte videbis. Planete etiam q̄ pre claritate ſolis videri nō poſſunt de die poſſunt tibi mediante ſpeculo apparere. Speculū certuз eſt fides ꝛ cognitio fidei: viſio dicit̄ ſpecularis.j. Coꝛ.xiij. Uidemus nunc per ſpeculum in enigmate. Et ꝓ certo iſtud eſt verum. ꝙ iſta viſio ꝛ cognitio magis eſt certa noticia rationis. Nulla em̄ noticia attingit ad cognitionem eclypſis ſolis.i. myſterij dñice incarnationis: quō ſcз ipſi ſoli iuſticie dei filio: luna.i. humana natura cōiungit̄ ꝛ vnit̄: niſi iſtud in ſpeculo fidei videretur. Tanta eſt em̄ altitudo huius negocij: ꝛ aliorum q̄ fide cognoſcim⁹ magnitudo: ꝙ lз in ſe ſint certiſſima: nobis tamē ſunt occulta ꝛ abſcondita. Et iō oportet ꝙ per ſpeculum fidei mediante aq̄ gratie ſint homini manifeſta. Rom̄.j. Que nota ſunt dei: manifeſta ſunt in illis. Sed quid ꝓcerto multa ſunt falſa ſpecula ꝛ concaua que ſcilicet quedam oſtendunt res alias ꝙ̄ ſunt ꝛ facies faciunt tranſuerſales. Alia oſtēdunt duas vl̄ plures facies: cum nō ſit niſi vna. Alia oſ̄dunt imaginē groſſaз turpē ꝛ rudeз: cū ad lr̄am ſit ſubtilis. Sic reuera dico: ꝙ ſpecula rōnis hūane ſpecula ſunt ꝯcaua.i. deceptoria atqꝫ falſa. ſapiētia.n. huius mundi ſtulticia eſt apud deū. Nō em oſ̄dūt res ꝛ negocia ꝓut ſunt: qꝛ.ſ. q̄ iſta ſpecula ſequit̄: neceſſe ē ꝙ multa falſa ꝛ fatua de reꝝ diuinaꝝ negocijs opinet̄ ſicut apparuit de poetis. q̄bus ſpeculū ſui ſenſus oſ̄dit plures facies: vbi non erat niſi vna: qō factum eſt q̄ñ plures poſuerunt deos: cū ſit ad literā vnus ſolus Sicut etiā patuit in ph̄is: qui ſpeculo proprie ratiōis nituntur apprehendere: inueſtigare: ꝛ manu tangere imaginem verbi incarnati: cum tamen tangi nequeat ratione: ſicut ipſe dicit Magdalene Joh.xx. Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meū: quaſi dicat. Noli per rationem inueſtigare myſterium incarnationis mee quia ſolum hoc poterit tāgi ꝛ cognoſci: quando me tangetis: vbi aſcendero ad gloriā paradiſi. Iſti enim tangere volunt imaginem ꝛ non tangunt: dicentes cuз Thoma illud Johan.xx. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum: ꝛ mittam digitos meos in loca clauorum: et mittam manum meam in latus eius nō credam. quia ſcз iſti per rationem humanā iſta ſecreta volunt inueſtigare: tangere ꝛ videre: al̄s non poſſunt credere nec ſentire. Et tamen iſti timere debuerant mortem Oze.ij. Regū.vj. Qui archam teſtamenti que tangi manib⁹ non debebat preſumpſit tangere: ꝛ ideo mortuus cecidit indilate. Quia pro certo illi per hereſes moriuntur: qui ſecreta fidei manibus rationis tangere dinoſcūtur. Tali em̄ viſu ſenſuali non poſſunt cognoſci: ſed poti⁹ ſpirituali. Ideo Thomas qui viſu ſenſuali ꝛ corporali xp̄m videre volebat: reprehenditur a domino cum dicitur Johan.xx. Quia vidiſti me thoma credidiſti: beati q̄ nō viderunt ꝛ crediderunt. Tale enim falſum ſpeculum habuerunt heretici: qꝛ.ſ. iudicium ſuum: ꝛ falſa ipſoruз opinio oſtendebat eis res groſſiores ꝙ̄ eſſent. Sicut arrio: qui chriſtū credidit purū hominē ꝛ nō deuз. Dioſcoro. qui de diuinitatis ꝛ humanitatis mixtione confuſa credidit xp̄m factū eſſe ꝛc. Non ſic. ſed habeamus verum ſpeculuз.i. veram fidem in qua poſſum⁹ videre certitudinem oīs rei. Uidet inquit.ſ. ſpiritu ꝛ non carne. Mar.xv. Uideamus ꝛ credamus. ꝛ illud Johan.xj. Dum lucem.ſ. fidei habetis credite in lucē: vt filij lucis ſitis. Patet igitur: ꝙ credendum eſt propter certitudinē ſpeculi docētis. Uidet inquit. ¶ Tertio dico ꝙ credendū eſt in fide propter fortitudinē ſeu firmitudinem tituli manentis. Filiuз inquit. Ipſe em̄ dei filius eſt baſis ꝛ fundamentum fidei xp̄iane: qui ſcз non poteſt deficere nec errare. Et ideo qꝛ tale fundamētum habemus: ꝛ quia a tali legiſlatore: doctore ꝛ ductore fidem tenemus: non eſt mirū ſi ei adhereamus. Johan.viij. Credis in filium dei. Sequitur. Credo domine. Et.ij. Paralipome.xx. Credite in domino ꝛ ſecuri eritis. Uidet inquit filium ꝛ credit in euз. Igitur de iſto credere.i. de iſta fide ꝙ firmiter ſit credēda. Notabo ꝙ iſta dat.

Sapientiam ignorantibus.
Eloquentiam predicantibus.
Permanentiam militantibus.
Suſtinentiam patientibus.
Abundantiam indigentibus.
Cōfiduciam pereuntibus.

¶ Dic ergo ꝙ fidei credulitas dat appetentibus ſeu ignorantibus ſapientiam. Eccli.xxxiij. Homo ſenſat⁹ credit legi dei: id eſt ille q̄ credit legi dei eſt homo.i. rationalis ꝛ ſenſatus. Iuxta illud Eſa.xliij. Sciatiſ ꝛ credatis ad qō facit illud Johā.xij. Qui credit in me nō ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite dicit dominus. Item dat predicantibus eloquentiam P̄s. Credidi ꝑpter quod locutus ſum. ꝛ.ij. Corin.iiij. Nos credimus propter quod ꝛ loquimur Item dat militantibus permanentiam Eccli.iiij. Qui intuetur illam ſcз fidem noſtram permanebit confidens: ꝛ ſi crediderit ei permanebit. ꝛ Eſa.vij. Si non credideritis non permanebitis. Item dat patientibus ſuſtinentiam: quod bene patuit in martyribus. Unde de Daniele leonibus expoſito ꝛ ab eis non leſo dicitur Danielis.vj. Nulla leſio in eo eſt: quia credidit deo ſuo. Item dat indigentibus abundantiam. Johannis.vj. Qui credit in me non ſitiet. Item dat pereuntibus confidentiam. Actuum.xvj. Crede ꝛ ſaluus eris. primo Corinthio.j. Per ſtulticiam predicationis ſaluos facit credentes. Iſtud eſt fortiſſimum fundamentum fidei

Ayuntamiento de Madrid

noſtre: q² ſcilicet ab ipſo dei filio noſcitur emanaſſe. Unde.j.Joh.iij.Credamus in nomine filij eius. Igiť credamus ꝓpter firmitudinem tituli manentis. Filiū inquit ¶ Quarto oportet credere propter plenitudinem ſeu magnitudinem premij ſeu ferculi ſequentis. Habet inquit vitam eternam. Libentius enim facit homo quod precipitur: quando magnum eſt premiū quod promittitur: ⁊ quod propter hoc reportatur. Cū igitur vita eterna ſit ſummum premium ⁊ immenſuꝫ quod tamen credentibus eſt promiſſum: bene ſequiť ꝙ firmiter debemus credere vt tantum poſſimus premium reportare. Habet inquit vitam eternam ⁊c. Johannis.iij. Qui credit in filio dei habet vitam eternā Que eſt premium.

Magnificum ⁊ precioſum.
Pacificum ⁊ ſpecioſum.
Letificum ⁊ gaudioſum.
Saluificum ⁊ fructuoſum.

Magnificum: ꝓpter bonitatē immenſam. Ps. Credo videre bona domini in terra viuentium. Pacificuꝫ propter tranquilitatem impenſam. Heb.iiij. Ingredimur in requieꝫ qui credimus. q.d. Illa vita que debetur credentibus eſt vera requies; Letificum propter caritatem intenſam.j.Pet.j. Credentes exultabitis leticia inenarrabili. Saluificum etiam propter ſecuritatem longiſſimam ⁊ extenſaꝫ: quia ſicut dicitur. Joh.xj. Qui credit in me non morietur in eternum. Et illud predictuꝫ ij. Paral.xx. Credite in domino ⁊ ſecuri eritis. Sic igiť ptꝫ quomodo iſta credulitas eſt tenenda: ⁊ iſta fides firmiter eſt credenda: quia ſcꝫ ſicut viſum eſt: omnis qui videt filium ⁊ credit in eum: habet vitam eternaꝫ De dyabolo vero vel Heretico ꝙ non ſit ſibi credendum; patet. Quia.

f Fallaciter cupit decipere.
Veraciter neſcit diligere.
Crudeliter captat occidere.

Fallaciter non decet credere. Non credamus igiť dyabolo vel heretico q² ꝓcerto iſte decipere cupit fallaciť. Eccli.xiij. Ne credas multis verbis illius: multa enī loquella tentabit te: ⁊ ſubridens interrogabit te de abſconditis tui. Sequiť. ⁊ non parcet de malicia ⁊ vinculis. Item iſte diligere neſcit veraciter. Fingit enī ſe amicum: cuꝫ ſit realiter inimicus. vnde Michee.vij. Noli credere amico: q² filius cōtumeliaꝫ facit patri ⁊ inimici hominis domeſtici eius. Itē occidere captat crudeliter. vnde Eccl.xij. Non credas inimico tuo in eternū. Sequitur. Oculis ſuis lacrimabiť inimicus ⁊ cuꝫ inuenerit tempus non ſatiabitur ſanguine. Item q² reuera non decet credere faciliter. Cito enī credere ſignum eſt leuitatis. Quia ſicut d². Eccli.xix. Qui cito credit leuis eſt corde. Jō bene conſulit ibidem. Nō oī verbo credas. vnde Eccli.vj Si habes amicum in tētatione poſſide eum: ⁊ nō facile credas tei pſm ſibi. Et ideo de deceptoribus ⁊ hereticis: d² Mar.xiij. Siquis dixerit vobis ecce hic ē xp̄s; ecce illic: ne credideritꝭ: exurgent enim pſeudo xp̄i. ⁊ pſeudo ꝓphete ⁊c. Quelibet enī heretica ſecta dicit apud ſe eſſe xp̄m. Grecus dicit: ecce hic eſt xp̄s. Neſtorianus dicit ecce hic eſt. Arrianus dicit: ecce mecuꝫ eſt. Sꝫ quid? Ne credideritis eis ſed ſolum fidelibus ⁊ catholicis. ꝓuer.xxvj.ca. Nō credas ei: quoniā ſepteꝫ nequitie in corde illius ſunt. Iſta igitur de credere ſufficiant. Vide de aquieſcere; obedire: conſentire ⁊c.

A **Creſcere.** Quandoqꝫ in malo: qn̄qꝫ ī bono deſignat. In malo enī deſignat. Diuitiarum augmentationem. Proſperitatis inquiſitionem. Iniquitatis multiplicationem. Mali enī ſemꝑ creſcunt ⁊ creſcere volunt in honoribus ⁊ ꝓſperitatibus ⁊ etiam in iniquitatibus. Nunꝗ̄ enim veniunt ad aliquem terminum vltra quem creſcere nonvelint qd̄ vtiqꝫ eſt contra naturam. Omnia enim que ſunt habent terminum aſſignatuꝫ a natura vt cōmuniter vſqꝫ ad quē debent creſcere ⁊ non amplius: ita ꝙ quādo ibi peruenerint: ceſſat creſcendi appetitus: ⁊ contenta eſt natura cremento ⁊ complemento ſibi dato. Iuxta illud Sen̄.lib. de naturalibus queſtionib⁹. Certis eunt cuncta temporibus: naſci debent creſcere ⁊ extingui: ſm̄ tamen Pli. Ab iſta regula excipitur Crocodilus ſerpens venenoſus: qui ex modica quantitate.ſ. ex ouo quaſi anſerino: creſcit vſqꝫ ad maximam quantitatem.ſ. ad quantitatem quandoqꝫ.xx. cubitorum: ipſe tamen ex hoc non eſt contentus: quia ꝗ̄diu viuit ſemper creſcit: non eniꝫ habet ſtatum a natura prefixum: vt dicit idem. Sic vere ꝗ̄uis ſinguli tantuꝫ debeant appetere vt ad ſtatum a deo conſtitutuꝫ.ſ. ad ſtatum ſufficientie perducantur: quidam tamen iſto complemento ⁊ cremento non ſunt contenti.ſ. auari ⁊ ambitioſi. q² ꝗ̄uis ex modico ouo.i. ex humili plebe ad magnam quantitatem creuerint: ipſi tamen ꝗ̄diu viuunt ſemper vltra creſcere volunt. Si enim ſit decanus creſcere vult quouſqꝫ ſit ep̄s. Si ſit mercator vult eſſe iudex vel pretor: ⁊ cetera ſimilia. Quia breuiter deſideria malorum ſunt inquieta creſcunt enim in infinitum: quod potiſſime verum eſt de auaris: in quib⁹ quanto plus creſcit nummus. tanto plus creſcit habendi animus. De cremento ergo talium poteſt dici illud: quod de ziꝫanijs dixit paterfamilias. Mat.xiij. Sinite ipſa creſcere vſqꝫ ad meſſem. Et ſequitur. Colligite ziꝫania ⁊ cōburite ⁊c. Iſtos enim permittit deus in mundo creſcere: vt ipſos poſſit in inferno cōburere Et merito. Quia reuera quotidie creſcit in eis.

Superbia cuncta iaculans.
Luxuria corpora maculans.
Auaricia peccata ſtimulans.

De ſuperbia que ſemꝑ creſcit ī malis. Patet: Dan.iiij. vbi regi ſuperbo nabucodonoſor dicit ſic. Magnificat⁹ es ⁊ inualuiſti: ⁊ magnitudo tua creuit vſqꝫ ad celū. De luxuria vero dicitur. Leui.xiij. Si inuenerit creuiſſe lepram: iubebit infectuꝫ ꝓijci extra caſtra. Leproſi enim.i. perſone luxurioſe: ⁊ maxime quando lepra ſue luxurie non minuitur: imo creſcit: debent eijci ab alijs ⁊ figurari. De auaricia vero diciť Ge.xlj. Creſcebat quotidie fames ⁊ inſatiabilitas auaricie. Et ſic B
patet quid ſignat creſcere in malo ſignificato. ¶ Sꝫ adhuc dico ꝙ creſcere accipitur in bono. Et ſic dico ꝙ ſignat profectum ⁊ augmentationem virtutum. Oīa enim que ſunt naturaliter diligunt creſcere: ſicut ptꝫ de arboribus. herbis: ⁊ animalibus: que ab ortu ſuo creſcere non ceſſant quouſqꝫ perueniant ad debitum complementuꝫ. Sic vere cariſſimi boni ⁊ iuſti nunꝗ̄ debent ceſſare a cremento boni ꝓfectus: ⁊ continuatione bonorum operum ⁊ virtutum: quouſqꝫ ad complementum glorie paradiſi in morte valeant peruenire. Dies enim ab ortu ſuo non ceſſat creſcere ⁊ ꝓficere in lumine ⁊ ſplendore: quouſqꝫ peruenerit ad meridiei claritatem. Riuus etiā non ceſſat creſcere ex quo a fonte primo exit: quouſqꝫ pertigat ad magni fluminis quantitatem. Planta etiam ex quo plantata eſt non ceſſat creſcere quouſqꝫ veniat ad altam arboris proceritatem. Sic vere cariſſimi: vir iuſtus ab ortu natiuitatis ſue ſemper debet creſcere ⁊ proficere in bono quouſqꝫ ipſe veniat ad complementum gratie in preſenti ⁊ glorie ī futuro.j. Paral.xj. Proficiebat dauid vadens atqꝫ creſcens: ⁊ dominus deus exercituū erat cum eo. Creſcat ergo homo ſicut dies vſqꝫ ad meridiē ſapientie ⁊ claritatis. Prouer.iiij. Juſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendens procedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectuꝫ diem. Item creſcat ſicut riuus vſqꝫ ad fluuium clementie ⁊ pietatis. Heſter.x. Fons puus creuit in fluuium magnum. ⁊ in lucem ſolemqꝫ conuerſa eſt. Item creſcat ſicut plantula vſqꝫ ad arborem eminētis vite ſanctitatis. Mathei.xiij. dicitur. Quod granum ſinapis cum ſit minus omnibus oleribus: creſcit in arborem magnam. ¶ De quolibet igitur ſic creſcente: poteſt expom illud predictum. Fons paruus creuit in C
fluuium magnum ⁊c. In quibus verbis oſtenditur: ꝙ ſicut arbor triplici ratione poteſt creſcere. ſic homo ſpiritualite tripliciter recipit ſacramentum. Creſcit enim arbor.

Quando

Ayuntamiento de Madrid

Quando radicatur profunde.
Quando irrigatur fecunde.
Quando vegetatur abunde.
Creſcit dico
Inferius ꝓfunde radicat̃.
Qñ Exterius fecunde irrigat̃.
Interius abũde vegetat̃.
Si ꝑ pietatem ſic irrigatus. Fons inquit in fluuium.
Si ꝑ caritatem ſit vegetatus. Solẽ inquit ⁊ lucem.
Status hũilitas habet radicare.
Fontis humiditas hꝫ irrigare.
Solis caliditas hꝫ vegetare.

Sic ꝓcerto cariſſimi: hõ ſpũalis creſcit in meritis ⁊ virtutibꝰ. Si ꝑ humilitatẽ ſit radicatus. Paruꝰ inquit. Dico ergo ꝙ vir ꝑfectus creſcit in virtutibꝰ: ꝑ mentis radicationẽ quam facit hũilitas: qđ oſtendit̃ cũ dicit̃. Paruus. Arbor em̃ quanto ꝓfundius radicatur ⁊ figitur: tanto altius creſcit ⁊ extollit̃: ſicut patꝫ de quercu ⁊ nuce. ⁊ alijs magnis arboribus q̃ profundiſſimas hñt radices: ⁊ ideo vſq; ad magnam altitudinem creſcere dinoſcuntur. Ad quod facit ſcriptura Eſa. xxxvij. Mittet radices ſuas deorſum: ⁊ faciet fructum ſurſum. Quia reuera illi qui radicem cordis habent deorſum in profundo humilitatis fundataꝫ: ſurſum. ſ. ad altitudinem virtutum ⁊ meritorum in pñti bonoꝝ etiam ⁊ premiorum in futuro creſcere cõprobãtur. Paruus ergo. i. humilis vnde. Gen̄. xxiiij. Soror noſtra paruula es creſcas in mille millia. Sicut eniꝫ videmus: ꝙ herba q̃ calcatur ⁊ deprimit̃: poſtea melius creſcit ⁊ multiplicatur. Sic vere accidit ſepe: ꝙ illi qui in hoc mundo plus calcant̃: cõtemnunt̃ ⁊ humiliant̃ tribulationibus ⁊ paupertatibus affliguntur ad maius crementum: tpaliter: ſpũaliter ⁊ eternaliter aliquotiens ꝓuehunt̃. Exemplũ de filijs iſrael. Exo. ij. vbi dr̃. Quõ quantomagis opprimebant̃. tanto magis multiplicabant̃ ⁊ creſcebant. Ideo dicitur in lib. de dictis phoꝝ. xxij. Rem non deſpicias modicam. qꝛ poterit incrementum habere. Iſtud tñ eſt cõtra multos: qui quia non ſunt parui. i. humiles: ideo vſq; ad perfectionem virtutum ⁊ meritorum nunꝙ̃ creſcunt Exemplum Mat. xviij. vbi dicit xp̃s diſcipulis. ꝙ niſi hũiliati efficerentur ſicut paruuli: nunꝙ̃ regnum celorum intrarent. Arbor enim thuris melius creſcit in locis arenoſis ⁊ ſiccis. Sic vere homo qui in locis arenoſis paupertatis ⁊ hũilitatis plantat̃. citius ſpũaliter ⁊ eternaliter augmentatur. vnde Gen̄. xlj. Creſcere me fecit deus in terra paupertatis mee. Si igitur voD lumus creſcere: habeamus mentis humilem radicationeꝫ. ¶ Secundo dico: ꝙ nos debemus habere mẽtis benignam irrigationem: qđ oſtenditur cũ dicitur Fons ⁊ fluuius. Sicut em̃ herbe ⁊ arbores iuxta fontes ⁊ flumina melius creſcũt: patet in platano ⁊ pinu que iuxta aquas ⁊ non alibi poſſunt creſcere: ⁊ hoc ꝓpter hũoris abundantiam: que tranſit in ſubſtantie nutrimentũ. Sic vere cariſſimi: qui iuxta fluenta miſericordie pietatis ⁊ grẽ ſunt plantati: facilius in bono creſcere comprobant̃: ⁊ ad cõplementum ꝑfectionis tẽporalis ⁊ eterne faciliter deducunt̃. Humor em̃ pietatis: deuotionis ⁊ cõpaſſiõis eſt materia ſpũalis quare hõ hr̃e poſſit ſpũale crementuꝫ. Ideo dr̃. j. Coꝝ iij. Ego plantaui. appollo rigauit: deus autem incrementum dedit. Iſtud enim poſſumus generaliter dicere: ꝙ illi qui ſpũali hũiditate. ſ. gratie deuotionis et compaſſionis carent: nunꝙ ſpiritualiter vel tẽporaliter creſcere pñt. Quõ bene figurat̃. Mat. xiij. In ſemine iacto ſupra petram quod natum aruit: qꝛ non habebat humorem. Vitis enim quia multum habet naturaliter de medula. ſm̃ Plini. nunꝙ̃ eſt ſaciata creſcere. Si em̃ debite ſcindat̃ ⁊ colat̃: quaſi in ĩfinitũ creſcit. Sepe em̃ tantũ creſcit: ꝙ arbores altiſſime aſcẽdit ꝙ etiã ciuitates ⁊ caſtra circũcingit: vt dicit idem. Sic vere illi q̃ medulla pietatis affluũt ⁊ abundãt: ſꝫ debent velle creſcere ⁊ in melius ꝓficiſci. Et ſepe accidit: ꝙ tales hoĩes pij deuoti ⁊ meduloſi: ad maxima ꝑueniunt incrementa. Qñq; ad ciuitates. i. ad mũdanas cõitates regendas ⁊ circũcingendas ordinant̃ Quandoq; ad altas dignitates mundi vel paradiſi promouebuntur. Fons ergo creuit in fluuiuꝫ. Vir enim pius dicit̃ fons: qꝛ aqua bonoꝝ ſuorũ tẽporaliũ diſtillatur alijs inceſſanter. Dicitur etiam fluuius: qꝛ aq̃ bonorũ ſuorũ diſtillatur alijs abũdanter. Fons ⁊ fluuius nõ ſolũ in ſe humectant̃: immo etiã ꝑ ipſos circũiacentia irrigantur: vnde zacha. xiij. cap̃. Erit fons patens domui iacob. Et ideo auari: crudeles ⁊ impij qui nihil habent de humore gratie: clementie: ⁊ deuotionis nunꝙ̃ creſcunt ad celſitudinẽ perfectionis vel eterne prelationis Job. viij. Nunqđ creſcere põt carectũ ſine aqua. q. d. non. Deficiẽt etiã piſces ſine aqua ⁊ morientur in ſiti. Nõ ſic ergo: ſed habeamus mẽtis benignam irrigationẽ. ¶ Tertio ſi volumus creſcere E ſpiritualiter ⁊ eternaliter: neceſſe eſt ꝙ habeamus mẽtis feruentem inflãmationẽ. In lucem ſolẽq; inquit conuerſa eſt. Creſcere em̃ debemus ⁊ conuerti in lucẽ ſplendentis cognitionis: feruentis dilectionis. Calor enim naturalis eſt cauſa naturalis crementi. Et ideo illi qui naſcuntur in conſtellatiõe martis: qui eſt planeta feruentiſſimus: in longitudine multum creſcũt ſm̃ Marcia. Draco etiaꝫ qui tante eſt caliditatis: ꝙ ignẽ dicit̃ ſpirare: in tantã quantitãtẽ creſcit ꝙ maximus ſerpentũ efficitur. Creſcit etiã quãdoq; ad lõgitudinẽ viginti cubitorũ. Ex quibus exemplis probatur ꝙ quanto homo magis feruet interius per caritatem: tantomagis creſcit ad ſpiritalẽ ſanctitatẽ ⁊ ad eternã felicitatẽ. In ſolem inquit cõuerſa eſt. Sol em̃ eſt effectiue calidiſſimus. Jaco. ij. Exortus eſt ſol cum ardore ſuo ⁊ arefecit fenum. Unde de tali cremẽto poteſt intelligi illud Ephe. iiij. Ueritatem facientes in caritate creſcamꝰ. Et ideo de multis videtur verificatuꝫ dictũ Plinij .. qui dicit ꝙ in regionibus valde frigidis: non bene creſcũt plante: ſicut ſunt ſeptẽtrionales ad denotãdũ ꝙ illi qui in frigore indeuotiõis plãtant̃: ⁊ calore caritatis priuant̃: nunꝙ̃ in moribus augmentantur: vel in celorũ ſedibus ſublimant̃. Creſcamus igitur in virtutibus: vt creſcãt in nobis virtutes In bonis enim arboribus creſcunt boni fructus. In bonis terris creſcunt arbores bone. Si enim terra bñ colat̃ ⁊ bñ fimet̃ bñ claudat̃ ⁊ irriget̃: faciliter bñ creſcunt boni fructus. Sic vere: ſi bene colamur per penitentiam: ſi bene fimemur per fimum. i. noſtre mortalitatis memoriam ſi bene claudamur per diligẽtiam ⁊ per ſenſuũ cuſtodiam: tunc procerto boni fructus gratiarum ⁊ virtutum in nobis poterunt creſcere: et in nobis plenius abundare: ita ꝙ tunc dicetur illud. Eſa. lv. Pro ſaliunca aſcendet abies: ⁊ pro vrtica creſcet mirtus. Saliunca enim que tangentem pungit ⁊ ſaltare facit: ſignat peccatum inuidie: vrtica etiã que tangentem vrit ſignat peccatũ auaricie. Pro ſaliũca ergo aſcendit abies: qꝛ in loco inuidie debet in nobis creſcere abies alte cõtemplationis. Et loco vrtice auaricie debet in nobis creſcere mirtus lenitiui dulcoris ⁊ cõpaſſionis: ⁊ ſic poterit dici de nobis ⁊ virtutibꝰ noſtris. Conſiderate lilia agri quomodo creſcũt. Matthei. vj. Creſcant igitur in nobis virtutes: vt nos ipſi creſcamus.

Per caritatis inflãmationem.
Per pietatis irrigationem.
Per humilitatis ſubiugationẽ.
¶ Et ſi vis dic: ꝙ in nobis dꝫ creſcere
Puritatis nitor: mẽtẽ mũdificãs.
Caritatis ardor corda letificãs.
Caſtitatis candor carnẽ purificãs.
Ueritatis ſplendor ſenſuꝫ clarificãs.
Pietatis liquor cũcta lenificãs.
Honeſtatis fulgor mores rectificãs.
Probitatis vigor actꝰ multiplicãs.
Bonitatiſ valor ſurſum fructificãs.
Equitatis rigor iuſte dijudicãs.
Dignitatis honor famã magnificãs.

F ¶ Igitur creſcat in nobis nitor puritatis: ꝑ̃io Regum. ij. puer autē ſamuel proficiebat atq; creſcebat. Samuel interpretatur a deo datus: q̃ſi dicat puritas a deo data ſemper debet in nobis creſcere et augeri. Item ibi creſcat ardor

Ayuntamiento de Madrid

charitatis. Eph. iiij. In caritate creſcamus. Unde de ſamſon: qui interpretatur ſol ſignificans caritatem que calefacit interiora: dicitur. Judic. xiij. Creuit puer ſamſon ⁊ benedixit ei deus: ⁊ ſpūſſanctus erat cū eo. Spūs eñ ſanctus ſemꝑ ꝯcomitatur caritatem: cū ⁊ ipſe patris ⁊ filij ſit caritas. Item candor caſtitatis. Math. vj. Conſiderate lilia agri quō creſcunt. Lilia eñ mūda ⁊ candida: caſtitatem deſignant. Item ſplendor veritatis. Prouer. iiij. Lux ſplendens ꝓcedit ⁊ creſcit. vñ de verbo dñi de quo ſcribitur. Sermo tuus veritas eſt dicitur. Coll. j. Uerbum dñi fructificat ⁊ creſcit. Item liquor pietatis. vñ illud. Heſter. x. Fons ꝑuus creuit in fluuiū. ⁊ de vinea que multum ambundat in medula ſignificāte pietatē: dicitur Ezech. xvij. Nō creuit in vineam latiorē. Itē fulgur honeſtatis. Ezech. xix. Frōdes eius creuerūt ex aquis frondes eñ exteriorem honeſtatem deſignant. Itē valor ꝓbitatis. i. virtus bene operandi j. Eſdre. v. Opus illud diligenter extrahitur: ⁊ creſcit in manibus eorū. De equitate vero ⁊ iuſticia dic. ij. Cor. ix. Multiplicabit ſemen veſtrū: ⁊ augebit incrementa iuſticie veſtre. De honore vero ⁊ fama dicitur Heſter. ix. Fama nominis eius creſcebat. Et ſic erit in nobis valor totius bonitatis: que fructus grē ⁊ glorie in nobis ꝓducet. Marci. iiij. Dabat fructū aſcendentē ⁊ creſcentē. Et ita quilibet erit illud. Job de quo dicitur Job. j. Operibꝰ manuū eius benedixiſti ⁊ poſſeſſio eius creuit in terra. Poſſeſſio eñ virtutū debet in nobis creſcere ⁊ virtus bonoꝝ operū abūdare. De illis vero que virtutū impediunt incremētū dic: ꝙ multa ſunt q̄ arbores creſcere nō permittūt ⁊c. Credo notaſſe ſupra: de arbore: de aſcendere vide ibi. De alijs bonis vel malis cremētis vide in tabula que in fine fiet: quia in multis locis fiet mentio de creſcere vel cremento.

A **Crimen.** Pauce ſunt autoritates. vide de peccato.

## Cruciare. Crucifigere. Crux

Nota ꝙ crux ſeu cruciatꝰ: crucifixio ſeu afflictio: multiplex in ſcriptura reperitur.

| | |
|---|---|
| | Juſtus per penitentiam virtualem. |
| | Pauper ꝑ violentiā tēporalē. |
| Cruciatur. | Impius ꝑ iuſticiam criminalem. |
| | Dānatus ꝑ peſtilentiā infernalem. |
| | Chriſtus ꝑ paſſionē corporalem. |

| | | |
|---|---|---|
| Prima | | Perfectorum. |
| Secunda | | Miſerorum. |
| Tertia | Eſt crux hominū | Iniquorum. |
| Quarta | | Damnatorum. |
| Quinta | | Deuotorum. |

B ¶ Dico ergo: ꝙ vna eſt crux: qua crucifiguntur viri penitentes. Et iſta nihil aliud eſt: ꝙ penitentia ſeu cōtinua afflictio in qua viuūt. Tota eñ vita iuſtoꝝ eſt vna crux ſeu vnus cruciatus. Hāc autem aliq̄liter diſtinguendo ſequar mauricium. Crux iuſtoꝝ quatuor habet brachia. ſ. vnum interius: hoc eſt cōtritio quā habent: ⁊ pena etiam quā ſuſtinent de cōmiſſiōe peccatorum. Aliud exterius: hoc eſt cōpaſſio quā habēt de miſerijs egenoꝝ. Aliud ſuperius hoc eſt: dolor quē habent de dilatione gaudiorū. Aliud poſterius: hoc eſt timor quem habent de incurſione infernaliū tormentorum. De cruciatu ſeu crucifixione contritiōis: ⁊ afflictionis: pōt dici illud. Gal. v. Qui autē chriſti ſunt: carnē ſuam crucifixerunt cū vitijs ⁊ ꝯcupiſcentijs. Contritio eñ quam habet quis de culpis preteritis ⁊ reſiſtentia quam facit de preſentibus: magnꝰ eſt conflictus ⁊ cruciatus. De alijs vero crucifixionibus ſ. compaſſionis doloris ⁊ timoris pōt dici illud. Mat. xvj. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſū ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. Et bene dicit. Qui vult q. d. talis crux pnīe debet eſſe voluntaria nec coacta: contra hypocritas ⁊ malos religioſos: qui crucē iſtā portant: ſed tamen voluntarie dominum non ſequuntur immo quaſi coacti crucem pnīe patiuntur. Figurati in illo ſimone qui angariatus ⁊ compulſus crucem domini deportauit. Math. xxvij. Magnam eñ anguſtiam patitur: qui vel inuitus vel fictus crucem penitentie portans affligitur. Aduerte etiam quod de chriſto legitur. Quod ipſemet crucem propriā deportauit: nec eam ipſe alteri legitur cōmiſiſſe. Joh. xix. Baiulans ſibi crucem ⁊c. Ad denotādum: ꝙ crux ſeu cruciatus pnīe non debet alijs committi: ſed in perſona propria deportari. Miles enim quando habet cum hoſte confligere: non libenter ſolet arma ſua alteri cōmittere. Et ſi vis de cruce penitentie potes notare ꝙ ibi crucifigitur ⁊ punitur.

Antiquitas carnalis conuerſationis.
Uoracitas mundane ambitionis.
Fallacitas inique deceptionis.

De antiq̄na conuerſatione dicitur. Roma. vj. Uetus homo noſter crucifixus eſt. De mundana auaricia et ambitione: dicitur. Gal. vj. Mundus mihi crucifixꝰ eſt. De fallaci deceptione dicitur. Math. xxvij. Cruci- C
fixi ſunt duo latrones. Iſta eſt igitur vna crux qua crucifiguntur viri penitentes. ¶ Secundo dico: ꝙ eſt vna crux qua crucifigunt miſeri patientes ſeu pauperes indigentes. Et iſta eſt crux mundi tribulationū qua tyranni crucifigunt: ⁊ cruciant multos bonos. De qua Math. xxiij. Ecce mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapientes ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis et illudetis. ⁊c. Tyranni enim figurantur. Apoc. ix. in illis locuſtis: que habebant aculeos ſcorpionum: quibus datum eſt ꝙ nocerent hominibꝰ ⁊ cruciarēt eos menſibus quinq;. Sic vere tyrannis aculeatis ⁊ crudelibus datur a deo diſpenſatiue: ⁊ a dyabolo executiue poteſtas nocendi: ⁊ homines tribulationibus cruciandi. Unde de nabuchodonoſor: dicitur Joelis. ij. A facie eius cruciabuntur populi omnes vultus redigentur in ollam. ¶ Tertio dico: ꝙ eſt crux qua crucifiguntur homines delinquentes. Et iſta eſt crux peccati. Quia reuera auaricia: ambitio: luxuria: ⁊ vt cōmuniter omnia vitia plus habent de cruce ⁊ cruciatu ⁊ de triſticia quā de gaudio ⁊ leticia. vñ Bern. O ambitio ambientium crux ⁊c. Et eſt in peccato.

Crux laboris in executione.
Crux doloris in conſcientie remorſione.
Crux timoris in ſalutis deſperatione.

Unde peccatores figurantur in ſeptem filijs Saul: q̄ crucifixi ſunt a gabaonitis. ij. Reg. xxj. Saul enim malus rex: ſignat dyabolum: qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Job. xl. Septē eius filij ſunt vniuerſi peccatores. q̄r ſm ſanctum Gregorium. Septenarius numerus vniuerſitatem deſignat. Septem ergo filij ſaul crucifiguntur: quando vniuerſitas peccatorum in cruciatu vitiorum viuere comprobatur. Unde de piſtore Pharaonis: qui ſignat guloſos: de aman q̄ honorari cupiebat: qui ſignat ambitioſos: de rege hay: qui ſignat ſuperbos ⁊ glorioſos: legitur. Geñ. xlj. Heſter. vij. Et Joſue. vj. Nō in cruce ſuſpenſi ſunt. For- D
tioribus eñ fortior inſtat cruciatio. Hec eſt ergo crux qua cruciantur cuncti delinquentes. ¶ Quarto dico ꝙ eſt crux qua affiguntur in orco iacentes ſcilicet dānati: ⁊ hec eſt cruciatus pene eterne. De qua. Apoca. xiij. et. xiiij. Si quis adorauerit beſtiam ⁊ imaginem eius: ⁊ acceperit caracterem eius in fronte ſua: cruciabitur igne et ſulphure in conſpectu angelorum ſanctorū. Beſtia eſt beſtialitas peccati id eſt motus brutalis in cogitatione: imago eius eſt imaginaria ⁊ falſa delectatio: caracter eius eſt impreſſus conſenſus: ⁊ opera. Qui igitur iſta acceperit: crucem et cruciatum in inferno ignis ⁊ ſulphuris ſuſtinebit. Unde de dyabolo et peccatoribus: poteſt dici illud. Heſter. vij. viij. ix. Quod Aſſuerus Amon et filios eius affixit cruci. Hec eſt ergo crux que cruciat in inferno degentes. ¶ Quinto vero dico ꝙ eſt crux que cruciat chriſtum contemplantes. Et iſta eſt crux chriſti in qua

ſcilicet

Ayuntamiento de Madrid

crucifiguntur et vna cum eo cruciantur.Galath.ij.ca.
Chriſto crucifixus ſum cruci.In arbore enim fructuũ
vite contingit quãdoqꝫ aues naſci.⁊ per roſtrum ad lignũ
pendentes:cum in mari ceciderunt viuificari.ſicut po
nit.Giraldus in libro de mirabilibus ybernie: vbi in
multis inſulis ybernie et ſcocie adiacentibꝰ ſupra ma
ris littus dicit aues et arbores tales eſſe.Sic vere di
cam ꝙ arbor crucis.aues ides viros contemplatiuos
procreat:ipſoſqꝫ mare penitentie viuificat et confortat
Unde de grano ſinapis in orto patriſfamilias ſemina
to:dicitur.Mathei.xiij.Quod creſcit;et fit maius om
nibus oleribus.et fit arbor ita vt volucres celiꝰ habitẽt
in ramis eius.Quia procerto ſinapis aſpera et acuta
ideſt crux in agro eccleſie plantata in fama et poten
tia multum creuit.et ideo volucres:ideſt contempla
tiui ipam viſitant et per deuotionẽ frequentãt De lau
dibus igitur crucis:poſſumus dicere ꝙ ipſa eſt.
Humiliatrix malignantium.
Conciliatrix diſcordantium.
Auxiliatrix impotentium.
Remediatrix pereuntium.
E Per crucem enĩ demones humiliantur deuincuntur
et debellantur Augu.Ubi ſignũ crucis cũ fide et dei ti
more preceſſerit ibi inimicꝰ nihil nocere poterit.Et po
nitur exemplũ.ꝙ beatus.Greg.in libro.dyalogorũ de
ſcribit de iudeo qui in tẽplo ydolorũ de nocte recũbẽs
videns demones ſuũ parlamentũ tenẽtes ſolũ:qꝛ quãdoqꝫ
audierat crucis ſignũ demones deterrere ſecũ eius for
ma digitis ſignauit poſt cũ ei nocere vellent demones
nequierũt dicentes.Uas vacuũ ſed ſignatum De con
ſtantino etiam legitur.ꝙ oſtenſo ſibi ſigno crucis in
celo:dictum eſt ei.Conſtantine in hoc vinces.Pugna
turus enim contra maxentiũ tyrannũ et in germania
cogitauerat quẽ deorũ principaliter in illo prelio inuo
caret.ſed viſo ſigno crucis:ſignũ cunctis militibꝰ tra
didit:ſic aduerſarios ſuperauit.ſicut ponit hyſtoria tri
pertita Dicamus ergo illud cõmune.Per ſignũ cru
cis de inimicis noſtris libera nos deus noſter.¶Itẽ
per crucẽ diſcordãtes ꝯciliãtur ſeu pacificant̃.Conſtat
enim ꝙ per crucẽ deus eſt humano generi pacificatꝰ
et homo angelis concordatꝰ Eph.ij.Per crucẽ inter
ficiens inimicicias in ſemetipſum vnde aug. Lectum
ſuũ xp̃s dimiſit diſcipulis ſuis.Quicũqꝫ ergo vult cuꝫ
ipſo quieſcere in celo.in iſto iaceat lecto: moriat̃ in cru
ce:ſi vult xp̃m placatum videre.¶Item per crucẽ pro
pugnantes auxiliant̃ ⁊ adiuuant quia reuera in quo
cunqꝫ prelio tentationis auxiliatur plurimũ ſi habea
tur in memoria virtus crucis.Unde origenes. Tanta
eſt virtus crucis:ꝙ ſi in mente fideliter habeatur:nul
la libido:nulla peccati preualere poſſit inuidia ſed cõ
tinuo ad memoriam illius omnis peccati et mortis fu
git exercitus.¶Item per crucem pereũtes remedian
tur.quia procerto nullꝰ per deſperationẽ perit qui per
deuotionem ad remediũ crucis fugit.Antiquitus eniꝫ
nullũ contra morſuꝫ canis rabidi inueniebatur reme
dium ſicut dicit Pli.lib.xxiij.ca.xviij. Sed mater cu
iuſdaꝫ militis a cane morſi qui propter hoc ſine reme
dio periclitabat̃.vidit in ſomnis radiceꝫ ſilueſtrẽ chil
morodon appellatam.ſibi pro remedio oſtenſam.quã
cum lacte dedit potandam filio et ſanatus eſt.Talis
eſt crux. Roſa enim ratiõe ruboris ſanguinei dicitur
et ſilueſtris.ideſt in culpa ⁊ inhonorabilis appellatur
Erat enim confuſionis ſuppliciũ non honoris.Igitur
quicunqꝫ morſu dyabolicarum tentationum pericli
tant̃:crucem per deuotionem:memoriam et compaſ
ſionẽ cum lacte dominice caritatis et pietatis bibant
et hoc proculdubio ipſos liberat atqꝫ ſanat. vnde.j.
Corinth.j.Uerbum enim crucis pereuntibus ſtulti
F cia eſt:his qui ſalui fiunt.ideſt nobis virtus dei eſt.
¶Igit̃ his premiſſis dicã et notabo adhuc.ꝙ crux eſt

| | |
|---|---|
| Nauis ad transfretandũ. | Et breuiter oĩa que |
| Baculus ad ſuſtentandũ | de lignis vtilia fiunt |
| Lancea ad ꝓpugnandũ. | hoĩbus:poſſunt cru |
| Scala ad aſcendendũ. | ci proprie adaptari. |
| Sedes ad quieſcendum. | Iſta ẽ dico nauis ad |
| Schola ad addiſcendũ. | transfretandum.In |

iſta enĩ et per iſtã nauim tranſiuit ⁊ transfretauit xp̃s
de hoc mũdo ad patrẽ. Et per iſtam debemꝰ tranſire
de hoc mũdo ad paradiſum Sicut etiaꝫ dicit. Plini.
canne in india ſunt ita magne et alte:ꝙ in fluuio na
uigabili ſup vno interuadio tres homines deferuntur
Iſta eſt ergo nauis xp̃i.ſcꝫ penitentia ſeu crux que ſer
uat homines:ne in mũdi pelago vel in fluuio ſubmer
gantur.Sap.xiiij Exiguo ligno credunt homines ani
mas ſuas tranſeuntes mare per rateꝫ liberati ſunt.Et
bene dixit. liberati ſunt:qꝛ reuera crux eſt ſicut lignuꝫ
aloes cuius fumus liberat a fetoribus.Sicut lignum
fraxini cuius vmbra liberat a ſerpentibꝰ.Sicut lignũ
balſami:cuius liquor liberat ab infirmitatibus. Iſta
eſt igitur nauis ad ſecure ad patriam nauigãduꝫ.vñ
Criſ.Omel.xv.Crux ſpes ẽ deſpatorũ: crux nauigãtiũ
gubernatrix:crux periclitantiũ portus:crux obſeſſorũ
murus :crux pater orphanorũ:crux defenſio viduarũ.
Iſta eſt ergo nauis ad nauigandũ.¶Secundo dico.
ꝙ crux eſt baculus ad ſuſtentandũ.Uinee enim debi
les et etiam cucurbite: in baculis ſuſtentant̃. Elephã
tes etiam quãdo dormiũt ſuſtẽtant ſe ad arbores. Pe
regrini inſuper quãdo ſunt fatigati:ſuper baculos in
nituntur.infirmi etiam debilitati.ſenes inſuper et de
crepiti baculis ad ſuſtentandũ vtuntur quibus vtiqꝫ
exemplis inſtruitur homo ꝙ ſiue ſit ſicut vinea alioꝝ
letificatiuꝰ:ſicut cucurbita medulloſa aliorũ ꝑ elemo
ſynas nutritiuus: ſicut elephas aliorũ in prelijs adiu
uatiuus:ſicut peregrinus mundi laboribus fatigatꝰ
ſicut infirmus virtutum viribus pauperatus:ſicut ſe
nex fortitudinibus vacuatꝰ.Et breuiter ſiue ſit homo
bonus vel malus perfectus vel imperfectus virtuoſus
vel vitioſus.ſemꝑ indiget ꝙ iſto baculo ſuſtentet̃: ⁊ q̃d
ei ex fiducia et deuotione firmiter et totaliter innita
tur vt ſic dicat chriſto illud p̃s. Uirga tua et baculus
tuus ipſa me conſolata ſunt.Quod autem crux poſſit
dici baculus: patet per Chryſoſto.in omel.vbi ſupra:
vbi dicit ſic.Crux eſt deſperatorum via:crux claudorũ
baculus:crux conſolatio pauperum. crux reſurrectio
diuitũ:crux deſtructio ſuperboruꝫ.Patet ergo ꝙ crux
eſt baculus ad ſuſtentandũ.¶Tertio dico ꝙ crux eſt G
lancea ad propugnandum Cum lanceis enim ligneis
et ferreis ſolent pugnare hoĩes cõtra hoſtes. Sagitte
etiam de ligno et de ferro ſunt compoſite:quibus a lõ
ge hoſtes percutiuntur.Sic vere chriſti crux datur fi
delibus pro lancea quia ibi fuit lignum et ferrum.per
iſtam enim chriſtus demones ſuperauit.et per ipſam
ipſos quotidie ſuperamus.Si enim per memoriam ⁊
deuotionem iſtam lanceam habuerimus:nunq̃ canis
inferni nos ledet:nunq̃ hoſtis ſubdolus nos inua
det:nunq̃ leo rubigens nos cõfundet.Iſta eſt ergo lan
cea quam rex ſaul ad caput habebat vno cũ cipho ple
no aqua ſicut dicitur.j.Reg.xxiiij.quia vere ſi rex xp̃s
in corde noſtro dormierit:lanceam crucis ideſt memo
riam paſſionis:et vas aque. ideſt liquorem deuotiõis
nobiſcum habere debemus.Unde de tali lancea ho
ſtium impugnatiua dicit Cryſ.vbi.s̃.Crux aduerſus
demones triumphus:crux deuictio dyaboli:crux ado
leſcentium pedagogus:crux ſuſtentatio inopum:crux
ſpes deſperatorum.Patet ergo chariſſimi ꝙ nos debe
mus accipere crucem non ſolum mentaliter in deuo
tione:immo etiam realiter in exteriori crucis ſignifi
catione quia vere crux eſt nauis pro tranſferantibus.
eſt baculus peregrinantibus:eſt lancea pro pugnanti
bus.¶Quarto dico ꝙ crux eſt ſcala ad aſcendendũ
figurata.Gene.xxviij.vbi Jacob vidit ſcalam ſtantem
ſuper terram.et cacumen illius tangẽs celos:angelos
quoqꝫ dei aſcendentes et deſcendentes per eam.⁊ domi
num innixuꝫ ſcale.Uere ſcala iſta:eſt crux ſancta: que
ſtetit ſuper terram in chriſti paſſione: et cacumen eiꝰ
tetigit celum ſolem eclypſando ⁊ parua celi luminaria



Ayuntamiento de Madrid

obtenebrando.cū dn̄s xp̄s:innixus immo cōfixꝰ ſcale morte ſua genus redemit humanū.placatū faciēs deo patri.Rom.v.Recōciliati ſumus deo per mortē filij eius.In hac ſcala angeli.i.hoīes qui ſunt cū angelis participes rōnis aſcendunt mente ſurſum eleuata vt xp̄i paſſionē qua redēpti ſunt cōtemplent̃.ad Heb.ij.Uidemus ieſum autorē ſalutis eorū per paſſionē conſummari.Deſcendūt cōſiderādo xp̄i in terris ꝯuerſationē et doctrinā euangelicā in terrā traditā.qua leue religionis orthodoxe iugū nobis iniecimꝰ.⁊ legis graue onus abiecimus.De leui iugo euāgelij dicit Math.xj.Iugū meū ſuaue eſt:⁊ onus meū leue.De legis graui onere poterat dicere moyſi gens hebrea.duriſſimuꝫ
D iugum impoſuit nobis.iij.Reg.xij. ¶ Quinto dico ꝙ crux eſt ſedes ad quieſcendū.Etenim ſi carnem luxus agitat:ſi mentē tētatio ſollicitat:ſi mūdi vanitas oculos inquietat:ſedeat ad xp̄i crucē homo ꝯtēplet̃ xp̄m propter hoīs ſcelera in cruce pendentē meditet̃ vulnerum xp̄i ſqualorem et fieri nō poterit quin ſentiat in ſe compeſci impellentē ad opera nefanda furorē. Et ſic ſedes crucis erit cauſa quietis:dū homo eſt per crucē interficiēs inimicicias.Eph.ij.Pacificās ſupple motum ad peccata.per ſanguinem crucis xp̄i Col.j.ca.

¶ Sexto dico.ꝙ crux eſt ſcola ad diſcendū.Scola enim grece:latine vacatio interpretat̃ q̄ ibi ingenij exercitio vacatur.Huic ſynonimū eſt gymnaſiū.qđ ideꝫ ſonat. ꝙ exercitiū.Utrūqꝫ ſignificatū crucis vocabulū cōplectitur.In ea enim vacant contēplatiui.in animi amaritudine xp̄i paſſionem tractantes.imo cū xp̄o in cruce pendentes.ita vt quilibet eorum poſſit dicere.Xp̄o confixus ſum cruci.Gal.ij.Exercentur in ea actiui dū huius diuini preceptoris et magiſtri doctrina erudiūtur et figura.Pendet enim inclinato capite vt doceat humilitatē.Eſa.ij.Incuruauit ſe homo ⁊ humiliatus eſt vir.Pendet perforatis et apertis manibus:diſce ne manus tua contracta ⁊ clauſa ſit egentibus.Manum ſuam aperuit inopi.Prouer.xxxj.Pendet corpore vulneribus lacero.diſce ne carni tue ſis blandꝰ ⁊ mollis:ne tibi neget̃ poſſeſſio regni celeſtis.j.Corint.vj.Neqꝫ molles regnum dei poſſidebunt.Carpitur contumelijs et irriſionibus et ſuſtinet:diſce manſuetudinem.Eph.iiij. In manſuetudine cuꝫ patientia ſupportātes Potatur aceto felle mixto:diſce parſimoniam.Iudic.xix.Guſta paululum panis.Sequitur ibidem Paululum cibi capias. Orauit pro crucifigentibus:diſce benignitatē.Eph.iiij.Eſtote inuicē benigni.Pendet non iacet:nec habet vbi caput reclinet diſce tu a ſtratu ſurgere.Ps.cxviij.Media nocte ſurgebā ad confitēdum tibi.Igitur in hac ſcola crucis diſce ſeptem vitia capitalia.ſeptē virtutibus ſeperare.Diſce in hac ſcola vbi deus eſt gymnſiarches:⁊ eris beatus.cū ab eo fueris eruditꝰ.ps.xciij.Beatus homo quē tu erudieris domine.Deniqꝫ bene dicit xp̄s.Qui vult venire poſt me.abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me.Ubi eſt aduertendum.ꝙ ad iſtam crucem portandam neceſſaria eſt.Proprie voluntatis abdicatio Abneget ſemetipſum.Anxie tarditatis excitatio. Sequatur me.Noxie voluptatis deteſtatio.Tollat inq̄t crucem ſuam et ſequatur me.Sufficit.

## A Crudelitas. Crudelis.

Cuꝫ crudelitas nihil aliud ſit ꝙ̄ punitionis exceſſus:nulla pietate vel temperantia moderatus.Notare poſſuꝫ ꝙ eſt crudelitas metuenda.Et eſt crudelitas rēnuenda.Prima eſt demonum.Secūda hominū.Prima debachat̃ occulte.Secunda machinatur aperte.De crudelitate demonum poſſum dicere ſm̄.Mauriciū ꝙ dyabolus eſt ſicut manticora animal crudeliſſimuꝫ.quod alio nomine dicitur māmonctus.Hoc ꝙ̄uis formā habeat humanam in facie odit tamen et perſequitur hominem miro modo.Tres ordines habet dentium:vultum hominis.⁊ caudam ſcorpionis cum corpore leonino.Sic dyabolus licet in parte.ſcilicet in ratiōe ſimilis ſit homini crudeliter tamē ip̄m perſequitur atqꝫ odit.Tres enim ordines habet dētium idest tentationū de triplici concupiſcentia.ſcilicet bonorum diuitiarum et deliciarum noſcitur habere Et in facie idest in principio et in ingreſſu figuram humanam idest dulcedinem et benignitatem nititur pretendere ſed in cauda.idest in fine ſemper vult ſcorpionis aculeum.idest punitioneꝫ et ꝑiudiciū exercere ⁊ poſt applauſuꝫ pūgere et nocere et crudeliter ledere et grauare.Hiere.vj.Sagittam et ſcutum arripiet crudelis et non miſerebitur.Impij ergo talibus crudelibus dabuntur ad cruciandum ⁊ ſine miſericordia puniendū:vnde Eſa.xix.Tradam egyptum in manu dominorū crudelium:et rex fortis dominabitur eorum.Iſte eſt angelus ille crudelis de quo loquitur ſcriptura.Prouerb.xvij.Semper iurgia querit malus:angelus autē crudelis mittetur contra euꝫ B
De crudelitate autem hominis nota quod ſicut dato ꝙ canis ſit animal domeſticū non valens viuere ſine homine ſit tamen aliquotiens rabioſus mordens homines atqꝫ ledēs ita ꝙ nullū pernicioſius humano generi eſt venenum.Sic dicam ꝙ dato ꝙ homo ſit animal naturaliter mite:rabies tamen crudelitatis.quoſdam taliter inficit ꝙ verſi in furorē alios ſine conſciētia puniunt atqꝫ mordent Teſte enim Plinio.li.xxxij.ca.ij.Orbis alio nomine oſtrea piſcis eſt rotundꝰ ſine ſquamis.totus capite conſtans.qui tamen inter omnes piſces duriſſimus eſt.Sic vere licet homo ſit ſine ſquamis ipſum defendentibus:per fragilitatem rotūdus:et capite vbi ſenſus ſunt totus conſtans per rationis ſubtilitatem inuenitur tamen quandoqꝫ eſſe animal duriſſimū per proteruiam et crudelitatē.Querit enim Seneca lib.de moribus:quid ſit immitiſſimum homini?Et reſpondet alter homo.Ideo deꝫ impyus ⁊ tyrannis dicitur. Hiere.l.Arcū et ſcutum arripient crudeles et non miſericordes:Crudeles inquit videlicet interius quo ad nullam compaſſionē.q̄ ſicut dicitur Prouerbi.xij.Uiſcera impiorū crudelia.Exterius quo ad pauperum deiectionem.Prouer.xij.Qui crudelis eſt etiam propinquos abijcit.Ulterius ꝙ̄tū ad atrocē inuaſionem.ij.Paral.xxviij.Occidiſtis eos atrociter ita vt in celum attingeret crudelitas veſtra. Sufficit:quia in infinitis titulis fit mentio de crudelitate.⁊ pauce ſunt autoritates ⁊c.

## Cubile. Cubiculū. A

Licet cubile differat a cubiculo:q̄ ſcꝫ cubiculū eſt locus hominū et cubile eſt locus beſtiaruꝫ.locus dico ſecretus ad habitandum.et ſpecialiter ad iacendum. quia tamen quandoqꝫ vnum pro alio ponitur:poſſum notare et dicere ꝙ vtrunqꝫ in bono ſumitur ⁊ in malo. Igit̃ in bono ſignificato dicamꝰ ꝙ per cubiculū intelligit̃.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cubiculum | Chriſti. | qđ eſt locus. | Purus. |
| | Xp̄iani. | | Securus. |
| | Dei. | | Secretus. |
| | Beati. | | Quietus. |

| | | |
|---|---|---|
| Primum. | Cubiculum. | Fuit ī maria |
| Secundum. | | Eſt in eccleſia |
| Tertium. | | Eſt in ꝯſcia. |
| Quartum. | | Erit in p̄ria. |

Primū eſt cubile intacte virginis in quo xp̄s habitat
Scđm eſt cubile fidelis agminis in quo tute militat.
Tertiū eſt cubile mentalis hoīs qđ deus viſitat.
Quartū ē cubile celeſtis culminis ī quo nullꝰ dubitat B

¶ Dico ergo ꝙ inuenitur cubiculum purum pro ſummo numine.Et iſtud nihil aliud eſt ꝙ̄ vterus virginis glorioſe quo chriſtus dei filius ſicut in puriſſimo cubiculo requieuit.ibiqꝫ veſtes nouas noſtre humanitatis aſſumpſit. Et de hoc poteſt dici illud.ij.Eſdre.tertio. Darius rex aſcendit in cubiculo ſuo et dormiuit: Et expergefactus eſt: Darius fertilis eſt dei filius qui ſcilicet cubiculum vteri virginalis aſcendit et intrauit carnē aſſumendo ibi dormiuit nouem menſibꝰ quieſcendo tandem expergefactus eſt naſcendo et in

publico

Ayuntamiento de Madrid

publicum exeundo Joelis. ij. Egrediatur ſponſus de cubiculo ſuo. Iſtud cū cubiculū eſt ſemꝑ clauſuꝫ ex quo ⁊ in quo chriſt⁹ ianuis clauſis exijt ⁊ intrauit. Judich

C xiij. Concluſit vagao oſtium cubiculi. ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur cubiculum ſecurum pro iuſto agmine Et iſtud eſt cubile fidei: religionis: vel eccleſie. vbi ſolummodo eſt ſecuritas atꝙ ſalus. vnde Salomon prouerbi. xxx. Inter animalia ſapientiora nominat leporem: pro eo ꝙ in petra collocat ſibi cubile. Petra enim xp̄s eſt ſeu ſue fidei et eccleſie ſtabilis et manens ſecuritas. De natura enim canis legitur ꝙ ſi catulos de cubili ſuo extraxeris: mater veniens illum quē prediligit primū ad cubile reportat. Sic vere cum dyabol⁹ per peccatū ade omnes mortales de cubiculo ſalutis extraxerit: mater noſtra xp̄s veniens illos quos ſumme diligit ſm̄ conſiliū ſue predeſtinationis ad iſtud cubile id eſt ad fidem ſuam portauit: ipſos etiam quos plus amat: ad ſecretoria cubicula eccleſie vel religionis tranſportat. Exemplo panthere. de qua dicit Plini⁹ Quod ſi paſſum hominis ſuis catulis inſidiantis in arena inuenerit: timens ſtatim ad aliud cubile ipſos transferet ⁊ mutabit. Sic chriſtus timens inſidiatorē dyabolum: de loco ad locum: de ſeculo ad eccleſiaſticū ſtatum de eccleſiaſtico ad religionis cultuꝫ. vel forſan ad prelationis gradum fideles ſuos conſueuit mutare: vt ipſos in cubilibus fidei melius valeat preſeruare Pſalm̄. Ortus eſt ſol et congregati ſunt in cubilibus ſuis collocabuntur. Et ſi vis nota ꝙ eccleſia poteſt dici cubiculum ſeu cubile.

Bone fame fragrans odoribus.
Leticie gaudens canoribus.
Decentie nitens viroribus.
Amicicie feruens amoribus.
Eminentie pollens honoribus.
Sapientie fulgens ſplendoribus.

D Dico igitur ꝙ cubiculuꝫ eccleſie bone fame fragrauit odorem. Prouerbio. vij. Myrrha aloe et cynamomo aſperſi cubile meum. Item dei laudis reſonat clamore ſeu leticie exultat decore. Pſalmi. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis. Item honeſtatis niteſcit decore. vnde Eſai. xxxv. In cubilibus in quibus dracones habitare conſueuerant orietur viror iūci et calami. Item concordie ferueſcit amore. vn̄ Luce. xj. Pueri mei mecum ſunt in cubili. Item eminentie ſplendeſcit honore. qꝛ ſcꝫ ibi eſt rex chriſtus cuius ſeruitio cuncti deputantur fideles. vnde. iij. Regū. j. cap. Ingreſſa eſt berſabee ad regem in cubiculo. Iteꝫ ſapiētie relucet ſplendore. quia ſcꝫ ibi eſt ſplendor totius veritatis Daniel. vij. Uiſio capitis eius in cubili ſuo ⁊c. In iſto ergo cubili odoris: dulcoris viroris. amoris. honoris. ſplendoris. tutum eſt habitare. et ideo dignum eſt ꝙ talis locus a dignis et bonis perſonis inhabitet et ꝙ inde mali homines arceantur. cuius tn̄ proh dolor video contrarium. Quia reuera ibi habitant.

Cupiditatis ardore flammantes.
Crudelitatis furore fumantes.
Carnalitatis ſulphure fetentes.
Uerboſitatis murmure nocentes.

¶ Dico igitur ꝙ in cubili eccleſie habitant hodie illi qui ardent per cupiditatem vnde Hiere. ix. A volucre celi vſꝙ ad pecora tranſmigrauerūt et receſſerunt. Et dabo hieruſalem in aceruos arene et in cubilia draconum. Ad literam enim hodie de hieruſalem id eſt in eccleſia pro magna parte defecerunt et receſſerunt volucres celi. id eſt contemplatiui pecora lanifica. i. boni actiui. et ibi procerto aduenerunt et ſucceſſerunt aceruj arene. id eſt homines terrenis diuitijs locupletes: et dracones qui ſuſpirant ignem. i. homines cupiditate et auaricia ardentes. et ſi vis dic de malis ꝓprietatib⁹ draconis et quomodo auari ſibi ſunt ſimiles tū quia ardent cupiditate. quia arent. id eſt patriā inflammāt crudelitate. tum quia caudā inuoluūt per falſitatem. itē quia dure ſunt teſte. id eſt ſquame: per obſtinationem tum quia gregatim vadunt per mutuaꝫ contra alios confederationem tum quia alte volitant ⁊ aſcendunt per ſuperbiam et ambitionem. Ideo ꝙ tales dracones habitant hodie in cubili eccleſie: patet. Eſa. xxxiiij. vbi dicitur. Erit inquit cubile draconū et paſcua ſtruthionum occurrent ibi demonia onocentaurus ⁊ piloſus clamabunt alter ad alterum ibi cubauit lamia ibi habuit foueam ericius: ibi congregati ſunt milui. Cōpara iſtis animalibus varia genera peccatorū. qui ſcꝫ in cubiculo iſto habitant atꝙ cubant. Cubant enim illi qui ardent per cupiditatem. Item illi qui ſtrident per crudelitatem. O vbi hodie crudelitas: rapina: vel iniquitas: niſi in aliquibus eccleſiaſticis curijs et familiaribus eorumdem. vnde Naum. ij. Leo cepit ſufficiēter catulis ſuis et necauit leenis ſuis. ⁊ impleuit ſpelūcas ſuas preda et cubile ſuuꝫ rapina. Leo enim eſt crudelis eccleſiaſticus. et maxime malus rex vel prelatus qui pro catulis id eſt pro familiaribus. filijs et nepotibus: et pro leenis ſuis. id eſt pro concubinis ⁊ filiabus ad literam ſtudet rapere ⁊ cubile domus ſue rapina et preda replere Amos. iij. Nunquid dabit catul⁹ leenis ſuis vocem ſuam de cubili ſuo. Unde etiam de talibus concubinis talium: poteſt dici dirigendo verba ad earum ſcelera illud. Ezech. xix. Mater tua leena cubauit inter leones in medio leonculorū enutriuit catulos ſuos: Habitant ergo et cubant in hoc cubili illi qui ſtrident per crudelitatem. Item illi qui fetent per carnalitatem. Ideo lamentando dicebat Sophonias. ij. capi. Quomodo factum eſt in deſerto cubile beſtie. Iſti enim dicunt illud. ij. Regū. xiij. Cuba mecum ſoror mea. Iteꝫ ibi cubant illi qui nocent per murmur et detractionaꝫ loquacitatem. figurati ſcꝫ in ranis egypti. que aīalia ſunt clamoſa. de quibus dicitur exod. viij. Aſcendēt rane et ingredientur domū tuam et cubiculum lecti tui Unde detractoribus dicitur Oſee. vij. Non clamauerunt ad me in corde ſuo: ſed vlulabant in cubilib⁹ ſuis et ſuper triticum et vinum ruminabant. Non ſic chariſſimi: quia procerto non debet eſſe tale cubile. immo eſt et debet eſſe cubile ſecuruꝫ pro iuſto agmine quod eſt ſecundum. ¶ Tertio dico. ꝙ inuenitur cubile ſecre- E
tum pro ſacro lumine. Et iſtud eſt cubiculum conſciētie vbi lumen gratie debet infundi. quia reuera debet eſſe ſecretum et mundū. vnde de ioſaba filia regis ioram dicitur ꝙ ipſa paruulū regem ioas fratrem ſuuꝫ abſcondit cum nutrice ſua clam in domo domini. i. in cubiculo: qꝛ ſcꝫ quilibet noſtrū in cubiculo ꝯſcie dꝫ xp̄m recipere ſpūaliter ⁊ nutricē ſuam. i. diuinā grām cum eo collocare. iiij. Reg. xj. Et not. ꝙ iſtud debꝫ eſſe

Continentie floribus ornatū.
Sapientie clauibus ſeratum
Penitentie fletibus rigatum.
Iſta enim tria bene decent cubiculum ſeu ſecretam magni viri cameram. ſcꝫ
Quod floribus ornetur.
Quod clauibus claudatur.
Quod aquis refrigeretur ⁊ aſpergat
Ornetur ergo cubile mentis floribus continentie.

vnde Thobie. vj. Ingreſſus cubiculū per tres dies cōtinens eſto. Item claudatur ſeu ſeretur clauibus ſapientie. Eſa. xxvj. Audi popul⁹ meus intra in cubicula tua: claude oſtia tua ſuper te. Item rigetur fletibus penitētie ſeu etiam fletibus compaſſionis et clementie. ſicut de ioſeph legitur Gene. xliij. ꝙ videns fratres ſuos introiens in cubiculum fleuit. et de hoc cubili videtur loqui Joelis. j. vbi dicit. Cubate in ſacco miniſtri domini ⁊c. Iſtud eſt igitur cubile ſecretum in menſis lumine. ¶ Quarto dico. ꝙ inuenitur cubile quietum in celi culmine. et iſtud cubile nihil aliud eſt ꝙ quies ⁊ con- F
ſolatio glorie paradiſi. vnde de beata anima dicitur. Heſter. ij. Adducta eſt heſter ad cubiculum regis ⁊ de hoc cubili ipſum ſcilicet appetendo: videtur loqui anima deuota ipſi chriſto illud Canti. j. c. Indica mihi vbi paſcas: vbi cubes in meridie? Et ſic pꝫ quomō cubile vel cubiculū accipit i bono ſignificato ¶ Sed adhuc G
dico. ꝙ cubile vel cubiculum ſumitur in malo ſignifi-



Ayuntamiento de Madrid

cato. Nam cū cubile ſeu cubiculū ſit locus vbi dormi
tur Ubi etiam carnis opera ſecretius exercent. Nota
bo ꝙ ego inuenio quatuor malorū cubicula. ſ. cubile.
Carnis quod eſt immundorum,
Cordis quod eſt malignorum,
Mundi quod eſt auarorum.
Inferni quod eſt damnatorum.
¶ In primo cubili viget Carnalitas. q̄ multos infi-
cit. In ſc̄do cubili viget. Iniquitas que ſemper deficit
In tertio cubili viget. Cupiditas cui nihil ſufficit.
In quarto cubili viget Aduerſitas que malos afficit.
¶ De cubili carnalis delectationis dicitur. Gen̄. xlix.
Aſcendiſti cubile patris tui: non creſcas. Et loquitur
ibi de ruben qui propriā nouercā carnaliter fedauerat
Illa etiā heſter regina dicebat illud Heſter. xiiij. De-
teſtor cubile incircūciſorū. ¶ De cubili cordis ⁊ male
cōſcientie dicit in ps. Iniquitatē meditat⁹ eſt in cubi
li ſuo: aſtitit omni vie nō bone: maliciā autē non odi
uit. Et ſi vis de malo cubili cordis: allega illud Ezech.
viij. Certe vidi fili hominis que filij iſrael faciūt in te
nebris: vnuſquiſqꝫ i abſcōdito cubilis ſui. Et dic illas
abhominationes que ponuntur ſupra titulo de abho
minatione in figura expoſita. ſ. de illis qui vertebant
dorſum ad altare. De alijs qui plangebāt adonidem.
De alijs qui thurificabāt reptilib⁹ ⁊c. vide ibi. ¶ De
cubili mundi vbi habitant peccatores dicit Cant. iiij.
vbi ſcꝫ xp̄s vocat et inuitat animā ad exeundū de iſto
cubili dicens. Ueni de lybano ſponſa mea. Sequitur.
De cubilibus leonuꝫ: de ſpeluncis pardorum. In iſto
enim cubili cubant hodie ⁊ quieſcunt mundi diuites
et tyranni. figurati in illo dracone cui dicitur Ezech.
xxix. Ecce ego ad te draco magne qui cubas in medio
fluminum ⁊c. Expone figuram ſicut alibi. et ſi vis dic
omnia que dixi ſupra eodem titulo vbi inuenies cōtra
cubilia eccleſie. ⁊c. ¶ De cubili autem inferni vbi ſcilꝫ
damnati perpetuo cubant poteſt dici illud eſaie. lxv.
Uallis achor erit in cubile armentorū Achor interp̄ta
tur turbatio: qꝛ reuera vallis turbationis. ſ. infernus
erit cubile armētorū. i. brutaliū animaliū. i. peccatorū.
Sic ergo patet quō cubile ſumitur multis modis.

A **Cubitus.** Nota ꝙ cubit⁹ eſt quedā certa mē
ſura que a cubito brachij taliter nū
cupatur. Et qꝛ cū tali mēſura. mēſurata ſunt oīa que
facta ſunt in tabernaculo et in templo ⁊ qua etiā ſacra
ſcriptura multipliciter ſolet vti poſſum dicere ꝙ ſpiri
tualiter loquēdo per talem menſurā completā: ſigni-
ficatur dimenſio virtutum. qua tota quantitas vite
noſtre mortalis vel moralis debet eſſe menſurata. ⁊ ſic
dicam. ꝙ quia res non habet vt cōmuniter vltra qua
tuor dimenſiones que ſunt longitudo. latitudo ſubli-
mitas et profundum. igitur ſm̄ quālibet dimenſionē
debent in nobis eſſe diuerſi cubiti diuerſarum virtu-
tum: Unde longitudo perſeuerantie ⁊ longanimitatis
latitudo amicicie et caritatis. ſublimitas contempla
tionis et profunditas humilitatis: quandoqꝫ dicunt
centum vel mille cubitorum propter completā perfe-
ctionem. Quādoqꝫ quinquaginta propter futuri iubi
lei eterneqꝫ quietis expectationem. Quādoqꝫ ſexagin
ta propter fructus ſexageſimos que eſt corona doctoꝝ
propter completam ſcientiaruꝫ acquiſitionem. Qn̄qꝫ
quadraginta propter preſentis miſerie prolongationē
et propter penitentialem afflictionem Quandoqꝫ tri
ginta propter fidei trinitatis cum decalogo mandato
rum obſeruationem. Quandoqꝫ viginti propter deca
logum in caritate duplicatum. Quandoqꝫ decem pro
pter decalogum ſimpliciter obſeruatuꝫ. Qn̄qꝫ nouem
propter nouem ordinis angelorū conſortiuꝫ affectatū
Quandoqꝫ octo propter octo beatitudines. Quādoqꝫ
ſeptem propter ſeptem virtutes morales. Quandoqꝫ
ſex propter ſex opera pietatis. Quādoqꝫ quinqꝫ ꝓpter
quinqꝫ libros moyſi vel quinqꝫ vulnera chriſti. Quā-
doqꝫ quatuor propter quatuor euangelia vel quatuor
cardinales virtutes. Quandoqꝫ tria propter tres virtu
tes theologicas. Quandoqꝫ duo propter duo precepta
caritatis. Quandoqꝫ vnum propter fidem vnius dei-
tatis. iſta ergo applica et multiplica quotiens de cu-
bitis diuerſorum numerorum occurret: quia tranſeo
gratia breuitatis.

**Cultura. Cultus.** Superius dictū eſt
de colere et cultura. A
De cultu autem quantum eſt nomen ſignificans idē
quod ritus vel ornatus. Notandū eſt ꝙ cultus ſignat
exteriorem ritum obſeruationem et modum. Et ſumi
tur etiam aliquotiens pro ornatu: Notabo ergo. ꝙ in
uenitur in ſcriptura cultus.
Uirtuoſus quem debes facere.
Uitioſus quem debes fugere.
Curioſus quem debes ſpernere.
Primus eſt cult⁹ diuinitatis: ⁊ maxime cult⁹ altaris.
et obſeruantie eccleſiaſtice. Talis enim cult⁹ dꝫ fideli
bus obſeruari: ⁊ cū deuotione et reuerētia perfici ⁊ tra
ctari. Numeri. xviij. Omnia que ad cultū altaris per-
tinēt: ⁊ intra velū ſunt ꝑ ſacerdotes adminiſtrabant.
Et ſi vis dic. ꝙ illi qui cultui altaris ſunt dediti: debēt
Pietatis inungi liquore.
Honeſtatis veſtiri decore.
Sedulitatis citari vigore.
Lōganimitatis ligari tenore.
Uel ſi vis dic breuiusꝙ cultus diuinus dꝫ fieri et exer
qui videlicet.
Hūiliter cū ſubiectione.
Seduliter cum deuotione,
Perhēniter cū duratione.
Integraliter cū perfectione
Humiliter dico vnde Numeri. xvj. Separa uit vos deus vt ſerui retis ei in cultu taber
naculi. Seruire cum humilitatem deſignat. Seduli
ter vero exod. xiij. Cuſtodies huius cultū ſtatuto tem-
pore a diebus in dies. ideſt diligenter et ordinate Per
enniter etiam. vnde exod. xxvij. Perpetuus erit cultus
per ſucceſſiones eorum. Integraliter inſuper. ij. Para. B
xxix. Completus eſt cultus domus domini Iſte eſt igi
tur cultus diuinitatis. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt cultus
iniquitatis. Et iſte eſt cultus ydolorū. ſ. vitiorū vel de-
moniorū vnde de iniquis dicit. j. Petri. iiij. Quod ipſi
ambulauerunt in luxurijs. deſiderijs. violentijs. cōme
ſationibus. potatiōibus. ⁊ illicitis ydolorū cultibus.
¶ Tertio dico, ꝙ eſt cultus curioſitatis. ſ. cultus ⁊ or-
natus exterioris pompe ⁊ ornatus vnde. ij. Regū. j. In
planctu dauid dicitur. ꝙ ſaul preparabat ornamenta
aurea cultui filiaruꝫ iſrael. vnde de rege iuda et iſrael.
dicitur. ij. Paral. xviij. vterqꝫ ſedebant in ſolio ſuo ve-
ſtiti cultu regio. et talis cultus proculdubio eſt tempo
re triſticie obmittendus ⁊ ſemꝑ ab om̄i ſuperfluitate
reſecand⁹. ſicut exodi. xxxiij. de filijs iſrael qui adoraue
runt vitulū ꝯflatilē dꝛ ꝙ nullus indutus eſt cultu ſuo
⁊c. Uide de ornatu. et ſupra de Colere. A

**Cum.** ſuppoſitiue. Nota ꝙ cū quandoqꝫ eſt ad-
uerbiū tēporis. quādoqꝫ cōiunctio, ſiue di-
ctio optatiua vel cōiunctiua. ⁊ qn̄qꝫ prepoſitio deſer-
uiens ablatiuo. Primo ergo modo licet in concordan
tijs nihil dicatur de eo: tamen aliquid eſt dicendū. cū
enim accipitur quandoqꝫ pro qn̄: ſicut cū dicit Act. j.
Cum hec dixiſſet eleuatus eſt. Quādoqꝫ ſumitur pro
quoniā. ſicut Gen̄. xviij. Loquar ad dn̄m cum ſim pul
uis et cinis. Semper autē accipitur ſuppoſitiue. Sup
ponit eī̄ ſemper aliud: ſicut cuꝫ dicitur. Loquar cum
ſim puluis. Et cum hoc dixiſſet eleuatus eſt. et ſic ſem
per videtur ſignificare finem alicuius temporis prete
riti et principium ſequentis negocij futuri. ſicut in ps.
Ubi dicitur. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum
ecce hereditas domini. Et alibi. Cum exarſerit in bre
ui ira eius. beati omnes qui confidunt in eo. Seruit
enim ſemper optatiuo vel coniunctiuo modo. Igitur
cum proprie ſignificat certum tempus ad aliquod ne
gocium iam completum. Et moraliter loquendo: in-
ueniri poſſunt diuerſa tempora diuerſis negocijs ap-
plicata. et notabo ꝙ eſt.

Unum cum

Ayuntamiento de Madrid

B Unum cum pertinens ad deum.
Unum cum pertinens ad iuſtum.
Aliud cum pertinens ad beatum.
Aliud cum pertinens ad impium.
Aliud cum pertinens ad damnatum.
Cum ſignans tempus et cõplementũ actuũ diuinorũ
Cũ ſignans finẽ ⁊ explementũ operũ perfectorum.
Cũ ſignans horã ⁊ ſupplemẽtuʒ ſupernoruʒ gaudiorꝫ
Cum ſignans atqꝫ momẽtum ſcelerum iniquorum.
Cum ſignãs punctũ ⁊ nocumẽtum verberũ infernorꝫ
¶ Primo igitur dico de iſta dictione ſeu ſuppoſitione cũ inquãtum refertur ad tẽpus actuum diuinoruʒ Et ſic dico ꝙ actus chriſti poſſunt per dictionẽ iſtaʒ deſignari. Unde notabo ꝙ eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Dulcoris. | | Uenientem. |
| | Laboris. | | Cõuerſantem. |
| | Splendoris. | | Predicantem. |
| | Doloris. | | Morientem. |
| Cum | Amoris. | ſignans xp̃m | Redimentem. |
| | Uigoris. | | Reſurgentem. |
| | Honoris. | | Aſcendentem. |
| | Ualoris. | | Spm̃ mittentẽ. |
| | Rigoris. | | mũdũ iudicãtẽ. |

¶ Dico ergo ꝙ per iſtud cũ ſuppoſitiue: põt intelligi tẽpus dñice incarnatiõis: vñ de helya dr .iij. Reg. xix. Nã cũ ſurrexiſſet comedit ⁊ bibit: ⁊ cũ veniſſet ſedit in ſpelunca. Helyas eſt dei filius: qui ſurgens de ſinu patris carnẽ aſſumendo: comedit ⁊ bibit ſe mortalem oſtendẽdo et ſedit in ſpelunca vteri virginalis vel etiã mundi ibi pſonaliter aſſiſtendo. Et illud Mathei .ij. Cũ natus eſſet ieſus in diebus herodis regis: ecce magi ⁊c. Itẽ ſignat tẽpus dñice cõuerſationis que .ſ. fuit in cõuerſatione ⁊ paſſione: in penuria et labore: figuratus in helya ſub iunipero quieſcẽte. que ſcʒ eſt arbor pũgitiua. vnde .iij. Reg. xix. dicitur ſic. cunqꝫ veniſſet ⁊ ſederet ſubter vnã iuniperũ obdormiuit Sequit᷑ Ecce ad caput eius ſubcinericius panis ⁊ vas aque. Item ſignat tẽpus dominice predicatiõis. Uñ de ipſo aſcendẽte in montẽ dicitur Math. v. Nã cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſcipuli eius Et aperiens os ſuũ docebat eos. Item ſignat tẽpus dominice paſſionis et tribulationis vnde Marci .xv. dicitur. Nã cum pylatus cognouiſſet ꝙ ieſus mortuus eſſet: donauit corpus ioſeph. Itẽ ſignat tẽpus dñice redẽptionis ⁊ ad inferos deſcenſionis. De quo põt intelligi illud .iiij. Regũ. ij. Cunqꝫ deſcendiſſet in bethel: egreſſi ſunt filij prophetarum: q2 ſcʒ cũ xp̃s in infernũ deſcendit: inde ſanctos patres extraxit: et Math. viij. Cũ deſcendiſſet ieſus de monte: ſecute ſunt eum turbe multe. ſcʒ. captiuorum. Item ſignat tẽpus dominice reſurrectionis. vñ Joh. ij dicit᷑. Quod cũ ieſus reſurrexiſſet a mortuis. recordati ſunt diſcipuli: Itẽ ſignat tẽpus dñice aſcẽſionis vñ de xp̃o põt dici illud. Marci .iiij. qd̃ dr de ſinapi. Quod cum ſit minꝰ ſeminibꝰ: cum natuʒ fuerit aſcẽdit: ⁊ fit maius oĩbus oleribus. Et .ij. Reg. xv. dr. Cunqꝫ aſcẽderet dauid in montẽ: occurrit ei chuſi. Chuſi eñ interpretatur profunditas vel etiã archanũ: q2 archana ꝓfunditas paradiſi occurrit xp̃o homini aſcendẽti. Iteʒ ſignat tẽpus ſpiritꝰ miſſionis. vnde Joh. xiiij. Cum aſſumptus fuero a vobis mittã vobis eum Sequit᷑. Cũ autẽ venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatẽ. Itẽ ꝙ ſignificet tẽpꝰ iudicialis ordinationis ſeu punitiõis patet in p̃s. vbi dr. Cuʒ exarſerit in breui ira eius: beati oẽs qui cõfidunt in eo. Unde etiam de damnato dicitur. in p̃s. Cum iudicat᷑ exeat condẽnatus. De beatis vero in iudicio coronã ⁊ premiũ eternũ reportãtibus: dicit᷑ Math. xix. Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſup thronos. Sic ergo patet quõ iſta dictio cum refertur ad tẽpus actuũ diuinorũ.
C ¶ Secundo dico. ꝙ refert᷑ ad tẽpus ſeu ad cõplementuʒ operum perfectorum. Unde nota quod iuſti et perfecti habent ſuum cum: et ſuum quando et ſuam in bono ſuppoſitionem. Et ſic dico ꝙ ad eos pertinet cum.

Diligentie torporem excitantis.
Sapientie errorem refutantis.
Reuerẽtie tumorẽ reſecantis.
Continentie fetorẽ depurãtis.
Obedientie ſudorẽ nõ curãtis.
Amoris auide diligentis
Timoris profunde meditantis.
Doloris feruide penitentis

Nã cũ ergo ſignificet diligẽtiã: pʒ Math. xxiiij. vbi dr Uigilate. Beatus ille ſeruꝰ quem cũ venerit dñs eius inuenerit ſic facientẽ Itẽ ꝙ ſignificet ſapiam: patet. Prouerb. xxiiij. vbi dicitur Cũ vidiſſem: poſui i corde meo: et exemplo didici diſciplinam et .j. Reguʒ. xix. Cum ſerui ſaul vidiſſent cuneũ ꝓphetaruʒ vaticinantium: ꝓphetare ceperunt etiã ipſi. Prophetia eñ ⁊ diſciplina ad ſapientiã ſpectant. Itẽ ꝙ ſignificet reuerẽtiam: patet .j. Regum. xxv. vbi dicit᷑. Nã cum abigayl vidiſſet dauid: deſcẽdit de aſino ⁊ adorauit. et iudicuʒ. xiij. dicitur. Nã cum manue ⁊ vxor angeluʒ vidiſſent: ceciderunt proni in terrã. Itẽ ꝙ ſignificet cõtinentiaʒ patet .iiij. Reg. iiij. Nã cum vidiſſet eam helyſeus ait. Ecce ſunamitis illa. Itẽ ꝙ ſignificet obedientiã ⁊ etiã humilitatẽ: patet Luc. xvij. vbi dicitur Cum oĩa feceritis: dicite ſerui inutiles ſumus: que debuimus facere fecimus. Itẽ ꝙ ſignificet amorẽ patet Joh. xiij. vbi de xp̃o dicitur. Cum dilexiſſet ſuos: in finem dilexit illos. Item ꝙ ſignificet timorẽ: patet iob. xlj. vbi dicit᷑. Cum ſubleuatus fuerit: timebunt eum angeli: Et de pylato legitur. Nã cuʒ audiſſet hunc ſermonẽ: magis timuit. Et de phytoniſſa dr .j. Regum. xxviij. Nã cum vidiſſet ſamuelem reſuſcitatũ. exclamauit. Sequit᷑. Noli timere ⁊c. Item ꝙ ſignificet contritionis dolorem: pʒ iob. xvj. vbi dicitur. Mulier cum parit: triſticiam hʒ: cum autẽ peperit: non meminit preſſure propter gaudium quia natus eſt homo in mundũ. Patet igitur quõ cuʒ refertur ad tempus operum perfectorũ ⁊ virtuoſorum
¶ Tertio dico ꝙ cum: quandoqꝫ refertur ad tempus ſupernorum gaudioruʒ. Et ſic dico. ꝙ cum ſignat.
Abundantiam indefectibilem.
Excellentiam ineſtimabilem.
Tranquillitatem imperdurabilem
Securitatem interminabilem. D
¶ Dico ergo ꝙ cum: q̃rum ad tẽpus future glorie paradiſi ſignat ibi eſſe perfectã abundantiaʒ .j Cor. xiij. Cum venerit qd̃ perfectum eſt: euacuabit᷑ quod ex parte eſt: Item ſignat ibi eſſe honoris excellentiã. vnde co. iij. Cum xp̃s apparuerit vita veſtra: tũc et vos apparebitis cum ipſo in gloria. Item ſignat quietis ſeu tranquillitatis cõplacentiã. p̃s. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini. Item ſignat ibi eſſe ſecuritatis ⁊ eternitatis durabilẽ permanentiam. j. corin. xv. Cũ mortale hoc induerit immortalitatẽ tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria. q. d. ibi nullus amplius morietur. Refertur igitur iſta ſuppoſitio cum: ad tempꝰ ſupernorum gaudiorũ. E
¶ Quarto dico ꝙ refertur ad opus hoĩm impiorum. Et ſic dico ꝙ per iſtã dictionem cum: poſſunt ſignificari omnia facta et opera vitioſa. ¶ Et ſic dico. ꝙ per iſtam dictionem cum ſignificatur.

Fallacia ſimulatiua.
Duricia obſtinatiua.
Luxuria maculatiua.
Inuidia ſtimulatiua.
Stulticia male meditatiua.

De fallacia patʒ .ij Mach. v. vbi de crudeli principe appolonio dr. ꝙ cũ veniſſet in hieruſalẽ pacem ſimulans: multos iudeos interfecit. De obſtinationis duricia: dicitur Prouer. xviij. Impius cum in profundũ peccatorum venerit, contemnit. De immundicia ſeu luxuria dicitur. Gene. xij. Noui ꝙ pulcra ſis mulier: et cum viderint te egiptij interficient me: et te ſeruabunt. De corruptione etiam luxurie; poteſt dici illud. Gene. vj. ca. Cunqꝫ vidiſſet deus terram eſſe corruptam; omnis quippe caro corruperat viam ſuam dixit ad Noe. Finis vniuerſe carnis venit coram me. De inuidia vero ſeu nequicia: patet Gen. xxxvij. vbi



Ayuntamiento de Madrid

de illis iniquis fratribus inuidentibus ioſeph dicitur Mõ cū vidiſſent eum procul: dixerūt: Ecce ſomniator venit: venite occidamus eum. De ſtulticia autem dr. Eccl.x. Stultus iuxta viam ſuam ambulans: cū ipſe inſipiens ſit: omnes ſtultos exiſtimat: ⁊ ſic oīa alia vi

F tia potes applicare: ad dictionē iſtam. ¶ Quinto vero dico. ꝙ cū refertur ad ſtragem infernalium tormentorum. Ipſa enim pena eterna poteſt intelligi per cuꝫ et ſic poteſt de damnatis dici illud. ij. Reg. xiij. Cuꝫ temulentus fuerit amon percutite ⁊ interficite eum. qꝛ ſcꝫ poſtꝙ amon. i. peccator vitijs inebriatꝰ: finaliter i inferno interficitꝰ et punitꝰ. Hiere. xlj. Cum veniſſent ad medium ciuitatis. ſ. infernalis interfecit eos yſmael. i. dyabolus. Sufficiat ergo de cum ſuppoſitiue ſumpto quia per totam bibliam ſunt autoritates infinite: licet in concordantijs nihil ponatur ⁊c.

A **Cum.** prepoſitio. dictū eſt ſupra de cū ſuppoſitiuo et determinatiuo qđ eſt ꝯiunctio copulatiua. Nūc dicendū eſt de cū cōiunctiuo vel colligatiuo. quod eſt prepoſitio cōiunctiua. Igitꝰ cū iſtud cū: ſit ꝓpoſitio ſeruiens ablatiuo que ſemꝑ eſt duorū media terminorum: faciēs inter ipſos copulam atq; ligam. Poſſum dicere ꝙ per iſtā dictionē cū. ſic aſſumptam pōt intelligi quelibet cōcors ſocietas ſeu ligans ꝯcordia inter partes diuerſas: ſiue bona fuerit ſiue mala. Nota ergo ꝙ cum ſignat ſocietatem.

Maieſtatis ſuperne.
Caritatis fraterne.
Prauitatis externe.

Dico ꝙ eſt vnū cū dei. iuſti ⁊ impij. Uñ poſſum dicere ꝙ deus copulatꝰ mirabiliter. Iuſtus copulatur virtualiter. Malus copula

B tur damnabiliter. ¶ Dicam ergo ꝙ eſt vnū cū. i. vna ſocietas et caritas: que ſpectat ad dei maieſtateꝫ. Dato enim ꝙ ſubſtātia corporis celeſtis: cuicunq; rei inferiori elementari miſceri nequeat vllo mō cū de incorruptibili ⁊ corruptibili per modū mixtionis nullatenus fiat vnū virtus tamen celeſtis cū rebus elemētaribus in inferioribus diuerſimode ꝯiungitur ⁊ miſcetꝰ virtute cuius cōmixtioni occulte: inferiora preualent: et in ſuis actibus roborātur ⁊ etiā ſine iſta cōiunctione ⁊ cōmixtione oīa corrūperentꝰ et in nihilū verterentur. Omne eñ mixtū: vitā habet ⁊ exiſtentiā a ſuperiorum influentia ⁊ virtute. Sic reuera chariſſimi dico. ꝙ licet dignitas et autoritas diuina talis ⁊ tanta ſit: ꝙ nulla res creata ſua ſocietate ſit digna nec digne poſſit cum ea copulari Iob. ix. Uere ſcio ꝙ ita ſit ꝙ nō iuſtificetur homo cōparatus deo ſi voluerit cōtendere cum eo: nō potuit reſpondere vnū de mille: nihilominus et ex influentia gratie multipliciter cōiungitꝰ vniuerſis. ⁊ diuerſimode ſocietatē contrahit cum eiſdem ipſis ⁊ cū ipſis cōmunicās bona. ps. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine. Ipſe eſt eñ qui dicit prouer. viij. Delicie mee eſſe cū filijs hoim. Quāuis enim alia ſit natura auium: ⁊ aliarū beſtiarū ſeu hominū: ſicut dicit apoſtolus. j. Corin. xv. Sic tamen eſt ꝙ multe inueniuntur aues que ſocietatē humanam diligunt: et cum hominibus viuere: ⁊ iuxta domos humanas habitacula ſua facere ſemper querūt: ſicut patet de cyconijs ⁊ columbis. Sic vere illa excellens natura diuinitatis ſocietatem hominis non refugit ſed cum ipſo delicioſum eſſe reputat. ⁊ ſe ſibi communicat ⁊ diffundit Delicie inquit mee cum filijs hominum vnde Apoca. xxj. dicitur. Ecce tabernaculum dei cum hominibus ⁊ habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt: et ipſe

C deus cum eis erit eorū deus. In quibus verbis aduerte quadruplicem modum quo deus eſt nobiſcum. vꝫ.

Materialiter: naturam induens.
Sacramentaliter. figuram exuens.
Spiritualiter gratiam influens.
Imperialiter. gloriam tribuens.
¶ Natura carnalis hunc veſtit homine,
Figura cibalis hunc velat turbine.
Gratia mentalis hunc dat cum lumine,
Gloria realis hunc dat in culmine,

Dico igitur. ꝙ xp̄s eſt cum hominibus. Materialiter per carnis aſſumptionem Ecce taber. dei cum ho. Sacramentaliter. per panis conuerſionē. Habitabit cuꝫ illis. Spiritualiter. per gratie infuſionem. Ipſi inquit populus eius erunt: et ipſe deus. Imperialiter per glorie collationem: Cum eis erit eorum deus. ¶ Dico ergo primo. ꝙ deus nobiſcū eſt corporaliter veſtitus homine: et hoc eſt per beatā incarnationē in qua ſcꝫ ipſe perſonaliter venit: ⁊ cū hominibus viſibiliter habitauit. Figuratus in rege ſaul: de quo dicitur. j. Reg. x. Ipſe venit ad cuneum prophetarū: et inſilijt in eum ſp̄us domini: et mutatus eſt in virum alterum ⁊ prophetauit cum eis. Iſte enim in virū alterū mutatus dicitur: inꝙtuꝫ de deo factus homo: natura dūtaxat diuinitatis nullatenus immutata cū prophetis ⁊ apoſtolis perſonaliter prophetauit: vt de eo cuꝫ hoibus viſibiliter conuerſante: dicatur illud Baruc. iij. Poſtea in terris viſus eſt. et cū hominibus conuerſatus eſt. Et ideo de iſto cum. i. de iſta perſonali ſocietate potuit dici ipſi humane nature ſic aſſumpte ⁊ etiam humano generi ſic perſonaliter viſitato. illud deut. xxxj. Dñs qui ductor veſter eſt: ipſe erit tecum: nō dimittet te: neq; derelinquet. Et vere tecū erit ⁊ non dimittet te qꝛ. ſ. dei filius nunꝙ per mortem naturam humanam quam aſſumpſit: amplius dimiſit: immo fuit ſemper ſecum. Nam ſecum fuit.

De matre exiens.
Per mundū gradiens
Baptiſmum capiens
Miranda faciens.
Doctrinā faciens.
In cruce moriens.
Sub tumba dormiens.
Infernum adiens.
De morte rediens.
Ad celum abiens.
Secum erit.
De celo veniens.
Gloria potiens.

Iſte eñ ſunt duodecī reuolutiones ſolis iuſticie: quibꝰ perſonaliter ſtetit cum hoie dicens illꝰ. ij. Reg. xvij. Fui tecū in omnibus vbicunq; ambulaſti. Et. ij. Reg. xiij. Dñs deus tuus tecū eſt. Si vis cōcordare de ſingulis: vide in cōcordantijs de Mecū Tecum Secum. Nobiſcū. Uobiſcum qꝛ tranſeo gratia breuitatis. Eſt igitur deus nobiſcum veſtitus hoie Mathei. xxviij. Ecce ego vobiſcum ſum oibus diebus vſq; ad conſummationē ſeculi. Et iſte modꝰ corporeꝰ eſſendi nobiſcum. oſtenditur in autoritate cum dicitū eſt. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Corpus enim aſſumptum vocauit tabernaculum: quod ſcilicꝫ per natiuitatem fuit erectum et per mortē depoſitum et deiectum: et in ſepulcro plicatum: ⁊ iteruꝫ per reſurrectionem extentum: nunꝙ tamen a deo depoſituꝫ vel dimiſſum Pſalm. Tabernaculum eius in circuitu eiꝰ

D ¶ Secundo dico: ꝙ deus eſt nobiſcum ſacramentaliter: velatus tegmine: qꝛ ſcꝫ in ſacramento altaris deus eſt nobiſcum ſub aliena figura et ſub coperculo accidentium quod oſtenditur cum dicitur. Habitabit cū illis, ſupple in ſacramento. Oculus enim corporeus ſolem reſpicere vel videre nequiret: niſi ipſuꝫ nubes ſeu obumbraculuꝫ operiret. Sic vere nec corpus xp̄i quod glorioſum eſt et claritate inextimabili plenum: oculis noſtris videri nequiret: niſi ipſum aliena figura veſtiret. Et ideo ſe voluit ſub panis ſpecie occultare: vt nobiſcum poſſet vſq; ad finem ſeculi habitare. Habitabit inquit cum eis Unde Hieremi. vij. capi. Habitabo vobiſcum in loco iſto. et eſaie. lxij. Habitabit iuuenis cum virgine ideſt habitabit xp̄s cum panis ſpecie que ſcilicet virgo dicitur. eo quod ſterilis a panis ſubſtantia reperitur. Xp̄us ergo nobiſcū eſt ſacramentaliter ſub panis tegmine. ¶ Tertio dico. ꝙ deus nobiſcū

E eſt ſpiritualiter gratie lumine qꝛ ſcilicet deus eſt ſemper cum homine in gratia cōſtituto: quod oſtenditur cum dicitur. Ipſi populus eius erunt: gratia enim dei vel etiam ipſe deus quando nobiſcum eſt gratiam infundendo: facit nos populum ſuum eſſe. ps. Nos autē populus eius et oues paſcue eius. Sicut enim ſol intrat ſtatim cameram per feneſtram ſi aperueris ⁊ obſtaculuꝫ

Ayuntamiento de Madrid

ſtaculum amoueris tibiq; totum exhibet ſe preſentem
per radios quos infundit. Sic deus ſtatim quãdo ob-
ſtaculum peccati tollis: feneſtrãq; .i. voluntatẽ cordis
ſibi aperis: paratus eſt ſubintrare. radios ſue gratie
infundere ⁊ te per gratiã illuſtrare. ⁊ tecum ſpũaliter
habitare: dicens illud Apocal. iij. c. Ecce ſto ad oſtium
et pulſo. ſi quis audierit vocem meã: ⁊ aperuerit ianu-
am: introibo ad eũ. ⁊ cenabo cũ illo: ⁊ ille mecũ. Ipſi in
quit populus eius erũt. Unde de iſta cũ .i. de iſta ſpiri
tali ſocietate dei qua nos ipſius populũ facit eſſe po-
teſt dici in perſona ipſius illud Oſee. ij. Percutiaz in-
quit fedus in die illo cum beſtia agri. et cum volucrẽ
celi. et cum reptili terre. Sequitur. Et dicam non po-
pulo meo: populus meus es tu. Notabo ergo. ꝙ deus
per gratiam eſt cum homine: tanꝙ.

Auxiliator fortiſſimus.
Conſiliator certiſſimus.
Illuminator clariſſimus.
Purificator mundiſſim⁹.
Pacificator mitiſſimus.
Liberator tutiſſimus.
Conſolator dulciſſimus.

Dico ergo ꝙ ipſe illos
cũ quibus ẽ per grãm
ſolet auxiliãdo fortifi
care. Joſue. vj. Dñs te
cũ virorũ fortiſſime. ⁊
Hier. xx. Dñs mecũ
eſt tanꝙ bellator for-
tis. et Numer. xxiij. Dñs deus eius cũ eo eſt. ⁊ clangor
victorie regis in illo. Et hoc eſt qđ petebat ſapiens in
illo Sap. ix. Mitte inquit ſapientiã de ſede maieſta-
tis tue: vt mecuz ſit ⁊ mecũ laboret. ſ. in tribulationib⁹
huius mundi: qđ annuens ipſe dñs in ps. dicebat. Cũ
ipſo ſum in tribulatione: eripiã eum: ⁊ glorificabo euz
Item eſt cũ eis tanꝙ conſiliator: doctor ſeu pdicator
certificans vnde ipſe dicit. Ezec. ij. Fili hoĩs ſta ſup pe
des tuos et loquar tecum. Itẽ cũ eis eſt tanꝙ illumi-
nator clarificans: Ideo petebant lumẽ eius illi qui di
cebant. Luc. xxiiij. Mane nobiſcũ domine quoniã ad
veſperaſcit. Item eſt cum eis tanꝙ purificator mundi
ficans. Nam vbicunq; ſit purificat culpe ſordes. vnde
de puero iohe. i. de quolibet hoĩe puro: dicitur Luce. j.
Quiſputas puer iſte erit? etenim manus dñi erat cuz
illo. Item eſt cũ eis tãꝙ confederator pacificãs Geñ.
vj. Recordabor federis mei qđ pepigi tecũ. et. xv. Pe-
pigit dñs fedus cũ abraaz. item eſt cum eis tanꝙ libe
rator ſaluificans. eſa. xliij. Cum tranſieris per aquas
tecum ero ⁊ flumina nõ operient te: cuz ambulaueris
in igne: non cõbureris. Item eſt cũ eis tanꝙ ↄſolator
dulcificans Ezech. iij. Manus dñi erat mecũ confor-
tans me. et Hiere. j. Noli timere q: ego tecum ſum vt
eruam te ⁊ breuiter tu inuenies ꝙ deus quando eſt cũ
homine per gratiam: facit ei cuncta bona. ps. Boni-
tatem feciſti cũ ſeruo tuo dñe. Patet ergo quomodo
F deus eſt nobiſcuz ſpũaliter gratie lumine. ¶ Quarto
dico: ꝙ ipſe eſt cũ homine ſupernaturaliter cuz glorie
culmine ſcilicet in gloria paradiſi: quod oſtenditur cũ
dicitur. Deus cum eis erit eorum deus. Cum eis enim
eſt deus in patria dans.

Pacem que non perturbatur.
Requiem que non moleſtatur.
Gloriam que non minoratur.
Leticiam que non contriſtatur.

De pace dicit. j. Reg. xx. Uadas in pace: ⁊ ſit dñs tecũ
De requie dicitur. ij. Regũ. xix. Ueni mecum vt requie
ſcas ſecurus in hieruſalẽ De gloria vero dicit in. ps.
Cum gloria ſuſcepiſti me. De leticia autẽ dicit in. ps.
Implebis me leticia cum vultu tuo delectationes in
dextera tua vſq; in finem. Patet igit quõ de⁹ quadru
plex eſt cũ homine. Et quõ per cũ intelligit vna ſocie-
tas pertinens ad dei maieſtatem. ¶ Sed quid procer
to peccatores non poſſunt dicere ꝙ habeant deũ ſecũ
nec per gratiã in preſenti. nec per gloriam in futuro et
ideo non mirum ſi eis eueniãt multa mala. Deus eſt
enim ſicut ille lapis precioſus qui dicitur ſaphyrus.
Eſt enim quedam ſpecies ſaphyri: que ſua preſentia: ſi
digne portetur ꝓut dicit in lapidario. dicitur diſcor-
des conciliare. ardores ſedare: ſanguinem ſtringere. ve
nenis obuiare: leticiam generare: carceres aperire. et ta
cta vincula reſerare. Sic vere quando deus per gratiã
eſt cum homine diſcordes pacificat. ardorem tentatio
num temperat: ſanguinem carnalitatis ſtringit vene
nis maliciarum et inuidiarum obuiat. leticiam ſpiri
tualem parat. carcerem obſtinationis reſerat: ⁊ vincu
la male conſuetudinis caſſat et ſic hominem a pericu
lis liberat atq; ſanat vt ſic de ſapiẽtia increata vel de
dei gratia dicat quilibet ſic aſſociatus illud Sap. vij.
Uenerunt mihi omnia bona pariter cũ illa. ⁊ innume
rabilis honeſtas per manus illi⁹ ⁊c. Sed reuera ſi iſte
lapis deus a nobis ſubtrahitur ſcʒ per peccatũ: tunc
mala oĩa ſubſequunt. ſimilis illi herbe cum qua peon
hominẽ occiſum a baſilico ſuſcitauit dum ori eius ap
poſuit ſubtracta vero herba ad aſpectum baſiliſci in-
teribat: ſicut ſupra poſui ca. de Corona. De herba etiã
dicta balim. dicit xanctus hyſtoriarũ ſcriptor. Qđ ho
mo interfectus a dracone per ipſius preſentiã reſurre
xit. Talis procerto eſt xps q: ſi cuz homine preſens fue
rit: mortẽ culpe auferet: ⁊ vitam gratie reparabit. eius
vero abſentia contrariũ perpetrabit. Deut. xxxj. Uere
quia non eſt deus mecũ: inuenerunt me hec mala. Et
ſi vis ſcire qui ſunt illi qui non habent deum ſecũ. Di-
co ꝙ iſti deſcribuntur. Job. xxviij. vbi de ſapientia dei
patris ideſt de chriſto dicitur ſic. Sapiẽtia vbi inuenie
tur? aut quis locus intelligentie? Neſcit hõ precium
eius: nec inuenitur in terra ſuauiter viuentiũ abyſſus
dicit non eſt in me. ⁊ mare loquitur non eſt mecũ. qua
tuor enim ſunt qui iſta ſocietatẽ carent ſcʒ hõ ſuauiter
viuens: abyſſus et mare. Homo eñi qui caret cauda: ſi
gnat finem non cogitantes. Suauiter viuens: ſignat
luxurie vacantes. Abyſſus inſatiabilis: ſignat auaros
ambientes. Mare vero quod eſt tumultuoſum ⁊ ſpu
mat: ſignat ſuperbos fluctuantes. Iſti enim de xpo poſ
ſunt dicere. Non eſt mecũ. Quia ſicut ipſe dicit in ps.
Cum hominibus operantibus iniquitatẽ non cõmu
nicabo cum electis eorũ. Non ſic igitur chariſſimi: ſʒ
faciamus ꝙ ipſe ſemper ⁊ continue ſit nobiſcũ. q: pro-
certo ſi cum ipſo fuerimus ipſe etiã nobiſcum nõ dedi
gnabitur remanere. Juxta illud. ij. Para. xv. Domin⁹
vobiſcum q: fuiſtis cum eo. Patet igitur quomõ per
cum: intelligitur quedã ſocietas pertinens ad dei ma-
ieſtatẽ. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt vnuz cũ. i. vna ſocietas G
pertinens ad iuſti ſocietatem ſeu caritatẽ. Alia eñ do
meſtica et mitia ſemper volunt eſſe vnum cuz altero.
oditunt enim ſolitudinẽ: et diligunt comitiuam: ſicut
patet in ceruis. ouibus bobus. gallinis. anſeribus. tur
turibus. ⁊ columbis. Sic vere bone et domeſtice per-
ſone in ſociali caritate gaudent viuere ⁊ alter cum al-
tero eſſe ſtudent. vnde apoſtolus. Si fieri poteſt: cum
omnibus hominibus pacez habentes. Unde nota. ꝙ
homo debet tripliciter vti iſto cum. i. iſta copula ſocia
li: ſcʒ interius: vt ſit cum ſeipſo. Exterius: vt ſit cuz pro
ximo. Superius. vt ſit cum deo. Cum ſeipſo: quãdo ex
terius non occupatur. Sicut dicebat Seneca in epiſto
la. Neminẽ inuenias cum quo mallis eſſe ꝙ tecũ. Cũ
proximo eſt quando eidẽ intime copulatur. Eccli. xxij
Fidem habe cum proximo tuo Cũ deo: quãdo ei deuo
tius famulatur. vnde ſibi dicit dominus illud Luc. xv.
Fili tu ſemper mecum es: ⁊ omnia mea tua ſunt. et bre
uiter de bona ſocietate bonorũ: poſſumus exponere il-
lud Gene. vj. Noe vir iuſtus atq; perfectus cuz deo am
bulauit. Ubi aduerte. ꝙ viri boni debent triplicem ſo-
cietatem ſectari: videlicet proximi ſui et dei. Et ſic vn⁹
de altero poteſt dicere domino. Sit mecum. ſit tecum
ſit ſecum. Sit dico mecum charitatiue. Sit ſecum me
ditatiue. Sic tecum o deus famulatiue. Sit mecuz iũ
ctus affectibus et ſimilis in geſtis. Noe. Sic ſecuz ple
nus virtutibus et bonis adiectis. Juſtus. Sit tecum
cordis aſpectibus in celum erectis. Cum deo. Primuz
probat requies charitatis fraterne que facit delectari
Noe inquit. ideſt requieſcens. Secundũ probat acies
bonitatis interne: que debet augmentari. Juſtus inqt
atq; perfectus. Tertiũ probat ſpecies deitatis eterne.



Ayuntamiento de Madrid

que debet affectari vel etiam frequentari; Jdeo dicitur Cū deo ambulauit. Et ſic dico. ꝙ vir bonus debet.
Exterius ſociari hominibus. Noe.
Interius coniugari cum virtutibus. Juſtus.
Superiꝰ copulari cū numinibꝰ. Cū deo ambulauit.
Dico ergo p̄rimo ꝙ apud iuſtos eſt vnū cū: exteriꝰ ſociatiuū: qđ facit caritas. et iſtud nihil aliud eſt ꝙ̄ bona bonorū ſocietas que a bonis debet exterius frequētari. qđ oſtenditur cū dr̄. Noe. qđ interp̄retat̄ reqēſcēs q̄r ſcʒ nulla maior requies ꝙ̄ in amore fraterno vel ſocietate bonorū Eſa. xj. Habitabit lupus cum agno: et pardus cū hedo accubabit: vitulꝰ leo ⁊ ouis ſimul morabuntur. Sic requieſcent catuli eorū. Stella enim bona ſi cum alia ſtella bona coniungitur: vtriuſq; bonitas augmentatur. ita ꝙ eorum virtutes meliores et efficaciores in inferioribus ſentiuntur. Sic vere bonorū bonitas augetur quādo vnus cū alio mētaliter per caritatem: vel etiā realiter per perſonalē ſocietatē vnit̄. Noe inquit. vnde Gene. vij. ca. Jngreſſus eſt noe. filij eius; vxor eius. ⁊ vxores filiorum eius cum eo in archā. Et. c. viij. dr̄. Quod recordatus eſt dn̄s noe. ⁊ cūctorū animantium que erant cum eo. Et ſi vis nota. ꝙ nos debemus manere et cohabitare.

Cum.
- Innocentibus ipſos imitando.
- Indigentibus ipſis miſerando.
- Laborantibus ipſos adiuuando.
- Penitētibus ſeu lamētantibꝰ ipſos ꝯſolādo.
- Delinquentibus ipſos caſtigando.
- Ignorantibus ipſos informando.
- Infirmantibus ipſos viſitando.
- Contemplantibus ipſis miniſtrando.
- Predicātibus ipſos audiendo.
- Patientibus ipſos condolendo.
- Triumphantibus ipſis congaudendo.
- Preſidentibus ipſis ſeruiendo.
- Seruientibus ipſis applaudendo.

N ¶ Dico igitur p̄rimo. ꝙ nos debemꝰ eſſe cū innocentibus ad eos imitandū. ps. Cū ſancto ſanctus eris: et cum viro innocente innocēs eris. Itē cū indigentibus ad eis miſerandū. exēplo thobie: de quo dicitur thob. iiij. Panē tuū cum indigentibus ⁊ egenis comede. ⁊ de veſtimētis tuis nudos tege. et. iiij. Reg. xiij. Reduc eū tecū vt comedat panē. Itē cum laborantibus ad eos adiuuandū. ſeu cū iniuriam ſuſtinētibus ad eos liberandū. Sap. ix Mecū ſit et mecū laboret. dicens cuilibet tribulato illud Hiere. xv. Bellabunt aduerſū te: et p̄reualere non poterunt: q̄r tecum ſum vt ſaluem et eruam te. Item cū lamētantibus ad conſolandū. eccli. vij. Non deſis plorantibus in conſolationē. ⁊ cū lugentibus ambula. Item cum delinquētibus ad caſtigandum: dicens illud ezech. xx. In manu valida ⁊ in brachio extento. ⁊ furore effuſo regnabo ſuper vos: ⁊ adducam vos in deſertū populorū ⁊ iudicabor vobiſcū. Itē cum ignorātibus ad informādū ſeu predicandū: Luc. xxiiij. Locutus ſum ad vos cum eſſem vobiſcū. et Mathei. xxvj. Quotidie vobiſcū eram docens in templo. Item cū infirmantibus ad viſitandū. Eccli. vij. ⁊. viij Non te pigeat viſitare infirmū. Sequitur. Non litiges cum homine potente. Itē cū contemplātibus ad eis miniſtrandū et aſſiſtendū. Apoca. xiiij. Vidi ſupra montē ſyon agnum. ſtantē idest contemplatiuū ſpeculantem: et cum eo centū quadraginta quatuor millia; quia procerto viros ſpeculatiuos et ſcientificos debet aliorum multitudo ſectari. Item cum predicantibus ad eos audiendum Prouer. xiij. Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit. Item cū patientibus ad eis condolendum. Unde ſic dicat cuilibet patienti illud Luc. xxij. Paratus ſum tecum et in carcerem ⁊ in mortem ire. Item cum triumphantibus ad eis ꝯgaudendum; Roma. xij. Gaudere cum gaudentibus: itē cū preſidētibus ad ipſis ſeruiendū. ſeu cū p̄relatis ⁊ maioribꝰ ad eis obediendū. j. Paral. xij. Tui ſumus o dauid ⁊ tecū p̄hili yſai. j. Eſdre. x. Tuum eſt diſcernere: noſq; eximꝰ tecum. item cum ſeruientibus. idest cum ſubditis ⁊ humilibus ad eis applaudēdum atq; fauēdum Marci. j. Erat cum beſtijs: ⁊ angeli miniſtrabant ei: illis enim debet angelus miniſtrare: qui beſtiarum idest ſimplicium et pauperum familiaris: et ſocius nouit eſſe. Patet igitur quomodo apud iuſtos eſt vnū cum: exterius ſociatiuū. Noe inquit. idest in amore. requieſcens fraterno. ij. Regū. ix. Ueni vt requieſcas mecū ſecurus: et Gen. viij. Noe et cum eo vniuerſa animantia ⁊ iumenta de archa egreſſa ſunt. ¶ Scđo dico. ꝙ eſt vnum cum interius fecundatiuum. Et iſtud nihil aliud eſt ꝙ̄ illa ſocietas quam habet vir perfectus cū virtutibus que ſcilicet ipſum iuſtum faciunt perfectum ꝙ̄diu comitatur eaſdem: quod oſtenditur cum dicitur. Uir iuſtus atq; perfectus. Uirilitas enim: iuſticia et perfectio dependent a virtutibus. Perfectum enim dicitur cui nihil deficere comp̄robatur. igitur moribus ille perfectꝰ dici meretur: quem virtutum multiplicitas comitat̄. I
Et ſic notabo. ꝙ talis debet eſſe.

Cum.
- Juſticia virtutes regente.
- Clementia pauperes fauente.
- Decentia bona regente.
- Continentia carnem refrenante.
- Sapientia totum gubernante.
- Patientia mentem ſolidāte.

De iuſticia dr̄. Apoca. xix. Fidelis ⁊ verax cum iuſticia iudicat ⁊ pugnat. De clemētia dicat dn̄s in ps. Ueritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo. Et ipſe dicat illud iob. xxxj. Ab infantia creuit mecū miſeratio. De decētia ſeu pulcritudine honeſtatis dicat illud ps. Pulcritudo agri mecum eſt: De continentia vero ⁊ mundicia caſtitatis: dicit illud. iob. xxxj. Pepigi fedus cum oculis meis vt non cogitarem quidē de virgine: vt ſit de illis de quibus dicitur Apoca. xiiij. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. De ſapientia dicitur. Neminē diligit deus niſi qui cū ſapientia inhabitat. De patiētia vero et fortitudine: dicat illud Prouer. viij. Mea eſt prudentia: mea eſt fortitudo. Sequitur. Mecū ſunt diuitie et gloria: opes ſuperne et iuſticia. Opes enim ⁊ diuitias vocat ⁊ abundantiā virtutū. que idem eſt ꝙ perfectio ſeu iuſticia. iuſtus inquit vir et perfectus. Unde infra de viro: ⁊ de iuſticia: et de perfectione. Sic igitur patet ꝙ eſt vnū cū: interius fecundatiuū. ⁊c. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt vnū cū: ſuperius copulatiuū. Et hec eſt illa charitatiua ſocietas que cū deo copulat virum iuſtū. Cū deo inquit ambulauit. Malac. ij. in pace et equitate ambulauit mecum. Omnia enim volunt eſſe cū illo a quo habēt eſſe. Patet de piſcibus qui ſemper volūt eſſe cū aqua. Aues cum aere. animalia cū terra. et q̄r totum eſſe noſtrū tā naturale ꝙ̄ fortunale ꝙ̄ etiam morale a deo eſt. iuxta illud. j. Corin. xv. Gratia dei ſum id qđ ſum. ideo valde debemus appetere in eo ⁊ cum eo ſemper eſſe. Unde nota ꝙ iuſti ſunt cum deo. in conſcientia dum ipſum diligunt; ſibi adherentes. ſtabiliter. in eccleſia dum ipm̄ eligunt: ſibi ſeruientes: humiliter. in patria dum ipm̄ colunt: ipſo perfruētes. alacriter. ¶ Dico ergo ꝙ ſunt cum deo in ꝯſcientia ſibi ſtabiliter adherentes. ⁊ iſtam copulā cum deo facit caritas et gratia que deū ⁊ hominem coniungunt. Unde etiam ipſe deus loquens homini in ſcriptura; videtur iſtam ſocietatē conſulere dicens. iiij. Regū xviij. Facite mecum quod vobis vtile eſt. Et ſi queris ab eo quod ſit quid vtile eſt facere ſecum? Reſpondere poteſt per hec verba.

Mecū
- Uigilate.
- Properate.
- Laborate.
- Perſeuerare.
- Aſcendite.
- Diſcernite.
- Addiſcite.
- Diligite.
- Diuidite.

Dico ergo. Mecum vigilate. excuſſo ſopore. et ideo ipſe eſt qui apoſtolos rep̄rehendit dicens Math. xxvj. Non potuiſtis vna hora vigilare mecū. Uigilate ⁊ orate ne intretis in tentationem. item dicit mecum p̄perate diſcuſſo torpore j. Regū. xvj. Sanctificamini ⁊ venite

Colligite et venite mecum. Itē dicit me
Comedite. cum laborate robuſto vigore
Quieſcite. Unde laborantibus dicitur
Mat.xx. Ite et vos in vineam meam: Sequitur. Non
ne ex denario conueniſti mecum. et illud Phyl.iiij. Ad
iuua illos qui mecū laborauerunt. Item mecum perſe
uerate duranti tenore. Luc.xxij. Uos eſtis qui permā-
ſiſtis mecum in tentationibus meis. Item mecū aſcē
dite alta contemplando. Exodi.xxxiiij.ca. Stabis me
cū ſuper verticem montis. Item mecum diſcernite ve
ra iudicando. Act.xxviij. Qui mecum erant lumen vi
derunt. Item mecum addiſcite magna perſcrutando:
et merito. quia ſapientia perſeuerauit mecum. Eccſs.
ij.ca. Item mecum diligite feruenter amando. ij. Re-
gum.iij. Fac mecum amicicias. item mecum diuidite
bonum occupando: Luce.xv. Fili tu ſemper mecum es
et omnia mea tua ſunt. Item mecum colligite ſemper
bona congregando. Luc.xj. Qui non eſt mecū: aduer-
ſum me eſt. et qui non colligit mecum diſpergit. Item
mecum comedite memet deguſtando. ſcilicet in ſacra
mento altaris. j. Regum.ix. Aſcende ante me in excel
ſum: vt comedas mecum. Item mecum quieſcite deuo
ta ſectando Luc.xxiij. Hodie mecum eris in paradiſo.
Uiri enim deuoti: per deuotionem paradiſum frequē
tant. Patet ergo quomodo iuſti ſunt cum deo in con
L ſcientia ſibi ſtabiliter adherentes. ¶ Sed ſecundo ad
huc dico. ꝙ ipſi ſunt cum deo in eccleſia ibi nobiliter
preſidentes. Et iſti potiſſime ſunt viri eccleſiaſtici qui
pro eo cum deo eſſe dicuntur: quia eius vicarij ſunt et
eius officia exequuntur. et ſibi perſonaliter miniſtran
tes cum ipſo ꝙ̄ tum ad profeſſionem et ſtatum: habi-
tant corporaliter et morantur. vnde ipſe dicit illud. Lu
ce.xj.ca. Pueri mei mecum ſunt in cubili. Uerumta-
men ſicut quandoqꝫ fit ꝙ habet homo ſecum in do-
mo ſua in ſecreto et alto officio aliquos ꝓditores: qui
dato ꝙ panem ſuum comedant omni die: aduerſarijs
tamen ſuis magis fauent ꝙ̄ ſibi. Sic deus in ſtatu ec-
cleſiaſtico habꝫ aliquotiens aliques malos alte bene
ficiatos et promotos: qui ꝙ̄uis panē ſuum. i. ipſius ſa
cramentū: vel panē ſuū ad literam. i. bona tpalia ſua
comedant et participent omni die abundāter ipſi tāꝙ̄
proditores et mali: hoſti ſuo. ſ. mundo: vel tyrannis: vel
dyabolo potius fauent et obediunt ꝙ̄ ſibi. De quibus
conqueritur ipſe dominus dicens. Math.xxvj. Qui
intingit mecū manū in paraplyde ipſe me tradet. Iſti
ergo non ſunt cum deo: ſed potius contra deum. Iuxta
illud predictum Luc.xj Qui non eſt mecū: aduerſum
me eſt: immo poteſt hodie dicere illud Eſa.lxiij. Torcu
lar calcaui ſolus: et de gentibus non eſt vir mecum etc.
Patet ergo ꝙ aliqui ſunt cū deo in eccleſia nobiliter
M preſidentes. ¶ Sed tertio dico ꝙ iuſti ſunt cum deo in
patria: ibi feliciter quieſcentes quia reuera ibi ſunt ſci
licet in paradiſo.
Honorabiliter ſociati. Aſſociati dico hono
Delectabiliter ſatiati. rabiliter qꝛ ſicut dr.
Inexterminabiliter honorati Mathei.viij. Ipſi re
Indefectibiliter radicati. cumbūt cū abraam:
yſaac et iacob: in regno dei. Item ſunt ſatiati delectabi
liter. vnde illud Apoc.iij. predictū. Ego cum illo. et ipſe
mecum. item ſunt honorati exterminabiliter. Apoca.
iij. Qui vicerit: dabo ei ſedere in throno meo mecum.
item ſunt perpetuati indefectibiliter. j. Theſ.iiij. Ra-
piemur obuiam xp̄o in aera: et ſic ſemper cum domino
erimus Cum deo ergo ambulauit. Et ſi vis adhuc no
tare: qui et quales ſunt quos dn̄s in paradiſo ſecū vult
habere. vel quales etiā ſunt quorū ſocietatem noſtrū
quilibet debet velle dico ꝙ iſti ſunt viri qui pollent.
Puritatis decore florido.
Firmitatis vigore ſolido.
Sagacitatis fulgore ſplendido
Simplicitatis dulcore ſtolido.
Dico ꝙ illorum debet deus et homo gratam ſocietatē
habere qui ſunt puritatis floridi decore. vnde de balaā
dicitur. Nume.xxij. Quod ipſe habebat ſecum duos pue
ros. Puer autē a puritate dicitur. item illos qui ſunt
firmitatis ſolidi vigore. vnde de moyſe dicitur exo.xiij.
Quod ipſe tulit ſecum oſſa ioſeph. Item illos qui ſunt
ſagacitatis ſplendidi fulgore vn̄ de moyſe dicitur exo.
xxxiiij. ꝙ ipſe aſcendit in montem portans ſecum tabu
las. Tabule enim legis digito dei ſcripte: ſignificant vi
ros ſcientificos atqꝫ doctos. Item illos qui ſunt ſim-
plicitatis ſtolidi dulcore. ſicut de leuita legitur iudic.
xix. Quod ipſe habebat ſecum duos aſinos. Aſini enim
ſimplices et innocentes ſignant. Patet igitur: quōmō
quidam ſunt cum deo: in patria: in eccleſia in ꝯſciētia
Cum deo inquit ambulauit. Et hoc eſt quartum au-
toritatis: in qua ſcilicet per cum: tecum. ſecum. oſtēſa
eſt quedam ſocietas cum deo. cum ſeipſo. et cum proxi
mo: Et ſic oſtenſum eſt quomodo eſt vnum cum: per-
tinens ad iuſti caritatem. ¶ Tertio principaliter di- N
co ꝙ eſt vnum cum: pertinens ad impij prauitatem:
Et iſtud nihil aliud eſt ꝙ̄ malorum ſocietas atqꝫ liga
Mali enim ſemper volunt ſecum habere alios malos
nec ſecum habere curant dominum. neqꝫ iuſtos. Si-
miles enim videntur amazonibus que fuerunt mulie
res ſole ſine viris manentes quia ſcilicet nullū maſcu
lum ſecum viuere permittebant. ſed de patria ſua aut
remittebant aut occidebant. feminas vero ſibi ſimiles
reſeruabant. Et mamillā dextram ne in ſagittatu im
pedirētur. ipſis ſibimet adurebant penitus et deſtrue
bant. ſicut ponunt Oroſius et Solinus. Sic vere mali
et feminei. ideſt viri eneruati et effeminati. Maſculos
ideſt viros iuſtos: viriles et perfectos ſecum habere no
lunt quinimmo ipſos a ſe reijciunt vel perſecutionibꝰ
affligunt. dicentes illud. Eſaie.lxiij. De gentibus non
erat vir mecum. feminas vero carentes mamilla id-
eſt perſonas effeminatas et eneruatas mamilla pie-
tatis carentes: tanꝙ̄ ſibi ſimiles et conformes ſecum
retinent atqꝫ ſeruant. Mali enim ſocietatem volunt
malorum: et comitiuas diligunt iniquorū. vnde Ma
thei. vndecimo. De ſpiritu nequam dicitur: quod ipſe
accepit ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe et habitant
ſimul. vnde etiam cuilibet iuſto ſocietatem malorum
neceſſario habitanti: dicitur illud Ezechi.ij. Impij et
ſubuerſores ſunt tecum. et cum ſcorpionibus habitas.
Et ſi vis nota quod per cum: poteſt intelligi multi-
plex mala ſocietas que ſcilicet nobis a deo interdicit
et vetatur. videlicet.
Proditioſa tractans malicias.
Litigioſa ſectans diſcordias.
Societas. Luxurioſa ſedans mundicias.
Ambitioſa querens diuitias.
Preſumptuoſa ſpernens iuſticias.
¶ Et merito: quia pro certo de talibus ſocietatibus ac
quiritur ſocietas periculoſa habens triſticias. De pro
dicioſa ſocietate dicitur in pſalm̄. Loquuntur pacem
cum proximo ſuo: mala autem in cordibus eorum.
De ſocietate litigoſa: diſcordia et litigioſa. dicitur in
ps. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. De
ſocietate luxurioſa dicitur Eccleſiaſti.ix. Ne reſpicias
mulierem multiuolam. et cum ſaltatrice ne aſſiduus
ſis. De ſocietate diuite auara et ambitioſa: dicitur Ec
cleſiaſtici.xiij. Ditiori te ne ſocius fueris. Sequitur.
Si habes conuiuet tecum. Si non habueris derelin-
quet te. De ſocietate preſumptuoſa dicitur Eccleſiaſti
ci.viij. Cum audace ne eas in via. Et ibidem.xiij. Ne
communices cum homine potente. De ſocietate vero
periculoſa que ſcilicet ex precedentibus ſequitur. hoc
eſt de ſocietate damnatorum dicitur in pſalmi. Eſti-
matus ſum cum deſcendentibus in lacum. Et Eſaie.
xxxiiij. dicitur: Deſcendet vnicornis cum eis: et tauri
cum potentibus. Sequitur ibidem de inferno. Et cu-
bile draconum: et paſcua ſtrutionum ocurrent tibi
ibi demonia. Onocentaurus et piloſus clama-

Ayuntamiento de Madrid

bunt alter ad alterū ꝛc. Cōpara diuerſa genera dānatoꝝ ū iſtis aīalibus que in iſta ſocietate cōcurrunt. ptꝫ igit de cū quo accipitur. quo ad deū quo ad virū iuſtū: et quo ad impium. Sufficiat ergo. Exēpla vel figuras modicum allegaui: quia nimis fuiſſem prolixus. et q̄ꝛ de ſocietate tam bona ꝙ̄ mala fit mentio in pluribus locis in hoc opere ꝛc. Uide de ſocietate: congregatione ſimul et ſimilibus titulis.

A **Cunctus. ta. tū.** Quoniā cunctus ⁊ oīs vniuerſitatē ⁊ multitudinem ſignant. que vt cōmuniter ad perſonas plus ꝙ̄ ad res refertur. Et in ſcriptura fiat mentio de multis generibus perſonaruꝫ. Notabo ꝙ per iſtud adiectiuū poteſt intelligi.

Uniuerſitas.
- Iuſtoꝝ ū. Prima ſolet rite regulari.
- Maloꝝ ū. Scđa ſolet mala operari.
- Meritoꝝ ū. Tertia dꝫ iuſte vēdicari.
- Uitioꝝ. Quarta dꝫ caute declinari.
- Tormētoꝝ. Quīta dꝫ multū formidari
- Premioꝝ ū. Sexta dꝫ ſurſuꝫ affectari.
- Tēpoꝝ ū. Septīa dꝫ ad bonū ordīari
- Locoꝝ ū. Octaua dꝫ ī bono freq̄ntari

Eſt igitur multitudo iuſtoꝝ ū quia. ſ. cūcti debēt deo et ſupioꝛib⁹ obedire: mādata ſeruare. fidē tenere ⁊ a vitijs cauere. Uñ nota ꝙ neceſſe ē vt cūcti defleam⁹ ꝯmiſſa ſcelera: Cūcti faciam⁹ vtutū opa. Cūcti ſubeam⁹ maioꝝ onera. Cūcti acq̄ram⁹ btā munera. Igr̄ ꝯmiſſa ſcelera cūcti defleam⁹. ij. Re. xv. Oēs viri flebāt voce magna. Sequitur. Et cūctus popul⁹ incedebat per viā q̄ reſpicit ad deſertum. Item virtutū opera cuncti compleamus. Exo. xxiiij. Omnia que locut⁹ eſt deus faciemus. Item maioꝝ ū onera cuncti ſubeamus. i. maioꝝ uꝫ preceptis cunctis obediamus Geñ. xlj. Ad tui oꝛis imperium cunctus populus obediet: Itē eterna munera cuncti acquiramus. ſ. gloꝛiā paradiſi. vbi ſcꝫ eſt abūdātia et pax eterna. q̄ꝛ ſicut dicitur Heſter. ij. Rex aſſuerus iuſſit conuiuiū permagnificum preparari cunctis pꝛincipibus ſuis. Heſter. xiij. Optata cunctis moꝛtalibus pace fruerētur. Talis eſt igitur multitudo iuſtoꝝ.

B ¶ Itē inueniṫ multitudo maloꝝ ū ſeu impioꝝ ū. qui ſcꝫ.

Cuncti ſunt.
- Doloſi proximos fallētes.
- Pompoſi proximos ſpernentes.
- Ruinoſi deoꝛſum cadentes.

Cuncti dico ſunt doloſi Hiere. vj. A maioꝛe vſq̄ ad minoꝛem cuncti auaricie ſtudent: a propheta vſq̄ ad ſacerdotem oēs faciunt dolū. Cuncti etiā ſunt pompoſi ſeu etiā ſuperbi ⁊ preſumptuoſi eccle. iij. Cuncta ſubiacent vanitati. Job. xv. Cūctis diebus ſuis impius ſuperbit et iob. xl. Reſpice cunctos ſuperbos. Cuncti tales erunt finaliter ruinoſi q̄ ſcꝫ in die iudicij coꝛruēt in infernū. Job. xl. Uidētibus cunctis precipitabitur. Patet ergo quō eſt vna cōgregatio: multitudo ſeu vniuerſitas peccatoꝝ ū. ¶ Tertio inueniṫ quedā multitudo virtutū et meritoꝝ ū eccle. vij. Cuncta tentaui in ſapientia. ¶ Itē multitudo vitioꝝ ū. ꝛc. obmitto q̄ꝛ paruꝫ valet. ¶ De vniuerſitate vero toꝛmentoꝝ ū. premioꝝ uꝫ. locoꝛum. vide in ſuis titulis et ſynonimis. ¶ De vniuerſitate tempoꝝ ū ⁊ dierū qualiter. ſ. cuncti dies noſtri ſine interpellatione ſine diminutione ſunt ad dei ſeruitiuꝫ oꝛdinanda: multa poſſent dici. q̄ꝛ multe ſunt autoꝛitates ad iſtud ꝓpoſitū. ſed obmitto gr̄a breuitatis: quia. ſ. infra in titulo de die in litera. d. ſatis fiet.

A **Cupere. Cupiēs.** Nota ꝙ cupere idem eſt ꝙ aliquid feruenter deſiderare. Et pōt ſumi in bono ⁊ in malo. In bono enim ſignat illud ſanctū deſideriū quod habēt iuſti de bonis ſpiritualibus et eternis. In malo vero ſignat illud deſideriū coꝛruptū quod habent impij de vitioſis operibus: malis delectationibus deſiderijs et diuitijs externis. Igitur de pꝛima cupiditate qua ſcilicꝫ boni cupiunt vtilia non nociua poſſum dicere ꝙ virt⁹ appetitiua tunc eſt bene diſpoſita naturaliter: quādo nō cupit aliquid niſi quod ſue ſanitati conuenit coꝛporaliter. Nā quādo virtus illa non appetit niſi qđ pōt dirigere: tunc dicitur hō ſanus eſſe. Sic vere dicaꝫ ꝙ ille ſpiritualiter bene eſt diſpoſitus: qui vitia ⁊ peccata: bona terrena et mūdi vanitates: que vtiq̄ anime nociua ſunt. et que nec regi nec dirigi bene poſſunt nō appetit ſed ſolum virtutes et bona opera que anime ſalubria ſunt cupiens: omnia cetera vilipendit. Et ſic ſi vis.

Nota quod boni cupiunt.
- Sumere doctrīe ferculū qđ iuſtos ſatiat vt hos reficiat
- Struere mentale vaſculū vt multa capiat.
- Stringere fraternū vinculū vt nullū odiat.
- Uidere regentem ſeculum vt hos exaudiat.
- Tenere celi latibulum vt hos ſuſcipiat.

B ¶ Dico ergo ꝙ iuſti cupiūt doctrinā per quā reſatientur. vnde de lazaro dicitur Luce. xvj. Quod ipſe cupiebat ſaturari de micis que cadebāt de menſa diuitis. q̄ꝛ ſcꝫ iuſtus ſumme dꝫ cupere et deſiderare ꝙ de micis doctrine que de menſa ſacre ſcripture prouenīūt a diuite viro xp̄o ſpūaliter ſatietur. Itē iuſti cupiunt gratiaꝫ ꝑ quam edificētur. Gratia em̄ edificat ſpūaliter domū mentis: vt ſcꝫ xp̄m capiat cū virtutibus atq̄ donis. j. Para. ij. domus quā edificare cupio magna eſt valde Itē iuſti cupiunt amiciciā vt ꝯpatianṫ. Phy. j. Teſtis eſt mihi deus quō cupiā vos oēs in viſcerib⁹ ieſu xp̄i. Item cupiunt dei amiciciā vt eius pulcritudine alliciātur. vnde de herode dr̄. Luce. xxiij. Qđ ipſe erat multo tēpoꝛe cupiens videre ieſum. Itē cupiūt celeſtē gl̄iam vt ibi reficiātur ⁊ bonis oībus induātur. ij. coꝛi. v. Nā in hoc ingemiſcimus: habitationē noſtrā que de celo eſt ſuperindui cupientes. Patet igiṫ ſic quō cupiditas ſumitur in bono.

C ¶ Scđo dico: ꝙ vt cōiter ſumiṫ ī malo. Et ſic nihil aliud eſt ꝙ̄ auaricia vel exceſſiuus appetitus rerū inutilium ⁊ malarū. Appetitus em̄ male diſpoſitus et coꝛruptus magis cupit nociua ꝙ̄ vtilia ſic vere mala volūtas et deſideriū iniquoꝝ ū. Prouerbi. j. Stulti ea que ſunt ſibi nociua cupiunt. Et de hac cupiditate poſſent dici infinita: ſed pauce ſunt autoꝛitates vocales et in infinitis locis de auaricia et cupiditate in hoc opere tractatur. Notabo ꝙ illa que per cupiditatem ⁊ auariciam acquirūtur. Nō ſatiant nec proficiunt: q̄ꝛ ſolent mētē inflāmare. Nō perdurāt ſed deficiunt q̄ꝛ ſolent cito declinare. Nos diffamāt et inficiunt: quia ſolent famā obfuſcare. ¶ Solent dico mētem inflammare: vt plura petantur. vnde eccleſiaſtici. xiiij. Inſatiabilis eſt oculus cupidi Solent etiā paruꝫ delectare cum cito perdantur. vnde de auaro dicitur. Job. xx. Cum habuerit quod cupierat poſſidere non poterit. Solent inſuper famam obfuſcare cum iure ſpernantur. Unde ſcriptura ipſos vituperans et diffamās dicitur Eccleſiaſtici. xiiij. Uiro cupido et tenaci abſq̄ ratione eſt ſubſtantia ꝛc: Uide de auaricia: et in titulis auariciam ſignificantibus ſicut eſt ignis ardere accendere. ꝛc.

A **Cur.** Nota quod iſtud aduerbium interrogatiuū cur quandoq̄ dicitur inquiſitiue. Job. vij. Cur non tollis peccatū meum: et quare non aufers iniquitatem meam? Item ſumitur deſolatiue. ſicut Job. iij. vbi dicitur. Quare non in vulua moꝛtuus ſuꝫ: egreſſus de vtero non ſtatim perij: quare exceptus genibus: cur lactatus vberibus? ꝛc. Item ſumitur reprehenſiue et conqueſtiue et hoc modo ſumitur communiter in ſcriptura: ſicut exodi. v. dicitur. Domine cur affliꝛiſti populum iſtum? Et ideo notabo. ꝙ per iſtā dictioneꝫ cur reprehenduntur multa genera perſonarum. vñ dominus poteſt dicere que ſequuntur.

Cur
- Tardaris xp̄i bonitatem guſtare dulciter.
- Scrutaris dei maieſtatem nimis ſubtiliter
- Furaris mundi facultatē que nocet grauiter.
- Sectaris carnis voluptatē que fedat turpiter.
- Uenaris fraudis prauitatē que fallit viliter.

¶ Dico ergo. quod per cur arguuntur illi qui tardant ad deum venire quibus ſcilicet poteſt dici illud Geneſis. xxiiij. Ingredere benedicte domini cur foris ſtas.

Ayuntamiento de Madrid

nis ſtas: Item illi q̄ tractãt vel certãt nimis alta ſentire Vñ angelus dicit iacob Gen.xxxij. Cur queris nomē meū qḋ eſt mirabile: Itē illi q̄ pcurãt mūdi opes glutire. vnde Gen.xxxj. Cur furat⁹ es deos meos: Laban qui loquit eſt mūdus: qui diuitias reputat deos ſuos. Itē illi qui amãt carnis op⁹ inire. ſ. luxurioſi. vñ illis qui vxorē leuite ſtuprãdo occiderant: dr̄ illud. iudic.xx. Cur tantū nephas facere voluiſtis: et nūc.xxxj. Cur feminas reſeruaſtis: rc. Itē illi q̄ captãt fratres fraude ferire vñ Joſue.ix. Cur nos decipere fraude voluiſtis: Unde infra de Quare vbi ponetur magis plene.

A **Cura.** Nota ꝙ cura idē eſt qḋ diligētia: induſtria et ſolliſtudo circa aliqḋ impēſa. Et breuiter cōcludēdo: cura ꝓprie ptinet ad platos. Iſtis eniꝫ eſt cōmiſſa cura et ſollicitudo de ſubditis gubernãdis. Eccli.xxxij. Rectorē te poſuerūt. noli extolli: curā illorum habe. rc. Et ideo iſti debēt eſſe ſicut elephātes: de quib⁹ dicit Plini. Mō maxima cura eſt eis: alteri de altero: vulneratos: ſenes ꝛ debiles adiuuãt: ſanãt ꝛ defendūt ꝓſtratos etiã ꝛ barriētes erigūt ꝛ ſibi inuicem multa amoris inſignia impendūt. Parētes etiã inter eos de filijs ſuis maximã hñt curaꝫ: ipſos eñ a dracōnibus defendūt: ꝛ ne oberrēt ipſos pcedere faciūt ipſos etiã ad natandū in fluminib⁹: ad inclinãdū caput noue lune ꝛ celi luminib⁹. ꝛ ad precauendū a draconis incurſibus informãt ꝛ inſtruūt. vt dicit idē. Sic vere nobis alijs xp̄ifidelib⁹ debet eſſe maxima cura ꝛ ſollicitudo alteri de altero. Mꝫ ꝯm apl'm: nos ſum⁹ alterius membra. Si quid vero vnū mēbrū patiat: cōpatiatur oīa mēbra. Rom.xij. Si eñ ſocios nr̄os viderim⁹ vulneratos ꝛ pſtratos: ipſos pcerto pie debem⁹ adiuuare: ꝛ eiſdē pro viribus ſubuenire. ꝛ eos ſi poſſum⁹ a ſuis infortunijs ſubleuare Gal.vj. Alter alteri⁹ onera portate. Parentib⁹ maxime ſcꝫ platis ꝛ maiorib⁹ dꝫ eſſe maxima cura de filijs: ipſos eñ debent ſollicite defendere a nociuis: ꝛ in neceſſarijs informare: docere enim eos debēt qualiter natabūt per deuotionē. qualiter reſpicient per cōtemplationē ꝛ affectionē qualiter etiam a dracone dyabolo ſe expedient per prudētie circunſpectionem. Iſti ergo ſunt mardoche⁹ de quo dr̄ Heſter. ij. Mō erat curā habēs ſalutis heſter. Iſti eñ debēt curare de ſubditis: q2 ſicut dr̄. Sap.vj. Equaliter eſt eñ cura de omnibus. Et tunc iſti poterūt dicere dño illud Gene.xlvj.ca. Uiri paſtores ſumus ſerui tui et curam habemus alendorum gregū. In quibus verbis patet: ꝙ prelati debent habere curam.

B De reſiſtendo viriliter. Uiri.
De pſidendo ſagaciter. Paſtores
De ꝯuerſando hūiliter. Serui tui
De puidēdo viriliter. Curā alēdoꝝ
Prelati enim debent eſſe.
Potentes ad reſiſtendum.
Humiles ad conuerſandm.
Utiles ad promouendum.
Sagaces ad preſidendum.

Curet ergo prelat⁹ de habēda ſtabilitate: viri Maxima eñ cura dꝫ ineſſe duci ꝙ fortis ꝛ ſtrennu⁹ poſſit eſſe: q2 ſine fortitudine. nec aduerſis pōt reſiſtere: nec exercitui ſubuenire. Sic vere platus qui dux eſt aliorꝫ debet valde curare de fortitudine ꝛ ſtabilitate ſpūali habēda. viri inquit. Mꝫ ſcꝫ prelati debent eſſe viri. i. ſtabiles: ſtrēnui ꝛ virtuoſi. ij. Reg.xiij. Cōfortamini et eſtote viri fortes. Uir eñ dr̄ a virtute: ꝙ̄uis multi ſint hodie qui nō dicunt a virtute. ſed a viriditate ad modū rami viridis. Ipſi eñ carēt oīmoda firmitate. Nō ſic ergo ſed curet vt dictū eſt de habenda ſtabilitate. Et hoc eſt qḋ ſupponit. Roma.xiij. vbi dr̄. Curaꝫ
C carnis ne feceritis in deſiderijs. Curã inqt carnis que ſcꝫ ſtabilitatē ꝛ virilitatem eneruat. ¶ Scḋo debet curare de habēda ſagacitate. paſtores. Paſtores eñ ſunt illi qui gregib⁹ paſcēdis et nutriendis preferūtur. quibus dꝫ ineſſe ſapiētia ꝛ pro grege paſcendo. ꝛ pro grege etiã defendendo. Sic prelati gregē ſubditorū debēt doctrinis ꝛ exemplis ſpūaliter paſcere: ꝛ ipſum etiã ſi poſſunt elemoſynas temporaliter enutrire propter qḋ ſapientia indigent et doctrina. de quibus dicere. iij. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū: ꝛ paſcent vos ſciētia et doctrina. Quãuis de multis paſtoribus dicat illud Ezech.xxxiiij. Ue paſtoribus qui paſcūt ſemetipſos: ꝛ de
relinquūt gregem rc. ¶ Tercio dico. ꝙ debet curare p̄latus de habenda humilitate. Serui inquit tui. Prelati eñ ſunt ſerui ſubditorū vñ papa vocat ſe ſeruū ſeruorum dei. Prelat⁹ eñ eſt generalis ꝛ vniuerſalis ſeruus oīm. Sap.vj. Equaliter eſt eñ cura de oībus. Uñ nota ꝙ ſibi debꝫ ineſſe diligens cura de cōmuni vtilitate. De iuſtorū cōmunitate de infirmorū ſalute ꝛ tranquillitate. De cōmuni vtilitate dicit ille rex Antioch⁹ neceſſariū eſt duci pro cōmuni vtilitate noſtri curam habere. De iuſtorū cōmunitate dr̄. i. Macha.xiiij. Sacerdotes eorū cōſenſerūt eū eſſe ducē: ꝛ vt cura eſſet illi de ſanctis. De infirmorū autē ꝛ imperfectorū ſalute et ſanitate: dr̄. Luce.ix. De xp̄o qui eos qui cura indigebant ſanabat. Serui ergo. Seruus eñ dr̄ a ſeruiendo ꝛ a ſeruãdo q2 ſcꝫ ſubditos tenētur ſeruare ꝛ eis in ſpūalibus deſeruire. de quib⁹. ij. Reg.xv. Uniuerſi ſerui ei⁹ ambulabãt iuxta eū. Luc.xij. Beati ſūt ſerui illi quos cū venerit dñs. inuenerit vigilãtes. Multi tamen ſunt hodie qui nō dicunt ſerui a ſeruiēdo: ſed a ſeuiendo. ſicut ſunt crudeles prelati. de quib⁹ Treñ.v. Ceruicib⁹ noſtris minabamur ſerui dñati ſunt noſtri. Et.ij. Paral.xxiiij. Cōſurrexerūt contra eū ſerui ſui. ¶ Quarto E
dico. ꝙ prelat⁹ debet habere curã de agenda vtilitate Curã inquit habemus alendorū gregū. Greges enim ſubditorū debꝫ alere ꝛ eis in neceſſarijs puidere ſicut Job. Eſurientes alebat nudiſqꝫ veſtimenta pbebat. Et ſic p̄lati erūt figurati in illo pio ſtabulario: qui recepit ſauciatū cuſtodiuit ꝛ curã ei⁹ egit. Curã ergo ſolꝫ plat⁹ habere de ſubditis. q2 ſicut dr̄. i. Tymo.v. Qui ſuorꝫ ꝛ maxime domeſticorū curã nō hꝫ fidem negauit ꝛ eſt infideli deterior. et nota adhuc ſiuis. ꝙ prelatus dꝫ habere curam de ſubditis et ipſos etiam curare.

Equaliter iudicãdo.
Seueriter caſtigando
Benigniter cōſolãdo.
Sagaciter informãdo.
Utiliter viſitando.

F Dico ergo ꝙ curare dꝫ de iudicãdo equaliter. Nō eñ dꝫ plus pēdere ad vnã partem ꝙ ad aliã Math.xxij. Magiſter ſcim⁹ q2 verax es: ꝛ viã dei in veritate doces. ꝛ nō eſt tibi cura de aliquo. Cura dico ſpecialis. ſed de oībus generalis eſt tibi cura act. v. Afferebantur egri ad apl'os ꝛ curabãtur oēs. et ideo de qualitate videbatur conqueri martha. Luc.x. dicēs Domine nō eſt tibi cure: ꝙ ſoror mea relinquit me ſolam miniſtrare: Item curare dꝫ malos caſtigãdo ſeueriter vñ ipſe dꝫ eſſe ſicut ignis. de quo dicit eccl'i.xxviij Ignis curãs mitigabit dolorē. Itē debet curare cōſolando benigniter Oſee.xj. Portabã eos in brachijs. et neſciebant ꝙ curabã eos. Item curare debet informãdo ſagaciter ſeu ſubtiliter Hiere.xxx. Obducam cicatricem ꝛ curabo eos. ꝛ reuelabo illis deprecationē pacis: Item debet curare viſitando ſuauiter ꝛ vtiliter: dicens cum chriſto illud Math.viij. Ego veniam et curabo eum. Sed quid proculdubio multis prelatis pōt dici illud Luce.iiij. Medice cura teipſum. Si aūt tu queras qui ſunt quia deo et prelato poſſunt et merētur curari. dico procerto ꝙ iſti ſunt.

Ille qui lachrymarum ſtillat profluuia.
Ille qui aduerſa ſuffert diluuia.
Ille qui domini amat conſortia.
Ille qui diuina ſperat auxilia.
Ille qui domini orat ſubſidia.

Curantur igitur qui per lachrymoſaꝫ compunctioneꝫ G
madent. Exemplo naaman: qui in iordane lotus. a lepra ſua curatus eſt. iiij. Regum.v. Item aliqui curantur per temporalem tribulationem Oſee.vj. Ipſe cepit et curabit nos. percutiet et ſanabit nos. Item alij curantur per domini conſortium et deuotam eius frequentationem. Mathei.xv. Acceſſerunt ad eum turbe multe: Et curauit eos. Item quidam curantur per

Ayuntamiento de Madrid

ſpem fiduciam ⁊ deuotionē. j. Pet. v. Omnē ſollicitudinem proijcientes in eū: qm̄ ipſi cura eſt de vobis. Itē alij curātur per humilē orationē. Eccſi. xxxviij. Ora dominū ⁊ curabit te. Aduerte autem ꝙ multi ſunt ita infirmi ꝙ nullo modo poſſunt curari: ⁊ tales ſunt deſperati et obſtinati vnde de demoniaco dicitur Luc. viij. Quod a nullo poterat curari. et Hiere. lj. Curauimꝰ babylonē ⁊ non eſt curata: Non ſic: ſed obediendo deo permittamus nos curari Math. xvij. Curatꝰ eſt puer ex illa hora. Iſta ergo de cura et de curare ſufficiant. Vide de Diligentia. Sanare: qꝛ ſcilicꝫ curare idem eſt qđ ſanare: vel idē eſt ꝙ de aliquo curam et ſollicitudinem gerere et habere. ⁊c.

A **Currere. Curſus.** Nota ꝙ currere nihil aliud eſt q̄ feſtinē ſeu velociter verſus aliquem terminū ſe mouere. Et ſignat exercitium operationē diligentiam ⁊ obediētiā. Poſſumus ergo diſtinguere ꝙ eſt,

Quidam curſus naturalis.
Quidam curſus criminalis.
Quidā curſus moralis, ⁊ ſpūalis.
Currit hō naturalr̄ de vita ad mortē.
Currit hō crimīaliter de grā ad culpā
Currit hō ſpūaliter de grā ad gloriā.

Curſus naturalis ſilis ē curſui nauis i mari in qua hō ſedēs q̄uis velociter currat ad portū iſtud tamē nō ꝑcipit nec aduertit. Sic vere nos qui in mari huius mūdi: in naui corporis: ad portum mortis tendimus non aduertimus q̄uis celeriter trāſcurramus. Luce. xxiiij. Surgens petrus cucurrit ad monumentū. Job. ix. Dies mei velociores fuerunt curſore. Curſus vero criminalis ſimilis ē curſui fluminis qui toto impetu labitur et fluit verſus mare. Sic ſunt peccatores qui toto affectu et deſiderio labūtur et currunt ad mare. i. ad amaritudinē peccatorū. Qđ patet de raptoribus et impetuoſis: ⁊ precipitibꝰ iudicibꝰ ⁊c. Prouer. j. Pedes eorū ad malū currunt ⁊ feſtinant vt effundant ſanguinē. Hiere. xxiij. Non mittebā ꝓphetas et ipſi currebant. Curſus vero ſpūalis ⁊ moralis ſimilis eſt curſui ſolis qui omni die currit: ab oriente in occidentē: ⁊ iterū reuertit̄ ad orientē. ſm̄ ꝙ a firmamento ⁊ per firmamentū trahitur ⁊ mouetur. Sic vere vir iuſtus nō ceſſat circuire ⁊ currere per exercitiū bonorum operū, ⁊ virtutū. Et hoc ꝑmo verſus occidētē ſcꝫ conſiderando circa proprie nature fragilitatē caſuꝫ et infirmitatē ⁊ mortē. Itē dꝫ currere verſus orientem id eſt verſus paradiſum ⁊ celū. ſ. cōſiderādo ⁊ deſiderādo celi claritatē: felicitatē et vitā eternā. Et iſtū procerto curſum debet facere; ſe cōformando motui firmamēti. i. voluntati dei totaliter adherēdo. Vn̄ de iſto curſu poteſt intelligi illud Eſa. xl. Qui ſperant in dn̄o mutabunt fortitudinē: aſſument pēnas vt aquile current et nō laborabūt et non ambulabūt ⁊ non deficiēt. Quilibet eīm iuſtus poteſt dici curſor. qui ſcꝫ ſicut curſor dn̄i ad terminū accelerat; multas noticias vel amicicias in via non deſiderat: grauibus ſarcinis ſe non onerat ſigna curſoris pretendit ⁊ portat, que ſcꝫ ſunt lancea barile cum vino. pixis clauſa cū literis: ⁊ pictura armorū domini ſui. Sic vir iuſtus ad terminuꝫ paradiſi ſolet currere in via mundi: circa delectabilia non ſolet ſiſtere. mundanorū amicicias nō ſolꝫ q̄rere. ſarcinas terrenorum nō ſolet ſe onerare. ⁊ ſigna virtutū ſecū dꝫ gerere et preferre. Sic ergo ſuccinctus et reſtrictus per temperantiam: habeat lanceā. i. crucis et paſſionis memoriam. habeat vas cū vino. id eſt deuotionē inebriatiuā et ſapientiā: habeat pixidē clauſaꝫ. i. prudentē ⁊ ē ſecretam ꝯſcientiam in qua habeat teſtimoniales literas puritatis et innocentie habeat; arma domini noſtri ieſu chriſti id eſt paupertatē et patientiā. Et ſic erit ille curſor de quo dicitur. ij. Reg. ij. Aſael erat curſor velociſſimus: ſicut vnus ex capreis. et illud. Hiere. ij. Curſor leuis ⁊c. ſicut infra. Curſus ergo moralis ⁊ ſpūalis eſt a nobis frequentandus. et continuandus. Ceruus enim qui non continuat curſum ſuum: ſed ſiſtit et delectatur in latratu canum. vel in ſibilo venatorum: facilliter capitur et necatur. Tigris etiā que curſum ſuuꝫ non continuat: ſed ſiſtit circa imaginē. ſpeculorū cōſiderando vmbrā ſuam: a proſecutione venatoris ⁊ a catulorum ſuorum recuperatione totaliter impeditur. In quibus exēplis docemur: ꝙ ſi curſum bonorū operum nō cōtinuauerimus: ſed in latratu canū. i. malarum ſuggeſtionibus in vmbra mundanarū eminentiarum. in ſibilo vanarū deliciarū et diuitiarū delectati fuerimus ⁊ horū occaſione curſum bonorū operum deſeruierimus: faciliter a venatoribus inferni per diuerſa vitia capiemur nec catulos noſtros. i. predā eterne beatitudinis cōprehendemꝰ vel etiā conſequemur. Debemus ergo currere: non ſiſtere continuare nō deuiare comprehendere non quieſcere. vnde apſus docet j. Corin. ix. Sic currite vt cōprehendatis. In quibus verbis aduerte ꝙ curſus bonorū operū dꝫ habere.

Modū ſagaciter proſecutiuū. Sic inquit.
Actū celeriter executiuū. Currite inquit.
Finē principaliter ꝯſecutiuū. Ut ꝯprehendatis.

Sit igit̄ in curſu noſtro modꝰ expediens in ꝓſecutiōe qđ oſtēditur cū dicit̄. Sic. Sic enim denotat mihi certum modū limitatū ⁊ ordinatū. ſm̄ quem eſt aliquid faciendū ad denotandū ꝙ nō a caſu nec inordinate: ſꝫ ſm̄ modū et regulā debemus currere curſum noſtrū. B Curſores eīm qui nō ſeruāt modū in currēdo faciliter fatigantur ita ꝙ ante terminū deſiſtere ꝯpellūtur. et ideo lupus qn̄ videt canes: nō ſtatim prorūpit ad velocem curſum: immo primo vadit paulatim ne fatiget. vt poſtea vrgente neceſſitate celeriter moueatur. Lepꝰ etiā in currendo vtitur certo modo: qn̄ eīm currit ante canes et maxime deſcendēdo de mōte: nō currit directe: verſus vallē: ſꝫ anfractuoſe ⁊ circunuolute nūc aſcēdit; nunc deſcendit: nūc vadit recte: nūc indirecte: nūc currit patēter. nūc iacet latēter. Iſtū autē modū currēdi ſeruat: vt canibus poſſit illudere: ⁊ eorū malicijs obuiare: Ceruꝰ etiā currēdo ſeruat certū modum mutat enim ſe de vna ſemita ad aliam. ne canes inueniāt viā ſuam. ex quibus exēplis docemur: ꝙ in curſu nr̄o morali et ſpūali: certus modus: certa forma eſt tenenda. Modus eīm in rebꝰ ſummopere requirit̄. ⁊ ideo currēdo per bona opera verſus celū: ſeruemꝰ modū debitū ⁊ maturū. Nō procedamus in principio nimis celeriter ſicut faciūt fatui nouicij qui in principio nimis ſunt feruentes. ⁊ ideo faciliter deficiunt. qꝛ ſicut dicit ꝑhus. Acres in principio: frangunt̄ in fine: Qđ figuratū ē in petro ⁊ iohe. vbi iohes qui citiꝰ precucurrit in monumentū tardius introiuit. Modū ergo debitū teneamꝰ Et nūc curramꝰ aſcēdēdo ꝑ viā ꝯtemplatiuā nūc deſcēdēdo ad actiuā. nūc de ſemita ad ſemitā nos mutādo per operationē alternatiuā. Sic inq̄t. Sic eīm. i. per iſtū modū: canes. i. demones illudemꝰ: ⁊ ſine periculo ad terminū veniemꝰ. ⁊ de eorū manibꝰ euademꝰ. De iſto ergo mō currēdi: dicit apl's ibidem. j. Cor. ix. Sic curro non quaſi in incertuꝫ: ſed caſtigo corpus meū et in ſeruitutē redigo. Et iob. j. dicitur. Sic faciebat. Job cunctis diebus. Sic inquit faciebat. id eſt certum modum ⁊ ordinē in ſuis bonis operibꝰ obſeruabat Qđ ꝓculdubio eſt cōtra multos fatuos ⁊ ꝓteruos q̄ in ſuis actibꝰ ſiue boni fuerit ſiue mali nō ſeruāt ordinē atq̄ modū: q̄bus dr̄ in ps. Non ſic impij nō ſic. q. d. Impij ⁊ iniqui nō ſeruāt ordinē. regulā vel menſurā. Sit ergo in nr̄o ſpiritali curſu modꝰ ſagaciter ꝓſecutiuus. Sic inq̄t. vn̄ Joel. ij. Quaſi equites ſic current ad ſonitꝰ quadrigarum. ¶ Secundo dico. ꝙ in noſtro curſu debet eſſe actus celeriter executiuus: quod oſtenditur cum dicitur. Currite in preſenti. Cito enim preſentialiter ⁊ ſine dilatione debemus per bona opera currere: et dei et prelatorū mandata per obedientiā executioni mandare. Dromedarius enim eſt animal ſiccū valde ⁊ calidum ⁊ modico contentum. ⁊ ideo inter alia animalia velociorem ⁊ longiorem facit curſum. Currit enim per centū miliaria vna die. et ideo dicitur dromedarius a dromos grece quod eſt curſus latine. Onager eſt C

animal

Ayuntamiento de Madrid

anima quod eſt oīno imbelle: qđ ſemꝑ moraṫ in ſolitudine: ita tamen velociter currit ꝙ per curſum leoni effugit et euadit vnde curſus ſuus datur ei in loco naturalis armature Et ideo de onagro dr Hiere. ij. Curſor leuis explicās vias ſuas onager aſſuetꝰ in ſolitudine. Ex quibus exēplis docemur. ꝙ ſi fuerimus dromedarij .ſ. calidi per caritatē. ſicci per voluptatis paucitatē modico cibo cōtenti per abſtinētie parcitatē imbelles per benignitatē in ſolitudine viuētes dimittēdo negociorum varietatē. nos procerto erimus velociſſimi curſores. Obediēdo eñ dei et prelati mādatis: ita velociter curremus ꝙ ad remotiſſimos paradiſi terminos pertingemus ⁊ leonis inferni ſeuiciā euademꝰ. et ſic erimus ſicut aſael: de quo dr. ij. Reg. ij. Quod aſael curſor velociſſimus fuit ſicut vnus de capreis: qui eſt in ſiluis Currite ergo. i. deo ⁊ prelato celeriter obedite. Ideo de abraaz dr. Gene. xviij. Quod ipſe cucurrit in occurſuz angelorum. Et ſi vis potes notare. ꝙ in ſcriptura inuenitur multiplex bonus curſus quo. ſ. ad deū eſt currendum quod promittens dominꝰ dicit Prouer. iiij. Ducam te per ſemitas equitatis quas cum ingreſſus fueris non arctabuntur greſſus tui: et currens non habebis offendiculū vbi oſtēditur ꝙ currendū eſt per viam iuſticie ſeu mandatorum. Nam

D

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Curta. | | Breuius: ſemitam. |
| Via. | Recta. | Curremꝰ. | Citius: equitatis. |
| | Lata. | | Letius. nō arctabūtur. |
| | Tuta. | | Certius. nō habebis |

offendiculū. Iſta dico eſt via breuis et curta q̄ dicitur ſemita. que vt cōmuniter breuior eſt ꝙ via publica vide infra de ſemita. Et breuiter quia iſta via recta eſt tuta. curta et lata. dico ꝙ ibi merito eſt currendū. ps. Sine iniquitate cucurri et direxi. cucurri. ſcz.

Ad contemplandū deum ſubtiliter.
Ad adorandū deum humiliter.
Ad debellandum hoſtem viriliter.
Ad exultandū deo mentaliter.
Ad obſeruandū fidem veraciter.
Ad triumphandū ſurſum feliciter
Ad conſummanuū bonū finaliter.

Igiṫ curramus ad deū ſubtiliter cōtemplandū. Geñ. xviij. Cūq; eleuaſſet abraam oculos apparuerūt ei tres viri: quos cū vidiſſet cucurrit in occurſum eorū. Tres eñ viri tres perſonas trinitatis ſignificant. Item curramus ad ipſum humiliter adorandū vnde de aaron legiṫ Nūeri. xvij. Qđ ipſe cucurrit ad multitudinē quā vaſtabat incendiū ſtans ꝓ populo deprecatus eſt. Itē curramus ad hoſtes viriliter debellandū. j. Reg. xvij. feſtinauit dauid et cucurrit ex aduerſo phyliſtei. et ad Heb. xij. Per patientiam curramus ad certamen nobis propoſitum. Itē curramus ad deo mentaliter exultandū ps. Exultauit vt gygas ad currendā viā ſuam. Itē curramus ad fidem veraciter obſeruādū dicētes. ſ. xpo illud. Cant. j In odore vnguētorū tuorū curremꝰ oleū effuſum nomē tuum ideo adoleſcentule dilexerūt te. et eſa. lv. Gentes que te nō nouerūt ad te currēt. Itē curramꝰ ad coronā feliciter promerendū vel ad ſurſum triumphandū. vñ illud j. Corin. ix. Oēs quidē currūt: ſꝫ vnus accipit brauium et illud. ij. Tymo. iiij. Curſum ꝯſummaui: ideo repoſita eſt mihi corona: Itē curramꝰ ad ꝯſummandū bonū finaliter. ps. cxviij. Viam mādatorū tuorū cucurri. Et enim in dei mandatis perfecta eſt bonorū conſummatio que eſt vita eterna. Joh. xij. Scio ꝙ mandatū eius ſcz patris: eſt vita eterna. Ecce ergo quomodo ad bonū diuerſimode ſit currendum. Currite inquit. ¶ Notemus tamen ꝙ hō impeditur celeriter currere ⁊ ad terminum attingere propter tria. Aliquando.

E

Propter vie ꝓlixitatē.
Propter oneris grauitatē.
Propter viriū debilitatē.

Primo mō impediūtur mūdi negocijs occupati Scđo mō impediuntur mundi diuitijs onerati: Tertio mō mūdi delicijs eneruati. Occupati eñ in mūdi negocijs habēt viā ꝓlixiorem ꝙ alij. Plures enim paſſus habent facere i. circa plura negocia vacare: ideo ipſos eſt difficile ad paradiſum peruenire. Quāuis eñ ſol et luna equali curſu currant in firmamēto: luna tamē citius peruenit valde ad terminuz et ad punctū ꝙ ſol. eo ꝙ valde minorē circuluz habet. Sic vere quāuis vnus ſingularis ⁊ vnꝰ regularis: vnus pauper ⁊ vnus diues equali curſu bonorum cōtendāt. pauper tamē et regularis q̄ circa minora occupatus eſt: citiꝰ curſum ſuū finire ad paradiſum peruenire debebit. qđ figuratū eſt in petro ⁊ iohe de quibus diciṫ Joh. xx. Johānes precucurrit citiꝰ petro. qui ſcz petrꝰ erat prelatus. et per conſequens circa plurima occupatus. Achimaas etiā filius ſadoch cucurrit per viam compēdij. ⁊ ideo prius venit ad dauid ꝙ chuſi. ꝙuis alius preceſſiſſet. ſicut dr. ij. Reg. xviij. Ad denotandū. ꝙ illi qui per cōpendiū paupertatis ⁊ religionis currunt citiꝰ ad dauid. i. ad xp̄m ceteris paribus perueniūt ⁊ attingunt. vnde Joh. xx. Currebant duo ſimul: ſed iohānes precucurrit citius petro ⁊ venit prior ad monumentū. ¶ Secūdi qui impediūtur currere ſunt illi qui habent ſarcinā grauiorē. Iſti ſunt diuites huius mundi: qui mundi poſſeſſionibus: amicorum ſuorum oblectationibus ſunt grauati et onerati. Iſti ſunt ſimiles ſymie que fugiēs venatorem vnū de filijs ſuis accipit in brachijs: aliūq; ſuper dorſuz reponit qui ita fortiter matri adherēt. ꝙ tandē onere preſſa fugere vel currere non pōt. ſed periculo venatoris ſuccūbit. Sic vere illi qui filijs ſuis. i. affectiōe ⁊ cura naturaliū filiorū vel tēporaliū bonorū imoderate ſe onerāt. cū vigente auaricia ipſos dimittere nequeant: exinde currere per bona opera impediūtur. ⁊ a venatore ideſt dyabolo capiūtur. Talibus pōt dici illud Gal. v. Currebatis bene: quis vos impediuit? q. d. pōdus ⁊ amor tēporaliū. Ideo dicebat ⁊ docebat apſs. Hebre. xij. Deponentes omne pōdus ⁊ circūſtans nos oīne peccatū curramus ad propoſitū nobis certamē. ¶ Tertij quoruz curſus impediṫ ſunt illi qui habēt virtutē debiliorem. Et iſti ſunt delicioſi ⁊ carnales. quos delicie debilitant et eneruāt. equꝰ enim pinguis nō bñ currit. Ceruus quāto pinguior: tanto ad currendū eſt ineptior. et ideo cautelā habent cerui: ꝙ qñ ſunt pingues abſcōdunt ſe: ſcientes ꝙ ſi inſtaret venator currere non valerent. Pulli etiā aquile qñ pingues ſunt fiūt inhabiles ad volandū: et ideo mater eorū ſolet ſubtrahere ſibi cibum. Quibus exemplis docemur. ꝙ illi qui delicijs impinguanṫ. ad currendū ſpūaliter impediunṫ. Talibus enim eſt valde laborioſum currere ⁊ laborare. Vñ hiere. xij. Si cū peditibus currens laboraſti: quō cū equis poteris contendere? et Amos. vj. Nunquid in petris currere poſſunt equi? Omnes ergo iſti non currūt velociter in via morū: ſed procerto in vijs malis valde inueniunṫ fortes ⁊ parati ad currendū. ſicut dr. Hiere. xxij. Tui vero oculi ⁊ cor ad auariciā et ad ſanguinem innocentem fundendū et ad curſum mali operis. De curſu aūt mali opis quis ſit. poſſum notare ꝙ iſte eſt.

F

G

| | | |
|---|---|---|
| | Superborū q̄ eſt ꝓſumptuoſus. | |
| | Auarorū qui eſt anfractuoſus | |
| Curſus. | Immūdorū qui ē delicioſus. | |
| | Tyrānorū qui ē impetuoſus. | |
| | Inuidorū qui eſt malicioſus. | |
| | Iracūdorū qui eſt tumultuoſus. | |

De curſu ſupbie ꝓſumptuoſo dr illud Job. xv. c. Cucurrit aduerſuz deū erecto collo. ⁊ pingui ceruice armatus ē. De curſu auaricie anfractuoſo qui ſcilꝫ oīa vult ambire ⁊ circuire: dr. j. Reg. vj. Viuit dñs: q̄ curram poſt eū et accipiam ab eo aliquid. De curſu luxurioſo ſeu immundicie delicioſo dr Dañ. xiij. Quod illi duo impudici ſenes cū ſuſannā habere nequirent: cucurrit vnus et aperuit hoſtiū. De curſu ſeuicie impetuoſo dr. ij. Reg. xviij. Cucurrerūt decem iuuenes armigeri ioab percutiētes interfecerūt abſalon. ⁊ eſa. lix. Pedes eorum ad malū currūt: ⁊ feſtināt vt effundāt ſanguinē. De curſu inuidie malicioſo pot intelligi illud Nūe. xj. Qđ puer cucurrit ⁊ nūciauit moyſi dicēs eldad ⁊ meldad ꝓphetant in caſtris: videbaṫ eñ ex inuidia loqui. De curſu iracūdie tumultuoſo ſeu ſeditioſo dicitur. Dañ. viij.

Ayuntamiento de Madrid

Cucurrit ad eū ī impetu fortitudinis ſue: ⁊ efferatꝰ per
cuſſit arietē. Nō ſic chariſſimi: nō curramꝰ iſtis ma-
lis curſibus ſed potius bonis ⁊ virtutibꝰ Currite inq̄t
Exēplo illius qui curatus fuit a demonio. De quo dr
Marci. v. Uidēs ieſum a longe cucurrit ⁊ adorauit.
Ergo chariſſimi curramus ad bonū nō ad malū cum
M celeri execucione. ¶ Tercio dico. ꝙ nos debemꝰ curre
re cum vtili cōſecutiōe vt ꝯprehēdatis inquit. Ad finē
enim vt brauiū vite eterne poſſimus vtiliter conſequi
et habere per bona opera debemus currere ac etiaꝫ la
borare. Curſor enim currit vt accipiat ſalariū. Certās
in ſtadio pugnat vt accipiat brauiū. Fluuiꝰ currit vt ꝑ
ueniat ad maris ſpaciū. Uiator currit vt de die perue
niat ad hoſpitiū Sic vere chariſſimi: nos ſpūaliter de
bemus currere vt ad mare totius affluentie deū verū
poſſimus attingere vt ad hoſpitiū paradiſi poſſimꝰ
peruenire. ⁊ ad brauiū ⁊ ſalariū glorie eterne poſſimꝰ
recipere et lucrari: Ad finē ergo rectū ⁊ vtilē debemus
ordinare curſum noſtrū qꝛ ſcꝫ ad deū et ad bona eter-
na debemus per deſideriū currere ⁊ volare. Exēplo le-
poris: qui melius currit verſus montē ꝙ̄ verſus vallē
qꝛ nos melius ⁊ libentius debemus currere verſus mō
teꝫ. ideſt ad deū et ad paradiſum. per deſideriū et affe-
ctum ꝙ̄ ad vallem temporalium negociorū et bonorū
Ideo dicitur Prouer. xviij. Turris fortiſſima nomē do
mini: ad ipſam currit iuſtus ⁊ ſaluabit̄. Iſta autē ſunt
cōtra multos qui magis currūt deū ꝙ̄ ad deū magis
deſiderant temporalia ꝙ̄ eterna magis vitia ꝙ̄ virtu-
tes magis peccata ꝙ̄ merita. De iſtis dr Job. xv. Cu-
currit aduerſus deū erecto collo. ⁊ pigui ceruice arma
tus eſt. ⁊c. Uide cā autoritatem expoſitā ſupra vbi ad-
uerſari. Non ſic ergo: ſed curramꝰ ad bonū finē. ſ. vt cō
prehēdamus deū et paradiſum. Inter canes em̄ quidā
bene currunt: ſed nō bene cōprehendūt ſeu accipiunt
Quidā autē vtrūqꝫ faciūt qꝛ ſcꝫ bene currūt ⁊ bene ac
cipiunt. Quidā vero neutrū habēt qꝛ ſcꝫ nec bene cur
runt nec bene accipiūt. Sic vere chariſſimi: in mūdo
ſunt quatuor genera hoim quidā em̄ bene currūt per
bona opera ⁊ tamē iuſto dei iudicio. ſed occulto qn̄qꝫ
fit ꝙ nunꝙ̄ accipiunt eterna munera cuius rōnem aſ
ſignat apl's Roma. ix. vbi dicitur. Nō eſt volētis neqꝫ
currentis: ſed dei miſerātis. Alij autem ſunt qui male
currunt in vita. ſ. male viuēdo ⁊ operādo qui tn̄ in fine
quādoqꝫ per dei occultā predeſtinationē ⁊ gratiā bene
accipiūt. ſ. gloriā paradiſi. qꝛ ſicut dicit̄. j. Corinth. ix.
Omnes quidē currūt: ſꝫ vnus accipit brauiū. vn̄ Job.
xxxiiij. Nō placebit vir deo etiā ſi cucurrerit cū eo. Alij
vero ſunt qui nec bene currūt bene operādo: nec bene
accipiūt vitā eternā cōſequēdo. Alij bene currunt ⁊ be
ne accipiunt. ſicut ſunt boni qui bene operātur ⁊ para
diſum bene conſequunt̄. De quibꝰ dr Eſa. xl. Current
et nō laborabūt: ambulabūt ⁊ non deficiēt: Iſtis ergo
dicitur vt cōprehēdatis: vnde quilibet talis pōt dicere
illud Philip. iij. Sequor autem ſi quo modo compre
hendam Patet ergo ꝙ curſus noſter debꝫ eſſe vtiliter
conſecutiuus velociter executiuus ſagaciter proſecuti
uus. Et hoc de currere ſufficit.

A **Currus.** Dicit̄ a currendo. ⁊ eſt currus inſtru
mentū cum axe temone. ⁊ cū rotis ad
portandum merces ⁊ alia neceſſaria ordinatū qđ ſcilꝫ
ab equis currendo vt cōmuniter trahitur. ⁊ ideo me-
rito currus nuncupat̄. Nota ergo ꝙ in ſcriptura inue
nio multos currus ſpūaliter intellectos. videlicet.

| | | |
|---|---|---|
| | Chriſti. | Primꝰ trahitur a ſancto ſpiritu. |
| | Iuſti. | Secūdus ducit̄ benigno trāſitu. |
| Currꝰ. | Mūdi. | Tertiꝰ agitur pōpoſo ſtrepitu. |
| | Dyaboli. | Quartꝰ clauditur fallaci exitu. |
| | Impij. | Quintꝰ vero ꝯfūgit grādi ambitu |

¶ Dico ergo. ꝙ inuenitur currꝰ xp̄i quē ducit ſpūſſan
B ctus. Currus em̄ ꝓprie dicitur illud a quo quis vehi
tur: ⁊ in quo quādo vehitur continetur et ideo qꝛ xp̄s
inuenitur vectus contētus atqꝫ portatus. videt̄ ꝙ qua
druplicem habet currum. Inuenitur enim vectus.

In matris ventre corꝑaliter.
In ꝓprio corpore perſonaliter.
In iuſtorꝫ conſcia ſpūaliter.
In eccleſia ſacramentaliter.
Primus currus eſt virgineꝰ.
Secundus eſt purpureus.
Tertius eſt ſydereus.
Quartus vero eſt ethereus.
Primꝰ cōponit̄ ſacris viſceribꝰ.
Scđs cōponit̄ puris humoribꝰ
Tertius ꝯponit̄ ſacris v̄tutibꝰ
Quartꝰ ꝯponit̄ ſanctis holbus.
¶ Iſti ſunt ergo quatuor cur
rus chriſti: ſcilicet.
Mater pura.
Humana natura.
Anima iuſta.
Eccleſia ſancta.

Dicā ergo ꝙ mater
dei eſt currꝰ in quo
habitauit corꝑali-
ter. Iſte em̄ currus
quatuor habuit ro
tas. i. quatuor ſpā-
les virtutes. videlꝫ
Humilitatē Pie-
tatē. Trāquillitatē.
et honeſtatē. Hu-
militas rotauit ꝓ
fundiſſime ita em̄
ſe ꝓfundauit iſta
rota in iſto curru.
qđ nullus audiuit
eā ꝑ murmuratio
nē ſtridentē per
iactantiā claman-
tem per ſuperbiā ſe leuantē nec per ſtulticiā effrontē.
et ideo ipſe dicit Luc. j. Reſpexit humilitatem ancille
ſue. Et ibidē. Ecce ancilla domini. Pietas in eā rota-
uit latiſſime vnde etiā de Maria legitur. Joh. ij. Mō
pietate mota dixit xp̄o. Dñe vinū non habēt. ita ꝙ̄ ad
eius dictum. xp̄s de aqua in nuptijs fecit vinū. Tran
quillitas ſeu benignitas rotauit in ea dulciſſime. Nō
em̄ inuenietur verbum marie in ſcriptura. quin fuerit
dulce Eccl'i. xxiiij. c. Spūs meꝰ ſuꝑ mel dulcis. Hone-
ſtas aūt rotauit ī ea gratiſſime nihil em̄ fuit in maria
inhoneſtū incompoſitū. aut proteruū. Eccl'i. xxiiij. Ego
mater pulcre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ ſan
cte ſpei. Sequitur. Et fructus mei fructus honoris et
honeſtatis. Unde iſta figurata eſt in illis baſibus. iij.
Reg. vij. Ubi erāt quatuor rote per baſes ſingulas qua
les ſolent in curru fieri. Baſes em̄ ⁊ fundamentū fidei
fuit beata virgo que. ſ. ſicut currus ⁊ vehiculū ſummi
regis quatuor rotis predictis a ſpūſancto fuit tracta.
In iſto enim curru ſpūſſanctus fuit auriga timor dei
fuit ſtimulus. duo equi qui traxerūt currū iſtum: fue
runt gabriel et ioſeph Iſte eſt igit̄ proprie currus dei. fi
guratus. ij. Eſdre. iij. vbi dicitur. Mō darius rex illi qui
ſoluerit queſtionem de fortitudine: promiſit dona ma
gna: purpura cooperiri. et in auro bibere. et ſuper au-
rum dormire currum cum freno aureo. cydarim byſſi
nam. et torquem circa collum. et quod ſecundo loco ſe
debit a dario. et cognatus darij vocabitur. Darius qui
interpretatur fertilis: ſignat deum patrem. Ille qui
ſoluerit queſtionem quid fortius. et qui omnibus pre-
tulit veritatem di. Super omnia vincit veritas. Ue-
ritas eſt dei filius benedictus qui reuera intantum ve
ritatem dilexit: et ſuam fortitudinem taliter predica-
uit. quod ipſe ſeipſum veritatem eſſe dixit. Johan. xiiij.
Ego ſum via veritas et vita. Iſte ergo a dario ſecun-
dus dicitur. quia ſcilicet filius ſecundus eſt a patre.
cum ſit ſecunda perſona in diuinis. Cognatus etiam
darij dicitur. pro eo quod eiuſdem eſt nature cum pa-
tre. Ego et pater vnum ſumus. Johan. x. A dario igi-
tur. ideſt a deo patre: iſti dei filio currus vteri et cor-
poris virginalis preparatur. cui ſcilicet frenum aure-
um ideſt virtus temperantie additur atqꝫ datur. In
iſto ergo curru chriſtus purpuram ideſt humanaꝫ car
nem et ſanguinem induit. in auro ideſt in pura virgi-
nitate bibit: et ibi nouem menſibus in vtero dormiuit
et quieuit. Cydarim honoris. et torquem caritatis et
amoris ſuper omnes filios hominum acquiſiuit quia
ſicut dicitur Gallatas. tertio. Humiliauit ſemetipm̄.
propter quod exaltauit eum deus. et dedit illi nomen
quod eſt ſuper omne nomen ⁊c. Beata virgo igitur di
citur currus. vnde. Canticorum. j. Equitatui meo aſſi
milaui te in curribus pharaonis. Et ſic patet quod in
uenit̄ currꝰ dei in quo habitauit corꝑaliter. ¶ Scđo C
dico. qđ ē currus in quo habitat perſonaliter. ⁊ iſtud ē
ꝓpriū corpꝰ ſuū. In quo ſunt quatuor rote. i. q̄tuor ele
menta. duo eq̄ ſūt q̄ ſūt amor quo nos dilexit ⁊ hūilitas
qua nos

Ayuntamiento de Madrid

q̄ nos allexit. et que ipm̄ de celo in terras deiecit: du-
ctor vero iſti⁹ currus fuit aīa propria que currū corpis
ꝙdiu fuit integrū duxit et reduxit. fractū tandem per
mortem: ipſum ad tēpus dimiſit. ⁊ tandē per reſurre-
ctionē reintegratum reſumpſit. De iſto curru poteſt
dici figuraliter illud quod dicitur. ij. Para. xviij. Rex
iſrael ſtabat in curru ſuo contra ſyros vſqꝫ ad veſperā
et mortuus eſt occidente ſole. Iſte eſt enim currus in
quo moritur: et in quo rapitur. vnde iſte eſt currus ig
neus habens equos igneos in quo helyas raptus fuit
in celum. iiij. Reg. ij. Igneus enim dicitur pro eo ꝙ ca
ritatis igne mirabiliter inflāmatur. Eſt igitur currus
dei in quo habitat perſonaliter. ¶ Tertius eſt currus
D dei in quo habitat ſpiritualiter. Et iſte eſt iuſtus ſeu
anima viri iuſti. in quo deus per gratiā habitat atqꝫ ſe
det. habens ſcꝫ quatuor rotas. ideſt quatuor cardina-
les virtutes. duos equos. i. duo caritatis precepta vnū
aurigam ideſt fidē que ſcꝫ cū ſtimulo timoris et ſibilo
ſpei iſtū currū deducit De iſto curru dicitur. iiij. Reg.
ij. Currus iſrael et auriga eius Et in ps. Currus dei de
cēꝫ milibus multiplex milia letantiū in eis in ſynai in
ſancto. ¶ Quartus eſt currus in quo habitat figura
E liter ſeu ſacramentaliter. Et iſte ſignat eccleſiam. que
ſcꝫ quatuor rotis ideſt ſub quatuor euangeliſtarū fide
voluitur. duob⁹ equis ideſt ſpe futurorū: ⁊ contemptu
preſentiū trahitur. vno auriga. i. a papa vel quolibet
bono prelato ducitur atqꝫ regitur. Vel ſi vis etiaꝫ dic
ꝙ iſte currus eſt ſacra ſcriptura: habēs quatuor rotas
ideſt quatuor exponendi modos. duos equos. i. noui ⁊
veteris teſtamenti patres. vnū aurigā ideſt ſanctā ec-
cleſie xpi fidē. De tali ergo curru dici poteſt illud Act.
viij. Quod cū vir ethyops in curru legeret eſaiā. dictū
fuit phylippo ꝙ adiungeret ſe ad currū illum. Et dici
tur ibidē. ꝙ ille qui librū legebat xpo credidit. ⁊ baptiſ
muꝫ accepit. qr reuera currui eccleſie vel ſcripture me
rito: per fidem et caritatē quilibet adiūgitur. in quo. ſ.
liber eſaie legitur: baptiſmus ſuſcipitur. ⁊ xpi fides cre
ditur et tenetur. Et ſic patet quō ſunt quatuor currus
xpi quos ducit ſpiritusſanctus. ¶ Secūdo principali
F ter dico. ꝙ inuenitur currus iuſti: per quē fit bon⁹ trā
ſitus. Et iſte eſt currus virtutuꝫ. in quo ſcilicet anima
deuota circūuoluitur atqꝫ fertur. Curr⁹ igitur dr. i. cōgeries
virtutū. Vñ Ber. dicit: ⁊ ponit Mauricius in ſuis diſtin
ctionibus ꝙ virtutū ſūt tres principales currus. ſ. Curr⁹

Continentie.
Patientie.
Amicicie.

Primus currus eſt mūdiſſimus
oibus preminēs. Scōs eſt fortiſ-
ſimus omnia ſuſtinens. Tertius
curr⁹ eſt latiſſim⁹ oia cōtinēs. ¶ De curru ꝯtinētie
ſeu pudicicie dicit ꝙ quatuor rotas habet. que ſunt.

Maceratio corporis.
Continuatio laboris ſeu operis.
Aſperitas veſtis.
Mundicia mentis.

Equi duo iſtius curr⁹ ſunt
infirmitas corporalis ⁊ ino
pia tēporalis. Auriga autēꝫ
eius qui iſtū currū prudētiſ
ſime regit eſt vt aiūt aſſidua
meditatio mortis. In tali ergo curru ſedent ꝯtinentes
⁊ potiſſime ibi ſedet beata virgo. Figurata in imagine
cybeles que dicta eſt alma mater. que ſm Iſido. pinge
batur in curru ſedens cū corona turrita ⁊ leonibus ſe
quentibus et gallis claue in manu ⁊c. ſicut alibi. ⁊ per
currum intellige continentiā. ¶ De curru etiā patiē
tie dicit. ꝙ hꝫ etiā quatuor rotas. Et iſte ſunt vt dicit
ibidem tēporaliū benigna adminiſtratio Operoſa in
firmorum cōpaſſio. Tribulatorū et tentatorū ꝯſolatio
Iniuriarū leta toleratio. Duo equi poſſunt eſſe: Spes
premij. et euaſio futuri ſupplicij. auriga autē iſtius eſt
fortitudo. ¶ De curru autē amicicie ſeu caritatis dr
ibidem. ꝙ quatuor habet rotas Et iſte ſunt zelus dei
amor proximi. liquefactio cordis. dilatatio mentis.
Duo equi. beneficia dei. futura ⁊ preterita Auriga au
tem māſuetudo. Hec ⁊ predicta vel quaſi ponit Mau
ricius. Et ſic dico. ꝙ iſti ſunt currus virtutū. in quib⁹
vehitur vir perfectus: vnde de viro perfecto poteſt dici
illud. iiij. Regū. vj. Ecce inquit mons totus plen⁹ cur
ribus. ideſt iuſtus plenus virtutibus. Currus enī vir
tutum eſt ille in quo homo poteſt aſcendere paradiſū
ſicut de roboaꝫ dicitur. iij. Reg. xij. Aſcendit rex currū
ſuum et fugit in hieruſalē. Patet ergo quō inuenitur
currus iuſti: in quo fit tutus tranſitus. ¶ Tertio prin
cipaliter dico. ꝙ inuenitur curr⁹ mundi: a quo fit grā G
dis ſtrepitus. ⁊ ſic dico: ꝙ currus ſignat mundi ſuper-
biam atqꝫ ſtatum magnorūqꝫ tumultuoſas potentias
et pompoſas. vnde de abſalon legitur. ij. Regū. xv. Qḋ
ipſe fecit ſibi currū et equites: et quinquaginta viros
qui precederent euꝫ. Iſti ſunt currus pharaonis quos
ſubmerſit dominus in mare rubrū: ſicut dicitur. Exo.
xiiij. quia procerto oēs tales currus. i oēs mūdi pompe
ad mare. i. ad amaritudinē deducūtur et in infortunia
finaliter couertunt vnde Exod. xv. Ingreſſus eſt enim
pharao cum curribus ⁊ equitibus in mare. et reduxit
ſuper eos domin⁹ aquas maris. ⁊ ideo dauid ſeculi pō
pam abominās dicebat in ps. Hi in curribus et hi in
equis. Nos autē in nomine dn̄i inuocabim⁹. Inuenit
ergo curr⁹ mūdi ī quo fit grādis ſtrepitus. ¶ Quarto H
dico. ꝙ inuenitur currus dyaboli. cuius eſt triſtis exi
tus. Et talis currus nihil aliud eſt ꝙ peccator qui ſcꝫ
a dyabolo ſicut a domino ſuo regitur ⁊ vbi voluerit cir
cunfert. Poſtꝙ vero per mortē cōſumptus fuerit ⁊ de
ſtructus ab ipſo igne infernali ponit. vbi perpetuo con
crematur. iiij. Regū. xxiij. Currus ſolis ꝯbuſſit igni. Sol
enim qui dicit quaſi ſolus lucens: dyabolum ſignat q̄
per ſuperbiam ſolus appetit relucere qui ſcilicꝫ currus
ſuos ſcꝫ peccatores igne inferni finaliter ſolet cremare
¶ Quinto dico. ꝙ inuenit currus impij cuius eſt gra-
uis ambitus: ⁊ ſic per currum intelligitur congeries vi
tiorum. in quibus impijs rotatur et circuit. Unde no-
ta ꝙ Bernar. et mauricius ponunt tres currus impio
rum principales: videlicet.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Superbie. | | Impetuoſe. |
| Currus. | Luxurie. | qui currit. | Delicioſe. |
| | Auaricie. | | Anfractuoſe |

Currus ſuperbie quatuor vt aiunt hꝫ rotas. videlicet.

Seuiciam.
Audaciam.
Impatientiā.
Imprudentiā.

Malus currus eſt iſte et velox ad ef
fundendū ſanguinē qui ſcilꝫ nec in-
nocentia ſiſtitur nec patientia retar
datur nec timore refrenatur nec pudo
re etiam cohibetur. Trahitur autem iſte currus duob⁹
pernicibus equis ad omne nephas potiſſimis. videlꝫ
libidine dominandi et īpunitate peccandi. Auriga au
tem poteſt dici mortis obliuio cuius calcaria ſunt ti-
mor ſuccumbendi et glorie amor. iſte eſt currus et fal-
catus et ferreus propter crudelitatem annexam. Iudi
cum. j. Inhabitatores vallis falcatis curribus abun-
dabant. Currus etiam luxurie vt aiunt quatuor habꝫ
rotas. que ſunt.

Ventris ingluuies.
Veſtis mollicies
Coitus delectatio.
Soporiſqꝫ reſolutio.

Duo autem equi. vite
proſperitas: et abūdās
rerum fertilitas. Auri
ga autēꝫ poteſt dici pa
rata ad malum oportunitas. Joſue. xj. Equos eorum
ſubneruabis: et currus igni combures. Equi enīꝫ qui
ſunt animalia libidinoſa et ignis. luxuriam ſatis de-
ſignant. Currus auaricie quatuor alias habet rotas.
Et iſte ſunt.

Complacentia rerum.
Paupertatis timor.
Claritatis defectus.
Inhumanitas mentis.

Equi eius ſunt te-
nacitas ⁊ rapacitas
Auriga vero exceca
tio mentis et duri
cia: calcaria eius ſunt ſollicitudo ſeruādi: ⁊ timor amit
tendi. Iſte eſt igitur currus igneus. qui equos hꝫ igneos
quia ſcilicet quicquid eſt in auaricia totū ardet pre fer
uore acquirendi. vnde. iiij. Reguꝫ. vj. dicitur. ꝙ mons
erat plenus equorum ⁊ currum igneorum. Sic igitur
patet quomodo curr⁹ ſumitur multis modis.

## Curuare. Curuitas.

Nota ꝙ curui
tas ſeu incurua A
tio poteſt accipi multis modis. Eſt enim curuitas.

Ayuntamiento de Madrid

Cordialis ſubiugationis. Incuruant em̄ iuſti
Temporalis tribulatiōis. interiori humili in⸗
Criminalis inquinationis. clinatione. Incuruā
Infernalis deſolationis. tur miſeri exteriori
flebili tribulatiōe. Incuruātur impij in ſuperiori cul⸗
pabili operatiōe. Incuruātur dānati poſteriori triſta
bili deſolatione. ❡ Dicā ergo: ꝙ eſt curuitas ſeu incli
natio ſeu incuruatio iuſtorū ⁊ humiliū. Ad literā enī
homo qui humiliat ſe ſolet ſe incuruare ⁊ quaſi ſubiu
gare, ad ſignificandū ꝙ ſicut exterius viſibiliter incur
uatur, ſic mētaliter humiliat ⁊ inclinat ꝗuis em̄ ele⸗
phas ſit animal maximū ⁊ genua habet rigida. Dicit
tamen Pli. ꝙ docet reges ſalutare ⁊ genua corā eo cur
uare ſeu flectere ſuo modo. De apibus etiā dicūt Aui
cenna et Ambroſius ꝙ illa dicit melior: que minor: ro
tundior: cōſtructior: velocior et curuior reperit: Sic ve
re dicam. ꝙ nullus eſt ita magnus in potētia ſcientia
honore vel dignitate. quin per humilitatē ſe debeat in
curuare, rigorē ſuperbie flectere ⁊ ad deū regē humili⸗
ter inclinare. Illi enim qui ſui reputatione minor in
obediendo rotūdior ⁊ ad motū abilior per caritatē ve⸗
lociter in cōſciētia ſtrictior. et per humilitatē curuior
inuenitur apud deum melior iudicatur. Unde de tali
curuitate dicitur Baruch. ij. Anima que triſtis eſt et
incedit curua et triſtes et deficientes oculi: dabunt
gloriam et iuſticiam coram domino. Et dñs dicit eſa.
xlv. Mihi curuabitur omne genu. Et ſi vis notabis ꝙ
inuenitur in ſacra ſcriptura. Curuitas
Subiectionis que exhibetur maioribꝰ.
Compaſſionis que impenditur pauperibus.
Orationis que adhibetur numinibus.
fulminis. Ille inducie dãt pacis ſpeciē cum longis ter
minis. Ille amicicie habent molliciem ſumme dulce-
dinis. Ille eminentie habent aciē eterni culminis. Di
co igitur ꝙ ibi dant diuitie inexhauſtibiles Eſaie.xlv.
Dabo tibi theſauros abſconditos τ archana ſecreto-
rum. Item ibi dantur delicie indefectibiles. Apoca.ij.
Uincenti dabo edere de ligno vite:τ ibidē. Uincenti da
bo manna abſconditũ. Item ibi dantur ſcientie inua
riabiles:q2.ſ.omnia ibi videntur: τ ipſa etiam deitas
facie ad faciem intuetur Sapien.x. dedit illi ſcientiã
ſanctorũ. τ Hiere.xxiiij. Plantabo eos τ non euellã:τ
dabo eis cor vt ſciãt me. Item ibi dantur leticie imper-
turbabiles ps. Dediſti leticiã in corde meo. τ.ij. Theſ
ſa.ij. Dilexit nos τ dedit conſolationem eternam. Itē
ibi dantur inducie.ſ. pacis τ concordie interminabi-
les Hiere.xiiij Pacem veram dabit vobis dñs in loco
iſto.ij. Theſſalo.iij. Deus pacis det vobis pacē. Item
ibi dantur amicicie indiſſolubiles. Unde ipſi poſſunt
dicere illud Romano.v. Caritas dei diffuſa eſt in cor-
dibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt no-
bis. Item ibi dantur glorie τ eminentie ineſtimabiles
ps. Pacem τ miſericordiam diligit deus: gratiã τ glo
riam dabit dominus:τ Eſa.xlvj. Dabo in ſyon ſalutē
τ in hieruſalem gloriã meam. De honore etiam para-
diſi dicitur Apocali.iij. Qui vicerit dabo ei ſedere me
cuꝫ in throno:τ Luce.xij. Nolite timere puſillus grex
quia complacuit patri veſtro dare vobis regnũ. Ecce
ergo quãta

Ayuntamiento de Madrid

ergo quanta deus ꝛ quanta dat beatis. Unde etiã advertendum eſt: ꝙ ſicut a magna abundantia ferculorum: que ſunt in aliqua magna curia: mittunt ꝛ dant reliquie pauperibus expectantibus ad ianuam: ꝛ etiam amicis morantibꝰ extra curiã. Sic dico ꝙ de plenitudine huiꝰ curie: quedam reliquie mirabiles per diſpenſatorem ſeu per elemoſinarium ſcilicet per ſpiritũ ſanctum fuerunt miſſe ſcꝫ dona ſpiritusſancti: ꝛ hec nobis pauperibus mortalibus qui expectamus in eccleſia militante: que recte celi eſt ianua diſtribute. Eph. iiij. Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatẽ. Dedit dona hominibus: dedit inquit dona ſcꝫ per ſpiritumſanctum diſpenſatorem: qꝛ ſicut dicit. j. Cor. xij. Diuiſiones gratiarum ſunt: vnus aũt ſpũs diuidens ſingulis ꝓut vult: alij quidẽ dat ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie: alij genera linguarum: alij gratia ſanitatum ꝛc. Uide de donis: expone infra in titu. de donare
G Patet igitur quomodo deus dat plurima: quantum ad quatuor ſtatus. ſ. glorie: ꝓuidentie: iuſticie: ꝛ gr̃e.

¶ Secundo pͥcipaliter dico: ꝙ eſt vnum dare quod pertinet ad virum iuſtum. Juſti em̃ ſm̃ diuerſos ſtatus ſuos: hñt dare diuerſa: vicꝫ. Exemplũ: doctrinam famam: elemoſynam: det igit ꝛ effundat alijs.

Doctrinam qua erudiantur.
Exemplum quo perficiãtur.
Famam qua alliciãtur.
Elemoſinam qua reficiãtur.

Danda eſt ergo doctrina ꝑ quã erudiunt ignorantes. vñ ꝓue. viij. Nunquid non ſapientia clamitat ꝛ prudẽtia dat vocem ſuam: iõ Cant. viij. dr̃. Jbi inquit me docebis ꝛ dabo tibi poculũ ex vino condito ꝛ muſtũ malogranatorum meorum. Jtem danda eſt a iuſtis exemplaris vita per quã ꝓficiant attendẽtes: de quo Baruc. iij. Stelle dederunt lumen in cuſtodijs ſuis. Jtem danda eſt per ipſos odoroſa fama: ꝑ quam alliciant audientes Eccli. xxxix. Florete flores q̃ſi lilium date odorẽ: ꝛ Can. ij. Uinee florentes dederunt odorem ſuum: ꝛ ibidẽ dr̃. Quaſi mirrha electa dedi ſuauitatem odoris. Jtẽ dãda eſt ab ipſis elemoſina pia: ꝑ quam reficiant indigẽ-
H tes. Eccli. xiiij. Benefac amico tuo: ꝛ ſm̃ vires expoꝛrigẽs da paupi. ¶ Quinqꝫ em̃ ꝯditiões requirunt in oĩ dato que in hoc vſiculo continent Eſt modus in dãdo: quis: quid: cui: quõ: q̃n. Quis: vt, ſcꝫ ſi tu es potentior da amplius. Quid: vt. ſ. tu des de tuo non alieno. Cui: vt. ſ. des indigenti nõ abundãti. Quõ: vt. ſ. tu des celeriter ꝛ hilariter. Q̃n: vt. ſ. in tp̃e neceſſitatis magꝭ quam alias: bñficium em̃ dari debet.

Sinceriter cum pura intentione.
Celeriter ſubmota dilatione
Hilariter cũ grata affectione.
Sagaciter cũ magna diſcretione.
Utiliter ꝓ boni finis adeptione

Detur dico ſinceriter. ſ. cũ mũda intentione: vt. ſ. intẽtio nõ ſit turpis: aut ruſtica reddẽdo cogitãs nec ianis aut friuola aut mũdi laudem intendens. Juxta illud. Mat. vj. Cũ facis elemoſinam noli tuba canere. Luc. vj. Date mutuum nihil ſperantes. Jtẽ det celeriter cũ feſtinatiõe. ꝓuer. iij. Non dicas amico tuo vade ꝛ cras dabo tibi: cũ ſtatim poſſis dare. Eccli. iiij. Cor inopis ne affixeris: et ne ꝓtrahas datum anguſtianti. Jtem detur hilariter cum grata affectione. ij. Cor. ix. Hilarem datorem diligit deus. Jtem det ſagaciter cum prudẽti circũſpectione: vt. ſ. ceteris paribꝰ det bono magis ꝙ impio ꝛ pauperi plus ꝙ diuiti. Eccli. xij. da bono ꝛ nõ reſpicias peccatorem: ꝛ in ps. Diſperſit dedit pauperibus: non. ſ. diuitibus. Jtem det vtiliter cum lucri finalis adeptione qꝛ. ſ. ſi debito modo dat: lucrum non modicum reportatur: iuxta illud Luc. vj Date ꝛ dabitur vobis: ſꝫ quid dabitur? ꝓcerto dico: ꝙ bono datori dabitur honor ꝛ gloria: fauor ꝛ gratia ꝛ bonorum copia. Remuneratur ergo largitas boni datoris: quia honor ꝛ gloria ex hoc reportatur. Prouer. xxij. Uictoriam ꝛ honorem acquiret qui dat munera. Jtem fauor ꝛ gratia per hoc impetratur. Prouer. xviij. Donum hominis dilatat viam eius ꝛ ante ꝓncipes ſpacium ei facit: qꝛ vere homo pius ꝛ liberalis ꝛ in mundo ꝛ in paradiſo acquirit gloriam ꝛ honorem ꝛ ſanctorum meret gratiã ꝛ fauorem: Jtem qꝛ per hoc bonorum copia cumulatur. Unde aliquae em̃ ſunt aque puteales q̃ exhauſte ſepe conſueuerunt creſcere ꝛ abundare: ſi aũt ibidẽ nõ hauritur: conſueuerunt in ſe marceſcere: deficere: minui ꝛ perire: ſicut exemplificat geruaſius de quibuſdam puteis anglie ad ſal faciendum: cum aqua ſalſa a deo ordinatis. Sic vere dicam ꝙ diuitie date ꝛ cõicate augẽtur ꝛ creſcunt: ſi aũt per auariciam detinent: minuuntur: deficiunt ꝛ decreſcunt: ꝛ per raptores ꝛ latrones furantur ꝛ pereunt: ꝛ ꝓcerto iſta eſt veritas: ꝙ quanto homines amplius ſolent dare tãto amplius a deo occulte ſibi ſolet dari: ꝛ quanto quis in bonis vſibus expendit: tanto ſolent ſue diuitie melius continuari: et amplius augmentari. Date ergo ꝛ dabit vobis Luc. vj. quia ſicut dr̃. ꝓuer. xxviij. Qui dat pauperi non indigebit ꝛc. Terra quãto ab exteriori cultori plura ſibi dant: ꝛ q̃to aliunde plura recipit. ſ. pluuiam humectiuam: culturam penetratiuam clauſuram cõſeruatiuam: tanto ꝓcerto ſe per plura ſolet emittere ꝛ ſe copioſius alijs in fructificando diffundere: ꝛ alijs plurima bona dare. Sic reuera nos qui quicquid habemus aliunde accipimus: ꝛ ex alieno dico habemus. Juxta illud. j. Cor. iiij. Quid habes quod non accepiſti: qui habemus. ſ. ex celo rorẽ gratie: ꝛ ab eccleſia culturam penitentie: a prelatis clauſuram cuſtodie ꝛ diligentie: qui inſuper accipimus aliunde.

Nutrimentum quo nutriamur.
Documentum quo doceamur.
Ueſtimentũ quo veſtiamur.
Nutrimentum datur a parentibus.
Documentum datur a prudentibꝰ.
Ueſtimemtum dat a pecudibꝰ.

Nos dico nos ipſos debemꝰ diffundere et cõmunicare ꝛ bona nr̃a alijs diſtribuere, ꝛ dare iuxta illud. Eccli. xiiij. Jn diuiſione ſortis da et accipe: ideo ꝑcipit. Eccli. iiij. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum: ſed ad dandũ collecta. ꝛ Eccli. xxxv. precipitur. Da altiſſimo ſm̃ donatum eius. Et Luc. vj. dicitur. Date elemoſinam nihil inde ſperantes qđ tamen hodie non fit: quia vere cariſſimi pauci inueniunt hodie datores: multi vero venditores ꝛ libentiſſimi receptores: libentiſſime em̃ aliena data recipiunt: ſua vero rariſſime diſtribuunt: alios volunt eſſe datores: ſe vero exhibent venditores: ſi em̃ aliquid dant ſemꝑ hoc faciunt cum ſpe recipiẽdi equipollẽs ſemꝑ em̃ eſt in donis ſuis aliqua venditio: ſicut ptꝫ de ſymoniacis ꝓmotoribꝰ qui non dant: ſed vẽdunt beneficia: ſicut ptꝫ de iniquis iudicibus: qui non dãt ſꝫ vendunt iuſticiam ꝛ iudicium: ſicut etiam patet đ diuitibus qui cum tanta auiditate ꝛ difficultate ꝛ cum tanto indigentium labore ſua diſtribuunt ꝙ bene vẽdunt acceptoribus ſua donaria: apl̃s em̃ dicit. ij. Cor. ix. ꝙ hilarem datorẽ diligit deus: ꝛ ideo iſtos non debent diligere: quia. ſ. nihil dant hilariter vel libenter: qđ maxime patet de auaris qui ſunt ſimiles ſangiſuge que paulatiue de ſanguine ſugit: ſed poſt ꝙ plena fuerit: ipſum tamen nunq̃ volũtarie euomit: niſi forte quando fortiter ꝑmit vel calcat: tunc em̃ malis ſuis gratibus emittere cõpellit qđ potarat: ſic vere multi ſunt qui q̃uis ſint pleni ſanguine id eſt: diuitijs aliunde receptis ꝛ acquiſitis: ipſi tamen nihil volunt: alijs emittere vomere ſeu dare: ſed totum ſibi volunt cõtinue retinere. Deus tamen ipos q̃ſiqꝫ per mortem cõprimit: ꝛ ſic oĩa dimittere alijs ipſos cõpellit. Job. xx. Diuitias quas deuorauit euomet: ꝛ de ventre eius extrahet eas deus. Jſti ergo nõ dãt imo verius vendũt qꝛ nihil boni faciũt niſi coacti. Porcus em̃ nihil ꝓficit niſi q̃n morit: dũ em̃ viuit ſemper nocet: ſic diuites male viuunt: vicinis ſuis non ꝓficiũt ſed nocent: q̃n vero moriunt ſolent aliquid alijs clargiri: qđ non deꝫ eſſe: quia. ſ. libenter ꝛ hilariter debemus alijs dare noſtra. Eccli. xxxv. Jn oĩ dato tuo hilarem fac vultũ tuũ debemꝰ igit cariſſimi nos ꝛ noſtra deo dare. Nos dico



Ayuntamiento de Madrid

per cordis affectionē: nr̄a per pietatem ⁊ largitiones ideo bn̄ consulit ſapiēs. ꝓuer. iij. De tua ſubſtātia: de primicijs frugum tuaꝝ da pauperib⁹ ⁊ implebuntur horrea tua ſaturitate. Jn quibus verbis oſtendit q̄d dȝ dari: q: de tua ſubſtātia non aliena: quale eſt quod debeat dari: quia dȝ eſſe de p̄micijs ⁊ de melioribus nō de vilioribus: quibus dȝ dari: q: paupibus non diuitibus quis fructus eſt: quare dȝ dari: q: .ſ. implebuntur horrea tua ſaturitate. Aduertamus igitur fr̄es iſtis q̄ in bn̄ficio ſeu elemoſina dāda: tria ſunt attendēda .ſ. Rei congruitas: purē miniſtranda. Fr̄is calamitas pie ſubleuanda. Finis vtilitas iuſte conſequenda. Debet eīm habere res q̄ datur cōgruitatē ⁊ bonitatē: quia de ſubſtantia tua: ⁊ de p̄micijs: is cui datur hr̄e dȝ calamitatem ⁊ paupertatē: paupibus inquit. Jd ꝓ quo
N datur habeat vtilitatē ⁊ vbertatē: iplebunt horrea ⁊c.
¶ Dico ergo primo: q̄ datum nr̄m dȝ eſſe puritatis cōicatiuum: purū eīm ⁊ ſanctum debet eſſe: q: .ſ. nō dȝ fieri de alieno: ſed de tua ſubſtantia: q: ſicut dr̄. Eccli. xxxiiij. Qui offert ſacrificiuȝ de ſubſtātia paupis: q̄ſi qui victimat filiū in cōſpectu pr̄is. Jtē dȝ fieri de p̄micijs frugum tuaꝝ .i. de rebus magis p̄cioſis ⁊ bonis ſȝ exigentiam. Jn primo iſtoꝝ peccant mundi principes ⁊ tyranni: qui q̄uis multa habeāt dare: ipſi tn̄ nō dāt de ſubſtantia ſua ſȝ de aliena: cōſueuerunt eīm rapere talliare ⁊ pecunias a ſubditis extorq̄re: vt exinde poſſint ſuis ſequacib⁹ multa dare: feſta ⁊ cōuiuia facere veſtes ⁊ equos donare: curias ⁊ arma frequentare: iſti eīm valde liberales de alieno: ſimiles ſunt aquile que eſt auis valde liberalis: aues eīm innocentes occidit: de carnib⁹ carum alijs auib⁹ p̄dātibus: q̄ ex hoc ipaȝ libenter ſequunt largiri liberaliter cōſueuit. Uerūtn̄ ſm̄ Pli. ſi preda ſibi deficit: ipſa ſolet q̄nq̄ vnam de illis auib⁹ rapacib⁹ que eam ſequebant occidere: ⁊ eam ad deuorandum in cōi alijs exponere. Reuera tales videntur eſſe multi nobiles tyranni: qui de carnib⁹ auium innocentium .ſ. de ſubſtantijs pauperū ⁊ vicinoꝝ ſolent ſuis ſequacibus .ſ. balliuis ⁊ officialib⁹ multa dare: ⁊ ideo ꝓpter taliuȝ liberalitatem ſolent eos alie p̄dales aues balliuis ſir̄es frequentare. Prouerb. xix. Multi colunt perſonam potentis: ⁊ amici ſunt dona tribuentis. Jſtud tamē ſepe accidit: q̄ q̄n talibus tyrannis deficiunt prede ſue: ita q̄ nō poſſunt facere ſolitas largitates: ipſi cōuertunt ſe ad ſequaces ſuos .i. ad deuorandum balliuos: qui alios cum eis deuorabant: ⁊ ſic iuſto dei iudicio vt qui cum tyrannis vorētur: ſicut ad oculuȝ videmus de talibus balliuis magnatum: qui poſtq̄ varias cum magnatis ſuis exercuere rapinas: ab ipſis magnatis ſuis modicis inuentis occaſionibus deuorantur: ſuſpenduntur: ⁊ etiam exheredantur. Unde Eſa. xxxiij. Ue q̄ predaris: nōne ⁊ ipſe p̄daberis: ve q̄ ſpernis; nonne ⁊ ipſe ſperneris? Jſti ergo dant: ſȝ nō de ſubſtātia ſua: ſed de aliena. Sȝ adhuc dico q̄ nos debem⁹ dare de p̄micijs frugū nr̄aruȝ .i. de melioribus ⁊ potioribus bonis ſm̄ exigentiam perſone cui datur. Qd̄ eſt cōtra auaros q̄ nō dant aliquid quouſq̄ ſint corrupta ⁊ putrefacta. Jac. v. Diuitie veſtre putrefacte ſunt. vn̄ Sen̄. Pauperibus dat muſca ſcutellas: tonitruum vinū tinea veſtes. Nō ſic cariſſimi non: ſed ſit datū nr̄m puritatis ⁊ ſanctitatis cōmunicatiuum: q: .ſ. de ſuo non alieno dn̄t dare: qd̄ potiſſime eſt cōtra executores teſtamentorum: qui de bonis defunctoꝝ ſolent inuicem ſibi dare: ⁊ nihil re-
A ſtituere ⁊ pauperibus erogare. Eze. xxxvj. Hereditatē meam dederūt ſibi. ¶ Secundo dico: q̄ datum nr̄m debet eſſe paupertatis ſubleuatiuum. Da inq̄t pauperibus. Dare eīm debemus indigentib⁹ non affluentibus: paupib⁹ nō diuitib⁹: q: ſicut dr̄. ꝓuer. xxviij. Qui dat paupi nō indigebit: qd̄ eſt cōtra multos q̄ libentius ſolēt dare diuitib⁹ ⁊ ſupbis q̄ paupibus ⁊ egenis ſicut ptȝ de illis q̄ in hoc mūdo deſiderant ꝓmoueri. Mūdi eīm ꝓmotio acq̄rit dādo diuitibus: q: ſicut dr̄. ꝓuer. xviij. donū hois dilatat viā ei⁹: ⁊ ante principes

ſpaciū ei facit: celi vero ꝓmotio acq̄ritur dādo pauperibus p̄s. Diſperſit dedit pauperib⁹: iuſticia eius manet in ſeculū ſeculi. ¶ Tertio dico q̄ datū noſtrū debȝ M
eſſe vbertatis conſecutiuū. Jmplebunt inquit horrea tua ſaturitate. Jſta eſt eīm regula euāgelica. Date ⁊ dabit vobis Lu. vj. De mari eīm exeūt flumina ⁊ ad ipſuȝ reuertunt: q: vere chariſſimi quanto homo plus abūdanter dederit: ⁊ quāto flumina beneficioꝝ ſuoꝝ magis effuderit: tanto ſibi ampli⁹ dabit: ⁊ tanto magis diuitiarū copia ad deum reuertetur. Sic enim dicitur Prouerb. xj. Alij diuidūt propria ⁊ ditiores ſunt: alij autē rapiūt non ſua: ⁊ ſemꝑ in egeſtate ſunt. Sicut eīm aranea q̄toplus emittit de tela: tantoplus natura ſibi miniſtrat de materia. Sic homo quātoplus facit de elemoſinis: tantoplus abūdat in diuitijs. vn̄ Jaco. v. dicitur. Celū dedit pluuiā: ⁊ terra dedit fructus ſuos. Quando eīm celū .i. vir iuſtus dat pluuiā elemoſinaꝝ tūc terra ſua .i. opes diuitiaꝝ augmētantur: implebūtur inquit horrea tua ſaturitate elemoſina enim implet. Horreū cordis ſaturitate virtuali. Horreū burſe ſaturitate tēporali. ⁊ Horreū anime ſaturitate eternali. Jdeo bn̄ dicitur Lucc. iij. Triticū cōgregabit in horreū ſuū. Sic ergo ptȝ q̄d debem⁹ dare .ſ. noſtre ſubſtantie puritatē. De tua inquit ſubſtātia. Cui debem⁹ dare .ſ. pauperi ad ſubleuādū ipſaȝ paupertatē. Da pauperibus inquit. Quare debemus dare .ſ. vt habeamus ſpūalē ⁊ tpalē vbertatē. Jmplebunt ⁊c. Sic patēt duo mēbra principalia: q̄b⁹ dare ⁊ ad deū ⁊ ad iuſtū refertur. Reſtāt adhuc tria: q̄b⁹ dare ad mūdū: ad ipſū ad diabolū refert. videl ꝓprijs titul: ⁊ hoc de dare ſufficit.

**Dauid.** Nota q̄ de noīe ⁊ de hyſtoria ⁊ de ſignificatione dauid multa poſſunt moraliter dici. Jnterpretatur enim manu fortis ⁊ vultu deſiderabilis. Et poteſt ſignificare virū ꝑfectū ⁊ maxime prelatum: qui pro certo debet eſſe vultu deſiderabilis: per honeſtatem ⁊ manu fortis: per ſtrennuitatē: vultu dico deſiderabilis in conuerſando: manu fortis in operando: vultu deſiderabilis: in ſubditoꝝ exemplari: in formatione: manu fortis: in aduerſitatis virtuali toleratione: vt ſic dicatur de eo illud Hiere. xxiij. Suſcitabo dauid germen iuſtū: ⁊ regnabit rex ⁊ ſapiens erit. Jn quibus verbis poſſunt videri quinq̄ bone cōditiones que requiruntur in prelato. Debet enim habere A

Sanctitudinē in ingrediendo. ¶ Dr̄ .ſ. a deo debet venire: ſuſcitabo: q: debet eſſe germē quod valde eſt B
Multitudinē in indulgendo.
Rectitudinem in preſidendo.
Celſitudinem in eminendo.
Limpitudinē in diſcernendo.

tenere nature: q: debet eſſe iuſtus erga ſe: erga deū: erga proximū: quia debet regnare rex autētice ⁊ fortiter ſe habere: q: debet eſſe ſapiens ⁊ facere ⁊c. Habeat igitur prelatus in ingreſſu ſanctitatē. Suſcitabo inquit A deo enim debet ſuſcitari ⁊ inſtitui: qd̄ potiſſ. me requiritur in prelato a quo ſm̄ Augu. deus in iudicio queret quomodo intrauerit: quomodo vixerit: quomodo rexerit. Semen enim ſine celeſti influentia de terra nō ſuſcitatur nec in arborē erigit. Nunq̄ eīm qui plantat neq̄ qui rigat eſt aliquid: ſed qui incrementū dat de⁹: ipſe enim eſt qui ſuſcitat de puluere egenum: vt ſedeat cū principib⁹ ⁊ ſolium glorie teneat: vnde de tali dauid dicit Amos. ix. Suſcitabo tabernaculū dauid. Jn cui⁹ figura dauid ꝑ inſpirationē dei a ſamuele fuit electus j. Reg. xvj. Quod eſt ꝯtra multos q̄ ſuſcitant nō a deo ſed a diabolo nō a iuſticia: ſȝ a ſymonia: nō a ſpūſſancti inſpiratione: ſed a carnali affectiōe. Un̄ phitoniſſa mulier legit Samuelem ad inſtantiā regis ſaulis de inferis ſuſcitaſſe. j. Reguȝ. xxv. Sic vere ſepe accidit q̄ ad inſtantiā principū ſecularium: phitoniſſa mulier .i. molles ⁊ affectuoſi ſuperiores plati ſuſcitāt mortuos de inferno .i. pctōres ⁊ min⁹ idoneos: ⁊ ad ſtatū platiōnis promouent ⁊ exaltant. Amos. j. Quis ſuſcitabit Jacob q: paruulus eſt. Non ſic boni non: ſed a deo ſuſcitantur.

Ayuntamiento de Madrid

tantur non ab alio Abacuch .iij. Suſcitans ſuſcita-
bit arcum ſuum iuramenta tribubus que locutꝰ eſt.
Et nota ꝙ prelatus dicitur arcus qui flectitur per cle
C mentiam: qui percutit per iuſticiā: qui corda ligat per
temperantiam. ¶ Secundo dico ꝙ ipſe debet habere
in animo pietatem. germē inquit. Sicut enim germē
eſt molle ⁊ humidū ⁊ totius arboris vel herbe princi
piū ⁊ origo. Sic vere prelatus debet eſſe mollis per be
nignitatē: humidus per pietatē: viridis ꝑ honeſtatē.
⁊ ſic totius arboris eccleſie eſſe poterit principium ca
put ⁊ originale fundamentū. In cuius ſignū dicitur
de Dauid. ij. Reg. xxij. ꝙ ipſe erat quaſi tenerrimus li
gni vermiculus. ⁊. j. Macha. ij. dr. ꝙ Dauid in ſua mi
ſericordia conſecutus eſt regnum. Ualde enim decet
pietas in p̄latis. Et iō in figura dr. ij. Reg. ij. ꝙ inunxe
runt Dauid vt regnaret ſuper domū iuda. Prelati eñ
debent eſſe vncti. i. vnguento miſericordie pleni qꝛ ſm
Sene. in de clementia ad neronē. Pietas in ſuos: gla-
dius eſt in hoſtes. Arbores enim alte ſicut ſunt abie-
tes ⁊ pinus magis ſolent emittere de reſina: ſic alti vi
ri. ſ. iudices ⁊ prelati plus debent habere de clemētia.
Caput eñ qd̄ eſt membrum altius eſt ceteris mēbris
medulloſius: ꝙuis eñ habeat multa dura oſſa in ip-
ſis: tamen habet cerebrū quod totum eſt de medulla.
Ad denotandum ꝙ caput. i. capitanei ⁊ prelati debent
pre ceteris pietatis medulla eſſe pleni. Nam in oſſibꝰ
duris ſue ſeueritatis ſemper debet eſſe medulla dul-
ciflue pietatis: germen ergo p̄s. Juſtus geminabit ſi-
cut lilium: ⁊ florebit ineternum ante dominū. ꝙꝙ eñ
homo ſit iuſtus: per equitatis rigorem: debet tamen
germinare per pietatis humorem: debet eſſe ſicut liliū
per caſtitatis candorē: ⁊ florere ineternū per honeſta-
tis decorē. Habeat igitur iſte Dauid. ſ. prelatꝰ in ani-
mo pietatem: germen inquit iuſtuꝫ Hiere. xxxiij. Ger
minare faciam dauid germen iuſticie: ⁊ faciet iudiciū
⁊ iuſticiam in omni terra. ¶ Tertio dico ꝙ debet ha-
D bere in actibus equitatem. Juſtum inquit. Juſtus eñ
equus ⁊ rectus debet eſſe. Jdeo dicebat Dauid in p̄s.
Ego autem in iuſticia apparebo in conſpectu tuo: ſa-
tiabor cum apparuerit gloria tua: virtutem enim iu-
ſticie debēt habere prelati. Jſta eſt igitur regula actuū
humanorum. Et ideo prelatus debet dicere illud Job
xxix. Jta iuſticia indutus ſum ſicut veſtimento. Et
Sapien. v. dr. Jnduet pro thorace iuſticiam: ⁊ pro ga-
lea iudicium eternū ⁊c. Habeat igitur prelatꝰ in acti-
bus equitatē. ¶ Quarto dico ꝙ habeat in ſtatu ſub-
limitatem vel in modo autoritatē. Regnabit inquit
rex. Ad prelatum enim pertinet: ꝙ ſit autentica perſo
na: ⁊ ꝙ rigide ⁊ autentice ſe habeat in agendis: quod
eſt contra multos qui ita imbecilliter ⁊ ita familiari-
ter ſe habeat in agendis: ꝙ ab omnibus contemnun-
tur: qd̄ non debet eſſe. Leo enim qui eſt rex aīaliū: ha-
bet faciem auſterā intantū ꝙ cunctis aīalibus ip̄am
intuentibus ſolet timorem incutere. Sic vere rex ⁊ pre
latus debet ſuo modo auſterū ⁊ autenticum vultum
aliijs oſtendere: vt malefactoribus poſſit timorem in-
cutere. Nimia enim familiaritas parit contemptum.
⁊ ideo non debet ſe oſtendere nimis familiarem: ſꝫ au
tenticum ⁊ regalem. figura de rota Ezechie. j que ha
bebat ſtaturā ⁊ aſpectum horribilem: qꝛ ſicut dr Pro-
uerbio. xx. Rex qui ſedet in ſolio iudicij ſui: vultu ſuo
omne malum diſſipat. Jdeo de tali Dauid dicit̄ Hie-
re. xxx. Seruient ibi deo ſuo: ⁊ dauid regi ſuo Ezechie.
xxxiiij. Princeps dauid erit in medio eorum. Nota ſi
vis de medio equitatis: ſicut in loco ſuo: qꝛ ſemꝑ rex de
bet tenere mediū inter partes. Multi tamē ſunt ſicut
michol vxor Dauid: quo loco dauid regis poſuit vnā
ſtatuam caprinis pellibus coopertam: ita ꝙ veniētes
ſerui regis credentes inuenire dauid: ſtatuam vnā in-
uenerunt: ſicut dicitur. j. Regū. xix. Sic vere ſepe acci-
dit: ꝙ loco Dauid: id eſt boni prelati in loco eius. ſ. in
eccleſia: ponitur quādoqꝫ vna ſtatua. i. aliqs imbecil-
lis ⁊ beſtialis prelatus: recte per ſtatuā nabuchodo-
noſor figuratus pellibꝰ caprinis. i. caprinitate ⁊ igno-
rantia inuolutus: ita pro certo ꝙ qui ibi dauid quere-
ret: non ipſum ſed loco eius ſtatuā inueniret. Nō ſic
ergo: ſed regnabit rex Eccli. xxiiij. Dauid cū leonibus
luſit: quaſi cū agnis: tales rigidi prelati de leonibꝰ fa
ciunt agnos. i. de litigioſis pacificos: ideo dr Mat. j.
Dauid aūt rex genuit ſalomonem: qui. ſ. pacificus in
terpretatur: qꝛ vere boni ⁊ potentes prelati generant ⁊
pullificant in terra ſibi cōmiſſa filios ⁊ ſubditos pa-
cificos ⁊ modeſtos. Habeat ergo prelatꝰ in modo au
toritatem. ¶ Quinto habeat in ſenſu ſubtilitatē. Sa
piens inquit erit: oculo eius eñ qui ad regendū corpꝰ
in capite ponitur: cōceſſa eſt virtus viſiua ⁊ non alte-
ri membro. Soli etiā qui oculus mundi dr: ⁊ ꝑ quem
mundus illuminatur: cōceſſa eſt pre ceteris virtus il-
luminatiua: ſic pro certo charìſſimi: in prelatis qui in
capite dignitatum poſiti ſunt ad regendū ⁊ illuminā
dum totū corpus eccleſie ſancte dei: debet virtus viſi-
ua. i. virtus diſcretionis ⁊ ſapientie vigere: vt ſciāt ⁊ co
gnoſcant: iudicent ⁊ diſcernant: quid ⁊ quomodo ſit
in negocijs procedendū. Sapiens inquit erit. vnde. ij.
Reg. xxij. Dauid ſedens in cathedra ſapientiſſimus
princeps inter tres. ¶ Jtem nota ꝙ dauid ꝓpter plu-
rima facta ſua que per decurſum vite ſue in ſcriptura
ponuntur: poteſt ſignificare quēlibet virum perfectū
⁊ ſanctum. Et hoc: quia. E

Dauid magis p̄ncipibꝰ ſciuit aſſiſtere.
Gregem cuſtodibus ſciuit cōmittere.
Demonē cythara ſciuit expellere.
Armorū pondera ſciuit deponere.
Ad belluꝫ feruidus ſciuit currere.
Jn bello goliā ſciuit occidere.
Lyra melodiā ſciuit precinere.
Jonathe gratiā ſciuit acquirere.
Fletuuꝫ copiā ſciuit emittere.
Regis maliciam ſciuit refugere.
Deſertā patriā ſciuit incolere.
Semper per gratiam ſciuit proficere.
Ad regni gloriā ſciuit aſcendere.
Hoſtibus veniam ſciuit concedere.
Cordis leticiam ſciuit oſtendere.
Aque dulcedinē ſciuit appetere.
Manſuetudinem ſciuit pretendere.
Fortis leonibus ſciuit exiſtere.
Jn ſalem finibus ſciuit inſiſtere.
Cū ſanctis patribus ſciuit quieſcere.

¶ Jſta ei oia patēt per pmuꝫ ⁊ ſcōm li. Regū. di-
ligentius intuēti. ⁊ reuera iſte viginti cō-
ditiōes da-
uid poſ-
ſunt cōpe-
tere cuili-
bet viro iu-
ſto: qꝛ pro
certo iſte
principibꝰ
ſcꝫ deo ⁊ an-
gelis debꝫ
aſſiſtere ꝑ
familiarem cōtemplationem. j. Reg. xvj. venit dauid
ad ſaul ⁊ ſtetit corā eo: ⁊ ille dilexit eum nimis. Dauid
enim regis iſrael. ſ. ſaul curiā frequētauit: ⁊ coram eo
inſtrumentis muſicis luſit. Sic ſancti per contēpla-
tionem curiam paradiſi frequētant: ⁊ corā rege iſrael
xp̄o ꝑ laudes diuinas egregie cytharizant. Jtē iſte gre
gem affectionū ſuarum cogitatuum ⁊ appetituū de-
bet cuſtodi deo cōmittere per orationem. Dauid enim
puer quādo iuit ad preliū viſitare fratres legitur gre-
gem cuſtodi cōmiſiſſe. Sic ſancti ⁊ iuſti ad tribulatio
num ⁊ tētationū prelium acceſſuri deo debēt cōmitte
re cuſtodiam ſtatus ſui. j. Regū. xvij. Surrexit dauid
mane ⁊ cōmendauit gregem cuſtodi. Jtē iſte cū cytha
ra crucis debet demonē expellere ꝑ xp̄i paſſionis me-
moriā ⁊ cōpaſſionē: de dauid eñ legitur: ꝙ in virtute
cytharę ſue cuꝫ qua canebat: de ſaul demonē expelle-
bat: cythara lignea crux eſt q̄ reuera ſi ꝑ cōpaſſionē ⁊
deuotionē tangit̄: ſtatim hoſtis potētiā effugat. j. Re
gū. xvj. Quicunqꝫ ſpūs malus exagitabat ſaul: dauid
cytharā manu percutiebat: ⁊ refocillabat̄ ⁊ recedebat
ſpūs ab eo. Jtē iſte arma pōderoſa. i. bona terrena de-
bet deponere ꝑ tēporaliū cōtēptū ⁊ abiectionē. De da
uid eñ legit̄: ꝙ cōtra goliā pugnaturus arma ſaulis
quibꝰ indutꝰ erat vt leuiꝰ incederet depoſuit: ⁊ ſic gy
gantē valide ſuperauit: vt ſcribit̄. j. Reg. xvij. Sic vere
quicūqꝫ diabolū ſuꝑare affectat: pmū neceſſe eſt ꝙ ar
ma pōderoſa. i. bona terrena que grauia ſunt: ſaltem

Ayuntamiento de Madrid

quo ad affectum abijciat ⁊ dimittat.j.Regum.viij. Dixit dauid ad ſaul.Non poſſum ſic incedere:⁊ depoſuit arma:⁊ ſic iſte cum baculo ⁊ quinq̃ lapidibus goliam proſtrauit.Sic iuſtus cum baculo crucis ⁊ q̃nq̃ vulneribus xp̄i diabolum ſemꝑ vincit.Itē iſte ad bellum.ſ.contra vitia debet feruenter currere ꝑ ſtrennuitatem ⁊ audacē affectionē.Unde de dauid legitur.j.Regū.xvij.Feſtinauit dauid ⁊ cucurrit ad pugnā.Itē iſte goliam occidit.i.propriā carnē vicit ⁊ ſuperauit ꝑ temperantiā ⁊ orationē.j.Reguȝ.xvij.Dixit dauid ad philiſteum.Ego venio ad te in nomine dn̄i:⁊ dabit te dominus in manu mea ⁊ percutiā te Philiſteus qui poculo ruens interpretatur eſt caro. Itē iſte melodioſe cecinit per laudem:cōfeſſionē:orationē:predicationem:⁊ gratiarū actionē.j.Paralipo.xiij.Dauid ⁊ omnis iſrael ludebant coram dn̄o in canticis ⁊ cytharis. Item iſte ionathe qui interpretatur columba.i.perſonarū ſimpliciū ⁊ bonarū amiciciā acquiſiuit per dilectionem.j.Reg.xviij. Inierūt autē dauid ⁊ ionathas fedus:diligebat eñ eū quaſi aiam ſuā. Itē iſte lachrimas emiſit per dolorē ⁊ compaſſionem.j.Regū.xx. Fleuerunt pariter dauid ⁊ ionathas: dauid autē amplius.Item iſte ſaulis.i.tyrannorū malicias ⁊ iras fugit:⁊ declinauit per diſcretionē.j.Reg.xix.dicitur.Fugit dauit ⁊ ſaluatus eſt.Item deſertum inhabitauit.i.aſperitatē penitentie:per proprie carnis macerationē j.Reg.xxiij.Morabatur dauid in deſerto. Item ſemꝑ in melius profecit per virtutū multiplicationē.ij.Regū.iij.dauid proficiens ⁊ ſemper ſeipſo robuſtior. Itē regnū ⁊ dignitatem acquiſiuit ps.Elegi dauid ſeruuȝ meum:oleo ſancto meo vnxi eū.Item in ſe peccantibꝰ indulſit miſericorditer:patet de ſemey.ij. Regū.xvj. Unde.j.Macha.ij.Dauid in ſua miſericordia cōſecutus eſt regnū.Item iſte ſpiritualē leticiā ſemꝑ habuit ⁊ monſtrauit.j.Paralipo.xxix.dr̄.Rex dauid letatus eſt gaudio magno.Item iſte aquā betbleem appetiit ⁊ concupiuit.i.dulcedinē mentis ⁊ deuotionē.Unde.ij.Regū.xxiij.Deſiderauit aquā dauid ⁊c Item iſte ſemper manſuetudinē tenuit:per humilem ⁊ dulcē cōuerſationem ps.Memento domine dauid ⁊ omnis manſuetudinis eius.Itē leonibus.i.tyrānis ⁊ demonibus obuiauit per iuſticiam ⁊ correctionē.Eccli.xlvij. Dauid cū leonibus luſit quaſi cum agnis.Item in ſalem ſeu in hieruſalem.i.in celo habitauit ⁊ manſit per cōtemplationē ⁊ affectionē.ij.Reg.xj.Dauid autē remāſit in hieruſalem.Itē ſenex.i.maturus ⁊ prudens cum patribus ſuis.i.cum deo ⁊ ſanctis dormiuit ⁊ quieuit per perſeuerantiā ⁊ deuotionis requietionem.Uñ.iij.Regū.j.Rex dauid ſenuerat.⁊.ij.Dormiuit dauid cū patribus ſuis. ⁊ ſic patet quomodo per dauid poteſt
A intelligi vir perfectus.Et hoc de dauid ſufficit.

De. Nota ꝙ de eſt prepoſitio ſeruiens ablatiuo: q̃ ⁊ ſemper ſignat receſſum a loco;vel dependētiā a re vel a perſona:⁊ etiam a tempore: vel a loco vel proceſſum a materia vel diminutionem rei.Receſſum dico a loco:ſicut cum dicitur Exo.xxxij.Peccauit populus tuus quem eduxiſti de egypto:dependentiā etiā a re:ſicut cū dicitur Iohan.iij. Qui de terra eſt de terra loquitur. Itē dependentiam a perſona: ſicut cū dicit Matthei.ij.Ite iterogate diligenter de puero.Itē dependentiam a tēpore:ſicut dr̄ Eccli.v.Nec differas de die in diē.Item dependentiā a loco:ſicut in ps.Laudate dn̄m de celis.Itē ꝓceſſum vel dependentiā a materia:ſicut cū dr̄ Gen̄.j.Formauit deus hoiem de limo terre:⁊ illud Gene.vj.Fac tibi archā de lignis leuigatis.Item demptionem ſeu diminutionē rei:ſicut cum dicitur.Accipe de oleo vel de vino. Minus enim importat ꝙ ſi diceret:accipe oleū ſiue vinū:ſicut dicitur Gene.iij.De fructu q̃ eſt de paradiſo veſcemini.Breuiter autē concludendo dico:ꝙ de ſemper ſignat participationē rei:loci:temporis:vel perſone: que bm naturā nominū vel verborū quibus adiungitur in bono ſignat vel in malo.Igitur nota ꝙ in ſcriptura inuenitur vna participatio ſeu

| | |
|---|---|
| Unum de:qđ debes fugere. | ¶ Dicā ergo ꝙ ꝑ |
| Unum de:qđ debes querere. | de poteſt intelligi |
| Unum de:qđ debes timere. | quedā participa- |
| Unum de:qđ debes videre. | tio vitioſa: ⁊ iſta |

eſt peccatorū:malorū hoim ⁊ locorum:q̃ ſcȝ a nobis debet refugi ⁊ vitari. Sicut enim video oīa libenter fugiunt ⁊ dimittūt illud qđ periculoſum eſt eis frequētare vel habere:ſic vere in moribus illa ſumme fugienda ſunt;vel que habita non proficiunt: vel que retenta obſunt:vel que derelicta proſunt.Et ſic dico ꝙ nos debemus mentaliter fugere ⁊ recedere

| | |
|---|---|
| De mundo. | Nā mundus inficit. |
| De peccato. | Peccatū officit. |
| De diaboli dn̄io. | Demon interficit. |
| De iniquorū cōſortio. | Peccator nō ꝓficit. |
| De terrenorū deſiderio. | Terrenū nō ſufficit. |

Igitur fugere debemꝰ de mūdo q̃ ſuos inficit.vñ Dauid dicebat in ps.Eripe me de luto vt nō infigar. ⁊ de profundis aquarū.De iſto eñ fugiendū eſt:qr eſt locꝰ crudelitatis:indignitatis:carceris ⁊ penalitatis.Crudelitatis dico:vñ Gen̄.iiij.Uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.Indignitatis etiā dr̄ Cant.iiij. Ueni de lybano ſoror mea veni de lybano coronaberis. q.d.in lybano.i.in mūdo coronari nō vales.Carceris etiā ſeu ſeruitutis:ideo dicebat Dauid in ps.Educ de cuſtodia aiam meam ad confitendū nomini tuo.Igitur fuge ⁊ recede de mūdo;qui ſuos inficit: ibi eñ eſt aer valde corruptus: et ibi difficile eſt ꝙ aliquis viuat ſanus:ideo bene cōſulit Gen̄.xij.Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua.Et Hiere.lj Fugite de medio babylonis.Itē fuge de peccato qđ ſuos officit: qr ſcȝ peccatū eſt ille fumꝰ putei abyſſi.de quo Apoca.ix dicitur.Obſcuratus eſt ſol ⁊ aer de fumo putei.Et de fumo exiuerunt locuſte.Ubi nota ꝙ peccatū Ueritatē fuſcat ſua caligine.Obſcurus eſt inquit ſol.Puritatem fedat ſua fuligine.Aer de fumo.Libertatē claudit ſua voragine Putei. Uberta tem rodit ſua rubigine.Locuſte. Explana ſi vis; ⁊ breuiter peccatum abhominandū eſt:qr procedit a diabolo ⁊ machinat a malo corde cogitatur:a malo ore profertur ⁊ predicatur:a diabolo dico procedit ⁊ machinatur.Uñ Apocali.xvj.Uidi inquit de ore draconis: ⁊ de ore beſtie: et de ore pſeudo ꝓphe exire tres ſpūs immūdos in modū ranarū.Iſti enim tres ſpūs tria generalia peccata deſignant:ſeu triplicē cōcupiſcētiā.ſ.luxuriā:q̃ procedit de beſtia cūcta maculāte.Superbiam q̃ ꝓcedit de falſo ꝓpha altū appetente.Auariciā:q̃ procedit a dracone flāmas emittente. Draco eſt mūdus.Beſtia eſt corpus.Falſus ꝓpha eſt diabolus.Mūdus de ore ſpirat auariciā:ſiſis illi fonti ignis:de quo riui ignei manare videntur.de quo loquitur.Plini.li.ij.ca.ix.Ideo xp̄s q̃ auariciā ꝯtenebat dicebat. Ioh.xviij.Regnū meū nō eſt de hoc mūdo. Corpꝰ ſeu caro ſpirat luxuriam qr ſicut dicit Gala.vj. Qui ſeminat in carne.de carne metet corruptionē.Diabolꝰ vero ſpirat fallaciā et ſuperbiam.Uñ diabolus eſt ille malus homo.q̃ de malo theſauro ſuo profert mala. Mat.xij. Peccatū ergo a diabolo procedit.Sed etiā dico ꝙ a corde puerſo cogitatur.Unde Matthei.xv.De corde exeunt cogitationes male: homicidia:adulteria:fornicationes furta:falſa teſtimonia:blaſphemie.A malo etiam ore predicatur ⁊ publicatur. Matthei.xv. Que procedunt de ore:de corde exeunt: ⁊ ea coinquinant hominem. Igitur fugiendum eſt de peccato quod ſuis officit.Item fugiendum eſt a diabolo qui ſuos necat ⁊ interficit.Diabolus enim eſt ſicut leo mordens crudeliter.Ideo in ps.dicitur.De ore leonis libera me domine. Sicut hoſtis nocens maligniter ps. Eripe me de inimicis meis. Sicut ſerpens pungens fallaciter Eſaie.xiiij.de radice colubri egredietur regulus: et ſemen eius abſorbet volu. Item fugiendum eſt a cōſortio iniquorum quod nihil proficit. Numeri.xvj. Separamini

Ayuntamiento de Madrid

paramini de medio congregationis huius. Itē fugiēdum eſt de deſiderio terrenoꝝ: qđ nunꝙ̄ ſufficit. vnde terrena ſm ps. fiant ſicut fenū tectoꝝ qđ priuſꝙ̄ euellatur exaruit: de quo nō imple. ma. ſuā q̄ metet. Terrena nanqꝫ habent pinguedinem carnalitatis: tollunt plenitudinem felicitatis: inferunt inquietudinē cupiditatis. De pinguedine dicit Deutero. xxxij. De quoꝝ victimis comedebant adipes: ⁊ vinū libaminū bibebant. De plenitudine vero felicitatis eterne quam tollit: poteſt dici illud Joſue. v. ꝙ. ſ. vbi filij iſrael comederunt de frugibus terre defecit eis manna: ſi enim terrenoꝝ fruges acquiritur māna dulcedinis eterne glorie vt cōmuniter impeditur. De cupiditate autē que incurritur pōt dici illud Job. xlj. De ore eius lāpades quaſi tede ignis accenſe: eius inquit. i. mundi vel auari. Patet igitur ꝙ p iſtā dictionē de: pōt intelligi par-
C ticipatio vitioſa: q̄ eſt fugiēda: ⁊ hoc eſt primū. ¶ Secūdo dico ꝙ per de intelligitur quedā participatio virtuoſa: que eſt acquirenda ⁊ promerenda: ⁊ iſta eſt illa qua de deo: de celo: de virtutibus: de ſcriptura: de gratia: de gloria: recipimus adiutorium ⁊ ſolamen. Et ſic notabo ꝙ de deo habemus

Deuotionis ſapidum dulcorē.
Reuelationis ſplēdidū fulgorē.
Exauditionis placidū fauorē.
Miſerationis fluidū feruorē.
Protectionis ſolidū vigorē.
Refectionis ſapidū liquorem.
Dilectionis feruidū ardorē.
Eruditionis pſpicuū ſplendorē.
Cōſolationis irriguū humorē.
Durationis perpetuū tenorē.
Exaltationis aſſiduū honorē.

¶ Igit dico. ꝙ de deo ſicut de principali fundamēto noſtro nos participando recipim⁹ dulcorē deuotiōis Deut. xxxij. Cōſtituit eū ſupra excelſaꝫ terrā vt ſugeret mel de petra: oleūqꝫ de ſaxo duriſſimo. Itē fulgorē reuelationis Deutero. iiij. De celo audire te fecit vocē ſuā. Iteꝫ fauorē exauditionis ps. Exaudiuit me dñs de monte ſancto ſuo. Item feruorē miſerationis. Vñ ps. Reſpice de celo ⁊ vide: ⁊ viſita vineā iſtā. Et alibi. Veritas de terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo proſpexit. Itē vigorem protectionis ps. Angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis. Itē liquorē refectionis. ſ. eucharistiā ⁊ cibū corporis ſui Gene. xxvij. Surge: ſede: comede de venatione. Et Johan. vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcēdi. Itē ardorē dilectiōis Treno. j. De excelſo miſit ignē in oſſibus meis. Itē ſplendorem eruditionis Eſa ij. De ſyon exibit lex ⁊ verbū dñi de hieruſalē. Item humorē conſolationis ⁊ refrigerationis. Eſa. xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Et Geñ. xxvij. Det tibi dñs de rore celi ⁊ de pinguedine terre benedictionē. Item tam in anima ꝙ̄ in corpore duratiōis perpetue conditionē. De anima Gene. ij. Inſpirauit. ſ. deus in faciē. i. imaginē eius: ſcꝫ hominis ſpiraculū vite. i. aīam habentē in ſeipſa vitā perpetuā. De corpore. j. Corin. xv. Sicut in adam oēs moriuntur: ita ⁊ in xpo oēs viuificabuntur. Item honorē exaltationis Canti. iiij. Veni de lybano veni coronaberis ps. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Iſtud eſt ergo vnū de. i. vna participatio virtuoſa q̄ eſt acq-
D renda ¶ Tertio dico ꝙ per de intelligitur vna participatio rigoroſa: q̄ eſt metuenda. Igit timendū eſt de occulta dei reprobatione ne nos a ſe repellat De aperta dei iudicatione: ne nos foris expellat. De eterna inferni tribulatione: ne nos ſecū impellat. De ſuperna celi conſolatione: ne nos a ſe refellat. Timēdū eſt ergo de diuina reprobatiōe. de qua Exodi. xxxij dicit. Qui peccauerit in me delebo eum de libro vite. Item eſt timendū de ſui iudicij ſeuera executione ps. De celo auditū feciſti iudiciū: terra tremuit ⁊ quieuit. Item timendū eſt de infernali vexatione ⁊ dānatione Deutero xxxij. De vinea ſodomoꝝ vinea eoꝝ ⁊ de ſuburbanis gomorre. Vua eoꝝ vua fellis: ⁊ botrus amariſſimus. Itē timendū eſt de perdenda celi beatitudine ⁊ conſolatiōe: ſeu eterna duratiōe Gene. iij. Ecce adam ne forte mittat manū ſuā: ⁊ videte ne ſumat etiā de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternū. Patet igitur: ꝙ per de ſignificatur vna participatio rigoroſa que eſt metuenda.
¶ Quarto vero poſſem adhuc dicere: ꝙ per de intelli E gitur quedā participatio luctuoſa que eſt attendēda. Et iſta eſt illa qua natura cōditionis humane facta eſt de materia vili: ⁊ terminatur in materiā viliorem: q2. ſ. de terra factus eſt homo Geñ. j. formauit de⁹ de limo terre: ⁊ in terrā etiā reuertet Eccl's. iij. De terra facta ſunt ⁊ in terrā pariter reuertentur. ¶ Si vis ad F huc potes dicere: ꝙ de ptinet ad deū ⁊ maxime ad dei filiū: q2 ipſe eſt deus de deo: lumen de lumine: deus verus de deo vero: ſicut dicit in ſimbolo athanaſij. Vel etiā de refertur ad virū iuſtū: qui. ſ. eſt cōpoſitus de diuerſis virtutibus. Habet enim in ſua cōpoſitiōe morali

Humilitatē ſicut fundamentū.
Pauptatē ſicut purgamentū.
Pietatē ſicut rigamentum.
Caritatem ſicut complementū.

¶ De humilitate intelligit illud Gene. j. Produxit de⁹ de humo omne lignū ⁊c. De paupertate dr illud Gene. vj. fac tibi archā de lignis leuigatis: paupertas eñ leuior eſt omnibus virtutibus: q2. ſ. pondus terrenoꝝ non habet. De pietate dr. iij. Reg. vj. fecit in oraculo duos cherubin: de lignis oliuaꝝ. Oliua enim pietatē ſignat. De caritate autē poteſt intelligi illud Exo. xv. vbi precipitur ꝙ fiat archa de lignis ſethim: interius ⁊ exterius deaurata: aurū enim rubicundū ⁊ precioſuꝫ ſignat caritatem. Et nota ꝙ vtenſilia omnia tabernaculi de auro ſunt facta: ſicut patet Exo. xxvj. ad denotandū ꝙ aurum caritatis eſt materia oīm bonoꝝ virorum: ⁊ etiā oīm bonoꝝ operum ⁊ virtutū. De hoc autem: ꝙ de ſignat partē ⁊ diminutionē: dic ꝙ in hoc intelligitur diſcretio que omnia nō vult a ſe emittere ⁊ ſeparare: ſed ſolū partem: ſicut cū dicit Tho. iiij. De tua ſubſtantia da pauperibus. Non eñ dicit: tuā ſubſtantiā: nō eñ vult ꝙ dem⁹ totū. ¶ Vel de ppoſitio ⁊ G detractio ſignat peccatorē: qui vult preeſſe per ſuperbiam: de fama alioꝝ demit per detractionē ⁊ infamiā ⁊ de bonis ſuis nimis retinet per parcitatē: de alijs autem nimis impie rapit ⁊ demit per auariciā: dicentes illud Eccli. xj. Nunc māducabo de bonis meis ſolus Et Prouerbio. xvij. Munus de ſinu accepit impi⁹ ⁊c. Vtac ſupra de A. ⁊ infra de ex. Vide infra de eripere et liberare: ⁊ eruere ⁊ ſimilibus.

**Debere.** Nota ꝙ debere eſt verbū obligatoriū ſignat enim obligationē ad aliqđ fa- A ciendum. Et ſic dicā ꝙ in ſcriptura inuenitur

Debitū mortalis iacture.
Debitū mortalis nature.
Debitū legalis ſcripture.
Debitū rationis pure.
Debitū paſſionis dure.
Debitū dationis ſecure.

¶ Primū eſt debitū mortis nunꝙ̄ euitādū. Suſtinentia eñ mortis eſt illud debitū humane nature: ad qđ primus parēs inobediens dei iuſſis: ſe ⁊ ſuos obligauit. Vñ ſinguli poſſunt dicere de ſingulis illud Johan. xix. Nos legē habem⁹ ⁊ ſm legē debet mori. Scđm eſt debitū carnis cōiugi reddēdū: q2. ſ. vn⁹ cōiugū tenet alteri ad debitū actus carnis. j. Corin. vij. Vxori vir debitū reddat ſilr vxor viro. Tertiū eſt debitū legis ſemp obſeruandū vel nunꝙ̄ remittēdū. Lex eñ diuina nos obligat ad multas obſeruatiōes. ſ. ad credendū articulos fidei: ad ſumendū ſacramenta. Ad faciendū mandata ⁊ ad ſeruādū iniuncta: ⁊ maxime ſolennitates ⁊ feſta. filij eñ tenent ad teſtamentum patris exequendū: aľs de hereditate gaudere nō debent. Cū igitur ſcriptura ſit teſtamentuꝫ xpi: neceſſe eſt ꝙ impleatur atqꝫ ſeruetur: ſi volum⁹ ꝙ hereditas eterne glorie nobis in hoc teſtamēto promiſſa finaliter obtineatur. Vnde ſcriptura ſancta videtur nobis dicere illud Exodi. iiij. Oſtendā vobis quid agere debetis Galla. v. Homo vniuerſe legis debitor eſt. ¶ Quartū eſt debitū equitatis qđ eſt ſemper tenendū: ⁊ iſtud eſt illud ad qđ ratio ⁊ cōſcientiā B

Ayuntamiento de Madrid

ad hoc obligat hoīem:q2 etiā ſine lege homo natura-
liter ſentit ⁊ ſcit ſe obligatum multis ⁊ ad multa deo.
Debet enim ſeu debitor eſt ſibi:deo:proximo:prelato:
ſubdito:ſed de hoc videbitur infra. Unde Roma.xiij.
Reddite omnibus debita. ¶ Quintum eſt debitum
eterne aduerſitatis:qđ a malis eſt neceſſario perſolu-
ēdum:peccata enim ſunt quedā debita: que niſi per pe
nitentiā remittant: neceſſe eſt ꝙ in inferno per penas
luendo ſoluantur Mat.v. Redde qđ debes.amen di-
co tibi:non exies donec reddideris. v.d. Iſtud autem
donec eſt quedam cōditio que nunꝙ purificatur. Nā
quia poſt mortē nunꝙ poteſt fieri deo redditio ſeu ſa
tiſfactio a decedentibus in peccato mortali cum ſo-
la gratia:qua dānati carent ſit pecunia que currit in
domo domini:⁊ que ab eo ſolūmodo acceptatur:⁊ de
qua fit ſibi ſatiſfactio pro delictis:ſequitur ꝙ iſta de-
bita in inferno perpetuo luantur.de quo Sapien.xj.
Inimicos ſeruorū tuorū debitos morti cū tanta atten
tione cruciaſti. ¶ Sextū eſt debitū ſuperne felicitatis
vel etiam diuine charitatis:quod eſt promerendum ⁊
requirendū:que.ſ.bonis debetur non ex iuſto ſed con
digno ſed ex congruo. Deus enim quia ſibi placuit:fe
cit ſe debitorē noſtrū:in quantū pro nobis carnem aſ-
ſumpſit ⁊ gloriā eternam promiſit. Unde Hebre.ij.di-
citur. ꝙ ipſe debuit per omnia fratribus aſſimilari vt
miſericors fieret. Iſte tamen nobis plura reddit ꝙ de
beat:nos autem ſibi non ſolū non reddimus qđ debe
mus:ſed contrarium illius qđ debem9. Unde ipſe eſt
qui dicit Eſa.v.quid ergo vltra debui facere vinee mee
⁊ non feci:expectaui ꝙ faceret vuas ⁊ fecit labruſcas.
C ¶ His ergo premiſſis ſolū de debito ratiōis ſeu iuſti
cie aliquid eſt dicendum. Omnes enim quadam neceſ
ſitatis lege ad aliqua ſumus obligati. Non eſt enim
dare aliquem qui ſit liber. Cū enim nihil habeamus
a nobis:ſed omnia aliunde recipimus: reſtat vt ꝑ ac
ceptis aliqs debeamus. Et ideo Hugo de ſancto victo
re.in lib.iiij.de archa.dicit.ꝙ neceſſitas debēdi accipi
tur multis modis. Debent enim prelati ſubditis pro
uidentiam. Subditi prelatis obedientiam. Equales
equalibus caritatem ⁊ amiciciam. Sapientes inſipiē
tibus doctrinam. Diuites pauperibus alimoniā. Igi
tur cariſſimi iuxta documentum Judicū.xx. Decerni
te quid facere debeatis. Et vt omnia concludā in vnū
dicam ꝙ nos debemus

| | |
|---|---|
| Reuerentiam ſummis numinibus. | ¶ De de- |
| Pniam ꝓ malis noſtris corporibus. | bito reue- |
| Innocentiā proprijs cordibus | rentie que |
| Obedientiā noſtris maioribus. | deo debet |
| Prouidentiam noſtris minoribus. | dicitur.ij. |
| Amiciciā noſtris equalibus. | Theſſa.j. |
| Alimoniā noſtris pauperibus. | Gratias |
| Reſiſtentiā nephandis hoſtibus. | agere deo |
| Caſtigationem male agentibus. | debemus |
| Eruditionem inſipientibus. | ſemp. De |

debito penitētie dici poteſt illud.j.Corin.ix. Debet in
ſpe qui arat arare:⁊ qui triturat triturare:arare enim
⁊ triturare penitentiam ſignificat: per quam.ſ.corp9
aratur ⁊ trituratur. De debito innocentie poteſt dici
illud Matthei.iij. Ego a te debeo baptizari. De debi-
to obedientie dr Nume.iiij. Sciant ſinguli cui debeāt
oneri mancipari. De debito prouidentie regiminis at
ꝙ cure:quam.ſ.prelati debent ſubditis exhibere:dicit
Romano.j. Grecis ⁊ barbaris ſapientibus ⁊ inſipien
tibus debitor ſum. De debito vero caritatis ſeu amici
cie dicitur.j.Johan.iiij. Et nos debemus alterutrū di-
ligere. Roma.xiij. Nemini quicꝙ debeatis niſi vt in-
uicem diligatis. De debito beneficentie ſeu alimonie
qđ ſcȝ debetur pauperibus ⁊ infirmis poteſt dici illud
Roma.xv. Debemus nos firmiores imbecillitates in
firmorum ſuſtinere. De debito reſiſtētie:qua.ſ.nos de
bemus reſiſtere demonibus:hereticis:⁊ tyrannis: di-
ci poteſt illud Judicū.xxj. Exire debemus ad pugnam
De debito caſtigationis ⁊ iuſticie dici poteſt illud.ij.
Reg.xxj. Uirum qui oppreſſit nos delere debem9. De
debito autem doctrine ⁊ ſapientie dici poteſt illud Ju
dicū.iiij. Uir dei veniat iterū ⁊ doceat nos quid debea
mus facere. Non plus ad preſens:q2 iſtud verbum de-
bere ⁊ habere ita ſunt in locutione latina cōmunia:q2
non eſt dare verbum quin in eius expoſitione ſemper
inueniamus verbum debet.

**Decem.** Nota ꝙ numerus denarius numerus A
eſt perfectus. Eſt enim complementū
⁊ perfectio numerorū.nā vſqȝ ad illum poſſunt nume
ri creſcere:poſtꝙ vero denarium attigerunt: duplica-
ri quidem poſſunt: ⁊ per denarij adiunctionē vel mul
tiplicationē augeri. Extunc enim non eſt dare nume-
rum vbi denarius nō cōtineatur. Igitur per denariū
numerū intelligitur in ſcriptura complementū legis
diuine que in decem mandatis moralibus conſiſtit.
Iſta eſt enim vera ⁊ ſumma perfectio.ſ.legis: ⁊ decem
mandatorum cōplementum ⁊ obſeruatio. Sicut enī
dicunt anathomi. In epate eſt vna vena que in decem
ramos diuiditur. Corpus etiā humanū nouē menſi-
bus perficitur:cū vero denarium attigerit:tunc perfe
ctū ⁊ integrū parturitur:ſicut bene ſupponit ſcriptu
ra Sapien.vij.vbi dicitur. Decē menſiū numero figu
ratus ſuꝫ caro. De pullo etiam auis legitur. ꝙ poſtꝙ
ad corpus perfecte fuerit lineatus:decem tamen die-
bus expectat anteꝙ viuificet: ⁊ anteꝙ ſpiritu ſit do-
tatus. In quibus quidē pōt ſignificari ꝙ numerus de
narius.i.mandatorū.x.obſeruatio omnē ſpiritualem
perfectionem cōtinet ⁊ importat. In epate enim ſacre
ſcripture eſt illa ſuperior vena videlicet lex diuina: q̄
ſcȝ in decem ramos.i.in decē mandatorū particulas
diuiditur:virtute quorū ſanguis xp̄i ⁊ gratie per oēs
partes anime decorpatur. Iſte enim eſt numerus viui
ficatiuus ⁊ ad eternā gloriā parturitiu9:q2.ſ. dato ꝙ
homo ſit quantū ad corpus ⁊ corporalia completus ⁊
bonis nature vel fortune dotatus: nūꝙ tamē quo ad
aīam pficit:nunꝙ ꝑ gratiā viuificatur:nunꝙ ad celi
gloriā de huius mūdi vtero parturit:quin poti9 tāꝙ
vile abortiuū in inferni ſterquilinium proijcitur:niſi
prius.x.dierū ſeu menſiū.i.decē mādatorū obſeruantia
accingat. Iſta eſt enī q̄ per gratiā viuificat:⁊ q̄ glorie
parturitionē oīmqȝ morū perfectionem ꝓcurat. Et
ideo viri pfecti figurantur in duobus cherubin in tē-
plo poſitis:q̄ de lignis oliuarū erāt:alas alterutrū ex-
tendebāt:mutuo ſe reſpiciebāt: ⁊ decē cubitos altitu-
dinis cōtinebāt q2.ſ.viri pfecti cherubin q̄ interptant
plenitudo ſciētie dicunt:q2 ſciētia vigētes ſunt. De li-
gnis oliuarū ſunt:q2 pietate ⁊ clementia ſunt madētes
In tēplo eccleſie ſunt:q2 dei ſeruitio ſunt inſiſtentes.
Mutuo ſe reſpiciūt:q2 ſunt per caritatem alter in al
terum intendentes:⁊ alas affectionum per beneficen
tiā ad alterutrū extēdentes. Et.x.cubitos altitudinis
habent:q2 ſunt ſue pfectionis altitudinem in.x. man
datorū obſeruantiā terminantes. Judicū.xx. Decē vi
ri eligebant excentū. ¶ His ergo premiſſis notare poſ B
ſum ꝙ denarius numerus.i.decalogus mandatorū
ſtatuſqȝ perfectiōis ⁊ obſeruātia legis dei multa ſpiri
tualia bona facit. Iſta enim ſunt Decem

| | |
|---|---|
| Baſes quibus ſuſtentamur. | ¶ Dicā igit de |
| Luteres qbus depuramur. | decē mādatis. ꝙ |
| Panes quibus roboramur. | iſta ſunt baſes ad |
| Cubiti quibus mēſuramur. | ſuſtētādū.iij.Reg. |
| Anni quibus quietamur. | vij.fecit.x.baſes ſu |
| Funiculi quibus alligamur. | ſura vna ⁊ mēſura |
| Argētei quibus premiamur. | ſculpturaqȝ ꝯſimi |
| Corde qbus cōſolamur. | li. Iſtē ſunt luteres |
| Conche quibus irrigamur. | ad abluēdū. oīs eī |
| Cortine quibus conuelamur. | culpa i obſuātia x |
| Linee quibus nos ſanamur. | mādatorū lauatur ſ |
| Uerba quibus informamur. | iij.Re.vij.dr. fecit |
| Milia quibus ſociamur. | quoqȝ decē luteres |
| Taletā quibus nos lucramur. | eneos. De mari e- |

eneo quo ſacrificia lauabāt dr ibidē ꝙ.x.cubitos i cir
cuitu cōtinebat

Ayuntamiento de Madrid

tuitu continebat.ad ſignificandum ꝙ mare.i. amaritudo penitentie tunc purificat atqꝫ lauat:qſi decem mandatoꝝ obſeruantia ipſam iuuat .Item ſunt panes ad roborandum. vnde iſti ſunt decē panes quos yſai miſit per filiū ſuū dauid ad fratres ſuos.qui erāt in exercitu ⁊ in bello:q̄ ſcꝫ deus pater per Ieſum xp̄m filium ſuum ad nos fratres ſuos iſtos decem panes miſit.quib⁹ in prelio huius mūdi nos fortificat atqꝫ nutrit.j.Regū.xvij. Accipe decem panes iſtos:⁊ curre ad caſtra:⁊ fratres tuos viſitabis. Itē ſunt cubiti ad mēſurandum.Totus enim ambitus perfectionis humane iſto denario mēſuratur. Unde iſte ſunt tabule tabernaculi.quarū quelibet.x.cubitis in longitudine menſurabatur. Unde etiā de ipſo tabernaculo.dicit̄. Exodi.xxvj.Quod decem cubitos habebat in altum. Et de altari ſacrificioꝝ dicitur.Eſdre.vj.Quod in longitudine ⁊ altitudine decē cubitos habebat:⁊ ſic quadratuꝫ erat.Lōgitudo enim noſtre fidei:latitudo noſtre caritatis:⁊ altitudo noſtre ſpei:que ſcꝫ menſure omnis moralis ſtructure:decem cubitos.i.decem mādatorum obſeruantiam debent habere: ⁊ cum ea omnia menſurare.Item mādata iſta ſunt anni ad viuendum:⁊ a viuendo in deo congaudendū: ⁊ in deo quieſcendū.De noe enim qui interpretatur requieſcens: legitur ꝙ ipſe fuit.x.ab Adam in ſignū:ꝙ illi qui per decalogum decimi ſunt:in deo ſpiritualiter requieſcunt Nō etiam in penthecoſte qui erat dies quinquageſimus:⁊ in iubileo qui erat quinquageſimus ann⁹:vbi ſcꝫ populus letabatur ⁊ gaudebat:⁊ ab operibus quieſcebat:quinquageſimus enim numerus cōſtat ex denario quinquies ducto:in quo notatur:ꝙ illi qui cuꝫ quinario ſenſuū:denariū mandatorum obſeruant:in deo ſpiritualiter requieſcunt ⁊ gaudent.ij.Paralipomenō.xiiij.Quieuit terra.x.annis.Item ſunt funiculi ad nos vinculandū:ſm enim rei veritatem mandata ſunt quedam vincula quibus ligātur homines ne ad vitia dilabantur.Ioſue.xvij.cap̄.Funiculi manaſſe decem.Item ſunt argentei ad nos premiandū. Unde de thobia dicit̄ Thobie.j.ꝙ ex his quibus honoratus fuerat a rege habebat decē talenta argenti.Magnus enim honor ⁊ magnuꝫ premium eſt: quando a xp̄o rege datur homini obſeruantia mandatorū.Item ſunt corde ad melodioſe domino decantādum p̄s.In pſalterio decacordo pſallam tibi.Pſalterium enim eſt ſacra ſcriptura:decem corde ſunt decem mandata.Item ſunt conche ad irrigandum.ij.Paralipome.xiiij. Fecit quoqꝫ.ſ. Salomon cōchas decē.Item ſunt cortine ad inuoluendum.In nullo enim loco inuoluitur mūdus ꝙ in cortinis decem mandatorū.Exodi.xxvj . Facies decem cortinas de byſſo retorta:purpura:hiacyntho:coccoqꝫ bis tincto ⁊c. Iſti enim quatuor precioſi colores ſignant quatuor cardinales virtutes:quibus ſcꝫ decem mandata originaliter cōpingūtur. Itē ſunt linee ad vitam preſtādam.Radij enim ſolis ⁊ celeſtes qui ſunt ſicut quedā linee: recte ſunt in iſtis inferioribus cauſa vite:ſicut radij mandatorum a ſole iuſticie emanantes:vitam ſpiritualem ⁊ eternam miniſtrant. Denarius enim numerus vite attribuitur:ſicut ſuperius fuit viſum. Unde dicit Plini.ꝙ ſi vacca ante decimū mēſem pariat fetus nō viuit: nec perficiūtur vngule ei⁹. Ideo Eſaie.xxxviij.dicitur:ꝙ ſol redijt retrorſum per decem lineas in horologio achab: in ſignum ꝙ rex viueret qui mori timebat.Itē ſunt verba ad nos informandum Exodi.xxxiiij. Scripſit Moyſes in tabulis verba federis decem.Item ſunt milia ad nos ſociandum ⁊ iuuandum.Plus enim iuuat hominē obſeruantia mandatorū ꝙ decem milia pugnatorū. Danielꝰ.vij . Decies centena milia aſſiſtebant ei : ⁊ in p̄s. Currus dei decem milibus milia letantium.Iſtud potiſſime pertinet ad beatos:qui.ſ. decem milia dicūtur ⁊ propter obſeruantiam decalogi:⁊ propter perfectionem millenarij:⁊ propter immenſitatem leticie ⁊ gaudij:⁊ propter aſſiſtentiam diuini conſortij. Item ſunt talenta ad lucrum querendum Matthei.xxv. Date ei qui habet decem talenta:quia habenti dabit̄ ⁊ abūdabit.Qui enim decem talenta mandatoruꝫ voluerit habere ⁊ tenere magnū lucrū meritorū poterit obtinere:⁊ maxime quia cum iſtis talentis nos lucramur vitam eternam.Ecce ergo quomodo decem mandata decennario multipliciter applicantur. ¶ Sed ſi volum⁹ poſſumus adhuc dicere ꝙ per decem non ſolum intelligūtur decem mandata:immo etiam decem mādatorum obſeruatores : etiam decem mandatorum tranſgreſſores ⁊ violatores. dico ergo ꝙ decem ſignāt viros ſanctos qui.ſ.decem mandatorum obſeruatores exiſtunt. Fructus enim citronuꝫ quos nos arenchias appellamus:in decēꝫ cellulis ordinatiſſime eſt diſtinct⁹: in quibus.ſ.ſuccus ille ſaporoſus ⁊ liquidus eſt contentus. Sic dicam de viro iuſto.quia pro certo in decē cellulis mandatorum:ſuccum gratie cōtinet quo mētem ſuam vegetat atqꝫ fouet. Et ſicut iſte fructus ſic denariatus ⁊ in cellulis decuplatus reputatur fruct⁹ bonus ⁊ contra calores exceſſiuos ſanus. Sic vir perfectus eo ipſo ꝙ decalogo mandatorum eſt munitus: reputari merito debet ſanctus: ⁊ ad obuiandum calori concupiſcentie ſatis aptus. Exodi.xxvij. Quicquid decimum venerit ſanctificabitur. Igitur de perfectis viris ꝙ ipſi dicantur decem vel decani notabis ꝙ ipſi poſſunt dici decem

Fratres.
Senes.
Iuuenes.
Principes.
Mulieres.
Uirgines.
Homines.
Uiri.
Iuſti.
Filij.
Aſini.
Uituli.
Cameli.

¶ Dicam ergo ꝙ iſti dicuntur decem fratres:quia cuꝫ decalogo ſeruant caritatē. Unde Gene.xlij.dicitur ꝙ decem fratres Ioſeph deſcēderunt in egyptuꝫ vt frumentum emerent . Item dicuntur decem ſenes:quia cuꝫ decalogo ſeruāt maturitatem. Ruth.iiij.Tollens booz decem viros de ſeniorib⁹ ciuitatis ⁊c. Item dicuntur decem iuuenes quia cuꝫ decalogo fortitudinis habent probitatem: primi Regum.xxv.miſit David decem iuuenes ⁊ dixit. Aſcendite in carmelum.Item dicunt̄ decem principes:quia cū decalogo habent dignitatem et autoritatem:qd maxime verum eſt de bonis principibus ⁊ prelatis. Eccl̄s. vij. Sapientia confirmauit ſapientem ſuper decē principes ciuitatis.Item dicuntur decem mulieres : quia cum decalogo habent dulcedinem ⁊ benignitatem.ij. Regum.xv.Reliquit rex decem mulieres concubinas ad cuſtodiendum domum. Item virgines : quia cum decalogo ſeruant mūdiciam ⁊ puritatem Mat.xxv. Simile eſt regnum celorum decē virginibus. Item dicuntur homines : q̄ cum decalogo habent rationem ⁊ ſagacitatem.zacha.viij. In diebus illis apprehēdēt decem homines fimbriam viri iudei.i.xp̄i . Item ſunt decem viri : quia cum decalogo ipſi habēt omnem fortitudinem ⁊ virilitatem: ⁊ virtutum multiplicitatem Hiere.xlj . Decem viri reperti ſunt inter eos qui dixerunt ad iſmael noli occidere nos: quia habemus theſauros in agro frumenti ⁊ vini ⁊ olei ⁊ mellis . Tales enim proprie viri dicuntur/quia theſauris virtutuꝫ ⁊ maxime frumento ſcripture ⁊ lectionis:vino leticie et cōſolatiōis:oleo clemētie ⁊ cōpaſſiōis:melle dulcedinis ⁊ deuotiōis ditant̄: ⁊ tales etiā occidi a diabolo non merent̄ .Itē ſunt iuſti:q̄ cum decalogo habēt rectitudinē ⁊ equitatē Gen̄.xviij. Si repti fuerint in ſodomis decem iuſti ꝓpter decē parcā ciuitati. Itē ſunt filij:q̄ cum decalogo habēt obedientiā ⁊ ſedulitatem j.Reg.j. Nunqd melior ſum tibi ꝙ decē filij. Itē ſunt aſini:q̄ cū decalogo habēt patiētiā ⁊ firmitatē. Uñ de Ioſeph dr̄:ꝙ fratribus ſuis addidit decē aſinos:⁊ totidē aſinas:qui ſubueherēt ex omnibus egypti diuitijs Item ſunt vituli:quia cum decalogo ipſi habēt ſpiritualem leticiā ⁊ iocunditatē. Nume.xxix. Die quarta offeratis vitulos decem. Item ſunt cameli : quia cum

Ayuntamiento de Madrid

decalogo ipſi ſe inclinant ad onera per humilitatem.
Camelus enim flectit genua: ⁊ inclinat ſe quādo one-
raſ Gene. xxiiij. Tulit eliezer. x. camelos de grege dñi
ſui. Ecce ergo quomō viri ſancti dicūtur. x. Et ſic oſtē
ſum eſt quomodo decē ſignificāt decem decalogi ꝓfeſ
ſores ¶ Sed adhuc dico: ꝙ in malo ſignificato: ꝑ de-
D cem intelliguntur ipſe decem preceptorū tranſgreſſio-
nes: vel etiam ipſoꝝ tranſgreſſores. De tranſgreſſioni
bus patet Apoca. xiij. ⁊. xvij. vbi dicitur ꝙ beſtia que
aſcendit de abyſſo habebat capita ſeptē ⁊ cornua decē
Capita enī ſeptē capitalia peccata deſignant. Cornua
vero decem tranſgreſſiones decē mandatorū deſignāt
que. ſ. oīa beſtie abyſſi. i. peccatores diaboli ſecū por-
tant Apoca. xvij. Uidi mulierem ſedētem ſuper beſtiā
habentem ſeptē capita: ⁊ cornua decē. Mulier fallax
eſt diabolus: qui ſedet ⁊ equitat ſuper tales Apoc. xij.
Ecce draco magnus rufus habens capita ſeptē et cor
nua decem. De tranſgreſſorib⁹ etiā decalogi: ꝙ ſignifi
centur per numerū denariū notabo: ꝙ hodie plerūq
denarius xpi deficit: qꝛ ſcꝫ illi qui ſunt decem ꝑ obſer-
uantiam decalogi: pro magna parte perierunt. ij. Re-
gū. ij. Defuerunt de pueris dauid decē. Sed reuera de
narius diaboli cōualeſcit: qꝛ ſcꝫ decalogi tranſgreſſo-
res hodie abundant. Unde de peſſimo illo. i. de diabo
lo dicitur Hiere. xlj. ꝙ venit iſmael qui erat de ſemine
regio in terrā iuda: ⁊ decē viri cum eo ⁊ occidit reliqꝫ
quas inuenit. Decē viri iſti ſignificāt generaliter oēs
malos: qui. ſ. decem dicūtur: qꝛ decem mādata vt dictū
eſt tranſgrediunt: qꝛ. ſ. contra bonos yſmaeli. i. diabo-
lo famulantur. Luce. xvij Occurrerūt ei decem viri le
proſi. ¶ Nota etiā ꝙ tempus peccati in quo fit ipa de
calogi trāſgreſſio intelligitur per decē: ſicut de mulie
re illa dicitur: ꝙ mulier habebat ſpiritū infirmitatis
decem ⁊ octo annis. Decem enim decem mandatorū
tranſgreſſionē. Octo vero octo beatitudinum caren-
tiā ſignant. Et illud etiam Apoca. xj. Decima pars ci
uitatis cecidit. Pena etiā eterna que infligitur ꝓ iſta
tranſgreſſione per decem ſignificatur ſicut Apoca. ij.
Habebitis tribulationē diebus decē. Item gloria eter
nal ꝙ daſ pro retributione obſeruantie decalogi ſignaſ
per decem. Unde iſte eſt denarius qui datur laboranti
bus in vinea domini Matthei. xx. Acceperūt ſinguli
ſingulos denarios. Et ibidem. Nonne ex denario con
uenisti mecum ⁊c. Sufficit. Uide infra de denario.

## Decime. Decimus.

A Nota ꝙ decima
eſt decima ps cu-
iuſlibet rei: quā. ſ. ipſe de⁹ ſibi retinuit ⁊ ſibi offerri vo
luit, ⁊ decreuit in ſignū dominij ⁊ tributi. Notabo er-
go ꝙ decima multipliciter ſumitur in ſcriptura. Eſt
enim decima

Uirtualis.
Temporalis.
Perſonalis.

¶ Eſt dico decima virtua-
lis: que deo ſoli debet offer-
ri: ⁊ ſic dico: ꝙ ꝑ decimā in-
telligitur omnis perfectio virtuoſa: tum qꝛ denarius
eſt numerus perfectus: tū qꝛ denarius ſignat numerū
tum qꝛ iſte numerus ſignat denarium mandatorum
ſicut ſupra in precedenti titulo fuit viſuꝫ. Et ſic loqui
poteſt ſcriptura Leuiti. xxvij. vbi dicitur. Omnes deci
me terre domini ſunt. Omnes inquit decime i. oēs
perfectiōes virtutū domini ſunt. i. domino ſunt aſcri
bende: ⁊ talis decima perfectionis deo aſcribēda figu-
ratur Exodi. xxij. vbi dicitur. Decimas ⁊ primitias nō
tardabis deo offerre. qꝛ. ſ. decime ⁊ primitie deo offere-
bantur: nouē vero partes retinebantur. Primitie er-
go ſignant bonorū operū cōplemētū ⁊ perfectionem.
Nouenarius vero numerus imperfect⁹: qui ad dena-
rium non attingit: ſignat rerū ⁊ operū imperfectionē ⁊
diminutionē. Igitur dictū eſt ꝙ illud qđ eſt primum ⁊
decimū deo offertur. Illud vero qđ eſt infra nouena-
rium retinetur. Quia reuera primitie: id eſt cuiuſlibet
boni operis inchoatio: ⁊ decime: id eſt cuiuſlibet bo-
ni operis complementum ⁊ perfectio: deo ſunt aſcribē
da ⁊ offerenda: quia. ſ. ſine diuina gratia nullū bonuꝫ
opus perficitur aut cōpletur. Iuxta illud Philipē. ij.
Ipſe eſt qui operatur in nobis: ⁊ velle ⁊ perficere. No-
uem vo partes ſeu nouenarius numerus. i. quecunq
imperfectio nobis eſt retinenda: ⁊ nobis aſcribenda.
Quia ſm rei veritatē quicquid perfectionis in noſtris
operibus eſt: totum ſibi eſt attribuendū: quicquid au
tem imperfectiōis ⁊ defectus ibi fuerit: eſt nobis ⁊ no
ſtris imperfectiōibus aſcribendū. Iſta eſt decima vir-
tualis que ſoli deo debet offerri Thobie. j. Decimas ⁊
B primitias fideliter offerens. ¶ Secundo dico: ꝙ eſt de
cima temporalis que dei miniſtris debet conferri: pri
mam. ſ. decimā prouētuū atq rerū miniſtris ſuis qui
ſuam. ſ. repreſentant perſonam coferri ⁊ offerri māda
uit Nume. xviij. filijs leui dedi omnes decimas. Igiſ
cum de decimis ſeu decimarum iure non intendā ali-
quid profunde dicere cum hoc theologis ⁊ canoniſtis
dimittam: hoc ſolum notabo ꝙ decime eccleſiaſticis
ſunt ſoluende

Quia ante legem fuerunt ordinate.
Quia in lege fuerunt imperate.
Quia ſub lege fuerūt obſeruate.

¶ Ante legem
enim decime
fuerunt ordinate ⁊ figurate. Nam etiam apud gētiles
de quibuſdā rebus fiebat antiquitus decimatio. Nar
rat enim Pli. lib. xij. capi. xx. Ad qđ cōcordat Soli. ca-
pitu. de ethiopia. ꝙ collecto cynamomo ſacerdos cuꝫ
haſta ad hoc conſecrata: ſarmenta diuidebat: partem
ſoli quem in illis partibus adorabant ſeparabat: reli-
quum domino dimittebat. De thure etiam dicit idem
Plini. lib. xij. capi. xv. ꝙ poſtꝙ erat collectū in ciuita-
te ſobodam per vnā ſpecialem portā inferebatur: ⁊ an
te oia decimabatur: nec licebat illud vēdere mercato-
ri donec ſacerdos partē ſuā habuiſſet. Igitur talibus
gentilium exemplis fuerunt decime originaliter etiā
aliqualiter figurate: qđ ſcꝫ antiquitus fuit ante legē.
Unde etiam de Melchiſedech ſacerdote: qui fuit an-
te legem dicitur Geneſ. xiiij. ꝙ Abraam dedit ſibi de-
cimas de omnibus que habebat. Unde Apoſtolus
ad Hebreos. vij. Intuemini autem quātus fuerit hic
cui ⁊ decimas dedit de precipuis Abraam patriarcha
Fuerunt igitur decime ante legem ordinate. ¶ Itē in
lege fuerunt ſanctificate ⁊ imperate. Lex enim diuina
decimas imperauit ⁊ quicquid decimū naſcebatur ſi-
bi dedicauit ⁊ conſecrauit. Iuxta illud Leuitici. xxvij.
Quicqd decimū venerit ſanctificabitur. Ad literā eīm
quicquid decimū veniebat domini erat ⁊ in vſus ſacer
dotum cedebat: nec cuꝫ aliquo mutari debebat: ſicut
dicitur Leuiti. xxvij. In quibus etiam notari poteſt ꝙ
decima ⁊ alie res deo ſacrate: et ꝗcunq bona eccleſia-
ſtica ab hō cōſecrata et dedicata: nō debēt in vſus alios
ordinari: ſed ſoli deo ⁊ miniſtris eius reſeruari. Secu-
lares enim talia non poſſunt bona conſcientia tange
re: nec ad vſus proprios applicare. De archa enim te-
ſtamenti que ſancta ⁊ ſanctificata domino dicebatur
Legitur primo Regū. v. ꝙ ꝗdiu fuit apud philiſteos:
qui ſcꝫ pagani erant: et preſentia eius indigni: multi
pliciter fuerūt a domino flagellati: ⁊ agri eorum mu-
ribus deuorati. Iſti ergo timētes archam ipſam ad fi-
lios iſrael remiſerunt: et ſic plage quas ſuſtinuerunt
ceſſauerunt. Sic vere dicam ꝙ bona eccleſiaſtica ſiue
ſint decime ſiue alia domino dedicata: et pro filijs iſ-
rael: id eſt pro eccleſiaſticis ordinata: nulli philiſtei:
id eſt nulli ſeculares digni ſunt detinere vel capere. ꝙ
ſi fecerint: neceſſe eſt eos a deo flagellari ⁊ tribulami-
na ſuſtinere. Quia procerto veriſimile eſt: ꝙ ſeculares
tātas tribulationes ſuſtinent ꝓpter hoc ꝙ bona eccle
ſiarum iniuſte rapiunt atq tenent. Debent ergo da-
ri decime: quia in lege fuerunt precepte ⁊ imperate: ſi
cut ad literam patet Nume. viij. ⁊ in alijs multis lo-
cis. Unde Malachie. iij. precipitur ſic. Inferte omnē
decimam in horreum meuꝫ: vt ſit cibus in domo mea
Super quo dicit Hieronimus. Sciatis vos perdidiſ
ſe abundantiam: quia fraudaſtis me parte mea. Red
datis igitur mihi mea ⁊ ego reſtituam vobis veſtra.
Item

Ayuntamiento de Madrid

¶ Itē dico ꝙ decime ſub lege fuerunt date et obſeruati. In primitiua enim eccleſia decime cum omni diligentia reddebantur: eccleſie fundabantur: et bona eccleſiaſticorum per ſeculares non retinebant: ſed potius augebantur. Et merito: q2 decime pro victu ſeruitorū eccleſie fuerunt ordinate: ⁊ alie poſſeſſiones ipſis ſublate. Nume. xviij. In terra eoꝝ nihil poſſidebitis: decimarum oblatione contenti. Bene ergo conſulit. Eccli. xxxv. In omni dato tuo hylarem fac vultum tuū: ⁊ ſanctifica in exultatione decimas tuas. Et merito: q2 ꝓcerto per legitimā dationē decimarū: declinat pena poſterior. Augmentatur cenſus exterior. Reportatur fruct⁹ vberior. Declinat dico pena infernalis. Unde Auguſt. in ſermone de decimis. ⁊ ponit. xvj. q. j. capi. decime. Hec eſt enim inquit domini iuſtiſſima conſuetudo: vt ſi tu illi decimā non dederis: tu ad decimā reuocaberis: hoc eſt ad demones qui ſunt angeloruꝫ pars decima aſſociaberis. Dabis inquit impio militi que dare nolueris ſacerdoti. Itē ex hoc etiā augmētatur fructus tēporalis. Unde idē ibidē. Si decimam dederis: abundantiā fructuū ⁊ ſanitatē anime et corporis cōſequeris. Itē ex hoc reportatur gloria ſupernalis. Unde Augu. ibidē. Attende inquit: ꝙ creatura decima inter intellectuales creaturas eſt homo: q2 angeli in nouē ordinibus cōſiſtunt: decimus vero ordo eſt hominū. Et ideo hominis eſt decimā ſoluere vt ruinam angelorū valeat ſupplere: ⁊ decimū ordinē adimplere. Iſta eſt igit decima tēporalis que dei miniſtris debet conferri. c ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur decima pſonalis que a deuotis ſolet inferri. Et iſta nihil aliud eſt ꝙ penitentia vel maceratio carnis: qua ſcꝫ ſancti inuita decimāt ⁊ vindemiāt ſemetipſos: qua. ſ. deo de ſuis proprijs pſonis ⁊ corporibus faciūt pēſionē: ꝓpter qđ etiā fuit inſtituta quadrageſima: vt in illa que eſt quaſi decima pars totius anni: decima perſonalis in afflictione ⁊ deuotione a fidelibus ſolueret: qđ maxime verum debet eſſe de eccleſiaſticis: q2. ſ. ipſi pre ceteris debent decimare diminuere: ⁊ per temperantiā a ſuis affectibus: voluptatibus ⁊ etiā neceſſitatibus ſubtrahere ſemetipſos. Unde Hebre. vij. Leui qui decimas accepit: decimatus eſt. Tales aūt decimas videntur ſoluere hypocrite dicentes illud Luce. xviij. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do oīm que poſſideo. Uerūtamē decime hmōi deo nō ſunt accepte: q2 nō ſunt cū bona intentione reddite neqꝫ date. Et ideo illi maledicuntur Mat. xxiij. Ue vobis hypocrite qui decimatis mentā ⁊ anetū ⁊ cyminū ⁊ dimittitis que grauia ſunt legis iudiciū miam ⁊ fidē. Iſta ad preſens ſufficiant. Si vis de decimis ⁊ tribus decimis: ⁊ alijs iſtā materiā tangentibus plenius ⁊ magis ſcientifice videre. Uide librum numerorū per longū cū ſuis expoſitoribus: ⁊ iura canonica: que de hoc faciunt mentionem.

a **Decere.** Nota ꝙ multa ſunt que expediūt atqꝫ decent: quia ſcilicet

Decet iuſtos laudes deo impendere.
Decet deū laudes accipere.
Decet eccliam ſanctā exiſtere.
Decet oēs fratres diligere.
Decet cūctos bona facere.
Decet ſenes primos dicere.
Decet eruditos vera docere.
Decet prelatos bonos apparere.

¶ Iſta enim predicta valde ſunt decentia ⁊ conueniētia: vtilia: neceſſaria ⁊ honeſta. Igitur dico ꝙ iuſtum decet laudes impēdere ps. Rectos decet collaudatio. Itē decꝫ deū laudes accipere ps. Te decet hymn⁹ de⁹ in ſyon ⁊c. Itē decet eccleſiā ſanctā exiſtere ps. Domū tuā domine decet ſanctitudo in lon die. Itē decet oēs fratres diligere. pmo Macha. xij. Decet meminiſſe fratrū. Itē decet cūctos optima facere Mat. iij. Decet nos implere oēm iuſticiam. Item decet ſenes primos proponere ſeu loqui vel dicere Eccli. xxxij. Loquere tu maior natu: decet enim te primū verbū. Item decet doctos vera predicare Tytum. ij. Loquere qđ decet ſanam doctrinam. Item decet prelatos bonos apparere: bona frequētare: vel bonis virtutibus abundare. Hebre. vij. Talis eīn decebat vt eſſet nobis pontifex ſanctus: innocens: impollutus: ſegregatus a peccatorib⁹: ⁊ excelſior celis fact⁹. Et ſi vis explana ⁊ oſtende quot ⁊ quanta ſunt que decent prelatum: ſcꝫ ſanctitudo: innocentia: mundicia: malorū euitatio: ⁊ celeſtium cōtemplatio ⁊c. Uide infra de decor ⁊ decorus.

**Decernere. Decretum.** Cū decernere nihil aliud ſit ꝙ aliquid determinando diſponere: ſtatuere vel ordinare. Et dicitur decernere: quaſi de longe cernere: pro eo. ſ. ꝙ illa que decernunt facienda vel tenenda: de longe antea ſunt cernenda ⁊ preuidenda. Dicā ꝙ decretio vel decretū. i. fixa ⁊ immobilis alicuius rei ordinatio vel ſtatutum pertinet a

Ad deum.
Ad prelatum.
Ad ſubditum ſiue iuſtum.

Deus decernit mundū gubernans eternaliter. Prelatus decernit plebē diſponens temporaliter. Iuſtus decernit ſeſe cōponens virtualiter. Dei decreta regunt vniuerſum eternis legib⁹. Prelati decreta regūt populū eternis viribus. b Iuſti decreta regunt ſeipſum internis moribus. ¶ Dicam igitur ꝙ ad deū pertinet decernere de regimine vniuerſali. Ipſe eīn eſt ille ſummus ⁊ permaximus princeps per cuius eternā ⁊ occultā prouidentiā oīa creata reguntur: ⁊ oīa ordinant ⁊ decernunt: ⁊ ſuis decretis ⁊ legibus gubernantur. Nec obſtat aſtrologoꝝ ſententia: ſi vera eſt: qua. ſ. creditur: ꝙ oīa que ſunt vel fiūt fiant a celo ⁊ a ſtellarū influentijs habent ortū: q2 ſi iſta vera ſunt: dicerē forte verū eſſe quantū ad corpus aīa vero ⁊ liberū arbitriū ſoli deo ſubiacet. Uel dicerē ꝙ tunc celū eſſet: ſicut liber vbi a principio ipſe deus ſua decreta ⁊ ſuas occultas ⁊ ſecretas ⁊ eternas ordinatiōes cōſcripſit aut forte: ꝙ ſm decreta ipſius mentis diuine que ſcripta ſunt in libro hec oīa gubernant. vnde ipſe eſt qui dicit Prouerb. viij. Per me reges regnant ⁊ legū conditores iuſta decernūt. Per me principes decernunt iuſticiā. Unde nota ꝙ ab iſtis decretis diuinis procedunt

Omnia que tangunt ſalutis ſecuritatem.
Omnia que tangunt fortune varietatē.
Omnia q̄ tangunt mortalē neceſſitatē.

Iſta eīn ſunt tria in quibus omnia humana verſant

Salus eterna ⁊ damnatio
Fortune duplicitatis variatio.
Uite vel mortis diſpoſitio.

Qđ igit a decretꝫ diuine ⁊ eterne predeſtinationis procedat ſalutis vel damnatiōis ordinatio: patet Heſter. xiij. vbi dicitur. Domine deus omnipotens in ditione tua cūcta ſunt poſita: ⁊ nō eſt qui tue poſſit reſiſtere volūtati: ſi decreueris ſaluare nos cōtinuo liberabimur: quaſi dicat ſi non decreueris damnabimur. Item ꝙ ad ei⁹ decretum pertinet fortune proſpere vel aduerſe diſpoſitio vel variatio: patet Eſa. xiiij. Dominus exercituū decreuit: et quis poterit infirmare: manus eius extenta: ⁊ quis auertet eum: et loquitur de ſubuerſione babylonis. Item ꝙ ab iſto decreto procedat vite ⁊ mortis terminatio: patet Danielis. iiij. vbi dicitur. Succidite arborem ⁊ precidite ramos eius: excutite folia ei⁹: et diſpergite fructus eius. Sequitur. Decretum eſt a ſententia vigilum: quia reuera cuiuſlibet arboris: id eſt hominis ſucciſio: ramorum ſuorum: id eſt amicorum preciſio foliorum: id eſt bonorum ſuorum excuſſio: fructuum: id eſt diuitiarum ſuarum diſperſio: ⁊ quecunqꝫ ad mortem eius pertinent vel vitam: totuꝫ dependet ab occulto decreto ⁊ ordinatione vigilū eternorum: id eſt dei et angelorum. Patet igitur quomodo ad deum ſpectat decernere de regimine vniuerſali.

c ¶ Secundo dico ꝙ ad prelatum pertinet decernere de regimine populari. Unde Eſdre qui erat princeps populi dictum fuit a populo illud primo. Eſdre. x. Surge: tuus eſt diſcernere: ⁊ nos erimus tecum. Et nota ꝙ prelati ⁊ preſides debent diſcernere

Ayuntamiento de Madrid

Decreta deuotionis quo ad deum. Igitur de
Decreta diſcretionis quo ad proximũ. cernat cuȝ
Decreta correctionis quo ad ſeipſum. deuotione
deo famulari: vñ ad cũ pertinet circa regimẽ eccleſie intendere. iuxta illud. ij. Paral. ij. Decreuit Salomõ edificare domũ. Sacramentũ altaris deuote recipere ij. Paralipo. xxx. Decreuerũt vt facerent phaſe. bona ſua in vſus diuinos expẽdere: ſicut de dario dicitur. ij. Eſdre. vj. Quod de bonis ſuis ꝓprijs mãdauit expenſas ſacrificioꝝ in domo dei fieri. Et ſequitur. Ego rex darius decreui ꝙ diligẽtiſſime. Itẽ decernat prelatus vel princeps cum diſcretione plebi dominari: q̄ ſcȝ ipſe debet decerne ꝛ ordinare ꝙ boni promoueãtur. dicẽs ij. Machabeoꝝ. xj. Genti iudeoꝝ decernimus bene. Simplices ꝟo ꝛ impfectos in inferiori gradu dimitti ſicut de gabaonitis dicitur. Joſue. ix. Quod ioſue decreuit illos eſſe in miniſteriũ filioꝝ iſrael. Omnibus nobis equa iudicia reddantur ꝛ exhibeãtur. vñ Pro. xxxj. Aperi os tuũ. decerne qḋ iuſtũ eſt. ꝛ iudica inopẽ ꝛ pauperẽ. Itẽ decernat prelatus cum correctione ſeſe caſtigari. Vñ regi iſrael dictũ fuit. iij. Regũ. xx. hoc eſt iudiciũ tuum qḋ ipſe decreuiſti: q̄ ſcȝ reges ꝛ prelati debent ſeipſos punire: ꝛ ſm proprias leges ꝛ decreta ſe ipſos iudicare. Juxta illud patere legẽ quã ipſe tuleris Exemplo illius regis qui cũ decreuiſſet deprehẽſum in adulterio duos oculos perdere. ꝛ tãdem filius eius primogenitus deprehenſus fuiſſet. rex ne proprio decreto eſſet cõtrarius. ſibi vnũ ꝛ filio alteꝝ oculũ fecit erui. vt ꝛ legi ſatiſfaceret: ꝛ filio q̇ poſt ipſum regnare debebat vnicũ ſaltẽ oculũ reſeruaret. Pertinet igitur ad prelatum decernere de regimine populari. Tertio decernere debet ſubditus de regimine ꝓprio ſingulari et particulari. Et ſic debet decernere.

Humiliter ſe ſubiugare. De humili ſub
Simpliciter deũ rogare. iectione dr̄. ij.
Sagaciter facta deliberare. Machabe. vj.
Decreuimus ſeruire patri tuo. De ſupplici oratione dicitur Job. xxij. Rogabis eum ꝛ vota tua reddes. decernes rem ꝛ veniet tibi. De ſagaci factoꝝ ſeu faciendorum deliberatione poteſt dici illud. Judic. xix. In cõmune decernite quid facto opꝰ ſit. Sic ergo patet quõ ſunt decreta priuata. publica. ꝛ diuina.

A **Decidere.** Nota ꝙ decidere idẽ eſt qḋ deorſũ cadere. Et ideo dic ſicut ſup̄. de cadere. ꝛ dic ſi vis ꝙ homo
Decidit per culpam criminaliter.
Decidit per mortem corporaliter. ¶ De caſu cul
Decidit per infortuniũ tẽporaliter. pe dr̄ Eccli.
Decidit per dãnationẽ eternaliter. xix. Qui ſper
nit modica: paulatim decidet. De caſu mortis dicit. j. Machabeo. j. Poſt hec decidit in lectũ ꝛ cognouit ꝙ moreretur. De caſu infortunioꝝ dicitur Actuũ. xxvij. Cum decidiſſemus in locũ bithalaſſum impegerunt nauem. Bithalaſſus eſt periculũ maris: vbi duo maria concurrunt. De caſu autem damnationis dicitur de impijs in ps̄. Quẽadmodum olera herbarum cito decident ꝛc. vide ſupra de cadere.

A **Decipere.** Nota ꝙ decipere idẽ eſt ꝙ defraudare: ꝛ breuiter loquendo poſſumꝰ notare ꝙ homines in hoc mundo decipiuntur
Adulatoruȝ locutionibus. ¶ Dico ergo ꝙ nos
Mũdi bonoꝝ infectionibꝰ. decipit locutio adu
Demonioꝝ ſuggeſtionibꝰ. latorũ. Sicut enim
elephas decipitur in deſerto ex cantu puellaꝝ ſm phiſologũ: intantum ꝙ dulcedine cantus lambendo mamillas earũ obdormiens: pmittit ſe ab eis occidi ꝛ ſanguine denudari. Sic vere multi hodie ꝛ maxime diuites decipiuntur mamillis ꝛ cantibus. i. verbis ꝛ oblectationibus adulatorum: ꝛ mundi falloꝝ amicorum: ꝛ maxime mulieꝝ intantũ ꝙ per eas ad mortẽ inferni deducunt̄: ꝛ ſanguine bonoꝝ tẽporaliũ pauperantur. Adulator em̄ decipit. vñ Prouerb. xj. Simulator ore decipit amicum ſuũ: ꝛ ducit cũ per viã malam. Proditor etiã vel falſus amicus decipit. vñ Treno. j. Vocaui amicos meos ꝛ ipſi deceperunt me. ꝛ Eſa. iij. Popule meus qui beatum te dicunt: ipſi te decipiunt. Mulier etiã decipit: exẽplũ de dalila ꝛ ſampſone: cui dictũ eſt. Judicũ. xvj. Decipe eũ ꝛ diſce in quo ſit maxima fortitudo ſua. Iſtos ergo decipit locutio adulatorũ. ¶ Secundo dico. ꝙ quoſdã decipit infectio mũdi bonoruȝ. B
Sicut em̄ tigris decipit̄ in vmbra ſua quã videt in ſpeculo: ibiq̄ȝ ſiſtens perdit catulũ quẽ ſequebat̄. Sic etiã canis trãſiens ſuper pontẽ habens caſeum in ore: deceptus fuit ꝑ vmbram caſei quã in aqua videbat: q̄ dũ ipſum vellet accipere aperuit os ꝛ ſic ꝑdidit vtrũq̄ȝ Sic vere fatui mundani decipiunt̄ ꝑ vmbrã bonoꝝ tẽporaliũ: de quibus dr̄ Sapien. v. ꝙ tranſierunt oĩa velut vmbrã. Dum em̄ os cordis ſui. i. affectũ aperiunt ad ea amplexandũ. dũ circa eos nimis vacant ad ea acquirendũ: ꝛ illud qḋ habebant perdunt. ſ. dei gratiam ꝛ illud qḋ querebãt nõ aſſequũtur. ſ. celi gloriã. Iſtis ergo dicitur Judicũ. ix. Vmbras montiũ vides quaſi hoĩm capita: ꝛ hoc errore deciperis. Hos ergo decipit infectio mundi bonoꝝ. ¶ Tertio dico ꝙ quoſdã decipit ſuggeſtio demoniorũ: vnde ſicut ceruus decipitur C
ꝛ capitur ſibilo venatoris: ſicut murena de fluuio extrahitur ad ſibilum ſerpentis: ſic ꝛ beſtie ꝛ aues detrahuntur ad laqueũ ſibilo aucupis: ſic vere peccator decipitur: ꝛ de fluuio deuotionis ꝛ gratie extrahit̄: et ad laqueũ peccati ducitur: ꝛ ad mortẽ inferni trahitur: ꝑ ſibilũ diabolice ſuggeſtiõis. Amos. ij. Deceperũt eos idola ſua. Patet ergo exemplo quomodo decipiũtur hoĩes diuerſimode a diuerſis. ſ. ex diaboli ſuggeſtione ex terrenoꝝ infectiõe: ex adulatoꝝ fraudatiõe. ¶ Igit̄ D
notabis ꝙ homo in via morũ ꝛ in via proprie ſalutis: in iudicio rationis decipitur multis modis. Ipſuȝ em̄ decipit
Tentatoris mendax fallacia. ¶ Decipit̄ ergo
Detractoris mordax verſutia. homo per mẽda
Proditoris fallax ſeuicia. cem fallaciã tẽn
Adulatoris loquax blãdicia. tator̄. Vñ illi ſpi
Simulatoris fugax decentia. ritui qui dixit. iij.
Feneratoris rapax nequicia. Reg. xxij. Ero ſpi
Mulieris procax malicia. ritus mendax in
Diuitie mentem inflãmantes. ore oĩm ꝓphetarum dictum eſt.
Delicie corpus eneruantes. Decipies ꝛ preua
Scientie ſpiritũ inflantes. lebis. Itẽ ꝑ mor
Stulticie alta attentantes. dacẽ. verſutiã de
Nequitie mala cogitantes.
tractatoris Gene. iij. capi. Serpens decepit me. Item per fallacem ſeuiciã ꝓditoris. Vnde illud Prouerb. xj. Simulator ore decipit amicũ ſuũ: ꝛ ducit cũ per viã nõ bonã. Item ꝑ loquacẽ blandiciã adulatoris. Ideo Eccli. vij. dicit̄. Melius eſt a ſapiente corripi ꝙ ſtultorum adulatione decipi. Itẽ ꝑ fugacẽ ſeu nõ veracẽ decentiam ſimulatoris. i. hypocrite ps̄. Decipiet homo de vanitate in ipſum. ꝛ illud Amos. ij. Deceperũt eos idola ſua. Idola em̄ ſunt fictiones ꝛ non res. Itẽ ꝑ rapacẽ nequiciã feneratoris Eſa. xix. Deceperũt egyptũ angulũ populoꝝ eius. Anguli enim mundi videntur eſſe diuites alios ſuſtẽtantes. Iſti ſunt illi falſi ꝓphete de quibus dicitur Ezech. xiij. Deceperũt populum meũ dicẽtes. Pax pax ꝛ nõ erat pax. Iſti enim vident̄ loqui pacifice: ꝛ tñ ipſi operantur tyrannice vel doloſe Itẽ decipiunt̄ ꝑ procacẽ maliciã mulieris. Vñ dalile dictũ eſt de ſampſone Judicũ. xvj Decipe eũ: ꝛ diſce in quo ſit maxima fortitudo eius. ꝛ Nume. xxxj. Cur feminas reſeruaſtis. Nonne iſte ſunt que deceperunt filios iſrael. Itẽ decipitur homo ꝑ inflãmationem diuitiaꝝ Mar. iiij. Erũne ſeculi ꝛ deceptio diuitiarũ: ꝛ circa reliqua cõcupiſcentie introeũtes ſuffocant verbuȝ. Item ꝑ eneruationẽ delitiaꝝ Aba. ij. Vinũ potantẽ ſe decipit. Itẽ ꝑ inflãmationẽ ſciẽtiaꝝ. Eſa. xlvij. Sapiẽtia tua ꝛ ſciẽtia tua hec decipiũt te. Itẽ ꝑ attentationẽ ſtulticiaꝝ Pro. v. Morieť q̄ nõ habuit diſciplinã in multitudine ſtulticie ſue decipietur. Itẽ per executionem ſeu

Ayuntamiento de Madrid

nem ſeu cogitationem nequitiarum. Prouerb.x. Iter
impiorum decipiet eos. Patet ergo quomodo multi-
pliciter ſunt decepti. Si velles applicare exempla ad
om̃ia predicta: vide in tabula reductorij. Et nota quo
modo ſenſus humani circa obiecta propria multipli
ter decipiuntur: ⁊ maxime viſus. Nota etiã quomodo
piſces: beſtie: ⁊ aues diuerſimode decipiuntur ab au-
cupibus ſuis: ⁊ piſcatoribus ⁊ venatorib⁹. Lõgũ eſſet
de omnibus proſequi: ideo tranſeo cauſa breuitatis.

**Declarare.** Nota ꝙ declarare idẽ eſt qꝺ ma-
nifeſtare ⁊c. Tranſeo quia pauce
ſunt autoritates.

a **Declinare.** Nota ꝙ declinare quãdoq; ſumi
tur ꝑ deriuare. ſicut Eſa.lxvj. De
clinabo ſuper eã quaſi fluuiũ pacis. Quandoq; ſumi
tur pro deorſuz inclinare: ſicut.ij. Reg.vj. Calcitraue-
runt boues ⁊ declinauerunt archam. Quãdoq; ſumi
tur pro accedere ſeu appropinquare: ſicut cũ dicit̃ Ge
ne.xix. Declinate ad domũ pueri mei. Quandoq; ſu-
mitur pro deficere ſeu deſcendere: ſicut cũ dr̃ Luce.ix.
Dies cepit declinare. Quãdoq; etiã cõmuniter ſumit̃
pro cedere ſeu etiã deuiare: ſicut cũ dr̃ in p̃s Declinate
a me maligni ⁊ ſcruta. manda. dei mei. Notabo ergo
breuiter ꝙ in ſcriptura inuenitur Declinatio

Nature. ¶ Declinat enim homo cũ moritur
Culpe. corporaliter p̃s. Sicut vmbra cum de
Gratie. clinat ablatus ſum. Declinat iuſtus
Pene. quãdo peccat criminaliter. Deutero.

xxxj. Declinabitis cito de via quã oſtẽdi vobis. Decli
nat potens cũ cõuertitur virtualiter Ezechie.x. Ad lo
cum ad quẽ ire declinabat que prima erat ſequebant̃
⁊ cetere. Declinat damnatus cũ iudicatur ſententiali
B ter: vñ dñs in p̃s dicit. Viri ſanguinũ declinate a me.
¶ Dicam igitur his premiſſis ꝙ ſignat receſſuz a ter
mino a quo: vel acceſſum ad terminũ ad quem. Et ſic
dico ꝙ in bono ſumit̃ ⁊ in malo. Declinare eñ a ma-
lo eſt bonũ: ⁊ declinare a bono eſt malũ. Et ecõtra de-
clinare ad bonũ eſt bonũ: ⁊ declinare ad malũ eſt ma-
lum. Terminus enim a quo ⁊ terminus ad quẽ cõtra
rie ſunt nature. Igitur de bona declinatione primit⁹
eſt dicendum Sicut enim video ꝙ naute libenter de-
clinãt pericula maris dũ nauigãt: videlicet caribdim
ne abſorbeantur: ſcillã ne confringantur aut cõteran
tur bithalaſſum: ne arreſtent̃ aut inuiſcent̃: ſyrtes ne
arenis detineant̃: mõſtra ne deuorent̃: pyratas ne ſpo
lientur. Sic dicã: ꝙ nos qui per mare huius fluctuo-
ſe vite nauigam⁹ ad mortẽ: ⁊ nauem anime noſtre cũ
velo ſpei ⁊ gubernaculo fidei deducere proponim⁹ ad
ſalutem ſumme debemus cauere ⁊ declinare: vitare et
refutare ſpũalia pericula huius maris. i. mundi: vide
licet caribdim abſorbẽtem: hoc eſt auariciam. Scillã
confringentem: hoc eſt ſuperbiam. Bithalaſſum te
nentem ⁊ inuiſcantem: hoc eſt luxuriã. Sirtes. i. are-
narũ cumulũ arreſtantẽ: hoc eſt diuitiarũ abundan-
tiam. Monſtra que deuorãt: hoc eſt maloꝝ hominũ
ſocietas ⁊ amicicia. Piratas qui ſpoliãt: hoc eſt demo
num fallacias ⁊ crudelis violentia. Et ſic declinauit
dauid de quo dr̃.j. Reg.xviij. ꝙ cum ſaul vellet ipſum
lancea tranſfigere declinauit a facie eius. Iſta eſt eñ
veritas: qꝺ tutiſſimũ eſt a periculis vitiorũ: quib⁹ dia
boli nos tranſfigere procurant declinare: occaſiones
fugere: ⁊ a mala via deuiare. ⁊ iſtas declinationes fa-
cit timor dei. Prouer.xv. Per timorẽ dñi declinat om
nis a malo. Unde Prouerb.xiiij. Sapiens timet ⁊ de-
clinat a malo p̃s. Declina a malo ⁊ fac bonum inqui
C re pacem ⁊c. ¶ In quibus verbis oſtenditur quintu-
plex cauſa propter quam eſt a malis operibus declinã
dum: videlicet Propter
Prouidum conſilium qꝺ nobis datur. Declina.
Horridum flagitium qꝺ demonſtratur. A malo.
Tutum exercitium quod imperatur. Fac.
Sanum artificium quod declaratur. Bonum.
Summum beneficium qꝺ interpretatur. Pacem.

Per hec enim obedimus iubenti litere que dicit De-
clina. Diſſentimus a culpe ſcelere. A malo. Occupa-
mur virtutũ opere. Fac. Delectamur optimo munere
Bonũ. Quietamur eterno federe. Pacem. Declinan
dum eſt ergo a malo: propter prouidũ conſiliũ qꝺ no-
bis datur. Declina inquit imperando ⁊ cõſulendo lo-
quitur. Cõſiliũ eſt medici ſuper declinatione nociuoꝝ
bene eſt faciendũ infirmo. Igitur declina Ruth iij.
Declina pauliſper ⁊ ſede hic. Item declinãdũ eſt a ma
lo ꝑpter flagitiũ ſeu ꝑpter exercitiũ qꝺ euitat̃. A ma-
lo. Ipſum enim malum habet in ſe tantũ horrorem ⁊
tantã deformitatẽ: ꝙ debet merito declinari Eſaie.lxij
Declinate de ſemita: offerte offendicula. Prouer.xiiij
Sapiens timet ⁊ declinat a malo. Item declinanduz
eſt a malo propter exercitiũ qꝺ frequẽtatur. Fac inq̃t.
Q̃diu enim homo eſt in peccato nihil facit: qr ⁊ ſi pec-
catũ faciat nihil eſt: qr peccatũ nihil eſt: ⁊ nihil fiunt
homines cũ peccant ſm̃ Augu. Cũ autẽ a peccato de-
clinauerit ⁊ exiuerit tunc aliquid facit: qr. ſ. in bono ſe
occupat: ⁊ multa merita bene operando acquirit. Un
de.j. Petri.iij. Declinet a malo ⁊ faciat bonũ. Item
declinandum eſt a malo propter artificiũ quod decla-
ratur. Bonum inquit. Bonũ eñ de ſui natura debet
allicere ⁊ attrahere: ⁊ per cõſequens a malo fugere et
retrahere Eccl'i.iiij. Declina pauperi aurez tuã. Eccli.
xv. Ante hoiem bonũ ⁊ malũ qꝺ placuerit ei dabit̃ illi.
Itẽ declinãdũ eſt a malo ꝑpter beneficiũ qꝺ impetra
tur. Pacem inquit. Conſtat enim ꝙ per receſſum ſeu
declinationẽ a malo acquiritur pax interior. exterior
et ſuperior. Nullus enim modus melior acquirẽdi pa
cem. q̃ fugere a locis rebus ⁊ negocijs que ſunt cauſe
guerre. talia autẽ ſunt peccata. Vñ de balaã aſina dr̃
Numeri.xxij. niſi aſina declinaſſet de via occidiſſem te
quaſi dicat. Per declinationẽ a via iniquitatis. quam
aſina. i. caro facit. anima ab occiſione liberatur eterna
⁊ in pace multiplici requieſcit.j. Macha.xj. Proiece-
runt arma ⁊ fecerunt pacẽ: qr. ſ. illi qui arma diaboli
id eſt peccata proijciunt. pacẽ tpalẽ ⁊ eternã acquirẽt
Iſta quinq; mẽbra poſſent dilatari ⁊ proſequi. ſed trãſ
eo Si vis exempla ⁊ figuras. vide vbi fugere. recedere
cauere. ⁊ ſimilia. Patet ergo. ꝙ quandoq; declinare
ſumitur in malo. ⁊ hoc eſt. quando quis declinat ⁊ de
uiat a rectitudine veritatis. Sol enim nunq̃ fit retro
gradus. nec vnq̃ declinat a linea eclyptica per quam
vadit. Omnes autẽ alij planete declinant ⁊ retrogra-
di ſepe fiũt. Sic ⁊ ſol iuſticie xp̃s: paucis exceptis. ſol⁹
fuit qui nunq̃ a linea iuſticie declinauit. omnes autẽ
alij qui retrogradi per aliqꝺ peccatum fuerũt. a iuſti-
cie limitibus declinauerunt. p̃s. Omnes declinaue-
runt ſimul inutiles facti ſunt non eſt qui faciat bonũ
non eſt vſq; ad vnũ. Cor enim humanum faciliter de
clinat ad malũ. Cuius ſignuz eſt ipſa diſpoſitio ipſi⁹
cordis. qꝺ ſcʒ vergit ⁊ declinat ad ſiniſtram partẽ nõ
ad dexteram. Ad denotandum ꝙ prauum eſt cor ho-
minis ⁊ inſcrutabile: ⁊ magis declinat ad vitia q̃ ad vir
tutes Ad ſiniſtram plus q̃ ad dexteram: ad malũ aũ
plus q̃ ad bonum. Figuratũ in Loth: qui interpreta-
tur declinans: qui dimiſit ſocietatem Abrae: ⁊ habita
uit in ſodomis: ſicut dicitur Geñ.xiiij. ⁊.xviij. qr. ſ. ma
li ⁊ decliues a bono ⁊ a bonoꝝ ſocietate declinãt ⁊ ma
lorũ conſortia inhabitãt ⁊ frequentãt: contra illud.j.
Reg.xij. Nolite declinare poſt vana. Mali eñ nunq̃
volunt in rectitudine viuere: ſed ſemper a via dñi decli
nare Dicunt enim illud Eſaie.xxx. Loquimini nobis
placentia: videte nobis errores: auferte a me viam: de
clinate a me ſemitã: ceſſet a facie nr̃a ſanct⁹ iſrael. Sic
vident̃ loqui mali iudices: qui a iuſticie veritate decli
nant: cõtra illud Deutero.xvj. Iudicent populũ iuſto
iudicio: nec in alteram partem declinẽt. ¶ Igitur no- D
tabis q̃ mali declinant
A iuſticie recto libramento.
A clementie pie roramento.
A mandatorum iuſto complemento.



Ayuntamiento de Madrid

A ſupernoꝝ claro ſpeculamento.
Et ꝑcerto ecōtrario ipſi declināt.
Ad luxurie fetidū horrorem.
Ad malicie pallidum liuorē.
Ad auaricie feruidū ardorem.

¶ Dico ꝙ mali declinant a iuſticia ne recta iubeāt Eſa. xxix. Declinauerunt fruſtra a iuſto. Itē a clemētia ne ſua prebeant: ſicut de malis filijs heli dr̄. j. Reg. viij. ꝙ ipſi declinauerunt poſt auariciam: contra illud Eccli. iiij. Declina pauperi aurem tuā. Item a dei mandatis ne ipſa impleant Danie. ix. Declinauimus a mandatis tuis. Econtra dauid in ps̄. A lege autē tua non declinaui. Et merito: q2 ſicut diciť Prouer. xxviij. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Item a rebus ſuperis ne deum timeant: ſicut de illis malis iudicibus diciť. Danie. xiij. ꝙ declinauerunt oculos ſuos ne viderent celū: nec recordarētur iudicioꝝ iuſtoꝝ. Itē declinant ad luxuriā: vt ſatis fetcāt. Unde mala mulier loquitur Prouer. ix. dicens. Si quis eſt paruulus declinet ad me. Item declinant ad maliciā: vt malis ſtudeāt. Eſa. liij. Unuſqſq3 in maliciā ſuā declinauit. Econtra dauid in ps̄. Non declinet cor meū in verba malicie. Item ad auariciā vt ſemper ferueant Eſaie. ix. Declinabit ad dexterā ⁊ eſuriet: ⁊ ad ſiniſtrā ⁊ non ſaturabitur. Et in ps̄. Statuerunt oculos ſuos declinare in terrā. Sic igitur patet quomodo declinare in bono ſumitur ⁊ in malo.

A **Decor. decorare. decorus.** Nota ꝙ decor non ſolū dicit mihi pulcritudinem: ſed etiā pulcritudinē gratā: acceptabilē ⁊ decētem. Multa eñ ſunt que ſunt decora: q2 pulcritudo eoꝝ non decet. Si enim pulcritudo ⁊ decor idem omnino ſignificarēt: ſuꝑflue diceret pulcra es ⁊ decora: q2 tamē plerūq3 vnū ꝑ alio ſumitur: ideo generaliter diſtinguā. Ideo cū decor accipi poſſit in bono ⁊ in malo. Dicā primo ꝙ ſicut materialiter oīa quāto magis decora ſunt ⁊ pulcra: tāto plus ſunt placida atq3 grata. Inter ceteras enim gratias pulcritudo valde allicit intuentem. Uñ de hominibus magnis: ⁊ maxime de illis qui magis ſunt iuuenes ⁊ decori patet: ꝙ valde placet eis habere pulcram vxorem: pulcrā veſtem: pulcrū theſaurū. Sic vere eſt de deo: ⁊ debet eſſe de homine: q2. ſ. iſte diligit decorem ⁊ pulcritudinem in vxore ſua: hoc eſt in aīa. ps̄. Audi filia ⁊ vide ⁊c. Sequitur. Et cōcupiſcet rex decorē tuū. In veſte ſua: hoc eſt corporali ſubſtantia: que ſc3 fuit decora maxime quādo fuit glorificata ps̄. Dominus regnauit decorem indutus eſt. Iſte tamen decor in paſſione fuit obfuſcatus Eſa. liij. Non eſt ei ſpecies neq3 decor. In domo ſua: hoc eſt eccleſia ps̄. Dilexi decorē domus tue. i. eccleſie. In theſauro ſuo: hoc eſt eterna gloria ps̄. Ex ſyon ſpecies decoris eius. De hoīe etiam idē dico: q2 ꝑcerto ipſe debet velle habere decorē in vxore ſua. i. in cōſcientia. In domo ſua. i. in carne vel ī carnis mūdicia. In veſte. i. in exteriori apparentia. In lecto. i. in finali voluptate ſeu gloria. Ideo dr̄ aīe ſue ſeu ꝑſone virtuoſe illud Canti. vj. ꝙ pulcra es amica mea ſuauis ⁊ decora ſicut hieruſalē. In quibus verbis oñť triplex decor quo fidelis ꝑſona vel anima decorať: videlicet

Uirtualis ⁊ interior: qui mentem perficit.
Uiſualis ⁊ exterior: qui gentes allicit.
Actualis ⁊ ſuperior: qui nunꝙ deficit.

B ¶ Primus eſt decor mentalis conſcientie. Pulcra es amica mea. Scd̄s eſt decor moralis apparentie. Decora ⁊ ſuauis. Tertius eſt decor finalis affluentie ſeu glorie. Hieruſalem. Et ſic adhuc dicā. Primus eſt decor gratie virtuoſe que tollit criminū egeſtatem. Pulcra. Secūdus eſt decor apparētie gratioſe: que confert moribus honeſtatē. Decora. Tertius eſt decor glorie gaudioſe: que p̄ſtat aīe maieſtatē: ſicut hieruſalem. Dico ergo primo: ꝙ in aīa virtuoſa inuenitur decor virtutū qui eſt in conſcientia: qđ oſtēdiť cū dr̄ Pulcra es amica mea. Sicut eñ pulcritudo corporalis cōſiſtit in varietatē ꝓportionata coloꝝ: ſic decor ſpūalis in aīa cauſatur ex varietate virtutū. Uirtutes eñ ſunt q̄ faciunt aīam pulcrā ⁊ decorā: ⁊ ſummi regis ſpōſam: filiam ⁊ amicā. Pulcra es inquit amica mea. Iſte autē virtutū decor: cōſiſtit principaliter in cōſcientia ⁊ in mente. Cōſcientia eñ eſt ꝓpria camera viri iuſti: vbi. ſ. continue debet manere: ſtudere: gaudere: lugere. Et ideo ſicut videmus: ꝙ diuites ſumme curant: ꝙ eoꝝ camere ornate ſint ⁊ decore. Sic valde curare debemus ꝙ camere cōſcientiaꝝ noſtrarum: virtutū pulcritudine decorenť: ⁊ preclaris virtutibus adornenť. Cōſciētia eñ facies eſt aīe: q̄ ſi decora fuerit: tota ipa aīa reputatur decora: ita ꝙ ſibi pōt dici illud Ezechie. xvj. Similā ⁊ mel ⁊ oleū comediſti: ⁊ decora facta es vehemēter. Expone. Simila ſignat ſacrā ſcripturā q̄ cū mola intellectus trita: ⁊ cribro prudentie cribrata: ⁊ furfure rudis hyſtorie ſeparata: ſanū dat aīe nutrimentū. Mel eſt deuotio. Oleū vero cōpaſſio: q2. ſ. iſta ſunt q̄ cōſciētiā decorāt atq3 ornant. Ut ſic cuilibet viro ſancto virtutibus decorato: dicať illud Canti. j. Ecce tu pulcer es dilecte mi ⁊ decorus. Ut etiā cuilibet virgini vel ipſi aīe dicať illud Canti. ibidē. Ecce tu pulcra es amica mea: ecce tu pulcra oculi tui columbaꝝ. De tali igiť virtuoſo decore pōt dici dño illđ ps̄. Dñe in volūtate tua preſtitiſti decori meo virtutē. ⁊ bñ dixit virtutē: q2. ſ. multipliciter virtus eſt neceſſaria ad decorē aīe cōponēdū. Nō eñ mulier decora diceret: que nō haberet niſi vnicum membrū pulcrū: naſum videlicet ſiue manū. Pictura etiā decora non eſſet: niſi color multiplex ⁊ varius ibi eſſet: ex multis eñ mēbris pulcris reſultare debet in anima ſanctus decor. Et ideo dico ꝙ ibi debet eſſe

Decor
Continentie que candore niteſcit.
Abſtinentie que pallore tepeſcit.
Permanentie que vigore vireſcit.
Eloquentie que nitore ſplendeſcit.
Gratiarūactionis.
Innocentie q̄ decore valeſcit.
Amicicie que feruore rubeſcit.
Sapientie que ſplēdore luceſcit.

¶ Sit igiť in mēte decor cōtinētie qui ſemꝑ eſt cādidus. Uñ de lybano qui interpretať cādor dicit aīe illud Eſa. xxx. Gloria lybani data eſt ei decor carmeli ⁊ ſaron Geñ. xxiiij. Erat rebecca puella decora nimis virgoq3 pulcerrima. Itē ſit ibi decor abſtinentie: q̄ ſemper eſt pallidus. De abſtinētibus pueris dr̄ Danie. j. ꝙ ibi ſunt electi ad ſtādū in pallatio: q2 decori forma cautiq3 ſciētia. Item ſit ibi decor permanentie: q̄ ſemper eſt ſolidus Prouerb. xxxj. Fortitudo ⁊ decor indumentū eius. Item ſit ibi decor eloquētie: qui ſemꝑ eſt nitidus. Eloquentie dico. ſ. cōfeſſionis ps̄. Cōfeſſionē ⁊ decorē induiſti. Gratiarūactionis Nee. xij. In decore gratiarūactionis: ſacerdotes ⁊ leuite dulcis predicationis ⁊ monitionis. Cañ. ij. Uox eñ tua dulcis et facies tua decora. Itē ſit ibi decor innocētie: q̄ ſemper eſt floridus. Sicut de abſalon dr̄. ij. Reg. xiiij ꝙ ipſe erat decorus valde: ita ꝙ a plāta pedis vſq3 ad verticē non erat in eo vlla macula. Itē ſit in eo decor amicicie: qui ſemper eſt feruidus. ij. Reg. j. Saul ⁊ ionatas amabiles in vita ſua: in morte quoq3 nō ſunt diuiſi. Item ſit ibi decor ſapientie: qui ſemper eſt fulgidus ps̄. Confeſſionē ⁊ decorē induiſti amict9 lumine. Patet ergo quomodo in aīa debet eſſe decor virtutū qui eſt in cōſcientia. Pulcra es inquit amica mea. Sed proh dolor talis decor virtutū multotiens in aīa deſtruiť. Nā ſicut decor imaginis bene picte ⁊ pulcre aliquādo deſtruiť per lutū quo maculať: aliquādo per ignē quo cremať aliquādo per fumū quo denigrať: aliquādo ꝑ gladiū quo diſſecať: aliqñ per aquā qua madidať: ⁊ aliquando per antiquitatē qua corrūpiť. Sic vere dico ꝙ decor aīe perit ⁊ deſtruiť: qñ fedať luto luxurie: quando crematť igne auaricie: qñ obfuſcať fumo ſuperbie: quando ſecať gladio inuidie: qñ humectať aqua gule ⁊ delitiaꝝ ingluuie: qñ corpus aggrauať antiquitate accidie: ⁊ tūc ꝑcerto plāgendo dr̄ Treno. j. Dēs porte eius deſtructe

Ayuntamiento de Madrid

eius deſtructe. ſacerdotes eius gementes. virgines eiꝰ ſqualide: et ipſa repleta eſt amaritudine. Sequitur. Et egreſſa eſt a filia ſyon omnis decor eius. Et loquitur ad modum ciuitatis prius decore tandem ab hoſtibus capte: et deſolate ⁊ deturpate: q̄r ſcꝫ anima virtuoſa eſt deo creatori ſuo valde decora. Tre. ij. Heccine eſt vrbs dicentes. perfecti decoris. gaudiũ vniuerſe terre. Mñ tamen porte exterioꝝ ſenſuũ per vitia deſtruũtur. ſacerdotes eius ſcꝫ deuotio et oratio deſolantur. virgines eius. i. puritas mẽtis: et caſtitas carnis deturpantur. ⁊ ip̄a amaritudine vitioꝝ aſpergitur ⁊ grauatur. nõ mirꝫ ſi decor eius ſp̄ualis ab ipſa egreditur et ſic ipſa que prius placebat. abhominabilis efficiꝉ. Unde anime ſic deturpate loquitur dominus. Ezech. xvj. Perfecta eras in decore meo quẽ poſuerã ſup te. et habens fiduciam in pulcritudine tua. fornicata es. Sequiꝉ. Edificaſti tibi lupanar: ⁊ ad oẽ caput vie poſuiſti ſignũ proſtitutionis tue. ⁊ abhominabilẽ feciſti decorem tuũ valde: ⁊ loquitur aĩe ſeu perſone peccatrici ſub figura meretricis: prius in virginitate ⁊ puritate vite per virtutes decore: tandem per vitia proſtitute ⁊ deo abhominabili ⁊ deſpecte: que. ſ. ſignũ ꝓſtitutionis ſue. ſ. mala verba: impudicos nutus: inanes faſtꝰ deformes habitus: inhoneſtos ritus: exterius in ſua conuerſatione ponit: ⁊ cunctis vitijs ſe exponens decorem virtutũ perdit: ⁊ deo ⁊ angelis abhominabilẽ ſe facit. vnde tali loquiꝉ dñs Ezechie. xxviij. Adduco ſuper te alienos. ſ. permiſſiue demones vel peccata. Seq̄tur. ⁊ pollluent decorem tuũ: ⁊ interficient ⁊ detrahent te. Non ſic chariſſimi: ſed ſit in nobis decor virtutum

C qui eſt in conſcientia. ❡ Secũdo dico: ꝙ in nobis debet eſſe decor honeſtatis: qui eſt in apparentia: q̄ oſtẽditur cũ diciꝉ. Decora ⁊ ſuauis. In muliere eñ decor interioꝝ ſeu tectoꝝ veſtibus membrorum non ſufficeret niſi etiã in facie decor eſſet. Facies eñ que aſpectibus hoĩm opponiꝉ: ampliori decore indiget: quapropter mũdius teneꝉ ⁊ ampliꝰ adornatur. Cũ igitur exterior apparentia ⁊ cõuerſatio ſit proprie facies aĩe: in qua quidẽ facie videnꝉ diſpoſitiões interiorũ: q̄r ſicut diciꝉ Eccli. xix. Ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus: dico ꝙ ibi decor virtutũ debet principaliter relucere: ⁊ honeſtas: morũq̄ pulcritudo ſpecialiter abundare: ſicut de Joſeph dicitur Geñ. xxxix. Erat aũt ioſeph pulcher facie decoruſq̄ aſpectu. Unde ſcriptura conſulit Job xl. dicẽs. Circũda tibi decorẽ ⁊ in ſublimi erigere ⁊ eſto glorioſus: ⁊ ſpecioſis induere veſtibꝰ. Uide de erigere ⁊ veſtibus vbi inuenies ſatis. Decor eñ cõuerſatiõis multũ ſtat in hoc ꝙ homo erigatur in ſublimi: ꝑ celeſtiũ affectionẽ. Sit glorioſus ⁊ iocundus per ſpẽ in domino ⁊ conſolationẽ. Specioſis induatur veſtibꝰ per bonorũ morũ ⁊ virtuoſoꝝ emulationẽ vel cumulationem. De iſto ergo decore apparẽtie dicitur. ij. Mach. iij. Apparuerũt duo iuuenes ꝟtute decori: optimi gloria: ſpecioſiq̄ amictu. Si vis pone quõ nõ decor honeſtatis perditur ſicut imaginis: ſicut ſup̄ in paragr̄pho precedenti immediate. Patet igiꝉ ꝙ eſt decor honeſta

D tis qui eſt in apparentia. ❡ Tertio dico ꝙ eſt decor felicitatis qui eſt in gloria: ſeu in glorie affluẽtia: q̄ oſtẽdiꝉ cũ dr̄. Hieruſalẽ q̄ interpretaꝉ viſio pacis. Uide infra de hieruſalem. Jſte eñ eſt decor ſummus in quo nihil penitus indecorũ eſt. Sicut eñ tunc ſponſe ſolent maiori ⁊ ornatiori decore niteſcere: quã do ſpõſis ſuis nuptialiter copulantur. Sic aĩe beate in gloria: vbi in nuptijs eternis cũ ſponſo digniſſimo ⁊ altiſſimo copulantur: eterne glorie decore inobfuſcabiliter ſplẽdeſcũt p̄s. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriã ⁊ magnum decorem impones ſuper eum. Et nota ꝙ iſte decor conſiſtit in multis: videlicet

In dominatione potẽtiori.
In cõtẽplatione ſplẽdidiori.
In delectatione vberiori.

❡ Beati eñ in patria regnant ⁊ imperãt glorioſe Sap̄. v. Accipiẽt iuſti regnũ decoris: ⁊ dyadema ſpeciei de manu dñi. Jtẽ deũ cõſiderãt luminoſe. Eſa. xxxiij. Regem in decore ſuo videbit. Et in p̄s. illud predictũ. Cõfeſſionem ⁊ decorẽ induiſti amictus lumine. Jtẽ ſemꝑ exuberant copioſe: q̄r. ſ. ipſi ſunt in gloria: q̄ eſt ſtatus omniũ bonoꝝ aggregatiõe ꝑfectus Baruc. v. Exue te hieruſalẽ ſtola luctus ⁊ vexationis tue: indue te decore et honore: q̄ a deo tibi eſt ſempiterna gloria. Hieruſalẽ inquit Eſe. xlvj. Dabo in ſyon ſalutẽ ⁊ in hieruſalem gloriã meã. Sic igiꝉ patet quomodo decor accipiꝉ in

bono. ❡ Sed adhuc dico ꝙ decor accipi poteſt in ma E
Nota q de lectatio in bono ſumitur τ in malo. Et primo quidem ſumi pōt in malo. Quamuis enī potentia bene ordinata nō de lectetur niſi in apprehenſione pprij obiecti ſibi bene compati τ pportionati. Fit tamen quandoq q ex in fectione ſenſus τ corruptione appetitus ipſa delecteť in illo qđ de ſe eſt triſtabile:τ triſtatur in illo quod de ſe eſt delectabile. Sicut patet de guſtu:qui quandoq ita corrumpitur:q in saporibus horribilibus τ ama ris delectatur:in bonis vero τ ſuauibus contriſtatur Unde etiam de mulieribus pregnantibus ſepe viſum eſt:q carbōes τ alios cibos horribiles comedebāt:bo nos vero τ ſapidos abhorrebant. De demoniacis vo τ melancolicis idem vidi. Et inde eſt q aſtrologi di cunt:q illi qui in conſtellatione ſaturni naſcuntur:i rebus immundis τ vilibus delectantur. De mida eti am rege dicitur in fabula. Quod cū pan deus ruralis fiſtula τ appollo id eſt ſol lira canerēt:τ midas iudex eſſet: quis horum meliorem melodiam faciebat:acci dit q iſte in cantu dei ruralis magis fuerit delectat⁹ q̄ in cythara apolinis: τ ideo p eo iudicauit:qua pro pter quia male delectatus male iudicauerat appollo aures aſini ſibi dedit. Ouidius li.xj. fabula iiij.Iſta applicabo ad peccatores quorum ſenſus τ ratio per peccatum taliter ſunt corrupti: q debite non iudicāt de obiectis: quia reuera plus delectantur de immun dis rebus q̄ de mundis: τ in malis operibus q̄ in bo nis. Unde nōta:q maloꝝ quidam delectantur in fa cultatibus.Quidam in voluptatibus.Quidam in di gnitatibus.Breuiter enim dicere poſſum:q peccato res ſimiles ſunt allecibus: que vbicunq lumen vide rint:ibidem taliter delectantur:q illuc concurrunt τ capiuntur. Cetus etiam delectatur in fiſtulis obdor mit enim τ tunc ferro vulneratur τ capiť. Unicornis etiam delectatur in pulchritudine virginis:in ei⁹ gre mio trucidatur.Et ſic de alijs. Sic vere mali in malis delectationibus delectantur: τ ſic a dyabolo diuerſi mode capiuntur Quidam enim delectantur in lumi ne ſcientiarum mundialium. Quidam in melodia le ticiarum ſecularium.Quidam i pulchritudine femi narum τ deliciarum corporaliuʒ. Hos ergo per tales delectationes venator dyabolus decipit.Ferrum ma li ppoſiti infigit: τ eos per peccatum occidit τ ad litꝰ inferni finaliter ſecum trahit. Sicut de muliere dici tur. Gen̄.iij. q videns lignū prohibitū q eſſet ſuaue pulcrumq viſu: τ aſpectu delectabile fructus ipſius concupiuit τ comedens paradiſum amiſit: qꝛ.ſ.dum mulier: id eſt quecunq mollis τ imbecillis perſona: dum in rebus delectabilibus plus debito ſe delectat: ipſa faciliter deſiderat:τ ſic contra deum grauiter pec cat. Unde Eſa.lxvj.In abhominationibus aīa eoꝝ delectata eſt:contra conſilium ſapientis:q̄ dicit.Pro uer.iiij. Ne delecteris in ſemitis impiorum: nec tibi placeat malorum via. Sed de tali mala delectatione uide infra de delicijs. Sumitur ergo delectari in ma lo.

¶ Sed adhuc dico q ſumi poteſt in bono:τ iſtud eſt quando mens bene diſpoſita delectatur in bono. Sicut enim dicunt philoſophi:habitus virtutis fa cit faciliter τ delectabiliter operari. Dicunt enī aſtro nomi: q illi qui naſcuntur in conſtellatione bona:na turaliter diſponuntur ad bonum τ delectantur in bo no. Sic vere illi in quibus bona conſtellatio.i.diuina gratia dn̄atur i bona generaliter delectantur. Unde de gratia dicitur.ij.Mach.xv.q filij iſrael ſuperaue rūt aduerſarios ſuos:pñia dei magnifice roborati vel delectati. Dicant ergo quilibet iuſti illud.ps. Reple ti ſumus mane miſericordia tua:exultauimus τ dele ctati ſumus.In quibus verbis oſtenditur:q iuſti tri pliciter delectantur vicʒ. B

Ex quadam multitudine copioſa.
Ex quadam certitudine gaudioſa
Ex quadam plenitudine glorioſa.

Primā fa cit fruct⁹ virtutum τ poſſeſſio. Repleti ſumus. Secundam facit ſpes fu turoꝝ τ affectio. Exultauimus. Tertiam facit dos p̄ miorum τ adeptio: delectati ſumus. Delectatur enīʒ iuſtus virtutes poſſidens. Delectatur contemplati uus ſpe ſurſum reſidens. Delectatur beatus in celo p̄ ſidens. Uis meritorum facit ditari. Repleti ſumus. Spes futurorum facit letari:exultauimus. Lux pre miorum facit beari:delectati ſumus. ¶ Dico ergo q C eſt quedam delectatio q̄ conſurgit ex virtutum obtētu multitudine. Repleti inquit ſumus mane miſericor dia tua. Mane enim ſignat tp̄s vite:ſicut ſero ſignat vitam futuram: qꝛ.ſ.iuſti in iſto mane id eſt in vita p̄ ſenti dei miſericordia replentur inquantū virtutibus cumulanť. Repleti inquit ſumus. Cor enim humanū tāte eſt capacitatis:q nullo perfecte repletur:niſi deo in nullo perfecte delectatur niſi in deo. Deus autem ſi in corde noſtro habitauerit: ipſum pcerto cunctis virtutibus perficiet τ replebit. Sicut enim lux ſolis i domum in quam intrare ſolet: nō ſolū ſui pñtia imo etiam infinitis radijs ipſam replet Sic deus τ dei grā ſi in mentem noſtram venerit: radijs virtutum oīm hanc replebit. Eccli.xxxvj. Reple ſyon inenarrabili bus virtutibus tuis.Iſta eſt pculdubio maxima dele ctatio q̄ omne delectamentum faciebat in ore:ſicut di citur. Sap.xvj.quia pcerto iſte omnem cōplacentiā generabit in corde. Et ſic notabo: q iuſti replentur τ delectantur in virtutibus:quia vicʒ.

Delectat ſapientia ſtudioſos.
Delectat diligentia curioſos.
Delectat pñia ſeu reuerentia timoroſos.
Delectat adherentia amoroſos.
Delectat contemplatio luminoſos.
Delectat exultatio gaudioſos.

Ecce ergo quō iuſti diuerſimo de delectā tur. Dicā igiť q̄ qdā delectanť in ſapientia ſtudioſa: qꝛ ſicut dr. Sap.viij. Immortalis eſt ſapientia:τ in amicicia illius delecta tio bona. Et iō. Sap.vj. cōſulit ſcriptura ſic Si ergo delectamini in ſedib⁹ τ ſceptris ppetuis o reges ſeculi diligite ſapientiam.i.primo delectamini in ſapiā. Itē quidā delectanť in diligentia curioſa ſeu obſequioſa Eccli.xxvj. Gratia mulieris ſedule delectabit virum ſuum. Mulier enī ſedula eſt diligentia ſeu obediētia que ſcilicet virum ſuum.i.ſuum poſſeſſorem delectāt Itē quidā delectanť in reuerētia timoroſa. Eccli.j. Ti mor dn̄i delectabit cor. Itē qdā delectāť in adherētia amoroſa:q̄.ſ.deo τ primo caritatiue adherent:τ cum ipſo loqui per orationem τ laudem amant. ps. Iocū dum ſit

Ayuntamiento de Madrid

dam ſit ei eloquium meū: ego vero delectabor in dn̄o.
Et ꝓuer. v. In amore eius delectare iugiter. Item
quidam delectanť in cōtemplatione luminoſa: quia
ſcꝫ cōtemplari deū ⁊ operum ſuoꝝ mirabilia maxima
eſt delectatio. De deo em̄ dr̄ in. pſ. Memor fui dei ⁊ de
lectatus ſuꝫ. De opꝫibus etiā eius dr̄ in pſ. Delectaſti
me domine in factura tua ⁊ in operibꝰ manuū tuarū
exultabo. Item quidā delectanť in exultatione in deū
⁊ in gratiarumactione: de quo in. pſ. dr̄ Exultent iu-
ſti in conſpectu dei ⁊ delectenť in leti. Ecce ergo quō re
pleti ſunt virtutibus. Iſta eſt igiť quedam delectatio
que cōſiſtit ex v̾tutum op[illegible]iōe multa. Repleti ſumꝰ
inquit mane miſericordia tua. pſ. Replebimur in bo
D nis domus tue: ſequitur ibidem. Exitus matutini et
veſpere delectabis. ¶ Scd̄o dico: ꝙ eſt quedam iu-
ſtoꝝ delectatio que cōſurgit ex futuroꝝ ſperata certi
tudine: que oſtenditur: cum dr̄. Exultauimus. Spes
enim certa futurorum bonorum eſt hominum maxi-
ma delectatio: ⁊ ſumma ⁊ gaudioſa exultatio: itantuꝫ
ꝙ alique ſunt regiones in quibus tanta eſt ſpes futu
re vite: ꝙ in mortibus amicoꝝ magis exultant ꝙ̄ plo
rent. Sicut eſt apud indos ſm̄ Odoricum ⁊ valeriuꝫ
maximum li. ij. ca. ſicut etiaꝫ fuit apud gallos ſm̄ pō
ponium: quibus fuit mos: ꝙ amici viuentes in igni
bus amicorum mortuorum: corpora enim eorum lo-
co ſepulture cremabantur: ſe inijciebant gaudentes
tanꝙ̄ vna victuri cum eis. De thracis etiam dicit: ꝙ
apud eos letabunda erant funera: luctuoſa autē pu-
erperia dum animam putent non mori ſed tranſire.
Ad quod etiam vr̄ non informare natura quia. ſ. que
dam ſunt animalia: que moriendo cantare ⁊ exultare
dicuntur: quia de cigno aue dr̄: cuius exemplum po-
nam ſatis extraneum. Eſt enim mons in ethyopia: ſi
cut ponitur in li. de natura locorum in cuius cacumi
ne ſunt aliqui adamātes qui carnes humanas attra-
hunt ⁊ hominem ꝙ̄uis ligatuꝫ ſuis vinculis ferreis:
ſtatim quaſi ſaluum violenter ridendo ad ſe rapiunt
atꝙ premunt. Eſt igitur ſignum in illo monte: vltra
quod nullus audet tranſire: ſimplices v̾o crediderūt
in monte illo eſſe paradiſum terreſtrem Ego vero ma
gis credo fieri per violentiam adamantis: quocunꝙ
tamen modo fiat: huic monti comparabo paradiſuꝫ
celeſtem: cuius eſt tanta vis attractiua: ꝙ qui bene cō
ſiderat illam vitaꝫ: nullis impedietur vinculis corpo
ris vel cuiuſcūꝙ temporalis amoris: qm̄ in ſpe illius
taliter delectabitur: ꝙ ridendo ⁊ exultando illuc cor-
dialiter attrahetur. Si enim vultur vltra mare ſentit
exercitū: ⁊ odorem cadauerum: multo fortius vltra vi
tam iſtam debemus ſentire illum odoreꝫ ſuauiſſimū
paradiſi: ⁊ in eo ſuper omnia delectari: quia ſicut dr̄.
Prouer. xxvij. Vnguento ⁊ varijs odoribus delecta
bitur cor. Vnde Eſa. lviij. Delectaberis īquit ſuꝑ dn̄o
⁊ ſuſtollam te ſuper altitudinem terre: ⁊ cibabo te he
reditate patris tui iacob. Loquitur eniꝫ de futuro: qr
ſpes eſt de rebus futuris non preſentibus. Exultaui-
mus ergo ſupple in ſpe futurorum. vnde Act. ij. Dele
ctatum eſt cor meum: ⁊ exultauit lingua mea: inſuꝑ
⁊ caro meo requieſcet in ſpe. Patet ergo: ꝙ eſt quedaꝫ
iuſtorum delectatio: que conſurgit ex futurorum ſpe
E rata certitudine. Exultauimus īquit. ¶ Tertio dico
ꝙ inuenitur quedam iuſtorum delectatio: que cōſur
git ex premiorum beata plenitudine: ⁊ hoc oſtenditur
cum dictum eſt. Delectati ſumus omnibus diebꝰ no
ſtris. Illa eſt enim ſumma ⁊ perfecta delectatio: quā
do ſcꝫ homo deum nude videt: ⁊ intuitiue deo ſuauiſ
ſime fruitur ⁊ caritatiue. Deo etiam perpetuo adhe-
ret ſenſitiue ⁊ eternatiue ibi em̄ eſt delectatio. Nam
Delectantur: quia vident deum clariſſime.
Delectantur: quia deum guſtant dulciſſime.
Delectanť: quia tenent deum firmiſſime.
Delectantur: quia gaudent ſecum letiſſime.
Delectantur: qr herent ei tutiſſime.
Delectantur: qr complent vota pleniſſime.

Dico ergo ꝙ beatorū delectatio conſiſtit in deū clariſ
ſime vidēdo Eccl'ſ. xi. Delectabile eſt oculis videre lu
men. Item conſiſtit in deo dulciſſime fruendo. Vnde
Eſa. lv. Omnes ſitientes venite ad aquas. Sequitur.
Venite ⁊ comedite bonū: ⁊ delectabitur in craſſitudi-
ne anima veſtra. Item conſiſtit in deuꝫ firmiſſime ſeu
longiſſime tenendo. i. in perpetua ſecuritate. Vnde in
pſ. Notas feciſti mihi vias vite: adimplebis me leti-
cia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſꝙ in
finem. Item cōſiſtit in deo letiſſime gaudendo. Vnde
illud predictum pſ. Exultēt iuſti in cōſpectu dei: ⁊ de-
lectentur in leticia. Item conſiſtit in tranquilliſſime
viuendo pſ. Manſueti autē hereditabunt terrā: ⁊ de-
lectabuntur in multitudine pacis. Itē conſiſtit in ple
niſſime vota complendo: qr. ſ. oēſ appetitus anime ſa
tiātur ⁊ omnia vota ⁊ deſideria cumulanť. vnde Pro
uer. xiij. Deſiderium ſi cōpleatur delectat aīam. Et in
pſ. Delectare in domino: ⁊ dabit tibi petitiōes cordis
tui. vnde Auguſti. xxij. de ciuitate dei. Ipſe erit finis de
ſideriorum noſtrorum: qui ſine fine videbitur: ſine fa-
ſtidio amabitur: ſine fatigatiōe laudabiť: hic nutus:
hic affectus: hic actus erit omnibus: ſicut vita eterna
cōmunis. Patet igitur ꝙ eſt triplex delectatio bono-
ruꝫ videlicet. Vna que eſt in beata plenitudine gaudio
rum ſeu premioꝝ. Alia que conſiſtit in ſperata certitu
dine ſupernorum ſeu futurorū. Alia que cōſiſtit in ob
tenta multitudine meritorum ſeu virtutū atꝙ bono-
rum. Sufficit ergo. Vide infra de delitijs ⁊c.

Delere. Nota ꝙ delere idem ſignať ꝙ deſtrue-
re: diſſipare: vel penitus ānullare. Mo A
raliter ergo loquendo dico: ꝙ delere poteſt in bono et
in malo ſignificare. In bono. ſ. quando vitia delentur
ab anima qđ fit per gratie introductionē: qr ſcꝫ deꝰ eſt
ſicut pictor: qui volens murum depingere: ſolet ante
omnia antiquas imagines delere ⁊ ipſum murū deal-
bare: ⁊ poſt nouas imagines nouis coloribus figura-
re. Sic vere deus quādo vult depingere animā pecca-
tricem: ⁊ virtutum imaginibus decorare: primo ⁊ ante
omnia oportet: ꝙ antiquas imagines vitiorum de-
leat aquā ſue gratie immittendo: ⁊ albedinem innocē
tie inducēdo: quibꝰ factis facile eſt nouas imagines
virtutū introducere: ⁊ totam ipſam aīam morali pul-
critudine colorare. Propter ꝙ dauid petebat in pſ. di
cens deo. Miſerere mei deus ſm̄ magnam miſericor-
diam tuam Et ſm̄ multitudinem miſerationum tua
rum dele iniquitatem meam. Et merito: quia procer-
to ipſe eſt ſolus qui poteſt delere iniquitates. Ipſe em̄
habet apud ſe librum vite: vbi ſcripta ſunt merita iu
ſtorum ⁊ librū mortis: vbi ſcripta ſunt delicta maloꝝ.
Cum ergo iuſtus peccat delentur de libro vite ipſius
merita. Iuxta illud Exo. xxxij. Qui peccauerit mihi de
lebo eum de libro meo: quaſi dicat econuerſo. Illi qui
mihi non peccant: de libro hoc non delentur. Apocal.
iij. Qui vicerit veſtietur veſtimentis albis: ⁊ non dele
bo eum de libro vite. Cum autem peccator cōuertitur
delentur de libro mortis ipſius delicta. Vnde dominꝰ
dicit Eſaie. xliij. Ego ſum ipſe qui deleo iniquitates
tuas propter me: ⁊ peccatorum tuorum non recorda-
bor: Et Eſaie. xliiij. Deleui vt nubeꝫ iniquitates tuas
et quaſi nebulam peccata tua. Si autem vis ſcire qđ
ſit liber vite: et quid ſit liber mortis: vide infra de libro
in littera L. Sicut ergo homines multum libenter la
borant ad delendum malas beſtias: ⁊ etiam latrones
et hoſtes de ſuis finibus. Sic nos debemus laborare
ad delendum vitia ⁊ peccata de noſtris mētibus Deu
terono. iij. et Deutero. xiij. Percuſſimus eos ⁊ deleui-
mus. Aduerte autē ꝙ litere ſcripte in pergameno opti
me delentur: vel quando aqua abluuntur: vel pennici
dio radūtur. Sic dico ꝙ tunc iniquitates noſtras de
libro noticie diuine bene delemꝰ: quando aquam la-
chrymarum: vel penitentie raſorium ⁊ abſterſorium
adhibemus Geneſis. vij. Tam reptile ꝙ̄ volucres ce-
li deleta ſunt de terra. Reptilia enim ſunt peccata

Ayuntamiento de Madrid

que reptant in carne. Volucres vero ſunt peccata que volant in mente: que ſcilicet omnia debent deleri. Duo tamen attendenda ſunt circa dilectionem vitiorum. Sicut em̄ dr̄. Deut. vij. Dato ꝙ dominus preciperet filijs iſrael ꝙ delerent nationes de terra ſua: dicitur tamen ibi ꝙ non poterant eas delere pariter immo conſulit ꝙ paulatim vnus populus poſt aliū deleatur. Sic vere quidā fatui ſunt: qui nationes oīuꝫ vitiorum de terra cordis ſui ſimul eradicare volūt: ⁊ nimis altam viam perfectionis accipiūt: ⁊ ſubito ſancti fieri poſſe credunt. Sic autem non debet fieri: qꝛ ſcꝫ ſucceſſiue ⁊ modeſte debet homo ad penitentie aſperitatem: ⁊ ad actus perfectionis ꝓcedere: ⁊ non nimis velociter feſtinare. Sicut em̄ reges quandoqꝫ habēt aduerſarios populos in terris ſuis ita radicatos ⁊ multiplicatos: ꝙ ipos quidē ſubiugare poſſunt delere autem nō poſſunt. Sic peccata ⁊ maxime carnis ita ſunt in noſtris corporibus radicata ꝙ ipſa poſſumus rationis dominio ſubiugare ⁊ ſeruire cōpellere ſub tributo delere autem penitus non valemus: imo ipſos nobiſcum viuere neceſſario ſuſtinemus. Judicū j. Zabulon nō deleuit habitatores chetron ⁊ naalō ſed habitauit chananeꝰ in medio eius: factuſqꝫ eſt ei tributarius. Patet ergo ꝙ delere ſumi poteſt in bono

B ¶ Sed adhuc dico: ꝙ delere dici poteſt in malo ſignificato. Et ſic dico ꝙ homo deleri dr̄ quādo: ſpūaliter quo ad gratiam: temporaliter quo ad fortunā: eternaliter quo ad glīam diſſipatur. Sic igit̄ notabo ꝙ triplex deletio inuenitur in malo ſignificato vicꝫ.

Deletio vitioſa: que fit interius.
Deletio rigoroſa: que fit exterius.
Deletio doloroſa: que fit poſterius.
Primam facit hoſtis: virtutes exuens.
Secundam facit mundus: terrena diſſuens.
Tertiam facit deus: damnatos deſtruens.

Dico ergo ꝙ eſt quedam deletio que fit interius in cōſcientia: ⁊ iſta eſt deletio gratie ⁊ virtutum: ⁊ imaginis trinitatis: que oīa delent̄ ab aīa per peccatum: vn̄ dyabolus videtur dicere illud. ps. Cōminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos. Deletur enim peccator de libro diuine acceptionis: de fama mundane reputationis: de ſtatu exterioris conuerſationis. Deletur dico primum: ꝙtuꝫ ad gratiam q̄ ipſum cū ſanctis aſcribit. ps. Deleātur de libro viuentium ⁊ cum iuſtis nō ſcribant̄. Itē ꝙtū ad famam que ipſum laudandum deſcribit. ps. In generatione vna deleat̄ nomen eius. ⁊ Exo. xvij. Ad hoc delebo memoriam amalech de ſub celo. Item ꝙtū ad conuerſationem ad quam ipſum honeſtas cōſcribit iiij. Reg. xxj. Delebo hirl'm ſicut deleri ſolent tabule: delens vertam ⁊ ducam crebrius ſtilum ſuper faciem eius. Iſta eſt igitur deletio gratuitorum que fit interius in conſcientia.

C ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur deletio fortuitoruꝫ q̄ exterius in apparentia. Et iſta ꝓcul dubio eſt illa: qua ſtatus glorie mundane: ipſaqꝫ bona fortune ꝑ tribulationes ⁊ per tirannoꝝ oppꝛ̄ſſiōes delentur. iij. Reg. xvj. Deluit zambri oēm domuꝫ baaſa. Tiranni em̄ delent ⁊ grauant alios vt ipſi ſoli dominentur in terra. Exemplo aman: qui ſolum odio ⁊ inuidia mardochei qui ſibi non aſſurgebat: delere voluit omnes filios iſrael: niſi dn̄s aliō ordinaſſet: ſicut dr̄. Heſter. iij. ⁊ vij. Et ideo Heſter. ix. dr̄ Hoſtis aduerſarius iudeorum cogitauit contra eos maluꝫ: vt occideret eos atqꝫ deleret. Iſta eſt ergo deletio fortuitorum que fit exterius in apparentia.

D ¶ Tertio inuenitur deletio damnatorum: que fit poſterius ſeu inferius in peſtilentia. Damnati em̄ a deo delent̄: ſcꝫ ꝙtū ad gaudium ⁊ conſolationem: non quantum ad ſubſtantiam ⁊ naturam. Unde de damnatis a deo per demones deletis ⁊ diſſipatis pōt exponi illud. ij. Para. xx. Filij amon ⁊ moab conſurrexerunt aduerſus habitatores ſeyr vt interficerent eos atqꝫ delerent. Iſti em̄ non delentur: quantū ad peccatum: quia de peccatorum dicitur. Nee. iij. Peccatum eorum coraꝫ facie tua non deleatur. Delebitur tamen quantū ad beatificum ſtatum: non quem habuerunt: ſed queꝫ habuiſſent niſi peccaſſent. Deutro. ix. Trāſibit ante te ignis conſumens qui conterat eos atqꝫ deleat. Patet ergo quō delere in bono ſumitur ⁊ in malo.

## Deliberatio.

Uide de prudentia ⁊ in tabula: quia in ſcriptura ſacra q̄ſi nulle ſunt autoritates vocales: ⁊ in infinitis locis fit mentio de eadem.

## Delitie. delectatio.

Quamuis delectatio poſſit diſtingui in virtuoſam: in vitioſam ⁊ glorioſam. In virtuoſam dico quā habēt perfecti: qui. ſ. delectant̄ ī ſpiritualibus. Unde in. ps. Delectare in domino: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. In vitioſam quam habent infecti qui delectant̄ in corporalibꝰ. Unde Apoc. xviij. Ne participes ſitis delitiarum: ſcꝫ mulieris meretricis. In glorioſam quaꝫ habent beati: qui delectantur in eternalibus. Unde in. ps. Et letabuntur in multitudine pacis. Poſſumus tamen dicere: ꝙ quamuis delectatio ſonet in bonum vt comuniter in ſcriptura delicie tamen vt cōiter ſonāt in malum. Gratia ergo breuitatis de multis mundi delicijs aliquantulū diſſeramus: ⁊ dicamus ꝙ iſte delicie ſunt ſpernende triplici ratione.

Primo quia deficiunt.
Secundo: qꝛ inficiunt.
Tertio: qꝛ decipiunt.

B Primo quia deficiunt. Delicie enim non perſeuerant poſt receſſum ſue cauſe: ſicut patet de delicijs guſtus: que nō durant poſt receſſum cibi. De delicijs auditꝰ que nō durant poſt receſſuꝫ organici inſtrumēti. De delicijs tactus que non perſeuerant poſt receſſum delectabilis obiecti. Et breuiter delicie nihil habent dilationis: et exiſtentiam non habent: ſtatim enim deficiunt: ⁊ qđ dulce fuerat fit amarum. Hiere. xlix. Defluxit vallis tua filia delicata. Et ideo mūdi delicie ſimiles ſunt mirobalanis: que ſunt quidam fructus ſatis admirande nature. In principio enim ſunt dulces: ſed finaliter dulcedo ſua deficiet ⁊ efficiuntur amari. Sic vere quamuis mundi delicie aliquandiu dulceſcant: in fine tamen amaricantur: quia ſcilicet ipſis ceſſantibꝰ vel deficientibus: homo propter eas ad inferni amaritudineꝫ deſtinatur. Ideo delicioſis dicit̄. Apoca. xviij. Quantum glorificauit ſe ⁊ in delicijs fuit: tantum date illi tormentum et luctum. Delicie ergo deficiunt.

C ¶ Secundo dico: ꝙ delicie inficiunt. Delicie enim cōparantur oleo: quod eſt nature infectiue. Inter omnes enim pinguedines magis maculat veſtem quam aliquod aliud. Oleum enim mandragorarū facit inunctum ſtatim obdormire. Oleum vbi bullitur caro leonis facit inunctum ſtatim febricitare. Oleum etiam vnctum ſolet omnia vaſa lignea penetrare. Oleū etiam quodcunqꝫ ſit illud: habet apes occidere ⁊ mortificare. Sic vere cariſſimi oleum ⁊ pinguedo mundanarum deliciarum habet hominem ipſo inunctum et linitum penetrare per malas ſuggeſtiones: facere dormire per malas delectationes: facere febricitare per mala deſideria ⁊ affectiones. Ideo bene dicitur. j. Thi. v. Uidua in delicijs viuēs: mortua eſt. Delicie ergo inficiunt.

D ¶ Tertio dico: ꝙ delicie decipiunt. Auis enim nec laqueo capitur: nec piſcis hamo prenditur: niſi alicuius delectationis pabulo decipiatur. Sic vere ⁊ homo cōiter in mundo non decipitur: niſi quia aliquo delectabili indiſcrete vel indebite delectatur. Hoc patet exemplis varijs. Delectantur em̄ naute in cantu Syrenarum: ⁊ idcirco obdormientes decipiuntur et occiduntur. Delectantur vrſi in comedendo mel: et ideo aſcendendo arborem cadūt aliquotiens ⁊ moriuntur. Delectantur cerui audiendo ſibillum venatorū: et propter hoc ſiſtendo a curſu ſagittātur ⁊ capiunt̄. Et breuiter oīs deceptio ſemꝑ ſolet eſſe aliqua delectatiōe precedente. Sic ꝓcerto illi q̄ ad deū

decipiunt̄

Ayuntamiento de Madrid

decipiuntur: capiuntur ⁊ moriuntur: qui delitijs ⁊ delecta-
tionibus oblectatur: qđ figuratum eſt in ſalomone:
qui dicit Eccſ. ij. Vadam ⁊ affluam delicijs: qui per
mulieres pre alijs eſt deceptus. quia dicitur. puer. xx.
E Quicunq; his delectatur: non erit ſapiens. Patet er-
go: ꝙ cõtemnende ſunt delicie: qꝛ deficiunt: inficiunt
decipiunt ⁊c. ¶ Si vis autem adhuc potes dicere de
delicijs ꝙ ſunt delicie corporales: ſpũales: ⁊ eternales
Sunt dico delicie corporales: q̃ ſunt peccatorum ⁊ iſte
ſunt ꝓculdubio fugiende: qꝛ ꝓcerto iſte ſunt que.

Vires eneruant.
Mentes ꝑteruant.
Culpas aceruant.
Penas reſeruant.

Vires dico eneruãt ⁊ priuãt fortitudinem: ſimiles ſcꝫ illi fonti de quo ſepe dictum ẽ qui dicitur ſalmacis: qui eſt
in caria. In quo ſm Ouidiũ viri efficiuntur obſcena
mentis mollicie ſicut femine: ꝙ ſcꝫ pro eo poetice fictũ
eſt: quia viri ibidem ſe balneantes eneruantur: ita ꝙ
viri ibidem effeminantur. Sic vere in fonte delici arum
omnis virilitas confunditur ⁊ omnis fortitud o ⁊ cõ-
ſtantia eneruatur. Quod in heſter que interpretatur
abſcondita potuit figurari: quia de ipſa legitur. He-
ſter. xv. Quod pre delicijs ⁊ nimia teneritudine cor ſuum
ferre non ſuſtinebat: qꝛ pro certo illi qui in abſcondi-
to nimis delicijs ſe ſaginant: vires ſuas attenuant et
eneruant. vnde .j. Thi. v. Vidua in delicijs viuens mor-
tua eſt. Mortuus autem non habet fortitudinẽ ali-
qualem: nec ad malo reſiſtendum: nec ad onus ſuſti-
nendum: nec ad opus aliqđ faciendũ. Sic nec delicio-
ſus. Unde caſſiodorus: li. iiij. eplaꝝ. facile onus affli
ctiõis ſentit: qui vti delicijs conſueuit. Ideo perſone de-
licioſe ⁊ delicijs eneruate dicũt. Hier. xxxj. Uſquequo
delicijs diſſolueris filia vaga. Iſte ſunt que vires ener
uant: ⁊ priuant fortitudinẽ. ¶ Scđo dico: ꝙ iſte mẽ
tes ꝑteruant in mali magnitudine: qꝛ. ſ. iſte ſunt qui
bus mentes indurantur ⁊ obſtinantur in malum: ſimiles
illi lacui hybernie: vbi baculus immiſſis partim in-
duratur in lapidem: partim cõmutatur in ferrũ. Et
illi fluuio dicto ſilerus: vbi ſm Pli. Non ſolũ ligna
immo etiam volatilia lapideſcunt: qꝛ. ſ. ſi ibi aues ali
quam inieceris poſt tempus in lapidem cõmutatam
videbis. Talis eſt fons ⁊ fluuius deliciarum: qꝛ ꝓcer
to quiſquis ibi imergitur in ferrum ⁊ lapidẽ. i. in ob
ſtinationem ⁊ duriciam cõmutatur: ⁊ in cunctis ma
lis vitijs induratur. Exemplum de roboã qui ad con-
ſilium iuuenum q̃ ſecũ in iuuentute in delicijs fuerãt
enutriti: dura reſponſa pplo dedit: ⁊ ideo regni ſui de-
cem partes amiſit: ſicut dr. ij. Para. x. Ideo bñ dr. Ec-
cli. xxix. Qui delicate a puericia nutrit ſeruum ſuũ
ipſum in fine ſentiet cõtumacem. Iſte ſunt ergo q̃ mẽ
tes ꝑteruant in mali magnitudine. ¶ Tertio dico: ꝙ
delicie culpas aceruãt in mali multitudine. Sicut. n.
paludes ⁊ loca humida ⁊ ſtagnoſa ſolent multas her
bas inutiles generare: ranaſq; ⁊ ſanguiſugas: ⁊ alia
immunda aĩalia generare: ſic dicã de paludibus deli
ciarum: qꝛ multas malas herbas: ideſt multas ma-
las conditiones generant: ⁊ multa vitia ꝓcreant ⁊ ꝓ-
mulgant. Iſte ſunt eñ q̃ generant. ſ.

Luxurie feditatem.
Inuidie prauitatem
Inſolentie leuitatem.
Auaricie facultatem.

Luxurie dico feditatẽ. vñ. ij. Petri. ij. Delicijs affluẽtes i ꝯuiuijs luxu-
riantes: vobiſcum oculos habentes plenos adulterij
Item inuidie prauitatem. Deut. xxviij. Homo delica
tus ⁊ vite luxurioſe: valde inuidebit fratri ſuo. Item
ornatus ſeu inſolentie leuitatẽ. Uñ filiabus ſyon loq
tur. Dauid dicẽs. ij. Reg. j. Saul veſtiebat vos cocci
no in delicijs. Item auaricie ruditatẽ. Unde Iob. xxx.
Eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Patet er-
go quomodo delicie culpas aceruant in magna mul
titudine. ¶ Quarto dico: ꝙ penas reſeruant cum
graui meſtitudine ſcilicet penas infernales: quia ſcꝫ
delicie nunc ſunt dulces ſuis poſſeſſoribus. Finaliter
vero erunt amare ſcꝫ in inferno penas ꝑ ipſis ſentien
tibus. Uñ iſte ſunt ſicut fluuius ſchyticus dictus hy
panis qui in ſuo principio dulcis eſt: in fine vero ama
rus. Fons enim infauus ductus ex montibus apenni
nis ipſum ſubintrat: qui totam eius ſubſtantiam in
amaritudinẽ mutat: ſicut dicit Solinus. Sic vere eſt
fluui⁹ delitiaꝝ. In principio eñ. i. in vita dulcis eſt bi-
bentibus ⁊ guſtantibus: cũ vero fons infauus exãpe⁹
id eſt mors ſe ſibi adiunxerit: tũc amariſſimus malis
erit: in quãtũ. ſ. deus ꝓpter hmõi fluuiũ: penarũ ama
ritudinẽ ipſis dabit. Uñ de mala muliere. i. de carnis
voluptate: ⁊ mundi delitioſa proſperitate: dr Prouer
bio. v. Fauus diſtillans labia meretricis: nouiſſima ve
ro eius amara velut abſynthiũ. Ideo de ciuitate baby
lonica prius delitioſa dr Apoca. xviij. Quantũ glorifi
cauit ſe: ⁊ in delitijs fuit: tantũ date ei tormentũ ⁊ lu-
ctũ. ⁊ Baruch iiij. Delicati veſtri ambulauerũt vias
aſperas. Sic ergo patet ꝙ ſunt delitie corporales que
ſunt abijciende. ¶ Secũdo dicã ꝙ ſunt delitie ſpirita F
les que ſunt recipiende. ⁊ iſte ſunt ille in quibus dele-
ctatur vir perfectus ⁊ affectus bene diſpoſitus: ⁊ per
gratiã moderatus. Et ſequendo Mauriciũ diſtingue
ſuper hoc ⁊ dic: ꝙ tres potẽtie anime in iuſtis ſuas ha
bent delitias ſpeciales: qꝛ ſcꝫ

Rationalis: q̃ tẽdit in verũ: petit delitias ſcientiarũ.
Iraſcibilis: q̃ tẽdit in arduũ: petit delitias eminẽtiaꝝ.
Cõcupiſcibilis: que tendit in bonũ: petit delitias ami
citiarũ. ⁊ ſic dico ꝙ delectat. Rationalis in veritate.
Iraſcibilis in dignitate. Cõcupiſcibilis in bonitate et
caritate. Dicã ergo ꝙ viro iuſto valde ſunt delitioſe
ſcientie mentẽ illuminãtes Ps. Nox illuminatio mea
in delitijs meis. Itẽ eminentie xyma vilipendentes: ſcꝫ
excellentie virtutũ. Unde Cãtico. viij. Que eſt iſta que
aſcendit de deſerto delitijs affluens: innixa ſuper dile-
ctum ſuũ. Anima enim de deſerto. i. de ſterilitate
peccati aſcendit. virtutũ eminentiã appetẽdo delicijs
affluit. virtutũ affluentiã occupando ſuper dilectum
ſuum: xpm innititur. in virtutum excellentia quieſcen
do. Item iuſtũ delectant amicicie bonos recipientes.
de quo Prouer. viij. Delicie mee eſſe cũ filijs hominũ
Magne enim ſũt delicie habere ſecũ quẽ quis diligit.
Iſte ſunt ergo delicie iuſtoꝝ: q̃. ſ. ꝯſiſtũt In amore dele
ctabili. In honore admirabili. In ſplendore demõſtra
bili Iſte ſunt ergo delitie ſpirituales que ſunt recipiẽ
de. ¶ Tertio dico ꝙ ſunt delitie ſupernales: que ſunt G
concupiſcende. ſ. delitie glorie paradiſi. ſ. que ſunt ſan
ctorum ⁊ beatorum: ⁊ hoc maxime

Propter loci amenitatem inexterminabilem.
Propter rei immenſitatem incõparabilem.
Propter rei vicinitatem inſeparabilem.
Propter pacis tranquillitatem interminabilem.
Propter corporis formoſitatem ſeu claritatem inob-
fuſcabilem. Ibi enim eſt loci amenitas inexterminabi
lis, ſcilicet paradiſus. Ezechielis. xxviij. Tu ſignacu
lum ſimilitudinis plenus ſapientia: et perfectus de-
core: in delitijs paradiſi dei fuiſti: omnis lapis precio
ſus operimentum tuum. Item ibi eſt rei immenſitas
incomparabilis: quia ſcilicet ſancti hauriũt ibi in ple
nitudine quicquid volunt. Eccleſiaſtes. ij. Nõne me-
lius eſt comedere et bibere et oſtendere anime ſue bo-
na de laboribus ſuis: et hoc de manu dei eſt: quis de
uorauit et delitijs affluet ſicut ego. Item ibi eſt dei vi
cinitas indiſſolubilis: vnde de anima beata poteſt di
ci illud predictum Canticorum. viij. Delitijs affluens
innixa ſuper dilectum ſuũ. Et illud Iob. xxij. Super
omnipotentem delitijs afflues. Item ibi eſt pacis trã
quillitas imperturbabilis. Unde Eſaie. lxvj. Replea-
mini vberibus conſolationis veſtre: vt mulgeatis et
delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius: quia hec
dicit dominus. Ecce ego declinabo ſup eam quaſi flu-
uium pacis. Item ibi eſt formoſitas ſeu claritas inob
fuſcabilis. Unde anime beate dicitur. Canti. vij. Qꝫ pul
cra es: ⁊ ꝙ decora chariſſima mea i delitijs tuis: ſtatu
ra tua cõſimilata eſt palme. Sic ergo pꝫ quomõ ſunt

Ayuntamiento de Madrid

delicie ſpirituales q̄ ſunt beatoꝝ. Spiritales que ſunt pfectoꝝ. Eternales ſeu coꝛpoꝛales q̄ ſunt peccatoꝛum. Sufficit. Uide ſupra de delectari.

A **Delictum. Delinquere.** Nota ꝙ delictū dr̄ quaſi derelictum. Et delinquo quaſi derelinquo. Delicta enim ſunt peccata: que per obmiſſionem ⁊ derelictionē cōmittuntur. Peccata aūt ſunt illa que ꝑ cōmiſſionem fiunt: q̄uis vnum pro alio aliquotiens aſſumatur. Notabis ergo ꝙ delicta ſunt.

Profunde meditanda.
Abunde vacuanda.
Rotunde declaranda.
Sagaciter detegenda.
Humiliter petenda.

Igitur dico ꝙ debēt pfunde meditari per cōpunctionem. Illa enī eſt virtuoſa medicina: que attrahit de pfundo. Sic eſt contritio ⁊ cōpunctio. De peccatoꝛe enim legitur. Prouer. xviij. Quod cum in pfundum peccatoꝛum venerit cōtemnit: neceſſaria eſt ergo foꝛtis compunctio ⁊ contritio: vt de iſto pꝛofundo obſtinationis attrahat ⁊ extrahat congeriē delictoꝝ. Unde de iſta medicina poteſt exponi illō. Sap. x. Hec vēditum iuſtū non dereliquit: ⁊ eduxit illū a delicto ſuo Item debent abunde vacuari per confeſſionem: dicēs ſacerdoti ſuo ⁊ deo illud. ps. Delicta mea a te nō ſunt abſcondita. Dic de illo leone in deſertis affrice: qui lignum ⁊ ſpinam habens in pede recurrit ad hominē ad arboꝛem timoꝛe eius fugientem: ⁊ oſtendens pedē applaudens ⁊ lambens miſericoꝛdiam imploꝛabat; quod videns homo truncum extraxit. Leo videns ꝙ ſanatus erat: in pꝛemium venationes ei attulit: ſicut ponit Pli. Sic ⁊ tu delicta debes homini: id eſt ſacerdoti diſcreto ⁊ rationabili oſtendere: vt te poſſit a pe-
B riculo liberare. Unde in pſal Delictum meum cogn. tibi feci. ¶ Item debent rotunde declarari per circūſcriptionē. Nam nude ⁊ clare debet omnia dicere: et non cumulate nec inuolute debemus in confeſſione vitia declarare. ij. Para. xxviij. Quare vultis adijcere ſuper peccata veſtra ⁊ cumulare delicta. ¶ Itē debēt ſagaciter reuelari per verecundam confeſſionem: excepta enim confeſſione ſacramentali: nullus debet delicta ſua dicere vel ꝑpalādo publicare: nec de malis ſuis aliqualiter ſe iactare: ſed potius ipſa diſcrete abſcōdere ⁊ velare. Exemplo catti ⁊ putoꝛij qui quodam inſtinctu nature ſua ſtercoꝛa ſtudent cū egeſta ſunt operire. Unde Eccli. xix. Si eſt tibi delictū: noli denudare. Itē debent humiliter pꝛecari per oꝛationē: hoc eſt dictū ꝙ pro peccatis ſuis debet quilibet deū ⁊ ſanctos humiliter depꝛecari: dicēs domino illud. ps. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignoꝛantias meas ne memineris domine. Eccli. xxix. Aperiet os ſuum in oꝛatione: ⁊ pro delictis ſuis depꝛecabitur. Et bꝛeuit peccata ſcelera ⁊ delicta noſtra omnino ſunt dimittenda: abſtergenda: abluenda ⁊ delenda: alī pꝛoculdubio erunt in inferno terribiliter punienda: quādo ſcʒ teſte ſcriptura. Eccli. xxvij. Conteret cum delinquente delictū. Nā ꝑ certo delictum quod hic per penitentiam non diluitur puniendū in inferno perpetuo reſeruatur: ⁊ ſub ſecreto diuine expectationis ſignat. Job. xiiij. Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea. Debent igit̄ iſta nūc deleri ⁊ euacuari. Et ſi foꝛſitan ignoꝛant debet eoꝛum notitia a deo pꝛecibus impetrari. Exemplo Job qui dicebat domino. Job. xiij. Quantas habeo iniquitates ⁊ peccata ſcelera mea atq̄ delicta oſtēde mihi. Sufficiant iſta de delicto. Uide infra vbi peccatum de delictis particularibus: ſicut eſt auaricia: de qua Eccli. xj. Si diues fueris: non eris immunis a delicto. Superbia illud pſal. Priuſq̄ humiliarer ego deliqui. Luxuria. ij. Petri. ij. Oculos habentes plenos adulterij et inſatiabilis delicti ⁊c. Unde ſi vis in titulis particularibus.

A **Delonge.** Quia illud dicitur eſſe lōge ſeu lōginquum ab altero quod valde diſtat ſeu ſeparatur ab eo. Termini vero longinqui ⁊ diſtantes ſunt. Deus qui diſtat a peccatoꝛe. Paradiſus qui diſtat ab iſto mundo. Peccati ſtatus qui diſtat a deo. Moꝛs iudiciū ⁊ infernus qui diſtāt a coꝛde peruerſo: notabo bꝛeuiter ꝙ in ſcriptura eſt.

Unum delonge quo iuſti moꝛantur.
Unum delonge quo ſancti letant.
Unum delonge quo mali vagantur.
Unum delonge quo praui grauant.

Dico ergo ꝙ eſt vnū delōge ſeu a longe. i. vna longinquitas viroꝛum iuſtoꝛum. Et iſta pꝛocerto eſt vna que ſtimulat amoꝛem. que eſt quando iuſtus ſentit ſe in vita iſta eſſe a deo perſonaliter remotum ⁊ longinquum; conquerens de incolatu miſerie cum dauid dicens in . ps. Heu mihi domine quia incolatus meus pꝛolongatus eſt. Iſta etiam eſt vna longinquitas q̄ incutit timoꝛem. Et hoc eſt quando homo reputat ſe eſſe longe a deo per peccatum: quando etiam ſe dignum reputat longe ſtare: nec ad deum requirendū nimis pꝛope id eſt familiariter audet accedere: nec ad ſtatum dignitatis procedere ſeu appetere; ſed potius in humilitate: timoꝛe ⁊ reuerentia ſolet delonge depꝛecari. Sicut de illo publicano legitur. Luce. xviij. Publicanus a longe ſtans nolebat nec oculos ſuos ad celum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum dicens. Deus pꝛopicius eſto mihi peccatoꝛi. Et ſequitur. Quod iſte iuſtificatus deſcendit in domum ſuā. Iſta eſt etiam vna longinquitas fugiens hoꝛroꝛem. i. periculū ⁊ peccatum: quia ſcilicet ille qui in ſtatu gratie cōmoratur a peccato ⁊ inferni periculo elongatur: ⁊ etiam quandoq̄ perſonaliter a mundo: ⁊ a mundi tumultu ad religionem vel heremum fugiens ſegregatur. ps. Ecce elongaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudine; ⁊ talis eſt ergo bona longinquitas. Sicut enim naturaliter fit ꝙ planete qui aliquantulum longe diſtant a ſole magis foꝛtunātur ab ipſo: quā alij qui nimis ambulant ꝑpe eum: quia videlicet omnes illi qui ſibi in linea ecliptica coniunguntur omnes a ſuis radijs cōburuntur: vt dicunt aſtronomi. Sic dico ꝙ illi qui tali longinquitate a deo reputant ſe diſtantes: maioꝛa bona ⁊ ſpiritualia ⁊ eterna ab ipſo recipiunt: ꝙ illi q̄ per pꝛeſumptionem ſe ipſius familiares reputant et pꝛopinquos: ſicut de publicano ⁊ phariſeo fuit viſū. Luce. xviij. Igitur bꝛeuiter notabo ꝙ nos debemus.

Delonge contemplari celeſtem beatitudinem.
Delonge memoꝛari diuinam celſitudinem.
Delonge perſcrutari ꝑpꝛiam magnitudinem.
Delonge comitari ſupernam altitudinem.
Delonge clamare deum collaudando.
Delonge ploꝛare culpas recoꝛdando.
Delonge currere ſalutem rogando.
Delonge ſiſtere vltra non audendo.
Delonge tremere penas attendendo. B

¶ Igitur de iſto delonge ſupradicto modo tripliciter expoſito poſſumus acute celum contemplari: quia ſcʒ licet ſimus in pꝛeſenti vita longe a paradiſo ⁊ a celo eius. tamen bona contemplari valemus. De monte acbos enim qui eſt in grecia legitur ꝙ vmbꝛa eius vſq̄ in lemnos inſulam per tredecim milia paſſuū longiſſime pꝛotenditur: ſicut ponit Solinus. Sic dicam ꝙ licet nos qui ſumus in inſula huius mundi: remoti et longinqui ſumus a monte paradiſi: vmbꝛa tamen ſue opinionis ⁊ fame venit ad nos; ita ꝙ ipm montem ſaltem ſub vmbꝛa et enigmate poſſumus contemplari; et eius felicitatem ⁊ bona cognoſcere ⁊ videre. Exemplo aquile delonge contemplantis eſcā ſicut dr̄. Job. xxxix. Regem in decoꝛe ſuo videbunt: oculi eius cernent terram delonge. Item de iſto delōge poſſumus aſtute amiciciam dei recoꝛdari. Homo enim licet ſit in terra longinqua: tamen ſemper conſueuit recoꝛdari de ſuis benefactoꝛibus ⁊ amicis. Sic nos de mūdo iſto ⁊ alijs pdictis longinq̄s locis recoꝛdari debem9 de deo ⁊ de ſanctis. Zach. x. Seminabo eos in populis de longe recoꝛdabuntur mei ⁊ viuent. Item de iſto delōge poſſumus pꝛofunde rememoꝛari q: ſcʒ

Ayuntamiento de Madrid

quia ſcilicet de iſto ſtatu debemus attendere ad illa
que ante longe fuerunt ⁊ que in tempus longinquuʒ
erunt. ſ. quid fuimus: quid fecimus: quid facienius:
⁊ quid erimus. Jdeo dicit. Eſa. xlix. Audite inſule ⁊ at
tendite populi de longe. Compa hominē inſule q̄ de
longe diſtat a terra: ⁊ cōtinue marinis fluctibꝰ verbe
ratur: quibus etiam cingitur ⁊ artatur. Sic nos qui
hic a terra viuentium longe diſtamus fluctus tribu=
lationum continue ſuſtinemus: ⁊ ideo anima ſancta
in iſta longinqua regione exulans cōpatur naui: que
de longe venit ad portū: ⁊ que a deo ꝑ creationeʒ amiſ
ſa: ad hanc longinquam regionem miſſa: inde redit
ad portum paradiſi virtutum mercibꝰ onerata. ꝓue.
xxxj. facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portās
panem ſuū. Jtem de iſto de longe poſſumus deū comi
tari: ſcʒ ꝑ gratiam ⁊ caritatem: vnde de mulieribus q̄
venerant a longe ⁊ de longe dicitur. Marci. xv. Erāt
aūt ibi mulieres de longe aſpicientes ſcʒ maria mag=
dalena ⁊c. Simus ergo ſicut regina ſaba que de lōge
venit ſalomonem videre. Sic ⁊ nos de mūdo iſto vſqʒ
ad paradiſuʒ vadamus videre xp̄m: per ſpeʒ: deſideriū
⁊ amorem dicentes deo ⁊ angelis illud qđ dixerūt ga=
baonite. Joſue. ix. De terra longinqua venimus ſerui
tui vobiſcum pacem facere cupientes. Jtem de iſto de
longe poſſumus deum deprecari. Uox em̄ de longin=
quo pōt audiri. Sic orō humiliātis ſe penetrabit nu=
bes. Eccli. xxxv. vnde. ij. Eſdre. v. dicitur Nō tuba ca=
nebant magnifice ita vt a longe audiri poſſet. Jteʒ de
iſto de longe poſſumus culpas lamentari. Exēplo pe=
tri qui fleuiſſe amare legitur: qꝛ đ ipſo legit̄. Math.
xxviij. Marci. xiiij. Luce. xxij. Nō ipſe a longe dn̄m ſe
quebatur: Jtem poſſumus de iſto longinquo affectu
deo copulari. Exēplo illius: de quo đꝛ. Luce. v. Quod
videns ieſum a longe cucurrit ⁊ adorauit euʒ. De tali
enim longinquitate venitur ⁊ appropinquat̄ ad deū.
Eſa. lx. Filij tui de longe venient: ⁊ filie tue đ latere ſur
gent: quod finaliter erit in paradiſo: qꝛ nullus ibi re=
cipitur: niſi veniat de tali longinquo. Eſa. xlix. Miſe
rator eorū reget eos: ⁊ ad fontē aquarū potabit illos
Ecce iſti de longe venient ⁊c. Jtem de iſto de longe poſ
ſumus remote a deo morari ſcʒ nos reputare indignos
accedere familiarius ad deū ſed cum timore ⁊ reueren
tia longe ſtare: ſicut ſupra dictū eſt de publicano. Un
de. Luce. xvij. dicitur de decem leproſis: ꝙ ſteterunt a
longe ⁊ leuauerunt vocem dicentes. Jeſu p̄ceptor mi
ſerere noſtri. Et ſequit̄: ꝙ iſti a domino ſunt ſanati: qꝛ
ſcʒ illi a deo melius ſanantur: qui ſe indignos dei pre=
ſentia opinant̄: ⁊ qui longe ſe eſſe meditantur. Deus
enim vult ꝙ homo non nimis de ſe confidat: ſʒ ꝙ cul=
pas preteritas recolens in ſuo animo lōge ſiſtat. Ex=
emplo Abſalonis: qui licet recōciliatꝰ eſſet patri ſuo
Dauid noluit tamen rex ꝙ faciem eius ſtatiʒ videret
ſed ꝙ aliquantulum longe ab eo in domo Joab rema
neret: tandē vero finaliter ipſum ad ꝓpriam domum
recepit: ⁊ ad oſculū pacis admiſit. ij. Reg. xiiij. Sic vere
dato ꝙ peccator ſit deo reconciliatus ꝑ pn̄iam: ⁊ da=
to ꝙ veniam obtinuit delictorum: nō debet tamē ſta=
tim de ſalute preſumere: nec regi patri ſuo deo famili
arius ſe iungere: ſed adhuc cum timore ⁊ reuerentia
longe ſtare: quoſqʒ ſpiritalibus aſſuetꝰ: poſſit paula
tim ſummi ſecreti palatium per contemplationem ⁊
deuotionem intrare regis faciem videre: ⁊ oſculum ca
ritatis habere. Unde de amicis xp̄i dicitur. Luce. xxiij
Stabant autem omnes noti eius a longe. Jteʒ de iſto
de longe timendo poſſumus penis conturbari. De lō
ge em̄ poſſumus videre inferni tormenta. Mons em̄
ethna qui ſemper ardet de longe videtur. Unde de fi=
lijs iſrael legitur. Exodi. xx. Quod totus populus au
C diebat voces: ⁊ videbat lampades montemqʒ fumi=
gantem. Et ſeqtur. Steteritqʒ populus de longe ⁊c. Sic
igitur viſum eſt ꝙ ē vnū longe ſeu vna longinquitas
hominum iſtorum. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vna longi
quitas hominum ſanctorum: ⁊ etiam beatorū: et iſta
eſt paradiſus: que longe diſtat a mundo et etiā a pec=
catore. Hiere. xlvj. Saluum te faciam de longinquo
De iſto ergo longinquo chriſtus venit ad nos redimē
dū. Jn iſto lōginquo manet beatus ad deum videndū
Unde de chriſto inde venientem dicitur Eſaie. xlvj. Uo
cans ab oriente auem: et de terra longinqua viruʒ vo=
luntatis mee. De iuſto vero ibi deū videnter deo fruē
te poteſt dici illud Job. xxxix. De longe oculi eius pro
ſpiciunt. ¶ Sed tertio dico: ꝙ eſt vna longinquitas
hominum peccatorum qui ſcilicet de longe ſtant per
mentis obſtinationem: nec deo appropinquant ꝑ ca=
ritatem ⁊ dilectionem. Unde de peccatore in figura
filij prodigi dicitur Luce. xv. ꝙ peregre profectus eſt
in regionem longinquam: id eſt in ſtatum peccati: in
quo ſcilicet morantur homines: qui ſemper ſtudent
alijs malefacere: ſicut dicitur Hieremie. v. Adducam
ſuper vos gentem de longinquo. Et Deutero. xxviij.
Adducet dominus ſuper te gentem de longinquo: gē=
tem procaciſſimam: que non deferat ſeni: nec miſere=
tur paruuli. ¶ Sed quarto dico: ꝙ eſt vna loginqui=
tas hominum damnatorum: qui ſcilicet longe ſunt
a deo: ab amicis ⁊ ab omni ſolacio. Unde de deo tales
punience dicitur Michee. iiij. Judicabit inter popu=
los multos: et corripiet gentes fortes vſqʒ ad longin=
quum. Jſta enim gens eſt ſicut inſula tile. vbi in hye=
me pro eo ꝙ valde longe eſt a ſole nulla lux ſolis lucet
immo quaſi per medium anni continuam habet no=
ctem: ſicut per alium annum medium ſemper habue
rat diem. Sic vere de peccatoribus qui a ſole iuſticie
deo ſunt valde longe. quia ſcʒ longe a peccatoribus
ſalus. iſti dico quia per medium annum. i. in vita pre=
ſenti quaſi continue habent diem mundane proſpe=
ritatis: ideo ibi per alium medium annum. i. per to=
tum tempus vite future habebūt noctem eterne ⁊ con
tinue aduerſitatis. Unde de talibus tribulatis poteſt
dici illud Hieremie. viij. Dolor meus ſuper dolorem:
in me cor meum merens et ecce vox clamoris filie po=
puli mei de terra longinqua. Sic ergo viſum eſt ꝙ de
longe ſumitur multis modis. Uide infra in litera L
vbi longe.

**Delubra.** Nota ꝙ delubra dicebantur idoloꝝ
tēpla: per q̄ poſſunt intelligi viri pec
catores ⁊ eorū ſtatus ⁊ domus: qꝛ. ſ. iſta delubra

Diuitijs cumulantur.
Leticijs iocundantur.
Finaliter tn̄ meſticijs atterunt̄.

¶ Jbi ergo inue
niunt̄ diuitie tē=
porales. vn̄ Joe=
lis. iij. Argentum em̄ ⁊ aurū deſiderabilia ⁊ pulcerri=
ma intuliſtis in delubra veſtra. Jtem ibi inueniunt̄ le
ticie mundiales. Unde Eſaie. xiij. dicitur. ꝙ ibi reſpon
debunt vlule in edibus eius: ⁊ ſyrene in delubris volu
ptatis. Jteʒ ibi inueniunt̄ finaliter meſticie eternales
Eſa. xxvij. Nō ſtabunt luci ⁊ delubra: qꝛ ſicut đꝛ Hie=
re. xliij. Deus delubra deoꝝ egypti cōburet igni ⁊c. a

**Demoliri.** Nota ꝙ demoliri idem eſt qđ de=
ſtruere: diſſipare: vel delere. Et đꝛ
a de ⁊ mola: acſi diceret̄ ꝙ res tūc ꝓpe eſt demolita vel
deſtructa: quādo acſi cū mola eſſet penitus cōminuta
Signat ergo ꝙ eſt demolitio triplex ſcʒ

Jnterior que eſt culpe: q̄ virtutes frāgit.
Exterior: que eſt miſerie ⁊ terrena tāgit.
Poſterior: q̄ eſt pene ⁊ aīas angit.

Sic ergo dico ꝙ

Demolitur cōſciētia peccatis oppreſſa.
Demolit̄ eccleſia tyrānis obſeſſa.
Demolitur aīa tormētis immerſa.

Dico ergo
ꝙ conſcien
tia per pec=
cata demo
litur ſpūali
ter. Unde
illi ciuitati
peccatrici đꝛ Ezech. xvj. demoliētur ſup. demones pro
ſtibulum tuum nudabunt te veſtimentis tuis ⁊ aufe
rent vaſa decoris tui. Jtem eccleſia per tyrannos de=
molitur temporaliter: per tyrannos dico exteriores
quales ſunt principes ſeculares. ij. Paralipomenon
xxxvj. Jncenderunt hoſtes domum dei et deſtruxerūt
murū hieruſalē et quicq̄d precioſum fuerat demoliti
ſunt. Seu etiā ꝑ tyrānos inferiores quales ſunt mali

Ayuntamiento de Madrid

prelati:qui.ſ. eccleſias ſuas ſpiritualiter ⁊ tēporaliter
demoliunt ⁊ grauant;ita ꝙ de quolibet poteſt dici il-
lud.Treñ.ij. Diſſipauit quaſi ortum tentorium ſuū
demolitus eſt tabernaculum ſuū.Et illud Hiere.xij.
Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam.Itē per
tormenta demolitur impius ſeu anima eternaliter.j.
Reg.xv.Percute amalech;⁊ demolire vniuerſa eius.
B ¶ Et nota ſi vis vlterius:ꝙ ſiue agatur de demolitio
ne ſpūali: temporali: vel eternali:deus demolitur vel
demoliri patitur multa genera perſonaꝝ videlicet.

| | |
|---|---|
| Superbos ⁊ pſumptuoſos. | De ſupbis ptz.p- |
| Immundos ⁊ voluptuoſos. | uer.xv.vbi dr.Do |
| Auaros ⁊ ambitioſos. | mos ſupboꝝ dmo |
| Hypocritas ⁊ ſupſtitioſos. | lit dñs.⁊.ij. Pa- |

ra.xxxj.Demoliti ſunt excelſa:de immundis vero ⁊ lu
xurioſis pōt dici illud.j. Reg.xv. Quicquid vile ⁊ re-
probum fuerit demoliti ſunt.De auaris etiam pōt in
telligi illud.Joel.j.Deſtructe ſunt apothece:demoli-
ta ſunt horrea ⁊c.Horrea em̄ vbi aggregantur grana
diuites auaros ſignant. In quibus ſcz diuitie congre
gantur. De hypocritis autem ⁊ falſis religioſis dici
poteſt illud . Ezec.vj. Diſperdam excelſa vr̄a:demoli
ar aras vr̄as.confringēt ſimulachra vr̄a ⁊c. Uide vbi
deſtruere ⁊ in alijs ſimilibus.

A

## Demō. Demones. Demonium.

De demonibus quid ſunt in natura: in culpa:in
officio:in exercitio:nihil ad preſens.In ſcōo em̄ li.ſen
tentiarū ⁊ in ſcriptis mgr̄orum inuenies de eiſdē. De
opinione aūt quorundam antiquoꝝ vicz Platonis.
Termegeſti;⁊ alioꝝ de differentia demonuz ⁊ cacode
monum : ⁊ alijs plurib⁹ vide Aug.de ciui.dei lib.viij.
ix.xvj.⁊c. Hoc ergo ſolum notabis: ꝙ per demonē vł
demonium pōt intelligi peccatum vel peccator. Et p̄
mo dicamus ꝙ per demoniū pōt intelligi peccator:q̄
ſcz demone inſtigante:demonia.i.peccata ſecum con-
tinens:demoniacus efficitur ⁊ malignus. Demō em̄
interpretatur ſanguineus: meror:ſeu iniquitas ſuffi-
ciens ſm̄ Hiero.Sic dicam ꝙ peccator eſt ſanguine⁹
quia maculatus infectione. Eſt meror:qr cōtriſtatur
deſperatione. Eſt iniquitas ſufficiens;qr ſcz ſatis eſt
iniquus vt eſſe debeat in damnatione.Talis ergo de-
mon:demonium vel demoniacus:poteſt figurari ī il-
lo de quo dicit.Mat.xij.Oblat⁹ eſt ei demonium ha
bens;cecus ⁊ mutus.Et ſi vis notare de tali demonio
dic ꝙ iſti ſunt demones :quia

| | |
|---|---|
| B Inuicem ſunt ligati. | Sunt ergo demo- |
| Lumine ſunt priuati. | nes vel demonia: |
| Loquela ſunt orbati. | qr glomerant ſoci |
| Legibus ſunt ſoluti. | aliter: vnus em̄ iu |
| Ueſtib⁹ ſunt exuti. | uat aliū contra bo |
| Fecibus ſunt imbuti. | nos.vñ eſa.xxxiiij. |
| Omnibus ſunt acuti.i. infeſti. | Occurrent tibi de |
| Senſib⁹ ſunt aſtuti. | monia: onocētau |

rus ⁊ piloſus clamabunt vnus ad alterū . Item exe-
cant cordialiter. Demon em̄ per obſtinationem exce
catus eſt:ſic et peccator.Lumen em̄ oculi dextri perdi
dit: ſcz gr̄am:lumen vero oculi ſiniſtri hz lippuz ⁊ ob
ſcurum ſcz fidez.Unde illud predictū.Math.xij.Ob-
latus eſt ei demonium habens.Item iſti obmuteſcūt
dānabiliter.Muti em̄ ſunt a laude dei confeſſione ⁊
orone.Unde Luce.xj .Erat ieſus eijciens demoniuz ⁊
illud erat mutum.Item inſoleſcūt mirabiliter De de
moniaco em̄ dr.Marci.v.ꝙ oīa vincula dirumpebat
in monumentis latebat:⁊ per deſerta currebat.Sic et
mali ita ſunt inſolentes: ꝙ oīa vincula mandatoruz
ꝯſtatutoꝝ dirumpunt in monumentis.i.in fetoribus
carnalitatis incumbunt:⁊ per deſerta huius mundi
vagabundi diſcurrunt. Itez nudi ſunt confuſibiliter
quia ſcz veſtes virtutuz ⁊ honeſte conuerſatiōis abij-
ciunt: ⁊ ſic confuſibiliter nudi fiunt. Uñ de illo demo
niaco legitur.Luc.viij.⁊.ix.Quod iam multis tempo
ribus non induebatur veſtimento nec in domo mane
bat. Item immundi ſunt indicibiliter: qr ſcz aliqua
ſunt demonia que in immundicijs ꝓcurandis dele
ctantur.Sic peccatores in carnalib⁹ immundicijs oc-
cupantur.Uñ de demonib⁹ legionis dicitur.Math.
viij Quod petebāt ꝙ mitterent in porcos. Porci aūt
voluptates carnalitatis deſignant.De alio demonia
co dr.Luce.viij.Quod in monumētis ⁊ non in domo
manebat.Monumentum em̄ vbi eſt cadauer ⁊ putre
do:qđ exterius pulcrum eſt:intus fetidū ⁊ qđ a monē
do dr monumentum:malam mulierez deſignat:q̄ ad
libidinem eſt admonitiua:corruptionis eſt contenti
ua: ⁊ exterioris pulcritudinis eſt oſtenſiua.Item aſtu
ti ſunt incredibiliter: qr.ſ.more demonū magne ſunt
fallacie atq̄ fraudis.Legi enim ꝙ quidā clericus vul
tu turpiſſimus: volens habere ingreſſum ad papam
qui erat tunc temporis;ꝑcuſſit ad ianuam fortiſſime
⁊ petenti ianitori quis eſſet . Reſpondit ſe eſſe demo-
nem:q̄ omnino loqui pape volebat. ianitor viſa facie
eius turpi ⁊ terribili:ſtatim cucurit ad papaz aſſerēs
demonem eſſe ad ianuam qui omnino ſibi loqui vole
bat.Papa autem commendans ſe deo:ipſum venire
mādauit.Qui cum veniſſet: papa credens ipſum eſſe
demonem propter deformitatem vultus:petijt ab eo
vtrum eſſet demon. Ita inquit ſum:qr demon eſt ſpi-
ritus ſcientificus :⁊ ego ſum ſimiliter clericus lr̄atus
Iſta inquit finxi ianitoribus tuis:vt ingreſſum habe
rem ad te. Per iſtam ergo aſtutiam ad papa habuit
quod petebat. Ecce ergo quō nomē demonis aſtutie
applicatur.Ideo de mala talium aſtutia pōt intelligi
illud.j.Thimo.iiij.Deſcendent quidam a fide:creden
tes ſpiritibus erroris ⁊ doctrine demoniorum. ¶ Itē C
cunctis nocent inſatiabiliter.De demonibus em̄ legi
tur ꝙ quos inhabitant:vexant mirabiliter ⁊ moleſtāt
.Et ideo magnuz erat gaudium : qñ demon de obſeſſo
corpore fugabatur. Sic mali ſemper ſuis nocent ſoci
is ⁊ vicinis.Math.xv.Filia mea male a demonio ve-
xatur.Qua ꝓpter nihil melius : niſi ꝙ tales eijciant
⁊ de ſocietate ⁊ patria expellant.Marci.xvj.In nomi
ne meo demonia eijciēt. Patet ergo quō per demonē
ſeu demonium pōt intelligi vir iniquus Sed ſi vis ꝑ
demonem ad literam intelligitur dyabolus: quia ſi-
cut in ſcriptura repperio.

| | |
|---|---|
| | Iſte dico fraudes |
| Fallaciter fraudes machinatur | machinat fallaci |
| Rapaciter bonis aduerſat. | ter. Unde Apoca. |
| Tenaciter penis alligatur. | xvj ca.dicit.Dōe |

ore ſpeudo prophete exierunt ſpūs demonioꝝ facien-
tes ſigna.Item bonis aduerſatur rapaciter. Unde in
ps. A negocio perambulante in tenebris :ab incurſu
⁊ demonio meridiano.Item penis alligatur tenaciter
ſcz poſt iudiciuz.Unde Thob.viij dr.Qđ raphael an-
gelus apprehendit demonium ⁊ religauit eum in de-
ſertū ⁊c.Uide de dyabolo:de temptationib⁹: aut frau
dibus : ⁊ nequicijs demonum: vide ſm̄ tabulam ī vo
cabulis infinitis. A

## Demonſtrare.

Nota ꝙ demonſtratio eſt certa ⁊ immutabilis ali-
cuius rei oſtenſio ⁊ manifeſtatio. Igitur dico ꝙ cum
tres ſint anime potentie ſcz rationabilis: cōcupiſcibi
lis ⁊ iraſcibilis. Hinc eſt ꝙ quelibet naturaliter app̄e
tit ſuū obiectum ſibi monſtrari et oſtendi. Et ſic dico
ꝙ rationabilis vult ſibi demonſtrari vera ꝯcupiſcibi
lis bona:iraſcibilis ſumma . Appetimus ergo nobis
demonſtrari fidei certitudinez:que eſt veriſſima Uir
tutum ſanctitudinem que eſt boniſſima. Glorie ple-
nitudinem que eſt altiſſima . De veritate fidei dici po
teſt illud. Hiere.xj Dñe demonſtraſti mihi ⁊ cogno-
ui:quia ſicut:dr.Joh.v. Pater diligit filiū et omnia
demonſtrat ei. De bonitate virtutū dici poteſt illud
pſal. Uias tuas domine demōſtra mihi: et ſemitas
tuas edoce me . De celſitudine vero glorie poteſt dici
illud . Johan.v.Maiora demonſtrabit ei.Et.j.Cori.
xij.Adhuc excellentiorem viaz vobis demonſtro. Pri
ma ergo demonſtratio pertinet ad ſcientiā directiuaz
Scōa

Ayuntamiento de Madrid

Secunda pertinet ad gloꝛiam perfectiuam. Tertia ꝑtinet ad gloꝛiam electiuam et beatificatiuam. Iſta nõ proſequoꝛ. Uide de oſtendere.

A **Denarius.** Cum denarius ſit illud cuꝫ quo oĩa appꝛeciãtur. ⁊ ad cuius pꝛecium omnia cõmutantur: videtur pꝛopꝛie ꝙ denari⁹ poteſt ſignificare gloꝛiam paradiſi. que pꝛo eo denari⁹ dicitur. quia pꝛo obſeruantia decalogi tribuitur. et qꝛ iſto mediante pꝛecio ad decimuꝫ oꝛdinem peruenitur. Denarius ergo eſt illa res cum qua fiunt ſolutiones et retributiones omnium que debentur. Sic ergo notabo ꝙ denarius eterne retributionis.
Ex debito redditur laboꝛantibus.
Ex condigno traditur obſequentibus.
Ex gratia dabitur indigentibus.
Ex pꝛecepto reſtituitur pꝛeſidentibus.
Iſta ſunt enim quatuoꝛ genera perſonaruꝫ quibus denarij leguntur impenſi vel pꝛo eis expenſi videlicet. Illi qui laboꝛant bene operando: Unde Math. xx. dicitur ꝙ conuentio fuit facta cuꝫ operarijs vinee ex denario diurno. ⁊ in ſero acceperũt ſinguli ſingulos denarios quia videlicet illi qui in die pꝛeſentis vite in vinea eccleſie bene operando laboꝛant: in ſero moꝛtis denariũ eterne retributionis repoꝛtant. ¶ Item illi qui pꝛeſident bene obſequendo atq; regendo. Unde pꝛelati figurantur in ſtabulario Luce. x. Cui pꝛo cura ſauciati ſamaritan⁹ obtulit duos denarios quia ſcilicet pꝛelatis pꝛo obſequio quod in ſubditis impendunt dabitur duplex denarius. id eſt retributio gloꝛie ꝗ̃tum ad animã et ꝗ̃tum ad coꝛpus.
B ¶ Itẽ illi qui indigent pie ſupplicando. De pauperibus enim ⁊ famelicis dꝛ. Mar. vj. Euntes emamus ducentoꝛũ denarioꝛũ panes: ſupple pꝛo iſtis famelicis nutriendis. Ad denotandũ ꝙ retributio eterna multis datur ex mera gratia ſaluatoꝛis: dato ꝙ ſint pauperes virtutibus ⁊ inanes nullo merito pꝛocedente: ſicut etiã nunc damus denariuꝫ pauperi ſupplicanti. ¶ Item illi qui imperant bene gubernando. Xp̄s enim pꝛecepit denarium dari ceſari Luc. xx. Oſtendite mihi denariuꝫ. Sequitur. Reddite que ſunt ceſaris ceſari. Ad denotandum ꝙ etiam ipſi pꝛincipes ſeculi ſi bene rexerint non erunt exoꝛtes huius denarij. Circa que omnia aduerte quod dꝛ Apoc. vj. Bilibꝛis tritici denario: et tres bilibꝛes oꝛdei denario vno. Bilibꝛis enim ſunt due libꝛe. tres bilibꝛes ſunt ſex libꝛe. Igitur pꝛo tribus bilibꝛibus oꝛdei datur denarius et pꝛo vna bilibꝛa tritici datur ſimiliter denarius qꝛ ſcꝫ pꝛopter pꝛecioſitatem grani tantum pꝛecium datur ꝑ duabus libꝛis tritici. ſicut ꝑ ſex oꝛdei. In quo notatur ꝙ denarius eterne retributionis: ⁊ datur pꝛo tritico: ⁊ datur pꝛo oꝛdeo, i. datur pꝛo magnis meritis ⁊ pꝛo paruis datur perfectis hominibus qui ſunt triticuꝫ: ⁊ datur imperfectis qui ſunt oꝛdeum. Diuerſimode tamen datur qꝛ ſcilicet tantũ datur pꝛo duabus libꝛis tritici. ſicut pꝛo ſex oꝛdei. qꝛ ſcilicet tantã gloꝛiã percipiet vn⁹ perfectus. ſicut ſex ſimplices qui ſcilicet ſine meritis ex ſola gratia dei ſaluantur. Uide ſupꝛa de. Decem et de decima.

**Denegare.** Uide infra negare.

A **Dentes.** Nota ꝙ dentes in coꝛpoꝛe triplex habent officiũ. per qđ triplex virt⁹ in anima deſignatur. Dentes enim debent moꝛdere. Dẽtes habent maſticare. Dentes habẽt claudere. Dentibus enim illos quibus nocere volumus laceramus. Dentibus cibos quos intus trahimus maſticamus: Dentibus os et linguam claudimus et artamus. Et ideo per dentes poteſt intelligi virtus coꝛrectionis qua delinquentes puniuntur. Uirtus diſcretionis qua cibi. i. actus et opera maſticantur examinantur et diſcutiũtur. Uirtus locutionis circũſpecte qua nociue locutiones obſerentur et claudantur. Tales dentes habere debent viri eccleſiaſtici: maxime pꝛelati. Sicut enꝫ dicit quidam ph̄us dictus entgidius: filij apꝛoꝛũ cuꝫ dentibus naſcuntur: apꝛos enim inquit dentatos naſci pꝛobatum eſt. Et quia pꝛoccrto viri perfecti cũ ſpiritalib⁹ dentibus naſci debẽt. hoc eſt ꝙ ab ipſo natiuitatis ſue tẽpoꝛe in pꝛedictis virtutibus ſe tenentur exercitare. Can. iiij. Dentes tui ſicut greges tonſaruꝫ ouium que aſcenderunt de lauacro. Dentes inquit tue aſpere coꝛrectionis. Dentes tue honeſte locutionis. Dẽtes tue diſtricte ſucciſionis: dentes tue perfecte conconcluſionis. Ibi dentes debent eſſe ſicut greges qui aſcendunt loti de lauacro. i. de puritatis et innocentie cõditionis ſtatu qꝛ ſcꝫ ſemper debent eſſe mundi ⁊ loti Gen. xlix. Dentes eius lacte candidioꝛes. Iſti dentes debent in nobis perſeuerare: ſicut de Moyſe dicitur Deu. xxxiiij Quod vſq; ad moꝛtẽ non caligauerunt oculi eius. nec dentes ipſius moti ſunt. In quibus verbis aduerte: ꝙ ſicut dentes ſunt oꝛnamentũ oꝛis: ſic pꝛedicte virtutes ſunt oꝛnamentum anime: et ideo poſſumus dicere qđ pꝛelatus debet habere pꝛo dentibus.
Diſcretionis ſubtilitatẽ. Oculi eius non caligauerũt.
B Coꝛrectionis aſperitatẽ. Dentes: qꝛ ſunt duri ⁊ aſperi.
Durationis ſtabilitatẽ. Non ſunt moti inquit.
Dentes enim ſunt clari et albi: et cibos: vt dictum eſt: habent maſticare: Sũt naturaliter acuti et duri. Sũt etiam vt communiter ſtabiles et firmi. Et ideo per claritatem notatur coꝛrectio per ſtabilitatem deſignatur in bono perſeuerans duratio Habeamus ergo dentes maſticatiue diſcretionis Dentes caſtigatiue coꝛrectionis Dentes confirmatiue durationis: De dẽtibus diſcretionis videtur loqui Job. xix. Derelicta ſunt labia circa dentes meos. Labia enim eloquentie debent ſemper eſſe circa dentes diſcretionis et ſapientie. De dentibus coꝛrectionis dicitur Joel. j. Dẽtes eius vt leonis Unde de beſtia quarta dicitur Danie. vij. Dentes habebat ferreos: deuoꝛabat et comminuebat: et reliquũ pedibus conculcabat ⁊c. ¶ Dentes enim coꝛrectionis pꝛelati debent eſſe acuti et ferrei contra malos: vt ipſos ſuppeditent et conculcent. et edoment. pariter et caſtigent: Aduertamus tamen quod aliqua animalia ſunt que dentibus ſuis ledunt tantummodo alias malas beſtias. ſicut ſunt canes domeſtici. qui non habent moꝛdere niſi lupos et latrones. ⁊c. Alia autem ſunt que magis ledunt et moꝛdent tam bonas beſtias quam malas ſicut ſunt leones. et lupi. qui libentius moꝛdent agnos hedos quam leopardos et apꝛos. Sic vere in mundo iſto ſunt duo genera pꝛelatoꝛũ. iudicum et coꝛrectoꝛum ſcilicet quidam boni et domeſtici qui non moꝛdent nec pꝛemunt niſi malos. Alij vero ſunt crudeles et mali. qui plus moꝛdent et puniunt bonos ꝗ̃ malos: pauperes ꝗ̃ diuites. innocentes ꝗ̃ nocentes. De quibus dicitur deut. xxxij: Dentes beſtiarum immittã in eos. cum furoꝛe trahentium ſuper terram atq; ſerpentiũ. In quibus verbis oſtenditur ꝙ malis dentibus vtuntur guloſi ⁊ voꝛatoꝛes. Iſti ſunt dentes beſtiarum rapaces circa exactores. iſti ſunt furoꝛ trahentium linguoſi et detractoꝛes. Iſti venenum ſerpentium. iſti ſunt tres oꝛdines maloꝛum dentium de quibus dicitur Daniel. vij. Quod beſtia habebat tres oꝛdines dentiũ qui dicebant ei. Surge comede carnes plurimas: qꝛ vere iſta tria vitia gula rapina et detractio: carnes dicuntur plurimas deuoꝛare. qꝛ ſcilicet gula comedit carnes moꝛtuas. Num. xj. Adhuc carnes in dentibus eoꝛuꝫ: Rapina deuoꝛat carnes myſticas. ſ. diuitias alioꝛũ Job. xxi. De dentib⁹ illius auferebam pꝛedam: Detractio comedit carnes viuas Prouer. xxx. Gens que pꝛo dentibus habet gladios. Et in pſal. dicitur. Filij hominum dentes eoꝛum arma et ſagitte: et lingua eoꝛum gladius acutus. Iſti ergo ſunt tres oꝛdines dentium qui male ſunt pungitiui moꝛdaces et punitiui. Non ſic habeat pꝛelat⁹ dentes ſed iuſte dure et aſpere coꝛrectionis.
C ¶ Tertio habeat dentes cõſtantis perfectionis ⁊ durationis: quod oſtenditur cuꝫ dicitur. Qđ dentes eius non ſunt moti Dentes enim debent eſſe ſtabiles atq; firmi. Dentes



Ayuntamiento de Madrid

etiam inter cetera oſſa minus ſunt putribiles ſeu cor-
ruptibiles. ſunt enim quaſi perpetuo durabiles vt di-
cit Plinius. Sic vere ſpirituales dentes ſcilꝫ predicte
virtutes videlicet diſcretio contritio et vana locutio
debent in nobis eſſe ſtabiles perſeuerantes ⁊ inmoti.
Quādo enim dentes mouētur vel cadunt. ſignum eſt
ꝙ homo eſt nimis iuuenis vel nimis ſenex. Iſtis enim
duobus ſolet contingere caſus dentium. Sic vere cha-
riſſimi ſi dentes noſtri ſpirituales ſint mobiles et defi-
ciunt: nec in vllo ſtabili perſeuerantes: ſignū eſt ꝙ nos
ſumus ſenes per impotentiam: vel pueri per ignoran-
tiam. non debēt ergo moueri dentes noſtri. iob. xli. In
dētibus eius morabitur fortitudo. Quāuis hodie mul
ti poſſent dicere illud. Tren. iij. Confregit ad numerū
dentes meos ⁊c. Qd eſt contra illos qui comedūt res
acerbas. Quorum dentes fiunt ita ſtupidi ꝙ non poſ-
ſunt pungere vel mordere. Sic vere munera et fauores
faciūt dentes correctiōis ſtupidos et imbecilles. Amos
iiij. Dedi vobis ſtuporem dētium ⁊ indigentiā panū.
Non ſic: ſed habeamus dentes perſeuerātis durationis
Dentes exaſperantis correctionis: Dentes conſiderā-
tis diſcretionis. Et hec gratia breuitatis ſufficiunt de
dentibus: Ego autē dicā de dētibus inquātum ſignant
dyaboli crudelitatem ⁊ tyrannorū iniquitatē infra in
pluribus exemplis videlicet in tabula.

B **Denudare.** ſumitur pro reuelare ſecretū Ec-
cleſi. xix. Si eſt tibi delictum no-
li denudare. Item pro ſpoliare veſtimentum ſeu etiam
pro depauperare diuitiarum fundamentum eſa. xxiiij.
Diſſipauit dñs terram et denudauit eā Itē pro ſpolia
re ⁊ publicare delictum Ezech. xxiij. Denudauit forni-
cationes ſuas. ⁊c. Uide infra de nuditate reuelare.

**Denunciare.** Uide ſupra vbi annunciare.

**Denuo.** Uide vbi iterum rurſus ⁊ deinde.

**Deorſum.** Nota ꝙ iſtud aduerbium deorſū
ſignat inferiorem deiectionem et
B ſtatum ſiue bono ſiue malo modo ſumatur. Et ſic poſ
ſum dicere ꝙ in ſcriptura inuenitur.
Deorſum gratie interius latentis.
Deorſum fortune inferius iacentis.
Deorſum culpe terrena poſſidentis.
Deorſum pene inferna continentis.
Primū eſt deorſum quo humiles ſolent iacere. Scdm
eſt deorſum quo pauperes ſolent egere. Tertiū eſt deor
ſum quo auari ſolent vigere. Quartū eſt deorſum quo
damnati ſolent lugere. Dicam ergo ꝙ inuenitur vnū
deorſum humilium ⁊ perfectorū: ⁊ iſtud nihil aliud eſt
ꝙ̄ humilitas mentis ⁊ ſuiipſius deiectio et contēpt⁹.
Iuſti enim ſemper volunt eſſe deorſum et non ſurſum
deiecti et non erecti. humiles et non ſuperbi Luce. iiij.
Si filius dei es mitte te deorſū. Deorſum enim in terre
viſceribus latent lapides precioſi. Sic vere in humili-
tatis profundo ſemper volunt latere et iacere homi-
nes virtuoſi. Pone exemplum de mōſtro marino nau
tilo quod ab alijs dicitur pōpilos quod hauſta aqua
amara. videns et timens tempeſtatē in maris profun
dum deorſum deſcendit ad ima: ſicut ſupra poſui titu
lo de aqua. Sic ne tempeſtas te obruat delictorū. aquā
amarā. i. inferni amaritudinē per conſiderationem bi
be: et deorſum per humilitatē deſcende. Exemplo chri
ſti de quo legitur. Iohan. viij. ꝙ inclinans ſe deorſū di
gito ſcribebat in terra. Et merito. quia procerto deor-
ſum humilitatis concomitantur.
Feruor charitatis.
Ualor bonitatis.
Decor honeſtatis.
Splendor veritatis.
Deorſum dico inuenies ca
ritatis feruorem. Deorſum
enim in terre viſceribus. Te
ſte Senec. latet ignis qui in
ethne et alijs multis locis perpetua habet ſpiracula:
ſic caritas deorſum in corde humili ſumme viget. Uñ
Ezech j. dicitur Quod in illo mirabili filio hominis
quem ipſe deſcribit a lumbis eius vſqꝫ deorſum vidit
quaſi ſpeciem ignis ſplendentis. Itē deorſū inuenies
virtutum ſeu bonitatis valorem. Arbor enim quanto
deorſum amplius radicatur: tāto ſolet vberius fructificare
Sic quanto maior inferior humilitas: tanto virtutum
potior eſt vbertas. eſaie. xxxvij. Mittet radices deorſū
et faciet fructum ſurſum. Unde etiam de illis qui ſunt
diuites virtutibus dicitur eccli. x. Uidi ſeruos in equis
et diuites ſedere deorſum. Item deorſum inuenies deco
rem honeſtatis. Nihil enim ita honeſte incedit ſicut
humilitas. Hinc pars pauonis poſterior pulcrior eſt.
Ideo de tunica aaron que virtutem honeſtatis deſi-
gnat dicitur exo. xxviij. Quod deorſum ad pedes tuni
ce ſuperhumeralis erāt quaſi mala punica: ex hyacin
tho: purpura. vermiculo et byſſo retorta. exponeſi vis
de quatuor virtutib⁹ cardinalibus ſicut alibi: quomo
do in tunica honeſtatis cum deorſū humilitatis reful
gent. Item deorſum inuenies ſplendorem veritatis.
Aque enim magis fluunt deorſum ꝙ̄ ſurſum: ſcientie
magis abundant in humilibus ꝙ̄ elatis. Unde de ar-
cha Noe per quam intelligitur ſacra ſcriptura dicitur
Gene. vj. Quod oſtium poſitum fuit in latere deorſū
Deorſū enim. i. in humilitate inuenitur arce. i. ſcriptu-
re oſtium et ingreſſus: quia ſcilꝫ nullus ibi pfunde ingre-
ditur: niſi qui ibidem humiliter inmoratur. Unde de
quodam ſancto narratur ꝙ cum attentiſſime deū ali
ꝙ̄diu rogaſſet ꝙ ſibi quendam ſcripture paſſum quē
intelligere non poterat declararet nec exaudiretur. ſup
plicans multis diebus: propoſuit ire ad alium quen-
dam ſanctum vt peteret ab eodem. Dum ergo iret reue
latum eſt ei per angelum ꝙ plus meruerat humilitas
ꝙ alterum requirendo conceperat: ꝙ̄ oratio quā tam-
diu fecerat: Bene ergo dicit ſapiēs. Quod vbi humili
tas ꝙ ibi etiā ſapientia. Unde ezech. viij. dicitur. Deor
ſum ignis et ſurſum quaſi aſpectus ſplendoris ⁊ viſio
electri. Iſtud eſt igitur deorſum humilium ⁊ perfecto-
rum. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt vnum deorſum flebilium C
et deiectorum ſeu pauperum ⁊ miſerorū quos ſcilꝫ rota
fortune deorſum deiecit ad tribulationis ſeu infortu-
nij ſtatum. Unde de pauperibus deorſū in miſero ſta
tu iacentibus poteſt dici illud Iob. xviij. Deorſum radi
ces eius ſiccentur et ſurſum atteratur meſſis eius. Ad
uerte tamen ꝙ tutius eſt in naui eſſe deorſum ꝙ̄ ſurſū
quia ſcilꝫ ſurſum fluctus et flatus hominem concutiūt
Illi autem qui deorſū in fundo nauis ſunt a talibus
tuti fiunt. Sic vere tutius eſt quo ad ſalutem anime ꝙ
homo ſit deorſum in ſtatu ſubiectionis ⁊ paupertatis
ꝙ̄ ſurſum in ſtatu proſperitatis et dignitatis. Ibi enim
flatus elationum et fluctus tribulationum homines
tribulant. hic autem quies et ſecuritas mentem tran-
quillant. Ideo de tali deorſū et de bonis ſic occulto dei
iudicio ad deorſum et ad ſtatum depreſſum deſcendē
tibus dici poteſt illud Marci. xv. Uelū templi ſciſſum
eſt a ſummo vſqꝫ deorſum. Patet ergo ꝙ eſt vnū deor
ſum flebilium et miſerorum. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt vnū D
deorſum peccantium et auarorum: et iſtud eſt proprie
ſtatus peccati. qui ſcilicet deorſum eſt et non ſurſum. in
ignominia et non in gloria. in vilitate non in digni-
tate. Iſte eſt potiſſime ſtatus auarorum. qui ſcilicet ſunt
deorſum circa terrena: et obliuiſcuntur illa que ſurſū
ſunt ſcilicet celeſtia et eterna. Boni ergo poſſunt dice
re peccatoribus et auaris illud Iohānis. viij. Ego de
ſurſum ſum: vos deorſum eſtis. Et merito quia ſcilicet
ſicut in vino et oleo meliora ſurſum ſunt: deteriora ve
ro deorſum. Sic in hominibus meliores petunt ſupe-
riora et celeſtia mali vero et deteriores petunt illud qd
eſt deorſum ſcilicet mundana et terreſtria. Unde Pro
uer. xv. Celum ſurſum: et terra deorſum. Iſtud eſt igi-
tur deorſum peccantium et auarorum. ¶ Quarto di- E
co ꝙ eſt vnum deorſum lugentium et damnatorum.
Quia ſcilicet iſti ſunt deorſum in infernali profundo
carcere cōſtituti. Unde de impijſſima Iezabele dicitur
iiij. Regum. ix. Quod iehu rex iſrael iſtam fecit preci-
pitari deorſum de feneſtra palatij: quam ſic deorſum
proiectam

Ayuntamiento de Madrid

proiectam canes deuorauerunt. q: ſc3 rex iſrael de9 impios de palatio mundane proſperitatis. deorſum in infernum facit proijci vbi conſtat eos a canibus .i. a demonibus deuorari: vnde etiam ad conſideratione illi9 deorſum ſc3 inferni nos inuitat ſcriptura. eſa. lj. vbi di ſic. Leuate in celum oculos veſtros: et videte ſub terra deorſum: quia celi ſicut fumus liqueſcent et terra ſicut veſtimentum atteretur. et habitatores eius interibunt eccs. iij. dubitādo dicit ſapiens. Quis nouit ſi ſpūs filiorum adam aſcendet ſurſum et ſpūs iumentorū deorſum. q. d. Iſtud eſt rōnabile ſc3 ꝙ filij adam .i. boni ſurſum aſcendāt ad paradiſum. Jumenta vero idest mali deorſum corruant in infernū ita vt quilibet illorum dicere poſſit illud eccli. lj. Uita mea appropinquans erat in inferno deorſum. circumdederunt me et nō fuit qui adiuuaret. Patet igitur quomodo deorſum eſt locus damnatorū. auarorū: miſerorū et perfectorū. diuerſimode deorſum conſideratū. Uide infra de inferius. Et deſuper et ſurſum. et de deſcendere in profundum: et alijs titulis ſimilibus.

A **Deponere.** Nota ꝙ deponere idem eſt ꝙ̄ deorſum ponere. Sumitur autē deponere pro cōmittere ſicut cū dicitur. Depono pecuniā ad cuſtodiendā. Item ſumitur pro dimittere ſicut cū dicitur: Deponite veſtimenta veſtra. Item ſumitur pro demittere idest pro deorſum mittere vel detrahere. ſicut cum dicitur. Talis eſt depoſitus de alto loco. officio ſiue ſtatu. quocunq3 tamen modo ſumatur litteraliter notabo ꝙ ta3 in bono ꝙ̄ in malo ſignificato multiplex eſt depoſitio videlicet.

| | |
|---|---|
| Depoſitio luctuoſa. | Luctuoſe deponitur cor |
| Depoſitio virtuoſa. | pus noſtrū mortale. Uir |
| Depoſitio vitioſa. | tuoſe dimittit opus oē le |
| Depoſitio doloroſa. | tale. Uitioſe relinquit oē |

bonū vitale. Doloroſe deijcit omneomen fetale.
Prima eſt depoſitio corporum.
Secunda eſt depoſitio ſcelerum.
Tertia eſt depoſitio virtutum ſeu operum.
Quarta eſt depoſitio dignitatum ſeu munerum.
B ¶ Luctuoſe enim deponitur natura.
Uirtuoſe deponitur culpa.
Uitioſe deponitur gratia.
Doloroſe deponitur fortuna.

Dicā ergo ꝙ inuenitur quedā depoſitio luctuoſa et iſta eſt illa qua neceſſe habemus deponere et exuere corpus noſtrū more ſerpētis. qui in ſtricto foramine deponit et deſerit pellē ſuam veterē. Sic et nos in foramine dire mortis deponemus finaliter pelle3 carnis. Unde .ij. Petri .j. Certus ſum q: velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Mors enim depoſitio di. vel pro eo ꝙ in morte corpus deponitur et dimittitur. vel pro eo ꝙ terre per modum depoſiti cōmittitur: vt iterū in reſurrectione vltima recuperetur. vnde Luce. xxiij. dicitur ꝙ Joſeph depoſitum corpus xp̄i inuoluit ſyndone. et poſuit illud in monumento. Iſta eſt ergo depoſitio luctuoſa.
C ¶ Secundo dico ꝙ eſt depoſitio virtuoſa. Et iſta eſt procerto illa qua quis virtuoſe mouetur ad deponendū vitia et omnia impedientia et nociua. Quodā enim inſtinctu naturali animalia deponunt voluntarie illa que ſibi videntur periculi cauſa eſſe ſicut de elephante dicitur ꝙ dentes deponit et rumpit. pro quibus ſe ſentit proſequi a venatore. Et caſtor etiā teſticulos. Alia etiā animalia ſunt que renouādo etatē antiqua munimēta deponūt: ſicut patet de aquila et accipitre que deponunt veteres pennas: De cancris tam fluuialibus ꝙ̄ marinis qui deponunt veteres teſtas. De equis qui deponunt priſtinos dentes. De ceruis qui deponunt cornua ſeu branchas. Sic vere dico ꝙ nos debemus deponere et dimittere omnia vitioſa et periculoſa. ſiue ſint teſte carnalis delectationis: ſiue dentes detractionis: ſiue plume leuitatis et inconſtantie affectionis: ſiue cornua elationis ſiue coria ſiue teſte exterioris male cōuerſationis. vnde Eph. iiij. Deponite ſm priſtinam cōuerſationem veterem hominem qui corrumpitur ſm deſideria erroris: et renouamini ſpiritu mentis veſtre et induite nouum hominem qui ſm deum creatus eſt in iuſticia et ſanctitate: quia ſcilicet mala conuerſatio et peccata debent deponi. Figura. Deut. xxj. vbi dicitur. Quod captiua mulier debebat deponere veſtes in quibus capta fuerat: et lauare corpus et vngues preſcindere ad hoc ꝙ de captiua fieri poſſet vxor: quia ſc3 anima peccatrix nunꝙ̄ fit per gratiam vxor xp̄i niſi primo vngues malorū operū reſcindat: et mūdiciā malarū cogitationum abſtergat et abluat: et veſtē male cōuerſatiōis deponat. Et ſic notare potes ꝙ tu debes et teneris.
Deponere maliciam in corde latentem.
Deponere fallaciam in ore vigentem.
Deponere ſubſtantiā cupidos prementem.

Igitur deponamus malitiā que corda moleſtat Gal. iij. Deponite a vobis omnē iram: indignationem: maliciam. Ite3 deponamus fallaciam que os dehoneſtat Eph. iiij. Deponentes mendacium: loquimini veritatem. Item deponamus ſubſtantiam que grauamē preſtat. Grauamen dico idest pondus auaricie et amoris terrenorum Heb. xij. Deponentes omne pondus. et circunſtans nos peccatu3. et c. Exemplo ſcilicet dauid qui armatus de armis ſaulis ponderoſis depoſuit ea: vt leuius contra goliam dimicaret: ſicut dicitur .j. Regum xvij. Sic et tu arma mundi idest diuitias debes ſaltem mentaliter deponere: ſi vis contra dyabolu3 preualere. Iſta eſt igitur depoſitio virtuoſa. ¶ Tertio dico ꝙ eſt quedam depoſitio vitioſa: et iſta eſt depoſitio virtutū D et bonorū operū et meritorū: quā quidem mali faciūt qui ſc3 virtutes deponunt et deſerūt: vitia vero retinēt et cuſtodiunt. Figurati in illis qui beatū Stephanum occiderunt: qui veſtimenta ſua vt leuius malum fecerent ap pedes ſauli depoſuerunt: ſicut dicitur Actuu3. vij. Ueſtes enim virtutum ſolent deponere. qui volunt ſe in malis actibus occupare. Unde de illa fornicatrice. Thamar dicitur Gen. xxxviij. Quod depoſitis veſtibus viduitatis: aſſumpſit teriſtrum idest veſtem meretriciam. et mutato habitu ſedit in biuio: vbi ſc3 fornicata eſt cu3 ſocero ſuo: quia ſc3 male perſone: veſtes viduitatis .i. virtutem: gratiā et honeſtatē deponūt: habitū peccatorum aſſumunt: et ſic cum dyabolo fornicātur et conueniunt. Iſta eſt igitur depoſitio vitioſa.
¶ Quarto dico ꝙ eſt quedam depoſitio doloroſa. Et E iſta eſt depoſitio fortune et tēporalis dignitatis et glorie: ſiue capiatur actiue ſiue paſſiue. Actiue dico ꝙ ſi quis cogitur deponere et dimittere gloriam temporalē. Paſſiue autem quando ipſe deponitur a fortuna vel gloria tēporali. Sicut enim lupus a venatore et canib9 inſtigatus neceſſario compellitur deponere et dimittere predam quam rapuerat. Sic homo in fine cōpulſus a canibus ſcilicet a morte: infirmitate et calamitatibus compellitur deponere et dimittere quicquid habet Heſter. xiiij: Cum depoſuiſſet veſtes regias: fletibus et luctui apta indumenta ſuſcepit. Sicut etiam videmus ꝙ vela nauiū finito nauigio deponuntur. Sic mūdi diuites qui nunc ſunt in pelago ſurſum erecti: et in altis dignitatibus conſtituti et vento vane laudis expoſiti finaliter per mortem deponentur nunc etiam in hoc mundo per infortunia aliquotiens deprimuntur Nume. iiij. Deponent velum quod pendet ante fores. Ponit enim Geruaſius et narratur ꝙ in caſtro de hurione dyoceſis valentine in prouincia. eſt altiſſima turris quedam que nullum cuſtodem admittit quia ſcil3 ſi quis ibi vigilat ad cuſtos pernoctare voluerit. de mane ſine leſione ad pedem turris ſe inueniet depoſitum et quis depoſuerit non percipiet nec videbit. Talis turris proculdubio ſignat excellentes mundi ſtatus quia reuera mundi dignitates bene permittunt ſe poſſidere de die non de nocte idest in vita preſenti non in morte quia reuera cum nox mortis aduenerit quilib3 a turri et a ſtatu mūdane magnificentie deponitur: ita ꝙ inferius in pede turris id eſt in ſepulcro vel inferno ſeu



Ayuntamiento de Madrid

purgatorio repperit ps. Depone eos protector noſter domine: et comprehendātur in ſuperbia ſua. Iſta potiſſime poſſunt dici de malis iudicibus et prelatis: quia ſcilicet tales a ſuis ſuperioribus debent deponi: ⁊ alij ſubſtitui loco ſui. vnde Luc. j. Depoſuit potentes de ſede et exaltauit humiles. Talibus enim accidit ſicut nubi que primo eſt vapor tenuis et modicus de terra et aqua productus qui ſcilicet paulatim ſurſum erigitur: ita ꝙ finaliter nubes magna et humoroſa efficitur. Finaliter tamen adueniente tempeſtate reſoluitur: ⁊ tota ſua ſubſtantia ſubito deficit et annihilatur: et a ſua altitudine cadit et deponitur. Sic vere dicam de multis qui de infimo ſtatu: terra ſcꝫ et mari ideſt in infimo genere vel ſufficientia valde parua paulatim et ſucceſſiue ſurſum ad mundi dignitates: et officia ſe erigūt ita ꝙ aliquādiu in aere preſentis vite ſuperius in dignitatibus alti ſiſtunt fit tamen quādoqꝫ ꝙ ſole iuſticie chriſto ipſos percutiente: et ſtatum et magnificentiam reſoluente: iſti ſubito cadunt: pereunt: ⁊ a ſtatu quem laborioſe acquiſierant: tempeſtate tribulationum vrgente deponuntur et ruunt Dicit enim Senec. Quod paucis deponere felicitatem molliter licuit. Grauia enim et ponderoſa magis impetuoſe ruūt ꝙ leuia: ⁊ magni homines alijs impetuoſius deponentur ad yma ſicut de illa ciuitate glorioſa hieruſalē. dicitur Tren. j. Depoſita eſt vehementer non habens conſolatorem. Tales autem depoſitiones ſubite maxime apparent in illis quos fortuna ſubito prouehit. quia illos ipſos etiam ſubito deponit. ut Nume. ij. Quomodo erigetur ita et deponetur. Vtile eſt enim ꝙ mali ſuperiores inferius deponantur: ⁊ ꝙ a ſtatu publico in quo male regunt ad priuatum officium reducantur. De ſcorpionibus enim legitur ꝙ cum mater plures peperit. ipſos tamen omnes deuorat et occidit. fit tamen quandoqꝫ ꝙ vltimus fratrum matris crudelitatem precauens: ſuper clunes eius ſalit et eam occidit et interficit. ⁊ ſic fratrum ſuorum mortem vindicat atqꝫ punit. Sic vere multi ſunt mali prelati: iudices et tyranni qui more iſtius impie matris omnes filios ſuos ideſt omnes ſocios et ſubditos grauant: affiigunt et affligunt. fit tamen quandoqꝫ ꝙ ibi eſt aliquis vltimus ideſt aliquis ſubditus ceteris magis audax qui contra talem matrem ſe erigit ipſamqꝫ inuadit et accuſat: et a ſtatu ſuo ipſam deponi procurat: et ſic fratrum iniurias vindicat. Vnde de depoſitione talium dicitur illud Joſue. viij. Regem hay ſuſpendunt in patibulo: et tandem depoſuerunt cadauer de cruce. Tales enim mali reges qui promouent dicunt ſuſpendi propter elationē quam incurrunt: eſſe in patibulo et in cruce pro eo quia ſemper in labore et pena viuunt dicuntur finaliter eſſe cadauer: quia per luxuriam corrupti fiunt: et ideo deponi dicuntur quia iſti in fine de ſtatu ſuo deponuntur et cadunt. De foca ſiue boca. i. boue monſtro marino legitur in libro de natura rerum ꝙ contra vxorem ſuā perpetuum gerit bellum. nec ceſſat contra eam atrociter pugnare: quouſqꝫ eam occidat: et ſtatim aliam ſuperducit: et ſic deinceps. fit tamen vt aiunt quandoqꝫ ab vxore interficitur: et ſic mors aliarum precedentiū vindicatur. Sic vere ſunt multi qui contra vxorem propriam ideſt contra propriam dignitatem vel eccleſiam ſibi commiſſam non ceſſant bellum gerere. et eam rapinis et exactionibus occidere ideſt deſtruere et depauperare et cum vnam conſumpſerint ſtatim ſolent ad aliam anhelare et ſic vſqꝫ ad finem de ſtatu ad ſtatum. de eccleſia ad eccleſiam continue ſe mutare et vbicūqꝫ fuerint male regere: et quamcunqꝫ ſponſam duxerint opprimere ⁊ grauare. Quapropter neceſſe eſt ꝙ aliqua vxorum ideſt aliqua eccleſiarū per eum opreſſarum tot exemplis et iniurijs ſtimulata contra eum inſurgat: et eum vulneret et occidat ideſt a ſtatu ſuo deijciat et deponat dicens illud Eſai. xxij. Expellam te de ſtatione tua et de miniſterio tuo deponam te. Vnde de illo rege malo. Nabuchodonoſor dr Daniel. v. Qn̄ eleuatum eſt cor eius et ſpiritus eius obfirmatus eſt ad ſuperbiam. depoſitus eſt de ſolio regni ſui et gloria eius ablata eſt ei: ⁊ a filijs hominum abiectus eſt. Patet ergo quomodo inuenitur depoſitio doloroſa. ¶ Depoſitio vero alio modo ſumpta inquantum ſcilicet ſignat rem in cuſtodia traditam et commiſſam: poteſt dici quod eſt quedam depoſitio fructuoſa. Et iſta eſt depoſitio fidei vel gratie quas deus committit homini et apud eum deponit: vt inde fructum eterne glorie conſequatur. Et ideo ſicut fidelis homo multum debet cauere ne depoſitū in manibus eius perdatur. Sic ⁊ nos multum cauere debemus ne illa que ſunt a deo apud nos cuſtodienda depoſita. ſcilicet fides anima gratia ⁊ virtutes tam naturales ꝙ morales perdantur vel contra voluntatem domini diſpenſentur. j. Thi. vj. O thimothee depoſitum cuſtodi. Tale etiam depoſitum non debemus negare: immo ipſum habere a deo nō a nobis debemus iugiter eſtimare et de cuſtodiēdo ſedule cogitare. ij. Thimo. j. Bonum depoſitum cuſtodi. Et bene dicit. Bonum. quia ſcilicet peccata que dyabolus apud nos deponit ſicut furtum non ſunt cuſtodienda ſed iudici ideſt ſacerdoti per confeſſionem dicēda. Iſta ergo de depoſitione ſufficiant. D

# Deprecari. Deprecatio. Preces. A

Cum deprecari ſit actus humilitatis opus neceſſitatis: tributum maieſtatis: videtur ꝙ ad preces deo et ſanctis faciendas debet quilibet incitari. et ad hoc totis viſceribus animari. Omnis enim natura in neceſſitatis articulo libenter querit remedium oportunum Cum igitur nos omnes hic in periculo conſtituti ſimus a quo nos eripi proprijs meritis non valemus vtile eſt ꝙ per orationem aliunde remedium impetremus et ꝙ preces coram deo humiliter effundamus. Iuxta illud Thob. viij. Deprecemur dominū hodie et cras ⁊ ſecundū cras quia his tribus noctibus deo iungemur In quibus verbis ſatis poſſumus attendere quicquid ad deprecationem perfectam neceſſe eſt pertinere: quia ſcilicet ibi debet intereſſe.

Mentis ſubiectio deuote ſupplicans. Deprecemur.
Cordis affectio diſcrete applicans. Dñm.
Preſens inuectio ſe prompte explicans. Hodie.
Continuatio ſepius replicans. Cras ⁊ ſecundū cras.
Obtenebratio dolorem implicans. Noctibus.
Certa dimenſio plurima predicans. Tribus.
Vera deuotio ſuprema vendicans Deo iungemur.

¶ Et ſic dico ꝙ preces debent eſſe humiliter ſubiecte: deprecemur: Sagaciter porrecte: dominum Celeriter inuecte: hodie. Inceſſanter inuecte: cras et cras. Doloroſe confecte: noctibus. Copioſe perfecte: tribus Amoroſe directe: iungemur.

Probat humilitatē orator optatiuus. Deprecemur inquit.
Probat ſagacitatem dator preſtatiuus. Dñm inquit.
Prudentia enim eſt orare illum qui pōt iuuare.
Probat celeritatē actus nō dilatiuus. Hodie inquit.
Probat continuitatem feruor frequentatiuus. Cras inquit et ſecundum cras.
Probat doloroſitatē horror obſcuratiuus. noctibus inquit
Probat pluralitatē numerus progreſſiuus. Tribus inquit.
Probat affectuoſitatē nodus coniunctiuus. deo iūgemur.

Vt breuiter loquēdo preces noſtre debēt eſſe Humiles: Diſcrete Cite. Cōtinue. Doloroſe copioſe ⁊ affectuoſe ¶ Dicam ergo primo ꝙ deprecatio noſtra debet habere humilitatem ſubiectā. Deprecemur inquit. Plus enim placet et facilius exauditur oratio humilis ꝙ elata: quia ſicut dicitur Judith. ix. Manſuetorum et humilium tibi ſemper placuit deprecatio. Deprecemur inquit: optatiue enim et humiliter loquitur ſicut dauid dicens. iiij. Regum. iij. Deprecemur dominum. Et zach. viij. Deprecemur faciem domini. Et in ps. Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine. Et. ij. Paral. vj. Audias preces quas fundit famulus tuus. ¶ Secundo dico ꝙ debet habere ſagacitatem diſcretam

Ayuntamiento de Madrid

diſcretaꝫ dominũ inquit. Nullus enim diſcrete depre
catur aliquid niſi illum qui iuuare poteſt. Cum auteꝫ
iſte ſolus ſit deus qui omnia poteſt preſtare. oẽs poteſt
in omnibꝰ neceſſitatibus iuuare reſtat ꝙ iſte ſolus di
ſcrete deprecetur. vnde de heſter dicit. Heſter. xiiij. Nõ
cum depoſuiſſet veſtes regias: fletibus et luctui apta
indumenta ſuſcepit pro vnguentis varijs cinere imple
uit caput et humiliauit corpus ſuum ieiunijs: ⁊ depre
cabatur dominũ deũ iſrael. Iſtud inuehe ſi vis cõtra
illos qui deprecantur dyabolũ nõ dominũ. ⁊ qui recur
runt ad vetulas ⁊ ſortilegas non ad deũ neqꝫ ſanctos.
Iſti ſunt enim ſicut dicitur Eſa. xlv. Qui leuant ſignũ
ſculpture ſue. et rogant deum non ſaluantem. vñ Eſa.
xlvj. Pulcre inuehit ꝓpheta cõtra fatuos idololatras
qui idola fabricabant et portabant: et tandem erige-
bant ⁊ ſtatuebant: ⁊ deprecantes humiliter adorabãt
Unde Sap. xiij. Non erubeſcit inquit loqui cum illo
qui ſine anima eſt: et pro ſanitate infirmũ deprecatur:
et pro vita mortuũ rogat. Unde nõ deprecemur talia ſꝫ
dominũ qui ſcꝫ poteſt exaudire et iuuare Heſter. xiij.
Mardocheus autem deprecatus eſt dominũ memor
omniũ operũ eius. Debet igitur habere ſagacitatem
C diſcretam. Dominũ inquit. ❡ Tertio habere debet ce
leritatem completã. hodie inquit. Non enim debemꝰ
protrahere orationẽ de die in diem: ſed hodie ideſt ſta
tim: imnmo quaſi quotidie deũ rogare ps. Uenite ado
remus et procidamus ante deum. Sequitur. Hodie ſi
vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra.
Iſtud eſt enim ſummũ et ſupremũ remediũ in neceſſi
tatibus ſcilicet cito et celeriter recurrere ad dominum
deprecandũ: ſicut de filijs iſrael dicitur. Nume. xvj. et
Nume. xvij. Quod cum ipſos vaſtaret incendiũ: dixit
moyſes aaron ſacerdoti. Tolle inquit thuribulum: et
hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper: pergis
cito ad populũ vt roges pro eis. et ſequitur. Et ſtans
aaron inter mortuos et viuentes deprecatus eſt pro po
pulo: ⁊ plaga ceſſauit. ❡ Quarto habeat oratio conti
nuitatem porrectã qđ oſtẽditur cum dicit: Cras ⁊ ſe-
cundũ cras: hoc eſt continue ⁊ inceſſanter: qꝛ ſcꝫ dicit
Iaco. v. Multũ valet deꝑcatio iuſti aſſidua. Aſſidue
autẽ et continue orare dicitur: qui cõtinue a malo ab
ſtinet: vel qui continue bonũ operatur vnde eccli. xxxv
Qui conſeruat legem multiplicat orationẽ. Salutare
ſacrificium attendere mandatis: ⁊ deprecatio pro pec
catis recedere ab iniuſticia: Grues enim quando ad
terras habitationis volant: ſemper et continue quaſi
querulosſe clamitant: et quaſi pro terra adipiſcenda vo
ces ſuas querulcſas promulgant. Sic dico ꝙ nos qui
ad terrã paradiſi tendimus: et de mundo ad patrẽ cõ
tinue pertranſimus ⁊ nouam habitationem pro futu
ra hyeme mortis querimus et optamus vbi habitemꝰ
debemus continue deprecando dominũ querimoniã
facere: ⁊ inceſſanter dominũ exorare. Unde apl's. Sine
intermiſſione orantes. Cras ergo et ſecundũ cras. vñ
Exo. viij. Conſtitue mihi tempus quãdo deprecer pro
te dominũ. Reſpõdit ei: Cras. Habeat ergo oratio no
D ſtra continuitatem porrectam. ❡ Quinto habeat do
loroſitatem inuectam: noctibus. Deprecatio enim dꝫ
fieri cum lachrymis et contritione cordis: ⁊ dolore ⁊ ti
more. Cor contritum enim ⁊ humiliatũ deus non de-
ſpiciet. Noctibus inquit. Nox enim tenebroſitatem ⁊
contritionem cordis deſignat. Melius enim audiun-
tur voces noctibus ꝙ diebus: quia ſcilicet vox oratio-
nis melius exauditur quando quis de nocte. ideſt in
compuncta ⁊ doloroſa mente dominũ deprecatur. De
Iudith legitur: Iudith. xij. Quod ipſa petijt vt daretur
ei copia nocte ⁊ ante lucem egrediendi foras ad oratio
nem et deprecandi dominũ Sequitur. Et exibat nocti
bus in valle bethulie et baptizabat ſe: et adorabat do
minum. Habeat ergo doloroſitatem inuectã. ❡ Sex
to habeat oratio ſeu deprecatio multiplicitatem adie-
ctam. Non enim de vna re tantum deprecari debemꝰ
ſed de pluribus: cuꝫ plura ſint nobis neceſſaria quod

oſtenditur cum dicitur. Tribus. Tria enim ſunt pro
quibus principaliter deprecari debemus videlicet.
Pro preteritis vt dimittantur.
Pro preſentibus vt dirigant.
Pro futuris vt diſponãtur.
Deprecemur ergo dominũ pro malis preteritis dimit
tendis: vnde Eccli. xxj. Fili peccaſti: ne adijcias iterum
ſed de priſtinis deprecare vt tibi dimittantur. Item de
precemur pro preſentibus ordinandis quia ſcilicet do
minum deprecari debemus.
Ut culpas auferat.
Ut vires inferat.
Ut gratiam afferat.
Ut penas differat.
Ut virtutes proferat.
Unde eccli. xxxvij. Depre-
care altiſſimum vt in ve-
ritate dirigat viam tuam
Item deprecemur pro fu-
turis et ſequentibus ad ſa
lutem noſtram diſponendis. Et ſic pro certo debemus
deprecari.
Ut liberemur ab hoſte.
Ut preſeruemur a peſte.
Ut collocemur cum rege.
Ut recreemur cum grege.
Unde ꝓ libera-
tione ab hoſte
dicebat dauid i
ps. Exaudi deus
orationem meã cuꝫ deprecor a timore inimici eripe ani
mam meã. De liberatione autẽ a pena infernali ſeu a
peſte: dicitur Eccli. j. Pro morte defluente de peccata
ſum. De glorificatione vero cũ ſummo rege vel de adi-
piſcenda felicitate et ſalute dici poteſt illud ps. Edifi-
cauit dominus ſyon: et videbitur in gloria ſua. Reſpe-
xit in orationem humilium: ⁊ non ſpreuit precem eorũ
Et Iob. viij. Si diluculo conſurrexeris ad dominuꝫ et
omnipotentem fueris deprecatus ſtatim euigilabit ad
te: pacatum reddet habitaculum iuſticie tue ⁊c. Ha-
beat ergo deprecatio noſtra multiplicitatem adiectã.
Tribus inquit Ione. ij. Tribus diebus et tribus nocti
bus orauit ionas ad dominũ. Tribus inquit diebus ⁊
noctibus ſcꝫ preteritis tẽporibus pſentibꝰ et futuris.
❡ Septimo habeat oratio caritatem ſeu vicinitatem E
deuotaꝫ. Deo inquit iungemur. Iungi enim deo cari
tatem et familiaritatem ⁊ etiaꝫ deuotionem deſignat
que pro certo in oratione valde ſunt neceſſaria: quia re
uera nihil valet oratio niſi familiaris fuerit et deuota
Deut. vij. Uobis iunctus eſt dominus et elegit vos et
aduerte ꝙ deuota deprecatio nos deo iungit et fami-
liariter connectit et etiam ſe exaudibilem reddit.
Quando confidit intime.
Quando prorumpũt lachryme
Quando allegat optime.
Quando nil agit peſſime.
Quãdo dico confidit intime. Spes enim ⁊ fiducia ob
tinendi valde iuuant oranteꝫ. Ideo dicebat Iudith. ix.
Exaudi domine miſeram deprecantem et de tua miſe
ricordia confidentem. Item quando prorumpunt la-
chryme. Unde Thobie. iij. Anna cum lachrymis depre
cabatur dominũ et. j. Regũ. j. De anna alia flente et ci
bum non capiente dicitur: ꝙ ipſa cum lachrymis mul
tiplicauit preces coram domino. Et Daniel. ix. dicitur
Quod ipſe cepit rogare et deprecari in ſacco: ⁊ ieiunijs
et cinere. Item cuꝫ allegat optime. Allegare enim debꝫ
ille qui dominũ deprecatur ipſius dei poteſtatẽ: cari-
tatem et pietatem: ſuipſius paupertatem: debilitatẽ
et indignitatem negocij vero pro quo agit neceſſitateꝫ
vtilitatem et difficultatem. Sic enim mouetur deus
ad exaudiendum. Sic eleuatur animus ad ſperanduꝫ
et confidendum. Sic diſponitur homo ad impetran-
dum et obtinendum. Unde de talibus allegationibus
poteſt intelligi illud Sap. xviij. Properans homo ſine
querela deprecari pro populis proferens ſeruitutis ſue
ſcutum orationem: et per incenſum deprecationem al
legans: reſtitit ire et finem impoſuit neceſſitati. Item
quando nil agit peſſime. quando ſcilicet deprecans eſt
mundus ⁊ ſanctus. vnde iob. xvj. facies mea intumuit
a fletu et palpebre mee caligauerunt: hec paſſus ſum
abſqꝫ iniquitate manus mee: cum haberem mundas
ad deum preces. Ecce ergo quomodo deprecatio debet



Ayuntamiento de Madrid

eſſe. Deuota Multiplicata Doloroſa Continua Cita Diſcreta et Subiecta ꝛc. Uide infra de oratione et de exaudire. Et in alijs titulis infinitis ſicut eſt. Os. loqui. Uox et ſimilibus.

# Deprehendere.

Uide de comprehēdere et apprehendere.

# Deprimere. Depreſſio.

Nota qđ deprimere idem eſt ꝙ deorſuȝ premere: vel aliquid inferius aggrauare. Fit ergo depreſſio quando adhibetur alicui⁹ pōderis impoſitio: et ſic nota ꝙ.

Deprimit moralitas viuos fluxuoſos.
Deprimit humilitas viros virtuoſos.
Deprimit iniquitas viros vitioſos.
Deprimit aduerſitas pauperes fluctuoſos.
Deprimit calamitas damnatos luctuoſos.

Eſt igitur quedam depreſſio quam facit pond⁹ mortalitatis: de qua dicitur. Sap. ix. Deprimit inhabitatio terrena ſenſum multa cogitantē. Item eſt depreſſio quam facit pondus humilitatis: de qua Eccli. ij. Deprime cor tuum et ſuſtine. Item eſt depreſſio quam facit pondus iniquitatis Ione. j. Surge inuoca deum tuum. quid tu ſopore deprimeris? Item eſt depreſſio quam facit pondus aduerſitatis. Nee. v. Miniſtri depreſſerunt populum. Et ideo precipitur Eſa. lviij. Solue faſciculos deprimentes: Item eſt depreſſio quaȝ facit pondus eterne calamitatis Eſa. v. Oculi ſublimiū deprimentur. Uide de Pondus. Onus. Aggrauare et ſimilibus.

# Derelinquere.

A Nota ꝙ derelinquere linquere relinquere ꝛ dimittere: et reſpuere cum alijs ſimilib⁹ in bono ſignāt et in malo. Dicam ergo ꝙ eſt derelinquere multiplex ſcilȝ.

Derelinquere dei qđ eſt formidandum.
Derelinquere iuſti qđ eſt cōmendandum.
Derelinquere mundi quod eſt attendendum.
Derelinquere dyaboli qđ eſt preuidendū.
Derelinquere impij qđ eſt abhorrendum.

Eſt dico vnū derelinquere formidandū quod fecit de⁹ Deus enim eſt ſicut paterfamilias: qui quandoqꝫ data portione bonorū ſuorū filijs derelinquit eos ꝛ dimittit vti pro libito bonis ipſis: et hoc vt prudētiā eorū experiatur. vt ipſi ad cogitandū de ſeipſis diligentius inducantur Prouerbiū enim gallicū eſt. Metēt heſt par ſoy il pēſera de ſoy. hoc ē dictū. Derelinꝗtis fatuū ſtare ꝑ ſe ipſe cogitabit de ſe Sic ꝓculdubio facit de⁹: quia quandoqꝫ derelinquit homines in manu ꝓprie libertatis: et eos ad multa exponit: vt det cauſam experiendi virtutem: et ideo de ſua diſſimulatione dici poteſt illud Ezech. viij. Derelinquit dominus terram et dominus non videt. q. d. dominus in multis ſe habet per modum derelinquentis: et per modum etiā nō videntis. Sic ergo notabo ꝙ deus.

Derelinquit iuſtos vt mala ſubeant.
Derelinquit malos vt culpas habeant.
Derelinquit impios vt bonis gaudeant.
Derelinquit iniquos vt penis lugeant.

¶ Dicaȝ ergo ꝙ deus derelinquit iuſtos ſub graui pō-
B dere tribulationū ꝛ ſic etiam videtur dereliquiſſe proprium filium in paſſione cum dicebat illud euangelicum Hely. hely. lamazabathani: hoc eſt deus meus deus meus quare me dereliquiſti? Mat. xxvij. ꝛ in ps. Conſtat enim ꝙ deus quandoqꝫ permittit tribulari et tentari bonos: ita ꝙ quaſi videtur eos derelinquere et quaſi de eis non curare quod vtiqꝫ ex certo conſilio ſecrete prouidentie ſue facit: vt. ſ. ſibi dimiſſi compellantur experiri propriā fragilitatem: et recurrere ad diuini auxilij pietatem. Exemplo petri qui in tentatiōe fuit ad tempus derelictus: inde tamen poſt tempus melior effectus. Unde. ij. Paralip. xxxij. Dereliquit eum dominus vt tentaretur. Nutrix enim volens paruulum docere ad ambulandū: ipſum qñqꝫ dereliquit ſibiipſi quē videns propinquū caſui: ſtatim ipſi manū porrigit et eum manu tenet ne corruat: ſi vero iam ceciderat ipſum leuat. Sic vere dico de deo: ad tempus enim qñqꝫ derelinquit hominem in tribulatione vel tentatione: et ſubtrahiꝫ auxilium ſuum ſibi. vult eniȝ ꝙ faciat quod in ſe eſt. Sed reuera finaliter ipſum reſpicit manum ad intereſſe ſibi porrigit: ipſum ſaluat: erigit et cuſtodit ꝛ ſic fit ꝙ qui eum dereliquiſſe videbatur: ampliorē de deo curam gerit. Unde ipſe loquēs ciuitati hieruſalem dicit. Eſaie. liiij. Ad punctum ꝛ in modico dereliqui te: ꝛ in miſerationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abſcōdi facieȝ meam parumper a te: ꝛ in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Et breuiter iſtud eſt verū ꝙ deus ſanctos ſuos ſolet ad tempus in tribulationibus et tentationibus relinquere vt eos poſſit diutius adiuuare ſicut patet de pauperibus et egenis qui videntur a deo derelicti qui tamen finaliter ab eo non ſunt obliti. vñ Eſaie. lx. Pro eo quia fuiſti derelicta et odio habita. ponam te in ſuperbiam ſeculorū: gaudiū in generatione ꝛ generationem: Sicut enim dicit in ps. Tibi enim derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor Licet enī deus ſanctos ī preſenti dereliquiſſe videatur: ipſos tamen finaliter nunꝗ̄ derelinquit vnde in ps. Quoniaȝ non derelinquet dominus ſanctos ſuos et in eternum conſeruabuntur. Iunior enim fui etenim ſenui: et non vidi iuſtum derelictuȝ ſicut dicitur in ps. Uult tamen dominus ꝙ homo quod in ſe eſt faciat viriliter reſiſtēdo: ꝛ ꝙ etiam ad eum recurrat eius auxiliū requirendo dicens illud ps. Ne proijcias me in tēpore ſenectutis: cum defecerit virtus mea non derelinquas me. Et tunc procerto ſtatim dominus reſpondebit illud Ioſue. j. Sicut fui cum Moyſe ero tecum: non dimittaȝ te neqꝫ derelinquam: confortare et eſto robuſtus. Unde aduerte ꝙ ipſe non derelinquit.

Pauperes et indigentes.
Captiuos et ſeruientes.
Fideles in ſe credentes.
Deuotos in ſe ſperantes.
Oppreſſos ad ſe clamantes.
Mortuos ſubtus latentes.

Non derelinquūtur ergo a deo pauperes lȝ indigeant ij. Corin. iiij. Aperiamur ſed non deſtituimur. perſecutionem patimur ſed non derelinquimur. Itē non derelinquuntur captiui licet ſubiaceant. vnde de ſapiētia increata dicitur Sap. x. Quod venditū iuſtū non dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eū: deſcēditqꝫ cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit euȝ. Item non derelinquūtur fideles dum fideȝ teneant. Et ideo fidem allegando dicebat hieremias. Hier. xiiij. Tu autem in nobis es domine: ꝛ nomen ſanctum tuū inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos deus noſter Item non derelinquūtur ſperantes: licet nil videant: ſupple quod eos in preſenti adiuuet. vnde Iudith. vj. Non derelinquas preſumentes de te: et de ſua virtute glorantes humilias. Item non derelinquūtur oppreſſi licet ſuſtineant. vnde Nee. ix. Tradidiſti eos in manibus populorū exterorū. Sequitur. Nō feciſti eos in conſummationē: nec dereliquiſti eos. Iteȝ non derelinquūtur mortui licet nunc doleant. ſ. in purgatorio ps. Nō derelinquas animā meā in inferno. nec dabis ſanctum tuū videre corruptionem. Tales ergo non derelinquuntur licet derelinqui a deo videantur. Unde breuiter cuilibet talium poteſt dici illud. Deutero. xxxj. Dominus deus iſrael ipſe eſt ductor tuus: non dimittet te. neqꝫ derelinquet. Patet igitur ꝙ deus derelinquit iuſtos ſub graui pondere. ¶ Secundo dico ꝙ de⁹ C
derelinquit malos ſub grandi ſcelere Conſtat enim ꝙ deus quandoqꝫ videns hominē in vitijs obſtinatū: derelinquit eum proprie volūtati ſicut medicus qui deſperans de egroto ipſum derelinquit: et quicquid appetit ei concedit vnde Nee. ix. Dereliquiſti eos in manibus inimicorū ſuorū ꝛ poſſidebūt eos Cōſtat enī ꝙ iſti deū et mandata ipſius derelinquunt: ideo ab ipſo in

peccatis

Ayuntamiento de Madrid

peccatis et tribulationibꝰ derelinquũtur nec per ipſm
iuuātur aut ꝯſolātur. vñ .ij. paral. xxiiij. Dereliquiſtis
dñm vt ipſe derelinqueret vos. Deus enī nunq̄ dere-
linquit aliquē niſi prius derelinquat ab ipſo ſed ſicut fi
delis dñs qñq; infidelē vaſallū qui .ſ. cū qñq; dereliq̄c
rat et eius hoſtibus adheſerat derelinquit ⁊ cū ab ho-
ſtibus diripiendū exponit: ⁊ ſibi non ſubuenit aut ſuc
currit. Sic deus ſe deſerētes deſerit. et ſe dimittētes di
mittit. iiij. Reg. xxij. Quia dereliquerūt me ⁊ ſeruierūt
dijs alienis: irritātes me in cunctis operibus manuū
ſuarū. ſuccendētur indignatio mea in loco hoc. ij. Pa
ral. xij. Uos reliquiſtis me ⁊ ego reliqui vos in manu
ſeſach. Deus igitur derelinquit malos in ſuo ſcelere.
¶ Tertio dico q; deꝰ derelinq̄t ipſos letari munere. ſ.
tēporali. quia. ſ. deꝰ dimittit malos gaudere preſentibꝰ
bonis videns q; ipſi carebunt futuris. Et de hoc pōt
exponi illud Eſa. vj. Terra derelinquet deſerta: ⁊ mul
tiplicabitur que derelicta fuerat. Terra inquit. i. perſo
na a deo deſerta et derelicta. multiplicabit̄ ſcilȝ in bo
nis teporalibus aliorū Eſaie. xlix. dixit ſyon. Dereliq̄t
me dñs ſequitur. Uiuo ego: quia his oībus velut orna
mento. veſtieris ⁊c. Et breuiter loquendo iſtud experiē
tia dicitur: q; illi qui a deo derelinquuntur: ampliori
proſperitate fruuntur. Derelinquit ergo deus impios
letari munere. ¶ Quarto dico q; ipſe derelinquit ini-
quos in inferni carcere: Anima enim damnata a deo
eſt penitus derelicta: ⁊ carceri perpetuo mācipata tor
mentiſq; et verberibus ſubiugata ezech. xvj. Denuda
bunt te veſtimentis tuis: auferētur vaſa decoris tui. de
relinquent te nudam et plenam ignominia. Sic ergo
patet quomodo eſt vnū derelinquere formidandū qđ
D facit deus et hoc eſt primū principale. ¶ Secūdo prin
cipaliter dico q; eſt vnum derelinquere cōmendandū
quod facit iuſtus: et iſtud eſt quando iuſtus derelin-
quit et deſerit illa que ſue ſunt contraria ſaluti. Ubi
etiam notabo q; derelinquende ſunt.
Nequicie que mentem corrumpunt.
Diuitie que corda diſrumpunt.
Amicicie que mores corrumpunt.
Igitur derelinque cordis nequicias Eſai. lv. Derelin
quat impius viam ſuam: ⁊ vir iniquus cogitationes
ſuas ⁊c. Item derelinque mundi diuitias. iiij. Reg. vij.
Dereliquerunt tentoria ſua. fugerūtq; animas ſalua
re cupientes. Et de derelictione mundi poteſt dici illḋ
j. Paral. x. Uiri iſrael qui habitabāt in cāpeſtribus fu
gerunt et dereliquerunt vrbes ſuas. Item derelinque
malorum amicicias Numeri. xxxij. Iumenta derelin-
quimus in vrbibus. Hoc eſt igitur ſecūdum principa-
le. ſcilicet vnum derelinquere commendandum quod
facit iuſtus. ¶ Tertio principaliter dico q; eſt vnuȝ de
relinquere attendendū quod facit mundus. Et iſtud
nihil aliud eſt q̄ illa derelictio quā facit mundus et
etiam mundi fortuna in morte quia. ſ. longam perſeue
rantiam videbatur promittere: ⁊ tamē cito ſolet homi
nem derelinquere: et ſicut latro omnia ſecum retinere
Iob. xix. Derelicta ſunt tantūmodo labia circa dētes
meos: ſcilicȝ conſumptis carnibus in ſepulcro: ⁊ iſtud
fit quotidie. quia ſi fortuna derelinquit hominē: ſtatiȝ
mundani homines derelinquunt eum. Figura de ba-
bylone: que quando capta eſt a cyro. dixerunt auxilia
tores ſui illud. Hiere. lj. Derelinquamus eam: ⁊ eamꝰ
vnuſquiſq; in terram ſuam: Unde etiam ipſe helyas a
ieȝabele perſecutus. dicebat. iij. Regū. xix. Prophetas
tuos occiderunt: et derelictus ſum ego ſolus et querūt
animam meaȝ. Pauperes enim proprie derelicti dicū
tur quia ſcilicet a mundo: a diuitibus: ⁊ falſis amicis
contemnūtur et derelinquūtur. Ps. Pater meus ⁊ ma
ter mea dereliquerunt me dominus autem aſſumpſit
me. Et bene dicit dominus autē aſſumpſit me q; pro
certo dominus illos plus diligit et ad partem ſuaȝ aſ
ſumit quos mundus deſerit et derelinquit. Aliqua enī
ſunt animalia que libenter fouent et nutriunt pullos
ab alijs derelictos ſicut de aſina dicitur ⁊ de equa. Sic
deus illos qui nunc a mundo proſus derelicti viden-
tur finaliter in celo recolliget et benigniter recipiet et
reponet dicens anime ſeu perſone taliter derelicte. Nō
vocaberis vltra derelicta. et terra tua non vocabitur
amplius deſolata: ſed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊
terra tua inhabitabitur. Iſtud eſt igitur vnum dere-
linquere attendendū quod facit mundus. ¶ Quarto E
dico q; eſt vnum derelinquere preuidendum qđ facit
dyabolus et iſtud eſt quando diabolus qui ſuis nunc
videtur fauere: multaq; ſuggerendo ꝓmittere in neceſ
ſitate ſolet tamen eos derelinquere et vacuatos virtu
tibus ad infernalem carcerem deſtinare. Unde de ani
ma peccatrice poteſt dici illud Eſaie. j. Et derelinque-
tur filia ſyon ſicut vmbraculum in vinea: ⁊ ſicut tugu
rium in cucumerario. Fructibus enim recollectis: cu-
ſtos vinee derelinquit ſuum vmbraculū. Sicut et vir-
tutibus vindemiatis: diabolus derelinquit anime do
micilium dyabolus enim eſt malus paſtor qui ouem
ſolet in manibus luporum dimittere: quia ſcilicet ani
mas ſolet inferni tormentis exponere et derelinquere.
Iſtud eſt igitur vnum derelinquere attendendū quod
facit dyabolꝰ. ¶ Quinto dico q; eſt vnū derelinquere
contemnenduȝ ſeu abhorrendū quod facit impius vel
iniuſtus. Et iſtud eſt illud quo vtilia derelinquit ⁊ ſper
nit. noxia vero retinet et aſſumit. Malus ergo
Derelinquit deum dum ſtudet peccare.
Derelinquit proximum dum negat iuuare.
Derelinquit ſeipſum dum amat errare.
Derelinquit ſuum dum nequit portare.
¶ Dico ergo q; malus deum ſepius peccando derelin
quit. Peccator enim eo q; dyabolo conſentit. et bona
mundi contra dei voluntatem diligit: ⁊ ipſius dei mā
data ſpernit et negligit: dominū merito derelinquit de
quo reprehendunt in ſcriptura. Ioſue. xxij. Cur dereliq̄
ſtis dñm deū iſrael. q. d. male pro vobis: ⁊ merito quia
pro certo homo relinquendo deū derelinquit.
Fontem viuū quo poteſt potari.
Legem ſanctā qua poteſt ſaluari.
Patrē verū quo poteſt amari.
Plaſtē magnū quo pōt creari.
Dico ergo q; F
iſti dereliquūt
deū qui ē fons
et ſatiator. Hie
remie. ij. Me de-
reliquerūt. fon
tem aque viue:
⁊ foderūt ſibi ci
ſternas diſſipatas.
Ipſe enī eſt fons et ſatiator.
Lex et reformator.
Pater et amator.
Plaſtes et creator.
Item derelinquunt deuȝ qui eſt lex
et reformator. Eccli. xlj. Ue vobis viri impij qui dereli
quiſtis legem domini. Item dereliquunt deum qui eſt
pater et generator Deutero. xxxij. Deum qui te genuit
dereliquiſti. Item dereliquunt deū qui eſt plaſtes atq;
creator. Ibidem. Dereliquit deum factorem ſuū ⁊ receſ
ſit a deo ſalutari ſuo. De peccatoribus ergo ipſum de-
relinquentibus conqueritur dominꝰ Baruc. iij. dicēs
Quid eſt inquit o iſrael q; in terra inimicorū es: inuete
raſti in terra aliena. coinquinatus es cum mortuis: de
putatus es cum his qui in inferno ſunt: dereliquiſti
fontem ſapientie. Expone ſi vis. Patet ergo q; malus
derelinquit deum ſepius peccando. ¶ Secundo dico
q; malus derelinquit proximum ipſum non iuuando G
Tria enim ſunt genera malorum hominum qui dere-
linquunt proximos videlicet.
Mali diuites qui derelinquūt egenos.
Falſi amici qui dereliquunt ſocios.
Mali prelati qui derelinquunt ſubditos.
¶ De malis diuitibus egenos derelinquentibus dici
tur. Eccleſia. xxij. Diues iniuſte egit et fremebit. Pau
per autem leſus tacebit: ſi largitus fueris conuiuet te
cū ſi nihil habueris derelinquet te. De falſis vero ami
cis proximis et vicinis non ſuccurrentibus: dicit Iob.
xix. Dereliquerunt me proximi mei. et qui nouerunt
me obliti ſunt mei. De malis vero prelatis ſubditos
male regentibus dicitur ȝach. xj. Suſcitabo paſtorem
in terra qui derelicta non viſitabit: diſperſa nō queret
et contritum non ſanabit et quod ſtat nō nutriet: car



Ayuntamiento de Madrid

nes pinguium comedet ⁊ vngulas eorū diſſoluet. Paſtor et idolum derelinquens gregem. Malus ergo derelinquit proximū ipſum non iuuando. ¶ Tertio dico ꝙ malus derelinquit ſeipſū: ſc nō emēdando. Multi enim ſunt qui alios volūt cognoſcere ⁊ corrigere: non ſe ipſos vnde in ps. Cor meū conturbatū eſt in me: dereliquit me virtus mea: ⁊ lumē oculoꝝ meoꝝ: et ipſum non eſt mecum. ¶ Quarto dico ꝙ malus derelinquit ſua ferre non valendo ſ. diuitias et bona terrena. Iſta enim poſt ſe derelinquunt: qꝛ ſecuꝫ portare nō poſſunt. Et ideo peccatoribus morientibus loquitur ſcriptura Eſaie. x. dicens ſic. Ad cuius confugietis auxiliū: ⁊ cui dereliquiſtis gloriam veſtram? Sic ergo patet quomō aliqua derelinquunt. Malus. Dyabolus. Mundus. Juſtus. Deus. De derelinquere vero inquantū ſignat reliquias noſtras. ſcilicet bona vel mala exempla. vel dicta. filios et diſcipulos que poſt nos derelinquimus nihil ad preſens ⁊c. Uide de relinquere: dimittere: ſinere. deſerere et ſimilibus.

A **Deriſio. Deridere.** Nota ꝙ Deriſio. Illuſio. Subſannatio: pro eodē videtur ſupponere. Differūt enī ſolum in ſignis exterioribus non in rebus. Signat autē deriſio idem quod vituperatio vel contemptus. Sic igitur breuiter dico ꝙ inuenitur in ſcriptura.

Deriſio bona vituperans.
Deriſio malis improperās.
Deriſio malos exaſperans.

Deridet iuſtꝰ a malis iugiter. Job. xij. Deridetur iuſti ſimplicitas. lampas contempta apud cogitatiōes diuitū parata ad tēpus ſtatutū. deridebit deꝰ peruerſos acriter: quod ſcꝫ fiet potiſſime in iudicio quādo verificabit illud ps. Et tu domine deridebis eos: ⁊ ad nihilū deduces omnes gentes: et illud. dominus deridebit eum quoniaꝫ proſpicit ꝙ veniat dies eius. deridebit dyabolus damnatos turpiter: ita ꝙ ipſi poterunt dicere illō ps. facti ſumus in ſubſannationem ⁊ deriſuꝫ his qui in circuitu noſtro ſunt. His ergo premiſſis de deriſio nequam faciunt mali aliquid diutius protrahamus

B Dico ergo ꝙ mali et fatui libenter vituperant et deridēt quicquid ſuis moribus eſt obuerſum: et omne illud vituperabile iudicant quod ſuis cōditionibus videtur contrariū. Tales enim valde ſunt garruli ideo a detractionibus et deriſionibus: ⁊ verboſis et quaſi luſoribus inſultationibus: abſtinere non poſſunt ſimiles illi aui que dicitur graculus ſeu garrulus: que ſicut dicitur in libro de natura rerum ſolet quicquid audit deridendo repetere: verba hominū ⁊ alioꝝ animalium addiſcere: et ea cum deriſione replicare. Hoc enim facit vt dicit ille liber non ad ſui delectationem ſed potius ad alioꝝ deriſionē. Et ideo a garriēdo ſeu a garrulando garrulus dicitur: qꝛ ſcꝫ de omnibꝰ deridet: garrulat et locatur. Sic vere ſunt qui ſcꝫ de oībus volunt facere iocos ſuos: ⁊ ſuos inſultus peſtiferos et deriſus ps. Uidentes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs ⁊ mouerunt caput ſtudent enim aliorum dicta ⁊ facta diſcere: vt ea poſſint repetere et replicare et ad cōfuſionem ⁊ obprobrium aliorum deridendo coram alijs propalare ſicut de Thobia dicitur. Thobie. ij. ꝙ ſicut beato Job inſultabant reges: ita parentes et cognati eius irridebant vitam eius. Uidetur autē ꝙ deriſores poſſint comparari peroptime vni turri que erat antiquitus in cizico alias azoto ciuitate: vbi ſi quis vocem emitteret: ſtatim ſepties replicabatur ſonus ⁊ reſonantia verbi ſui. ſicut dicit Plini. Erant enim ibi loca concaua tali artificio ordinata: ꝙ vox que in vno recipiebatur ſtatim ad alium mittebatur ⁊ ſic ſonus multoꝑ duplicabatur. Sic vere ſunt deriſores quibus dicta vel facta alioꝝ non ſufficit ſemel repetere immo quicqd audiunt ſolent multotiens replicare ⁊ vnus alteri dicere: et alter poſt alterum deriſorie recitare Eccleſiaſt. xx. Quotiens et quanti irridebunt illuꝫ. Sequitur. Lapſus falſe lingue quaſi in pauimento cadens. De talibus ergo dici poteſt quod iſti

Bonis inimicantur.
A bonis deteſtantur.
Ad penā reſeruantur

Bonis dico inimicant qꝛ procerto iſti ſolent bona oīa deridere: et ſibi in malis ⁊ manibus complacere. C Unde nota ꝙ iſti derident

Antiquos viros et eorum ſapientiam.
Predicatores et eorum eloquentiam.
Contribulatos et eorum patientiam.
Bene agentes et eorum efficaciam.
Proprios notos et eorum amiciciam.
Bonos prelatos et eorum excellentiam.
Sanctam eccleſiam et ipſius reuerentiam.
Omnem diſciplinam et penitentiam.
Inferni tormentum et peſtilentiam.
Uitam ꝙ futuram et celeſtem abundantiam.

Dico ergo ꝙ iſti derident ſapientiam antiquoꝝ. vnde Job de ſeipſo dicebat illud Job. xxx. Nūc autē deridēt me iuniores quoꝝ nō dignabar patres ponere cū canibus gregis mei. Iſti etiam derident eloquentiā predicatorum videlicet verbum dei. vnde Hiere. xx. factꝰ eſt ſermo domini in obprobrium et deriſum tota die. Itē ipſi derident patientiā miſeroꝝ. Unde ipſe hieremias qui tunc erat in tribulatione et patientia dicit de ſeipſo ibidem: factus ſum in deriſum tota die omnes ſubſannant me. Et illud ps. predictum Omnes videntes me deriſerunt me. Item iſti derident efficaciam. ideſt bona opera ſanctoꝝ atꝙ iuſtoꝝ. Unde de chriſto legitur Luce. viij: ꝙ quando ipſe reſuſcitabat filiaꝫ Jayri: turbe que aderant deridebant eum. Item ipſi deridēt amiciciam ſociorum et ſuorum notorum. Hieremi. ix. Omnis amicus fraudulenter incedet vir fratrem ſuū deridebit: et veritatem non loquetur. Item derident excellentiam prelatorum. Job. xxxix. In altum alas erigit deridet equuꝫ ⁊ aſcenſorem: loquitur de deſtructione. ſ. de pigro ſubdito. Item derident eccleſiam et reuerentiā ſolenniorum ⁊ ſacramentoꝝ. vnde Treno. j. Uiderunt eum hoſtes: et deriſerunt ſabbata eius Item derident penitentiam et diſciplinam. Prouerbi. ix. Qui arguit deriſorem: ipſe ſibi iniuriaꝫ facit. ſcilicet deriſor Et ibidem Noli arguere deriſorem ne odiat ⁊c. Iteꝫ derident penam inferni et peſtillentiam tormentorum. Job. xlj. Quaſi ſtipulam eſtimabit malleū: et deridebit vibrātem haſtam. Item derident futurā gloriā: ⁊ abundantiam premiorum. Actuū. xvij. Cum autē audiſſent reſurrectionem mortuoꝝ deridebant: Et vt breuiter concludam mali derident et contemnunt quicquid ſue neceſſarium eſt ſaluti. Patet igitur quomodo deriſores omnibus bonis aduerſantur et inimicātur. ¶ Scdo dico ꝙ deriſores a bonis odiuntur et vituperantur. D
Prouer. xxij. Eijce deriſorem: et exibit cum eo iurgiuꝫ. ceſſabuntꝙ rixe et contumelie. ¶ Tertio vero dico ꝙ iſti puniuntur atꝙ verberātur. prouerbi. xix. Parata ſunt deriſoribus iudicia: et mallei percutientes ſtultorum corporibus. Unde etiam in perſona eoꝝ qui gloriam ſanctorum quos nunc derident qua illos in iudicio futuro frui attendent dicitur Sap. v. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum ⁊ in ſimilitudinem improperij: ecce quomodo computati ſunt inter filios dei. Patet ergo ꝙ deriſores a deo puniunt A cunctis odiuntur. Bonis oībus opponunt ⁊c. Uide de Contēnere Deſpicere Subſannare. Illudere ⁊ ſimilibus.

**Deſcēdere. Deſcenſus.** Nota qꝫ deſcendere multipliciter accipitur in ſcriptura. A Eſt enim deſcenſus humanus: diuinus et dyabolicus. Et primo quidē dico quod eſt deſcenſus humanus. Et iſte procerto triplex eſt. videlicet.

Deſcenſus virtuoſus.
Deſcenſus vitioſus.
Deſcenſus doloroſus.

Primus ē quo deſcendit a ſuperbie pompoſitate: de quo dicitur in ps. Aſcendunt montes et deſcēdunt campi. ⁊c. Secundus eſt quo deſcenditur a virtutum ſublimitate Et iſte eſt deſcenſus ad amorem temporalium vt ad laborē mundi negocioꝝ Uñ Luc. x. c. Homo

Ayuntamiento de Madrid

homo quidam descendebat a hierusalē in Hiericho
et incidit in latrones. Tertius est quo descenditur a sta
tu mūdane prosperitatis. Et iste est descensus in infir
mitatem aduersitatem: vel mortem vel penam eternā
Job.xvij. In profundissimum infernum descēdēt omnia
mea. et Numeri.xvj. Descēdent in infernum viuentes
Dicimus ergo ꝙ est descensus humilitatis. Est descē
sus iniquitatis. Est descensus penalitatis. Primus est
habēdus. Secundus est cauendus. Tertius est horrē
dus. Ergo descendamus per humilitatem. Sicut enī
aqua deorsū naturaliter tendit et descendit: sicut enī
radix arboris quanto descendit profundius tanto fru
ctificat vberius: sicut insuper balsamus non suscitat⁹
descendit ad fundum vasis alias supernatat. Sic pro
certo homo spiritalis si vult esse sicut aqua per pieta
tis dulcorem: sicut radix per firmitatis tenorem sicut
balsamus per famositatis odorem ipse procerto debet
per humilitatem descendere: et se inferius sub obedien
tia maiori humiliter inclinare Ideo precipitur Esaie.
xlvij. Descende: sede in puluere virgo filia babylonis:
Ubi aduerte ꝙ descensus humilitatis facit mentem
quietare. Sede inquit: qd signū est quietis. Facit mor
tem meditari. In puluere inquit in mortis solutione.
Facit carnem expiari. Uirgo inquit que scȝ hāc praui
tatē carnis purgat. Facit vultū inclinari. Babylonis
inqt: q̄ interpretatur cōfusio. Humilitas enī charissimi
Est mentis quietatiua.
Est mortis meditatiua.
Est carnis expiatiua.
Est vultus inclinatiua.
B Dico ergo ꝙ descensus humilitatis est mentis quie
tatiuus quod ostenditur cum dicitur. Sede. Facit enī
animam esse quietā tranquillitate et pace. Sicut enī
videmus ꝙ lapis sursum in aere non quietatur nec̄ ces
sat a motu: quando vero ad centrum et locum suū de
scendit: tunc immobiliter quiescit. Sic videm⁹ ꝙ mēs
humana ꝙdiu sursum in aere fertur: et circa mūdi bo
na et negocia: dignitates et promotiones per desideriū
vagatur nunꝙ est in perfecta quiete. Semper enim est
in motu et fluxu desideriorum: et hoc q: ipsa est sicut
hospes extra domum: sicut lapis extra centrum: sicut
peregrinus extra patriam et locū. Ideo anima cū spon
so coniuncta dicat illud Can.j. Indica mihi vbi cubes
in meridie ne vagari incipiam tc. Quando vero mens
descendit per humilitatē: et quādo flectitur ad seipsaȝ
et quando proprijs contenta in partibus cum centro
idest cū deo coniungitur: tunc vere perfectissime quie
tatur. Sede inquit. Ita ꝙ ipsa possit dicere Apoc.xviij
Sedeo vt regina et vidua non sum.
Sedet enī doctor ad discipulos instruendum.
Sedet discipulus ad magistrum audiendum:
Sedet clericus ad libros imaginandum.
Sedet miles ad hostes impugnandum.
Sedet iudex ad populos iudicandum.
¶ Sic procerto charissimi nos debemus per humili
tatem descendere et quiescere: et sedere et in quiete mē
tis manere istis rationibus. scilicet vt instruamus in
feriores et discretiores Unde in libris diuine prouiden
tie semper cogitemus. vt hostes spiritales debellemus
vt nos alios iuste iuuitemus. Sede ergo. vnde in ps.
Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus:
dum recordaremur tui syon. Et nota de fluminibus
babylonis. iste est ergo descensus quietatiuus: Auis
enim sursum existens in aere: non est tuta ab acci
pitre si vero ad fluctuum riuum descenderit: tuta ma
net. quapropter aucupes solent ipsas facere sursum
ascendere vt ab accipitre capiant. Sic vere homo sur
sum per elationem et vanitatem mentis residens. sem
per est in periculo captionis. Si autem per humilita
tē descēderit: tūc a periculo tut⁹ erit: et maxime si in flu
minibus babylonis et cōfusiōis: in fluminibus cōpū
ctionis et lacrymationis fecit mansioneȝ. Et ideo nos
videmus de illis qui semp volunt ascendere: sicut sunt
ambitiosi ꝙ nunꝙ habent quietem. Ignis enim qui
sursum ascendere querit: nunꝙ a motu et circuitu re
quiescit. quare procerto tales nunꝙ ponunt finem in
ascendendo. De canonico enim volunt fieri archidia
coni. De archidiacono episcopi: et de episcopo archi
episcopi: et deinde cardinales tc. Isti figurant in luci
fero: qui ꝙuis esset in altissimo loco. scilȝ in celo empi
reo: ipse tamen dicebat. Ascendam in celum: sup astra
dei exaltabo solium meum: sedebo in lateribus aqui
lonis tc. Esaie.xiiij. Sedere enim idest quiescere vole
bat. vbi proculdubio non est quies. scilicet in eminen
tia dignitatis. et ideo ꝓm sanctos quia ascensuȝ et quie
tem quesiuit: ideo casum et laborem inuenit: Non sic
ergo sed descendamus: quia iste motus est mētis quie
tatiuus. Sede inquit. Josue.iij. Steterunt aque descen
dentes. Et Hiere.xlviij. Descende de gloria: sede in si
ti habitatio filie dybon. Secundo dico ꝙ iste motus C
est mortis meditatiuus. In puluere inquit. Motus
enim descensus semper tendit inferius versus terram
ad denotādum ꝙ motus humilitatis semper fecit ho
minem ad terram descendere idest ad cogitandū ter
reitatem: mortalitatē et resolutionem suam. In pulue
re inquit. Ut sic dicam cum Job. Ecce nūc in puluere
dormio Job.vij. De tali descensu videtur loqui Hiere.
xlix. Descendite in voraginem habitatores deda. Uora
go enim signat sepulcrum: mortem vel infernum in
quem procerto debemus per considerationem descen
dere: et ibi per iugem memoriam habitare ps. Descen
dant in infernum viuentes. Animalia enim parua ha
bitant vt cōmuniter in pabulo: in puluere: et sub terra
vt sunt cuniculi: ibiqꝫ faciunt foueas vbi fugientes sal
uantur et ab impugnantibus liberantur. Sic procer
to persone humiles et deuote: sub terra idest in cogi
tatione mortis et sepulcri morantur. et impulsi tenta
tionibus ad ipsas fugiunt et saluantur quia isti sunt
qui habitant domos luteas: qui terrenum habent fun
damentum Job.iiij. Et sic bene patet qd humilitatis
descēsus est mortis meditatiuus. ¶ Tertio dico quod
iste motus est sordis depuratiuus. Uirgo inquit. D
Humilitas enim soror et mater est virginitatis et pu
ritatis que in beata virgine apparuit que quia fuit hu
millissima: ideo fuit virgo purissima. Loca enim que
sunt in descensu et in valle: sunt aliquotiēs magis pu
ra. et hoc quia ibi aque confluunt abundantius. que
sunt causa maioris puritatis. Sic vere ille ꝑsone que
magis sunt in descensu humilitatis: habent vt com
muniter maiorem abundantiam puritatis et castita
tis quod vtrūqꝫ potest contingere: quia maior copia a
quarum idest gratiarū et virtutum ad tales confluit
que ipsos reddit et efficit puriores: que apparuit in vir
gine: ad quam descendit gratia sicut pluuia in vellus
et sicut stillicidia stillantia super terram: ad quam de
scendit dilectus vt in ortum suum specialissimum: si
cut dicitur. Cantico.v. Et Canti.vj. Et ideo tantis gra
tijs fuit plenissima: quia a cūctis vitijs fuit purissima
Habeamus igitur humilitatem: vt habere possimus
mentis et corporis puritatem. Uirgo inquit.ij. Corin
thios.xj. Despondi enim vos vni viro virginem ca
stam exibere christo. Ideo de descensu isto ad purita
tem potest intelligi illud. Johan.v. Angelus domini
descendebat in piscinam secundum tempus. Illi enim
qui sunt angeli per innocentissimam voluntatem: de
scendunt per humilitatem ad piscinam. idest ad men
tis et corporis puritatem. Uirgo inquit. Unde de rebec
ca dicitur Genesis.xxiiij. Quod ipsa erat puella deco
ra nimis: virgoqꝫ pulcerrima: descenditqꝫ ad fontem
aque et impleuerat ydriam. Iste est igitur descensus
sordis depuratiuus. ¶ Quarto dico quod iste descen
sus humilitatis est vultus inclinatiuus. Babylo
nis inquit: Quod interpretatur confusio. Hu
militas enim generat. verecundiam et bonam

Ayuntamiento de Madrid

confuſionem que addunt gloriam: ſicut dicitur Eccli.
iiij. Unde humilitas eſt ſicut unguentum in capite:
quod deſcendit in barbam: barbam aaron. Caput enĩ
inferius declinatũ ſignat humilitatẽ que ſcʒ in capite
et in barba oſtendit intuentibus ſigna ſua. Babylon
inquit. vnde Hiere. lj. Quomodo facta eſt babylon in
ſtuporem. Unde etiam de verecũda puella rebecca. dr̃
Gen. xxiiij. Quod viſo yſaac deſcendit de camelo: et ac
cipiens pallium cooperuit ſe. ſcʒ pre verecundia: et ſic
patet vt dictum eſt ꝙ per deſcenſum humilitatis mẽs
quietatur: mors meditatur: caro purgatur: vultus in-
clinatur. Et iſte eſt igitur deſcenſus diligendus et fre-
F quentandus. ¶ Sed adhuc dico ſecũdo principaliter
ꝙ eſt quidam deſcenſus precauendus ⁊ fugiendus. Et
iſte eſt deſcenſus auaricie quo ſcʒ homo deſcẽdit ad tẽ
poralia et mundana: et etiam cuiuſlibet nequicie: quo
modo. ſ. de virtute labitur ad peccata Et primo quidẽ
iſte eſt deſcenſus auaricie. Lepus enim nõ libenter de
ſcendit et hoc: quia deſcendendo et ad vallem currẽdo
faciliter conſueuit cadere cum eius pedes poſteriores
ſunt longiores anterioribus pedibus. Sic vere homo
non debet deſcendere per deſideriũ et aſpectũ ad vallẽ
mundanorũ negociorũ et terrenorũ bonorũ alias faci-
liter corruit in diuerſa vitia et peccata. De talibus enĩ
dicitur in ps. Qui deſcendunt mare in nauibus: faciẽ
tes operationem in aquis multis. Non eſt enim aqua
tam dulcis in flumine vel in fonte quin efficiat ama-
ra quando deſcendit ad mare. Sic vere non eſt ita bo
nus et ſanctus homo quin efficiatur malus: quando
ad mare mundi negociorũ corde et opere ſe inclinat: et
ideo ſicut lepus quando ad vallem currere compellit
non deſcendit directe inferius verſus vallem ne forte ca
dat: ſed ſemper deſcendit circulariter contra montem
Sic et nos ſi ex iniuncto nobis officio ad mundũ et mũ
dana habemus neceſſario deſcendere: nõ debemus di-
recte nec cum toto impetu vel affectu ad tẽporalia cur
rere ſed circulariter circa montes paradiſi ambulare:
et ibi quanto plus poſſumus per affectum ⁊ deſideriũ
nos tenere: et nunc aſcendamus cuʒ moyſe ad dominũ
nunc deſcendamus cum ipſo ad populum. Juxta illud
ps. Aſcendunt montes et deſcendunt campi ⁊c. Jlli enĩ
qui toto corde deſcendunt inferius ad terrena. primo
cadunt in vitia: ⁊ finaliter in tormenta ps. Cadent oẽs
qui deſcendunt in terrã. Sic ſunt cupidi et auari: qui
non cogitãt niſi de terrenis: De quibus Exo. xv. Abyſ
ſi operuerunt eos: deſcenderunt in profundũ quaſi la-
pis. Et iſti ſunt maledicti eſai. xxx. Ue q̃ ambulatis vt
deſcẽdatis in egyptũ: ꝑperãtes ĩ auxiliũ ĩ fortitudine
pharaõis. Aliter et ſm aſtrologos. Jlla ſigna ſunt
nobiliora q̃ ſunt aſcẽdẽtia: ꝙ̃ illa que ſunt deſcẽdẽtia.
Jnfluẽtie enĩ ſtellarũ ꝯputantur prĩcipaliꝰ a ſignis
aſcendẽtibus ꝙ̃ a deſcẽdẽtibus. qr reuerera ſpũaliter
illi meliores et nobiliores debent ſimpliciter dici qui
aſcendunt ſuperius per contemplationẽ ⁊ deſiderium
ad eterna ꝙ̃ illi qui deſcendunt per auaricia ad terre-
na. Unde de differentia bonorũ ⁊ malorũ poteſt dici il
lud Eccſs iij. Spiritus filiorum adam aſcendit ſurſuʒ
ſpiritus iumentorũ deorſum. Jſte eſt ergo deſcenſus ꝓ
cauendus et fugiendus. ¶ Sed tertio dico ꝙ eſt alius
G deſcenſus timendus et abhorrendus. Et iſte eſt deſcen
ſus in infernũ. De quo Hiere. xlviij. Juuenes eius de-
ſcenderunt in occiſionem. et in ps. Eſtimatus ſum cuʒ
deſcendentibus in lacum. Feces enim ⁊ immundicie ci
uitatum ſolent deſcendere ad foueam et ad lacus. Fe-
ces etiam vini ſolent deſcendere ad fundum dolij. Sic
vere peccatores qui in dolio et ciuitate eccleſie ſunt fe
ces fetide et immunde: ad fundum et ad lacum ipſius
inferni habent deſcendere et venire. Unde de quodaʒ
magno peccatore: dicitur. Ezechi. xxxj. Commoui gen
tes cum deducerem eos in infernum: cum his qui de-
ſcendunt in lacum. Sic ergo patet quod triplex eſt de-
ſcenſus ad perfectam humilitatem. Et hoc de deſcen-
H dere ſufficit. ¶ Sed ſi vis adhuc aliter diſtinguere
dic ꝙ quintuplex eſt humanus deſcenſus videlicet.

| | |
|---|---|
| Ruinoſus. | Primus eſt cunctorum. |
| Uirtuoſus. | Secundus eſt iuſtorum. |
| Uitioſus | Tertius eſt malorum. |
| Doloroſus. | Quartus miſerorum. |
| Et periculoſus. | Quintus damnatorum. |

¶ Dicam ergo primo de deſcenſu ruinoſo qui eſt ſin-
gulorum: quia ſcilicet per mortẽ oportet omnes in cor
ruptionem deſcendere Ps. Que vtilitas in ſanguinẽ
meo: dum deſcendo in corruptionem. Unde etiam de
quolibet mortuo poteſt dici illud Judicum. xv. Deſcẽ-
dens habitauit in ſpelunca: ſed de iſto nihil amplius. 3
¶ Scḋo dico de deſcẽſu virtuoſo qui eſt iuſtorũ. Unde
dico de iuſtis qḋ ipſi deſcendunt ad opera virtuoſa: ſi
cut etiã viſuʒ eſt ſatis plane. Sicut enĩ video qḋ incole
caſtri in loco altiſſimo cõſtituti ſolent in vallẽ deſcẽde
re ⁊ ibi pro vtilitate ſua exercere varia opera. Sic hõ da
to qḋ ſit in alto caſtro. i. i alta ſanguis nobilitate vel in
alto corpore ideſt in alta ſeculi dignitate. vel in alto ca
ſtro in alta perfectionis eminentia vel contemplatio-
nis ſublimitate conſtitutus debet tamen inferius ad
ſtatum humilitatis deſcendere. et ibi varijs bonis ope
ribus inſudare: et quandoqꝫ contemplationis. opus
intermittere: vt poſſit actiue fructuoſa opera exercere
Exemplo coturnicis: que mare tranſuolans. fatigata
deſcendit quandoqꝫ ad mare. ſed vnam alam erectam
tenet tanꝙ̃ velum quo continue ducatur. Aliam alam
extentam ſuper aquam dimittit vt ibi nauiget atqꝫ re
gatur. Ad denotandum quod nos qui ad mare huius
mundi: neceſſario tanꝙ̃ peregrini ſepe dum tranſimꝰ
ad patriam habemus deſcendere: ſemper alam ſpei
debemus ad deum erigere: alam vero diſcretionis de-
bemus in mundi fluctibus ad nos prudenter regendũ
extentam et dilatatam habere Geneſis. xij. Deſcendit
Abraam in egyptum vt peregrinaretur ibi. Deſcenſus
enim abrae fuit de terra promiſſionis in egyptum ſed
hoc fuit non ad manendum ſed ad peregrinandum.
Sic vere dico quod ſi quandoqꝫ deſcendere oporteat
a terra promiſſionis ad egyptum ideſt a vita contem-
platiua ad actiuam: de religione ad mundum: de ſpi-
ritualibus ad terrena negocia ibi procerto peregrina
ri non manere debemus quia ſcilicet pro tempore quo
bona opera habemus tractare ibi peregrinari licebit:
et rurſum ad contemplatiuam reuerti oportebit. De
deſcenſu ergo quo deſcendit vir iuſtus ad opera virtuo
ſa notabo quod iſte debet.
Deſcẽdere ad culpas abluendũ ſinceriter.
Deſcẽdere ad mortẽ preuidendũ ſagaciter.
Deſcẽdere ad hoſtẽ impugnandũ viriliter.
Deſcẽdere ad virtutes procurandũ vtiliter.
Deſcẽdere ad iuſtitiã perquirendum ſeduliter.
Deſcẽdere ad pauperes fouendum benigniter.
Deſcẽdere ad res examinandũ ſubtiliter
Deſcẽdere ad malos corrigendum ſeueriter.
Deſcẽdere ad ignaros inſtruendum veraciter.
Deſcẽdere ad triſtes conſolandum humiliter.
Deſcẽdere ad preſſos liberandum alacriter.
Deſcẽdere ad iuſtos premiandum liberaliter.
¶ Jſti enim ſunt duodecim deſcenſus boni et virtuo-
ſi ad que diuerſimode conſueuit deſcendere vir perfe-
ctus ſiue ſit ſubditus ſiue prelatus. ¶ Dico igitur qḋ
boni deſcendunt ad culpas ſinceriter abluendum qḋ
ſcilicet proprie debent facere penitentes: figurati in
Naaman leproſo: de quo dicitur. iiij. Regũ. v. Quod
ipſe deſcendit et lauit ſe ſepties in iordane et reſtituta
eſt caro eius ſicut caro pueri. Jtem ad mortem ſagaci-
ter meditandum. vnde illud predictuʒ Eſaie. xlvij. De-
ſcende: ſede in puluere virgo filia babylonis. Et Judi
cum. xv. Deſcendens habitauit in ſpelunca. Spelun-
ca inquit ideſt in ſepulcro per conſiderationem. Et. j.
Regum. xxvj. Deſcendit ſaul in deſertum. Jtem ad ho
ſtem viriliter impugnandum ideſt contra dyabolum
et vitia preliandum. ij. Regũ. xxj. Deſcendit dauid et
ſerui eius

Ayuntamiento de Madrid

ſerui eius cum eo: ⁊ pugnauerūt cōtra philiſtijm. Jtē
deſcendunt ad virtutes viriliter ad procurandū Geñ.
xlij. Deſcendite ⁊ emite nobis neceſſaria. Jlla eñ que
ſuper omnia ſunt neceſſaria ſunt virtutes. Jtem deſcē
dunt ad iuſticiam ſeduliter perquirendū. j. Machab.
ij. Deſcendunt multi querentes iudicium et iuſticiam
in deſertū. Jtem deſcendunt ad pauperes benigniter
refouendum. Unde de zacheo dicitur Luc. xix. Quod
feſtinans deſcendit et ſuſcepit illum gaudens in do
mum ſuam: dicens. Ecce dimidiū bonorū meorū do
pauperibus ⁊c. Jtem deſcendunt ad negocia ſubtiliter
examinandū: quod maxime pertinet ad iudices et pre
latos. vnde Geñ. xviij. Deſcendā ego et videbo vtrum
clamorem qui venit ad me opere compleuerint. ſ. ſodo
mite. Jtē deſcendunt ad malos ſeueriter corrigēdū. ij.
Re. xxiij. Banaias filiꝰ ioiade viri fortiſſimi magno
rū operū de capſael: iſe ꝑcuſſit duos leones moab ⁊ ip
ſe deſcēdit et ꝑcuſſit leonē in ciſterna in diebus niuis
Jtem deſcendunt ad ſtultos veraciter inſtruendum ⁊
informandū. Exo. xix. Deſcende et conteſtare populū
ne velint tranſgredi terminos. Jtē deſcendunt ad tri
ſtes hilariter confortandū Danie. iij. Deſcendit ange
lus domini cum azaria in fornacem: et fecit mediū for
nacis quaſi ventū roris flantē. Jtem deſcendūt ad op
preſſos alacriter liberandū Exo. iij. Uidi afflictionem
populi mei qui eſt in egypto et deſcendi liberare eum.
Jtem deſcendunt ⁊ condeſcendūt ad bonos liberaliter
premiandū: ⁊ ꝓmouendū: quia ſicut dicitur Jacobi. j.
Omne datum perfectū deſurſum eſt deſcendēs a pa
tre luminū. et Exo. xix. Deſcendit moyſes ad populū
et ſanctificauit eos. ideſt promouit et vt ſanctos hono
rauit. Patet igitur quomodo multiplex eſt deſcenſus
k iuſtorū. ¶ Tertio dico ꝙ multiplex eſt deſcenſus malo
rum peccatorum. Peccator enim cum peccat dicitur
deſcendere pro eo ꝙ a rectitudine iuſticie curuatur: et
de bono incōmutabili ad bonū ꝯmutabile inclinatur
et a deo gratia et perfectione cadere ⁊ recedere compro
batur. De vulture enim legit ꝙ tarde ⁊ lente volitat ⁊
aſcendit cito tamen impetuoſe deſcendit. Ponderoſa
enim auis eſt: et ideo viſo cadauere inferiꝰ ſtatim ruit
Sic dico de peccatore: quia proterue pronior eſt ad de
ſcenſum vitiorū ꝙ ad aſcenſū virtutū. Difficiliter eñ
aſcendit ad opera virtuoſa: faciliter vero deſcendit ad
cadauera. i. ad peccata et ad opera vitioſa Geñ. xv. De
ſcenderunt aues ſuper cadauera. Uñ notabis ꝙ mali
multipliciter deſcendunt ad mala. Deſcendunt enim
Ad fluuium deliciarū: vt ibi lauentur.
Ad lectum pigriciarū vt ibi pauſentur.
Ad mare diuitiarū vt ibi turbentur.
Ad curias eminentiarū vt ibi honorentur.
Ad profundū nequiciarū vt ibi ligentur.
Deſcendunt dico ad fluuium deliciarū. Unde de filia
Pharaonis dicitur Exo. ij. Quod ipſa deſcenderat ad
fluuium egypti vt lauaretur in flumine. Egyptus eñ
interpretatur tenebre: q2 ſcʒ fluuius deliciarum obſcu
rat et obtenebrat mentes delicioſorum. item ipſi deſcē
dunt ad locum pigriciarum vnde Jone. j. dicitur. Quod
Jonas deſcēdit ad inferiora nauis: et dormiebat ſopore
graui. Jtem deſcendunt ad mare diuitiarū. Diuitie eñ
mare dici poſſunt: ⁊ hoc propter amaritudinē quā ha
bēt in acquirendo: poſſidendo et amittēdo. ezech. xlvij.
Aque iſte deſcendunt ad plana deſerti et intrabūt ma
re. Jtem deſcendunt ad curias eminentiarū. Eſa. xxx.
Ue qui aſcenditis in egyptum ſperantes auxilium in
fortitudine pharaonis. Jtem deſcendunt in profundū
nequiciarum. vnde Hierem. xlix. fugite: terga vertite
deſcendite in voraginem habitatores dedan. Uorago
enim profundum vitiorum deſignat. deutero. xxxij. De
l ſcenderūt in profundum quaſi lapis. Jſte eſt igitur de
ſcenſus malorum. ¶ Quarto dico quod inuenitur de
ſcenſus miſerorum. Et iſte eſt qñ quis de ſtatu eminē
tis fortune: deſcendit et ruit per infortunia ad ſtatum
infimum et depreſſum. Nihil enim infeliciꝰ ꝙ aliquā
do fuiſſe felicem. Status enim fortune mundane: nō
eſt niſi quidam aſcenſus et deſcenſus. Similis enim vi
detur illis arenarum periculis que dicūtur ſirtes ma
iores et minores. Sunt enim arene quaſi continue bul
lientes: et vento ab interiore flante: nūc in montes aſcē
dentes: nunc in voragines deſcendentes. Nam vbi ho
die montes arenarum videris: ibi cras vallem et ina
ne videbis. vt dicunt tam Jſidorus. ꝙ Solinus. Unde
etiam dicunt quod per loca iſta nulla certa via cogno
ſcitur: immo quiſquis forte illuc ambulat: neceſſe eſt
vt per ſydera ſicut in equore dirigatur. Sic reuera gu
bernat fortuna. Semper enim eſt in quadam ebulli
tione et motu: nunꝙ permanēs in eodem. Nam quos
aliquando facit in montes. ideſt in altos viros creſce
re et aſcendere ſubito facit perire et deſcendere: et vbi
hodie cumulos arenarum ideſt diuitiarum aggregat
inde ſubito vacuat et elongat. et ſic fit ꝙ illi qui flatu
fortune ad magnos ſtatus aſcendunt. faciliter contra
rio flatu ſuo ad yma redeunt et deſcendunt ps. Aſcen
dunt montes et deſcendunt campi in locum quē fun
daſti eis. fundaſti inquit. ſcilicet tua fortuna ideſt oc
culta dei prouidentia. Unde etiam ipſi miſero et infe
lici poteſt dici illud deutero. xxviij. Jpſe aſcendet ſuper
te et erit ſuperior: tu autem deſcendes et eris inferior:
quaſi diceret quandoꝙ fit quod ille qui fuit inferior
fit ſuperior: et ille qui quandoꝙ aſcenderat deſcendit.
Unde de tali deſcenſu et infortunijs magnorum: dici
tur Ezech. xxvj. Commouebuntur inſule: et deſcendēt
de ſedibus ſuis omnes principes maris ⁊ auferent exu
uias ſuas: et veſtimenta ſua abijcient: et induentur ſtu
pore. Jſte autem deſcenſus fit quandoꝙ vt dictum eſt
in hoc fundo per infortunia. ſemper autem vbiꝙ fit
per mortis et inferni ſupplicia infortunatis. Mors eñ
hominem a ſtatu temporalis eminentie neceſſario fa
cit deſcendere: Et ſub terra cum vermibus introire.
Ezechi. xxxij. Quo pulcrior es et deſcende et dormi.
Jſte eſt igitur deſcenſus miſerorum. ¶ Quinto autē
dico quod inuenitur deſcenſus damnatorum: qui ſci M
licet deſcendunt inferius in infernum. De quibus di
citur Baruc. iij. Exterminati ſunt et ad inferos deſcē
derunt: et alij in locum eorum ſurrexerunt. Et ſi vis
notabis quod ad locum iſtum deſcendunt omnes ma
li videlicet.
Jlli qui ſuperbia alta ſunt eleuati.
Jlli qui ſeuicia dura ſunt obdurati.
Jlli qui leticia vana ſunt recreati.
Jlli qui luxuria feda ſunt inquinati.
¶ Dico ergo ꝙ illuc. ſcilicet ad infernū deſcendunt il
li qui ſunt eleuant magna ſuperbia. Unde Eſaie. v.
Deſcendent fortes eius et ſublimes: glorioſiꝙ eius. ſci
licet in infernum qui dilatauit animam ſuam: et ape
ruit os ſuum. Jtem ibi deſcendunt illi qui ſunt obdu
rati fera ſeuicia ſcilicet tyranni et crudeles. De quo
Eſaie. xxxiij. Deſcendent vnicornes cum eis: et tauri
cum potentibus. Jtem ibi deſcendunt qui ſunt recrea
ti vana leticia. Job. xxj. Gaudent ad ſonitum organi:
ducunt in bonis dies ſuos: et in puncto ad inferos de
ſcendunt. Jtem ibi deſcendunt illi qui ſunt inquinati
feda luxuria. Unde de mala muliere dicitur. Prouer
biorum. ix. Quod qui applicabitur ei deſcendet ad in
feros: et qui abſceſſerit ab ea ſaluabitur. Jſti igitur et
alij peccatores ad inferos deſcendunt: et hoc celeriter
ſine dilatione profunditer ſine euaſione crudeliter ſi
ne conſolatione. Celeriter dico. Unde illud. Job. xxj.
Jn puncto ad inferna deſcendunt. Profunditer etiam
Un illud. Job xvij. Jn profundiſſimum inferni deſcen
dunt omnia mea. Crudeliter et inconſolabiliter. Pſ.
Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus
ſum ſicut homo ſine adiutorio. Jſte eſt igitur deſcen
ſus damnatorum: et ſic iterum patet quomodo qua
druplex eſt deſcenſus humanus.
¶ Secundo vero principaliter dico ꝙ inuenitur deſcē N
ſus diuinus. Et iſte proculdubio eſt ille quo deus

Ayuntamiento de Madrid

diuerſimode deſcendit ad hominem. Ipſe enim tam in preterito ꝙ in preſenti ꝙ in futuro.
Deſcendit carnem ſumpturus in matris lilio.
Deſcendit habitaturus in cordis ſolio.
Deſcendit iudicaturus in regni ſolio.
¶ Primus fuit deſcenſus humilis et amoroſus.
Secundus eſt deſcenſus vtilis et fructuoſus.
Tertius erit deſcenſus terribilis et rigoroſus
¶ Primo deſcenſu venit hominē liberare.
Secundo deſcenſu venit hominem viſitare.
Tertio deſcenſu venit hominem iudicare.
¶ Primum deſcenſum fecit caritas.
Secundum deſcenſum fecit bonitas.
Tertium deſcenſum faciet equitas.
Prim⁹ fuit amicicie. ſcd's eſt grē: terti⁹ eſt iuſticie.
¶ Dico ergo primo ꝙ deus deſcendit carnē ſumptur⁹ in matris lilio idest in caſtis viſceribus virginis benedicte. Amenitas enim orti quāꝗ allicit hominē ad deſcendendū in ipm: ⁊ florū et fructuū in eodē. Apes etiā ad ortos deſcendūt: floridas herbas ⁊ arbores querūt: et ibi ſubſtantiā mellis accipiunt. Sic vere ſanctitas beate virginis: ⁊ flores et fructus virtutum que deum ad deſcendendū: ⁊ carnē aſſumendū in ea traxerunt et inuitauerunt Cant. vj. Dilectus meus deſcendit in ortum ſuū ad areolam aromatis. vt paſcatur in ortis et lilia colligat. Ibi enim materiā mellis. i. materiam ſue ſancte humanitatis aſſumpſit ⁊ eam nouē menſib⁹ ſicut bonus apothecarius compoſuit ⁊ confecit: dicēs illud Cant. vj. Deſcendi in ortum nucū vt viderem poma conuallium: et inſpicerem ſi floruiſſet vinea et germinaſſent mala punica. In iſtum enim ortum deſcendit chriſtus: et hoc.
Propter poma conuallium humilitatis
Propter flores vinee virginitatis et puritatis.
Propter mala punica ſue purpuree charitatis.
¶ Et ſi vis notabis ꝙ iſte deſcendit.
Sicut lux ad illuſtrandū tenebras erroris.
Sicut ros ad temperandū latebras ardoris.
Sic medicus ad liberandū grauamen doloris.
Sicut amicus ad viſitandum populū languoris.
Et deſcendit dico ſicut lux ad erroris tenebras illuſtrādū vnde in ps. Inclinauit celos et deſcendit: et caligo ſub pedibus eius. Itē deſcēdit ſicut ros ad ardoris incendia tēperanda vnde Dan. iij. Deſcendit angel⁹ domini in fornacem: ⁊ fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantem. Item deſcēdit ſicut medicus ad doloris periculū auferendū atꝗ curandū ps. Domine inclina celos tuos ⁊ deſcende: tange montes ⁊ fumigabūt. Itē deſcendit ſicut amicus ad languidū populū viſitādū vnde Eſa. lxiiij. Utinā dirūperes celos ⁊ deſcenderes: a
D facie tua montes defluerent ⁊c. Sic igit̄ dico ꝙ xps deſcendit carnē ſumpturus in matris lilio. ¶ Secundo dico ꝙ ipſe deſcendit habitaturus in cordis ſolio ſeu hoſpitio. Xps enim quotidie in cor humanū per grām deſcendit ⁊ ipſum ad bonū incitat et aſcendit. Deſcendit enim ibi. Sicut panis ſatiatiuus oīs egeſtatis. Sicut fluuius irrigatiuus omnis ſiccitatis. Sicut ignis ſeu ſicut ſol illuminatiuus oīs obſcuritatis Sicut murus ſuſtentatiu⁹ oīs fragilitatis. Eſt eñ iſte deſcenſus ſatiatiuus cordis auidi Joh. vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. Item eſt irrigatiuus cordis aridi. ps. Deſcendit ſicut pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Item eſt illuſtratiuus cordis horridi. Unde iſte eſt ſol qui deſcendit per lineas quibus reuerſus fuerat in horologio achab. iiij. Regū. xx. Et breuiter deſcenſus iſte eſt roboratiuus ſeu etiā ſuſtentatiuus cordis ſtupidi. vnde Exo. xxxiij. Deſcendebat columna nubis et ſtabat ante oſtium tabernaculi federis. Columna enim ſuſtentationē deſignat. Patꝫ ergo ꝙ xps quotidie deſcendit habitaturus in cordis
P folio. ¶ Tertio dico ꝙ ipſe deſcendit iudicaturus in regni ſolio. et iſtud erit in extremo iudicio quando ſcilicet chriſtus deſcende ſuper montem oliueti iudicaturus orbem. Et proculdubio iſte erit.
Deſcenſus terroris.
Deſcenſus erroris.
Deſcenſus valoris.
Ibi enī deſcendet xps cunctis terribilis. vñ Exo. xix. di: Quod totus mons ſynai fumabat: eo ꝙ dn̄s deſcēdiſſet ſuper eum in igne: eratꝗ mons totus terribilis. et ſonitus buccine creſcebat: ⁊ deſcendit dn̄s ſuper mōtē. Itē deſcendet malis horribilis. q. ſ. ipſos ibi deſtruet et comburet. iiij. Reg. j. Deſcendat ignis de celo ⁊ comburat te: et quinquaginta tuos. Itē deſcendet cunctis mirabilis et inſuperabilis: q. ipſe eſt ille angelus quē vidit Joh. Apoca. xx. vbi dicit ſic. Uidi inquit angelū deſcendentē de celo: habentem clauem abyſſi: ⁊ cathenam magnā: ⁊ apprehēdit draconem ⁊c. Sic ergo patꝫ ꝙ eſt deſcēſus xpi in regni ſolio. In cordis hoſpitio. In matris vtero. Et iſte eſt igit̄ deſcenſus diuinus: et hoc eſt ſecundū principale: ¶ Tertio vero dico ꝙ eſt deſcē- M
ſus dyabolicus. Dyabolus enim deſcendit de celo ad terram quando cecidit ſuperbiendo: nunc etiam quotidie deſcendit ad nos qn̄ nos temptat ſuggerendo atꝗ nocendo vnde apocal. xij. Ue terre ⁊ mari: q. deſcendit dyabolus ad vos habēs iram magnā: ſciens qm̄ modicum tēpus habet. ſed non plus de iſto. Patet ergo quod eſt deſcenſus humanus. Diuinus et dyabolicus.

## Deſcribere.

Nota ꝙ deſcriptio ſumitur pro declaratione: numeratione ⁊ mē- N
ſuratione rerum omniū. Deſcribitur enim res vt intelligatur. vt memorie cōmitatur et vt eius ſeries clarior videatur. Eſt iterum deſcriptio. Dei et iuſti. A deo enim omnia ſunt deſcripta: et anteꝗ̄ fiant ab eo ordinata. Luce. ij. Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcriberet vniuerſus orbis. Potiſſime autē deſcribitur ab ipſo anima vel eccleſia: pro eo ꝙ de eis maxima eſt ſibi cura. Deſcribitur dico. ſ. in mente ſua per pdeſtinationē eternam vel per prouidentiam et ordinationem quotidianam. Et ſic loquitur deus eccleſie: vel anime Eſaie xlix. dicens. In manibus meis deſcripſi te: et muri tui coram oculis meis ſunt ſemper. Juſtus etiam facit deſcriptionem ſuam. Deſcribit enim ⁊ depingit in tabulis cordis ſui.
Legem diuinam ne eam obliuiſcatur.
Miſericordiam vt eius reminiſcatur.
Mundi tentationē ne per hanc homo vincatur.
Celi poſſeſſionem vt eā adipiſcatur.
Orbis dn̄ationem vt breuius eſſe noſcatur.
Igitur deſcribe tibi in mente tua legē diuinā vt eam memoreris. Unde de principe dicitur. Deutero. xvij. P
Quod poſtꝗ̄ ſederit in ſolio ſuo deſcribet deuteronomium legis huius. Item deſcribe tibi miſericordiam: vt per hāc honoreris. Prouerbiorum. iij. Miſericordia et veritas non te deſerant. Deſcribe eas in tabulis cordis tui: et inuenies gratiam coram deo et hominibus. Item deſcribe mundi tentationem ne in hac ſuperreris. vnde Ezechieli precipitur. Quod deſcribat ſibi ciuitatem hieruſalem. et regem babylonis ipſam impugnantem et obſidentem. Item deſcribe celi poſſeſſionem vt eam amplexeris. Unde de Joſue legitur: Joſue. xviij. Quod ipſe miſit ad deſcribendum terram promiſſionis: vt ſorte diuideretur filijs iſrael. Unde dicit ibidem. Ite deſcribite terram et reuertimini. Item deſcribe mundi regionem et iuriſditionem: vt eam minus appreciceris vnde illud predictum. Luce. ij. Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis: nihil plus ad preſens. Uide vbi Scribere. Liber. Ordinare. Predeſtinatio et ſimilia ⁊c.

## Deſerere. Deſertus.

Nota quod deſerere idem eſt A
quod dimittere et derelinquere: Res etiam deſerta dr: quando nullus de ea curat: ſed a cunctis deſeritur: derelinquitur et fugatur. Eſt igitur deſertio actiua et deſertio paſſiua. Actiua eſt quando quis deſerit illud quod tenebat et iſta vt communiter accipit̄ in malo:

quia ſcꝫ

Ayuntamiento de Madrid

quia ſcilicet mali ſolent deſerere.
Uiam rectam ⁊ equitatem.
Juſticiam et veritatem.
Clementiam et pietatem.
Deſerūt dico viā rectam per quam ambulāt. ſcȝ viaȝ mandatorū et legis diuine. de quo Deu.ix. Deſeruerūt velociter viam quam demonſtraſti eis. Econtra de iu‑
ſtis et bonis dicit in perſona iob illud iob.xxvij. Juſti‑
ficationem meam quam cepi tenere non deſeram. Et
merito: quia procerto ſicut dicit prouer.xiij. Egeſtas
et ignominia ei qui deſerit diſciplinam. Jtem deſerūt
veritatem quam prius ſeruabant. prouerb.xxviij. Pro
bucella panis deſerunt veritatem. Econtra de thobia
dicitur Thob.j. Quod in captiuitate poſitus viam ve‑
ritatis non deſeruit. Jtem deſerunt pietatem qua deo
placebant: cum tamen deberent dicere illud iudicū.ix
c. Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meā. Juxta
illud prouerbio.iij. Miſericordia et veritas non te de‑
ſerant: Et iſta eſt deſertio actiua que ſemper eſt mala
B ¶ Sed adhuc dico quod eſt deſertio paſſiua ⁊ iſta p
culdubio poteſt ſignificare. Statum culpe. Statum
miſerie. Statum pene.
Deſeritur enim peccator gratijs orbatus.
Deſeritur pauper fortuna grauatus.
Deſeritur damnatus gloria priuatus.
Et primo quidē dico ꝙ peccator deſeritur: ⁊ deſertum
efficitur ⁊ deſertus. Deſeritur enī a deo ⁊ in manibus
dyaboli dimittitur et exponitur quādo peccat. Sicut
enim res que nihil valet: a domino ſuo ſolet deſeri cu‑
ius occupanti relinqui. Res autē bone et vtiles ſolent
summopere cuſtodiri. Sic peccator ex quo dei gratiam
perdidit ad nihilum valet vltra: ideo a domino deſeri‑
tur et derelinquitur. Exemplo etiam terre vel arboris
que tunc ſine cultura deſeritur quādo fructificare nō
vult Hiere.xlvj. Memphis in ſolitudinem erit ⁊ deſe‑
retur inhabitabilis. Bonos autē viros fructuoſos et
vtiles deus nunꝗ deſerit. ſed eos diligit et cuſtodit iu‑
dith.xiij. Non deſeruit ſperantes in ſe: quod petens il‑
le dicebat.ij. Machab.j. Exaudiat deus orationes ve‑
ſtras et reconcilietur vobis nec vos deſerat in tēpore
malo quia peccator ē ſicut terra deſerta.
Que eſt ſterilis et ſine fructibus.
Que eſt arida et ſine fontibus.
Que eſt ſola et ſine gentibus.
Eſt dico ſterilis carens fructuū vbertate. Nā quia pec‑
cator non colitur per penitentiam: ideo neceſſe eſt qđ
non habeat bonos fructus id eſt bonorū operum ⁊ vir‑
tutum abundantiam: vnde de ſolitudine conquerebā‑
tur filij iſrael. Nume.xx. dicentes Moyſi. Cur induxi‑
ſti nos in locum iſtum peſſimum: qui ſeri non poteſt
nec ficum gignit et inſuper aquas non habet ad biben‑
dum: quia procerto peccator dicitur locus peſſimus ⁊
deſertus vbi non ſunt aque deuotionis. ficus dulcis
compaſſionis: nec ſemen gratie ſeu ſcientie ⁊ locutiōis
Math.xiiij. Deſertus eſt locus hic. Unde etiam Exo.
xvj. dicit. Cur induxiſti nos in deſertuȝ vt interficeres
nos fame. q.d. Peccator eſt locus penurioſus et deſer‑
tus: vbi nullū bonuȝ reperit de quo aliena indigentia
ſuppleatur. Unde lamentando dicebat Eſaias eſaie.j.
Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtre ſuccenſe igni. Ter‑
ra enim noſtra corpꝰ ē. que eſt deſerta: quia non colit
per penitentiaȝ. Ciuitates noſtre ſunt ſenſus: qui igne
cremati ſunt per auariciam. Peccator igitur deſertus
C eſt et ſterilis quia caret fructuū vbertate. ¶ Secūdo
deſertus eſt qr caret fontium voluptate ſeu humidita‑
te: quia procerto peccator dicitur ſm pſalmiſtā. Ter‑
ra deſerta inuia et inaquoſa. Jbi enim deficit fons la‑
chrymarum qui purificat. fons deuotionis qui letifi‑
cat. fons doctrine qui ſatiat. atqȝ fons gratie qui ſalui‑
ficat. ideo eſai.xv. dicitur. Aque Nemrim deſerte erunt
Aduerte tamen ꝙ aque amare bene inueniūtur in de‑
ſertis: ſicut de alexandro magno legitur ꝙ ipſe fluuiū
quendam inuenit amarioreȝ omni ellebоro: ſicut etiaȝ
de filijs iſrael legitur. Exod.xv. Quod ipſi in marath
inuenerunt aquam amaram quā bibere non valebāt
Sic vere dico ꝙ peccatores carent fontibus aquaruȝ
dulcium ſupradictis. Abundant tamē fontibus ama‑
ris diuerſorū vitiorū. ſcȝ fonte luxurie. gule. auaricie. q̄
procerto amare dicuntur: quia qui his potati fuerint
ad inferni amaritudinem deducuntur. vnde Hiere‑
mias. Hierem.ij. Uocat deſertum terram inhabitabi‑
lem ⁊ inuiam. terram ſitis et imaginem mortis: Caret
ergo peccator fontium voluptate. ¶ Tertio caret gen‑
tium caritate. Locus enim deſertus dicitur quando
a nemine inhabitatur. Sic peccator merito poteſt dici
deſertus: quia deus per gratiā ipſum non habitat: an‑
gelus per amiciciam ipſum non viſitat. Juſtus per ca‑
ritatem ipſum non frequentat. Pauper ad ipſius pie‑
tatem ſepe non clamitat. ps. Fiat habitatio eorum de‑
ſerta: et in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.
Peccator igitur dicitur deſertus: ⁊ etiam ſtatus pec‑
cati dici poteſt deſertum. Unde de peccatore dicitur
Hierem.iiij. Aſpexi et ecce carmelus deſertus erat. De
ſtatu vero peccati dicit dominus Leuit.xxvij. Offendi‑
ſtis me in deſerto ſyn: in contradictione multitudinis
Uide infra vbi deſertū comparatur mundo. Patet er‑
go ꝙ peccator deſeritur cum gratijs orbatur. ¶ Secū‑ D
do dico principaliter ꝙ deſeritur pauper cum fortuna
grauatur. Pauper enim ⁊ paupertatis ſtatus compa‑
rantur deſerto: quotiēs enī ſeipſos fortuna deſerit: om‑
nes alij deſerunt eos. Et ideo tales deſertū ſeu deſerti
merito nuncupantur. Unde Hiere.vj. Deſolabuntur
ciuitates ſine habitatore: ⁊ domꝰ ſine homine: ⁊ terra
relinquetur deſerta. Quia breuiter illi qui ad deſertuȝ
paupertatis deducuntur. ſtatim ab omnibꝰ relinquū‑
tur et etiam a proprijs amicis et parentibus deſerun‑
tur. Et aduerte ꝙ tria genera perſonarum deducūtur
hodie ad deſertum. videlicet.
Status principum ſecularium.
Status clericorum et regularium.
Status ypocritarum ſingularium.
De principibus ſecularibus patet ꝙ ipſos quandoqȝ
fortuna detrahat ad deſertū. Jſti enī quandoqȝ ad miſerri‑
mam fortunā deueniunt vnde dominꝰ ſuperbie taliū
dominatur Ezechi.xxxv. dicens. Ecce ego ad te mons
ſeyr; et extendā manū meā ſuper te. et dabo te deſolatū
atqȝ deſertum: vrbes tuas demoliar: ⁊ tu deſertus eris
Exemplifica de Dyoniſio tyranno: et alijs. Jſti petiſſi‑
me in morte deſeruntur: quia tunc ſubſtitutis alijs de
eis non curatur. Exemplifica de morte magnorum.
¶ De perſonis etiam eccleſiaſticis et regularibus pa‑
tet. quia hodie iſti deſeruntur et deſtituuntur. ⁊ bonis
ſpiritualibus et tēporalibus deſolantur: Unde de mō‑
tibus iſrael id eſt de viris eccleſiaſticis dicitur Ezech.
xxxv. Et loquitur in perſona demonum ⁊ tyrannoruȝ.
Montes iſrael deſerti nobis dati ſunt ad deuorandūȝ
Unde etiam de ipſa eccleſia nunc ſpiritualiter et tem‑
poraliter deſolata dicitur.j. Machabeo.iiij. Uiderunt
ſanctificationem deſertam et altare prophanatuȝ. por‑
tas exuſtas: et in atrijs virgulta nata ſicut in ſaltibus
Sanctificatio enim eſt eccleſia: altare ſunt religioſi:
porte ſunt prelati atria ſunt ſubditi et clerici. Et tamē
proh dolor omnia hodie ſunt deſerta. et a ſua prima‑
ria conditione deſtituta. et temporaliter et ſpirituali‑
ter deſolata. Jgnis enim conſumpſit ſpecioſa deſerti.
⁊c. Joelis. ſecundo. vide infra titulo ſequenti: et vide de
deſerto mundi: et applica ad eccleſiam modernam per
modum infectionis. ¶ De ypocritis vero ſingulari‑
bus qui etiam deſerti ſunt ab omni bono qui deſerto
comparari poſſunt pro eo ſcilicet quia per abſtinentiaȝ
ſuam ſiccam ſicci et ſteriles ſunt. ⁊ tamen fructu bono‑
rum operum omnino carent. poteſt dici illud Aggei.j.
Domus mea deſerta eſt. q.d. illi qui videntur eſſe do‑
mus mea per ſanctitatem: deſerti ſunt per bonorum
operum paucitatem et ſterilitatem. Unde etiam iſti
ſunt vulpes falſitatis de quibus quaſi ad prophetas
inſipientes qui ſequuntur ſenſum ſuum: dicitur.

Ayuntamiento de Madrid

Ezech.xiij. Quaſi vulpes in deſerto prophete tui iſrael
erant. Sicut eñ dicit. Solinus. In deſertis affrice pro
pe athlantem montem apparẽt de nocte imagines. vi
dentur lumina: audiũtur tympana ⁊ mirabilia eſſe vi
dentur ſi tamen quis prope acceſſerit: nihil inuenit et
exinde vt ait panũ et egipanũ incepit opinio. Crediti
ſunt enim panes et egipanes dij rurales animalibus
preſidentes nunq̃ niſi quãdo volunt apparentes. ſta
tum ſuum ignotum agentes et de nocte plus q̃ alias
ſe monſtrantes. Geruaſius etiam dicit. Quod in deſer
tis affrice ſubito apparent imagines quaſi homines
ſubito apparentes ⁊ ſubito diſparentes. De talib9 au
tem fantaſijs feci mentionẽ in meo reductorio morali
in prologo libri quartidecimi Tales autem videntur eſſe
ypocrite qui in deſerto eccleſie ſunt deſerti: quia. ſ. iſti
vidẽtur eſſe et non ſunt. apparent ⁊ diſparent. eſſe cre-
duntur ⁊ tamen exiſtentes non inueniuntur: quia ſcz
in ipſis apparent imagines falſe apparentie: audiun
tur voces falſe eloquentie videntur lumina exempla-
ris conuerſationis ficticie: nihil tamẽ ibi eſt veritatis
ſeu bone exiſtentie. Unde de talibus inconſtantibus
atq̧ fictis dicitur Hiere. xiij. Diſſeminabo eos quaſi
ſtipulã que vento rapitur in deſerto. Patet igitur q̃d
hodie in multis deſertis inueniunt ypocrite: ſingula-
res clerici vel regulares: principes etiam ſeculares. Et
iſta eſt deſertio fortune. Et ſic dico q̃ deſeritur pauper
cum fortuna grauatur. ¶ Tertio dico q̃ deſeritur dã
E natus cuz gloria priuatur. Nullus enim eſt tam deſer
tus nec tam in deſerto: ſicut eſt damnatus. Deſeritur
enim a deo angelis ſanctis nec non ab omni auxilio:
ſubſidio: conſolatione: gaudio et leticia. Et breuiter de
congregatione malorum qui ſunt in inferno poteſt di
ci illud. ij. Eſdre. ij. Ciuitas iſta deſerta eſt. vñ etiaz de
illo loco et habitatoribus eius poteſt dici illud Eſa.
xxiiij. Deſerta eſt omnis leticia: tranſlatuz eſt gaudiũ
terre: relicta ẽ in vrbe ſolitudo: et calamitas opprimet
portas ei9. Et nota ſi vis quod infernus cum ſuis poſ
ſeſſoribus ſunt deſerti.

| | |
|---|---|
| | Uiget eſtub9. |
| Propter ignem voraciſſimũ. | arcet laborib9 |
| Propter laborẽ immenſiſſimuz. | Scatet hoſti |
| Propter hoſtem potentiſſimũ. | b9. Terret ru- |
| Propter locum arduiſſimuz. | pibus. Caret |
| Propter gladium acutiſſimũ. | fontib9 Urget |
| Propter ſitum ſteriliſſimuz. | flatib9. Eget |
| Propter flatum horrendiſſimũ. | fructib9. In de |

ſerto enim inferni eſt ignis eſtuans qui non extinguit
Eſaie. j. Terra veſtra deſerta. ciuitates veſtre ſuccenſe
ſunt igni. Eſt labor qui non minuitur. Deſertum eñ
locus eſt aſper et laborioſus. vnde Hiere. xlix. Per me
metipſum iuraui dicit dominus q̃ in ſolitudinem et
in deſertum: in maledicitionem et in opprobrium erit
boſra: boſra enim interpretatur anguſtia vel tribula-
tio. Ibi eſt hoſtis viduans qui non repellitur. In deſer
to enim ſunt latrones fere et ſerpentes: ſicut in infer-
no demones Eſaie. xxxvij. Uere enim domine deus: de
ſertas fecerunt reges aſſiriorũ terras. Unde infernus
poteſt dici ydumea que interpretat̃ ſanguinea: q2. ſ. ibi
viget crudelitas que nomine ſanguinis deſignatur.
vnde Joelis. iij. Erit ydumea in deſertũ perditiõis. Eſt
etiam ibi ſqualor affficiens quia ſcz turpitudo ⁊ horror
vnde de quolibet damnato poteſt dici illud p̃s. Inue-
nit eum in terra deſerta: in loco horroris ⁊ vaſte ſolitu-
dinis. Item eſt ibi aqua deficiens. In deſerto enim in-
ferni deficit aqua. i. refrigerium conſolationis. Hie-
remie. xxiij. Areſacta ſunt arua deſerti. Item ibi eſt fa-
mes conficiens ſterilitas eñ omniũ bonorũ eſt ibi p̃s.
Nunquid poterit deus parare menſam in deſerto? Itẽ
ibi eſt ventus percutiens. vnde Hiere. iiij. Uent9 vẽs
in dijs deſerti. Et breuiter ſiue per deſertum intelliga-
tur damnatus ſiue etiam infernus conſtat q̃ ibi ſunt
multa mala et multe miſerie et tormenta. Unde com-
minando poteſt dici peccatoribus illud Judicuz. viij.
Conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſq̧ deſer
ti. Uñ etiã de ipſis pctõribus põt dici illud. Hiere. lj.
Cõmouebit terra ⁊ turbabit q2 vigilabit ꝯtra babylo-
nẽ cogitatio dñi vt ponat babylonẽ deſertã ⁊ inhabi-
tabilem. Ptz ergo quomodo triplex eſt deſertio vel de
ſertum ſcilicet damnatorum Miſerorũ et peccatoruz.

**Deſertum.** Dicit aũt deſertũ a deſero. ris. ſcz q2 locus ab hoĩbus deſerit̃ ⁊ qui A
a paucis vel a nemine habitat̃. Et eſt deſertũ locus ſic
citatis ⁊ ſterilitatis ⁊ ſignat in bono ſtatum peniten-
tie et religionis. Eſaie. lj. Ponam deſertũ eius quaſi de
licias. In malo autẽ ſignat ſtatum mundane conuer-
ſationis Sopho. ij. Quomodo factum eſt deſertũ cu-
bile beſtie. In peiori vero ſignat calorem infernalis do
loris et afflictionis. vnde Thob. viij. dicitur. Quod de
monium aſmodeus nomine: ab angelo fuit religatus
in deſerto ſuperiori. ¶ Dicã igitur q̃ eſt deſertũ fre-
quentandum: deuitandũ ⁊ formandũ. Deſertũ frequẽ
tandum eſt locus ⁊ ſtatus penitẽtie ⁊ religionis. frequẽ
tatur eñ q̃ſq̧ deſertũ ꝑpter aquas que ibi ſolent flue
re: propter herbas que ibi ſolent florere: propter aues q̃
ibi ſolent canere. In deſerto enim plus q̃ in alijs inue
niuntur iſta tria. ſ. aque fluentes: herbe florentes: aues
canentes. Sic procerto chariſſimi dico q̃ locus et ſta
tus penitentie et religionis debet a nobis merito fre-
quentari. Ibi enim aque lachrymarũ ⁊ deuotionis. ⁊ la
buntur et fluunt. Ibi flores exemplorũ et honeſte con
uerſationis: florent et matureſcunt: Ibi aues. i. viri ſpi
ritalis conditionis et perfectionis: modulantur et ca
nunt. Iſtud apparuit in beato Johanne: qui fuit auis
ſpiritualis qui dicebat Luce. iij. Ego vox clamantis in
deſerto. Et Luce. j. dicitur. Q̃d ipſe erat in deſerto vſq̧
ad diem oſtenſionis ſue ad populum. Et de xp̃o etiam
dicitur. Luce. iiij. Quod ipſe ductus eſt a ſpiritu in de
ſertum vt tentaretur a dyabolo. frequentemus igitur
iſtum locum. ideſt penitentie aſperitatem: q2 ſicut dr
Joelis. ij. Nolite timere animalia regionis: generabũt
ſpecioſa deſerti. lignũ protulit fructũ ſuum: ficus et vi-
nea dederunt virtutem ſuam. Unde de triplici actu pe
nitentie dicitur Eſaie. xxxv. Aperta erit lingua muto-
rum ecce confeſſio. Sciſſe ſunt aque in deſerto: ecce cõ
punctio. In locis draconum orietur viror mirti et cala
mi: ecce conuerſio et conuerſatio. De iſto ergo dicitur
in p̃s. Pingueſcent ſpecioſa deſerti et exultatione col-
les accingentur. Ubi aduerte q̃ ſicut deſertum eſt.

| | |
|---|---|
| Locus gratus ad habitandũ. | Sic vere dico q̃ |
| Locus ad meditandum. | deſertũ penitẽ- |
| Locus ad militandum. | tie eſt locus ad |

habitandũ: grat9 ꝑpter floridã cõuerſationẽ. Specio
ſa inquit. Ad modulandũ locus per diuine laudis fre-
quentationem. Exultatione. Ad militanduz locus per
ſcandalorum reſecationem. Accingentur inquit. Cur-
ramus igitur ad iſtud deſertum.
Ut recreemur ipſius floribus
Ut iocũdemur diuinis laudib9.
Ut p̃liemur cũ noſtris hoſtibus
Dico ergo primo quod in iſto deſerto poſſum9 recrea B
ri virtutũ floribus: q̃d oſtenditur cũ dicitur. Specioſa
deſerti. Per ſpecioſa enim deſerti intelligitur amenii-
tas florum et herbarum que in locis deſertis et incul
tis ſolent copioſius inueniri ⁊ per quos quidam flores
et herbas nitor honeſte conuerſationis: ⁊ abundantia
virtutis et gratiarum deſignatur que proculdubio in
iſto deſerto ſolent precipue reperiri. Ibi enim debent
eſſe flores roſee charitatis: flores lilij caſtitatis: flores
viole humilitatis flores oliue pietatis. Unde de iſtis
ſpecioſitatibus dicitur illud predictum. Joelis. ij. Ger
minabunt ſpecioſa deſerti. Unde multiplicibus flori
bus et plantis huius deſerti poteſt dici illud. Eſaie.
xlj. Ponam deſertum in ſtagna aquarum: dabo in ſo
litudine cedrum: et ſpinam: et mirtum: et lignum oli
ue. Ponam in deſerto abietem: et vlmum: et buxum
ſimul. Compara omnia iſta. vel diuerſis virtuoſis
perſonis: vel etiam diuerſis virtutibus in deſerto
religionis

Ayuntamiento de Madrid

religionis et penitẽtie habitantib⁹. Sed ꝓcerto hodie
plangit illud propheta Joelis.j. dicens sic. Ad te dñe
clamabo: quoniã ignis comedit speciosa deserti: flāma
combussit oīa ligna regionis: ignis enim charissimi:
signat peccatū auaricie: peccatū luxurie peccatū inui-
die. Ignis auaricie vrit mentem. luxurie vrit carnem. in
uidie vrit vtrãq. Iste est enī ignis vsq ad consumma
tionem deuorans. Job. xxxj. Ignis igitur iste hodie cō
sumpsit speciosa deserti. i. virtutes status penitentie et
religiōis. ignis luxurie deuorat liliū castitatis. ignis
vero inuidie consumit rosam et feruorē: amoris et cari
tatis. Nam procerto charissimi sicut in desertis natu
ralibus habitant quandoq animalia ignem spirãtia
et ꝓducentia sicut sunt dracones: et sicut erant illi ser
pentes. de quib⁹ dicit Deut. viij. Quod in deserto erat
dipsas et serpens flatu vrens. Sic vere in deserto sta-
tus penitentie. scz in religione sunt hodie multi draco
nes sitibundi per auariciam: et multi flatu verborum
vrentes per detractionem et inuidiam Malac. j. Po
sui montem seyr in solitudine: hereditatez eius in dra
cones deserti. Isti enim nitunt comburere et corrodere
flatu detractionū suarū prelatos et superiores: socios et
mediocriores: subditos et inferiores. Et ideo isti figu-
rant in ipsis filijs israel: qui ꝗuis erepti a pharaonis
imperio ad desertum introissent. et ꝗuis pericula ini-
micorū euasissent ꝗuis etiã pane celi nutriti fuissent
in deserto tamen suis exigentibus demeritis: pro ma-
iori parte igne consumpti sunt et plagis varijs interem
pti: sicut patet Nume. xvj. et in alijs multis locis. Sic
vere multi sunt religiosi: qui ꝗuis de dominio pharao
nis dyaboli: ad desertū penitentie transiuerint: ꝗuis
mūdi periculosa euaserint. ꝗuis pane de celo. idest ce-
li doctrina et scriptura nutriti fuerint: igne tamen de-
tractionis et inuidie in deserto religionis taliter inflã
mantur: ꝙ quasi omnes eius incendio deuastantur.
Ignis ergo comedit speciosa deserti: Unde de isto igne
potest intelligi illud Eccli. xliij. Deuorabit montes: et
exuret desertum: et extinguet omne viride. Non sic ergo
C sed in deserto penitentie recreemur virtutū floribus.
¶ Secundo dico ꝙ in isto deserto debem⁹ esse vt mo
dulemur diuinis laudibus Exultatione inquit. Aues
enī in deserto solent secretius habitare et dulcius mo
dulari. Ad denotandū ꝙ si volumus esse in secreto mē
tis per contemplationē: et perfecte modulari per gra
tiarum actionem et per diuine laudis frequentationē
necesse est ꝙ ad desertum penitentie fugiamus. et ꝙ a
turbis mundanorū secedam⁹: et a tumultu. Exemplo
beati iohannis qui fugiens ad antra deserti: modula
batur et clamabat: agite penitentiã etc. Luc. iij. Aues
enim que sunt munde vite et que melodiose cantant: so
lent frequentare desertū: quia scz ibi inueniūtur herbarū
grana vnde recipiūt victū suū. Aues vero que sunt im
munde vite et que horribiliter cantant: sicut sunt cor-
nices et corui nō cantant in deserto et hoc quia carnibus
et cadaueribus nutriuntur que vt cōmuniter in deser
to non inueniuntur. Sic proculdubio viri spirituales: et
mundi diligunt desertum penitentie: vbi granis sacre
scripture pascuntur. et vbi per deuotionem orationē et
laudem deo dulciter modulantur: Sed procerto aues
immunde: corui nigri et peccatores qui a carnibus deli
ciarum et immundicijs nutriūtur qui deo nō modulã
tur: sed horribiliter contra deum et proximum clamãt
et garrulant isti dico nunꝗ volunt desertū penitētie
frequētare: scientes ꝙ cadauera deliciarū ibidē non
habentur. Iste ergo locus debet frequētari vt iocunde
mur diuinis laudibus Esaie. lij. Gaudete et laudate si
mul deserta hierusalem: quod ostēditur cum dicitur.
Exultatione. et in ps. Exultationes dei in gutture eo
rum Esaie. liiij. Lauda sterilis que non parturis: quia
multi filij deserte magis ꝗ eius que habet virum idest
multo plus sunt bona opera continentiū ꝗ coniuga
D torum. ¶ Tertio dico ꝙ frequētari debemus desertū
penitentie ne superemur a nostris hostibus. Accingē
tur. Accingi enī signat armaturã contra hostes. De-
sertum enim est locus valde aptus vt ibi ad militan-
dum contra hostes accingamur. Locus enim est lat⁹:
vbi sunt multa diuerticula: qd valet ad ictus hostiū
declinandū. Locus etiam est desertus vbi sunt multa
adminicula: quod valet ad potestatē hostium subtra
hendaz. Talis ergo locus est status penitentie. ibi enī
tutum est militare contra vitia: quia scz ibi multa sunt
diuerticula: multe vie: multa subterfugia per que po-
test homo hostiū malicias declinare. Ideo dicebat da
uid. Ecce elongaui fugiens et mansi in solitudine. Itez
ibi non sunt offendicula mundi delectabiliū: que ho-
minibus sunt causa ruine: Item ibi non sunt occasio-
nes et adminicula vitiorum: que sunt hostium contra
nos instrumenta seu machine. istis igitur rationib⁹
tutum est ibi cum dyabolo et vitijs inire bellum. Exē-
plo xpi qui ductus est in desertum contra dyabolum
preliaturus: et ab eo tentandus: Luce. iiij. Accingētur
ergo in desertum penitentie ad pugnandum: et cōtra
vitia armabūtur Nume. x. Tu nosti in quibus locis
per desertum castra ponere debemus. Accingētur, in-
quit. Unde Ihiere. iiij. Accingite vos cilicijs et plãgite
Sequitur. Uentus vrens in vijs que sunt in deserto. j.
Macha. ij. Accingimini filij potentes et estote parati
Patet ergo ꝙ istud desertum est frequentandū. Ut cō
tra vitia preliemur vt ibi laudibus iocundemur. Ut
virtutum floribus recreemur. Ibi enim vt dictum est.
Est locus amenus ad recreandū. Est locus quietus ad
modulandū. Et locus paratus ad militãdū. Pingue
scēt ergo speciosa deserti et exultatione colles accingēt. E
Et si vis nota de isto deserto. s. de ecclesia vel religione
ꝙ frequentandū est multiplici ratione. scilicet ꝙ est.

Locus leticie et exultationis.
Loc⁹ iusticie et iurisditionis.
Locus clemētie et recreationis.
Locus sciētie et contēplationis.
Locus cōplacētie et delectationis.
Locus penitētie et macerationis.
Locus eloquētie et ꝑdicationis.
Locus diuine reuerētie et imolatiōis.
Locus amicicie et congregatiōis.
Locus ꝯfidētie et tute habitatiōis.

Est dico locus
exultatiōis et le
ticie. vñ illud
Esaie. xxxv. Le
tabitur deserta
et inuia. Itez est
locus iurisditio
nis et iusticie. j.
Macha. ij. De
scēdunt multi
ad eum querētes iudiciū et iusticiã in deserto. Itē loc⁹
recreationis. scz pauperum et clementie. ps. Nunquid
poterit parare mensam in deserto: nunquid et panem
poterit dare: Item locus contemplationis et scientie.
ps. In terra deserta inuia et inaquosa sic in sancto ap
parui tibi vt viderem virtutem tuam: et gloriam tuaz
Item locus delectationis et complacentie. Esa. lj. Po
nam desertum quasi delicias. Item locus macerationis
et penitētie. Unde de Johanne baptista dicitur. Ma
thei. iij. ꝙ ipse erat in deserto predicans baptismum pe
nitentie. Item locus predicationis et eloquentie Esai.
xl. Uox clamantis in deserto. parate viam domini. Itez
locus est immolationis et diuine reuerentie. Ibi enim
immolat deus homo seipsum Exo. v. Dimitte populū
meum vt sacrificet mihi in deserto. Item est locus cō
gregationis et amicicie. quia scilicet ibi habitãt boni
viri. j. Regum. xxij. Dauid et viri eius erant in deser-
to. ¶ Item est locus habitationis et secure confidēn-
tie. j. Regum. xxiij. Morabatur dauid in deserto in lo
cis firmissimis. Sic igitur accipitur desertum in bo-
no: et pro statu penitentie virtuose. ¶ Sed adhuc di- F
co quod quandoq desertum sumitur pro statu huius
seculi vitioso. Mundus enim iste deserto compara-
tur pluribus rationibus. Desertum enim vt com-
muniter.
Est locus insidiarum et deceptionis.
Est locus molestiarum et afflictionis.
Est locus penuriarum et defectionis.
In deserto enī aues et aīalia capiunt. Serpētes et repti
lia cōmorant fruct⁹ et victualia nō habent. Fugiat er
go istud desertū: quia locus est insidiarum et deceptio

Ayuntamiento de Madrid

nis. Ibi enim cōiter morātur latrones ad inſidiandum: venatores et aucupes ad animalia capiendū: ſicut patet quia ſm phiſologū. Elephas in deſerto decipit cantu puellarū: Rinoceron in deſerto decipitur ⁊ capitur ſpecie virginis que gremium ſibi tendit ſicut ſuperius in locis pluribus iam eſt dictum. Sic vere chariſſimi deſertum huius mundi locus eſt inſidiarum. Ibi enim latrones aucupes et venatores infernales ad captandum animas inſidiantur: et ideo elephantes que ſunt animalia maxima rinocerōtes que ſunt animalia fortiſſima. i. viri iuſti magni et perfecti ibidem diuerſimode capiuntur: Quidam enim decipiuntur per duas puelas. ſ. per dyabolum et per mundū ⁊ hoc quia dyabolus cantat cantilenam ſuperbie mundus vero cantilenam auaricie virgo vero. i. natura mulieris aperit ſinum luxurie et ſic in iſto deſerto diuerſi diuerſimode attrahuntur et in peccati laqueis inuoluuntur locus eſt inſidiarum et deceptionis. ibi enim inſidiātur mali bonis et mali malis Treno. iiij. In deſerto inſidiati

B ſunt nobis. ❡ Secundo dico ꝙ hic eſt locus moleſtiarum et vexationis. in deſerto enim ſolent habitare animalia et reptilia venenoſa et crudelia. propter que moleſtum eſt ibi tranſire. Sic vere in mūdo iſto inueniūtur multa genera pctōrum qui multa bonis inferunt nocumenta. Et potiſſime videt ꝙ ſm ſcripturā in deſerto habitant tria genera beſtiarum. ſcilicet

Onagri qui ſunt animalia magne vagabilitatis.
Struthiones que ſunt animalia magne crudelitatis.
Vulpes que ſunt animalia magne fallacitatis.

Habitant igitur ibi onagri pleni vagabilitatis. Onager enim eſt animal indominabile quod ſocietatē humanam valde fugit: nulli enim iugo ſubijcitur ſed in deſerto continue diuagatur vbi ſepe a leonibus deuoratur. Iſti ergo ſignificāt ſuperbos et obſtinatos: qui per ſeculum nulli iugo diſcipline ſe ſubijciunt. nec alicui ſuperiori vt deberent obediunt. Iſti enim ſocietatē hominū ideſt virorū rationabiliū fugiunt. Quia ſicut dicitur Iob. xxxix. Quis dimiſit onagrum liberū ⁊ vincula eius quis ſoluit cui dedit in deſerto locum? Iſta potiſſime poſſunt dici de apoſtatis qui fracto iugo religionis ad libertatem reduci cupientes. per deſertum huius ſeculi diuagantur: ſicut de demoniaco dicitur. Mar. v. Quoniā nullus poterat eum ligare: immo ſepe ligatus fuerat ſed ruptis vinculis agitabatur a demonijs in deſerto. Et ideo tales quando ſic vagantes inueniūtur a leonib⁹. i. a demonibus morte eterna dānantur q: ſicut dicitur Eccli. xiij. Venatio leonis onager in heremo. Sūt ergo in hoc deſerto onagri ſine ſtabilitate. ❡ Secundo dico ꝙ ibi ſunt ſtruthiones plene crudelitate. Struthio enim crudelis dicitur: q: cōtra ꝓprios filios induratur Iob. xxxix. Induratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui: ⁊ ſignificant quoſdam auaros parcos et tenaces: qui tam ſuis q̄ alienis negant crudeliter ſubuenire. Tren. iiij. Filia populi mei crudelis ſicut ſtruthio in deſerto. ❡ Tertio dico. ꝙ ſunt vulpes plene fallacitatis. Iſti potiſſime ſunt aduocati inter ſeculares. hypocrite inter regulares. De quibus dicitur Ezech. xiij. Quaſi ad prophetas inſipientes qui ſequūtur ſpiritum ſuum. Quaſi vulpes in deſerto prophete tui iſrael erant. Ab iſtis igitur animalibus inferūtur hodie bonis multe moleſtie in deſerto huius mundi ⁊ propter hoc dicitur locus moleſtiarū et turbationis. Sed quarto dico ꝙ iſte eſt locus penuriarū ⁊ defectionis. In deſerto enim eſt ſterilitas omnis boni temporalis, ſic in mundo ſpiritalis Math. xiiij. Deſertus eſt locus hic. Iſtis ergo rationibus debet deſertum huius mundi relinqui: nec a nobis deb; per affectum frequētari. Sumitur ergo deſertu; pro ſtatu ſeculi vitioſo.

D ❡ Sed adhuc dico tertio principaliter: ꝙ quandoq; ſumit pro loco inferni doloroſo. Ideo peccatori dicitur Ezech. xxix. Proijciam te in deſertū. Deſertū enim eſt locus qui cōiter caret fructibus. ſqualet eſtubus viget vepribus ſcatet ſerpentibus. abundat hoſtibus ⁊c. Pone ſicut ſupra in titu. deſerere.

# Deſiderare. Deſiderium.

Deſiderium idem eſt quod feruens appetitus ſeu feruens affectio cordialis: et eſt deſiderium aliquotiens vitioſum: aliquotiens virtuoſum. Vitioſu; enim eſt deſideriū quo deſiderantur delitie carnales Eminentie ſupernales. Diuitie tēporales Prouer. xxi. Anima impij deſiderabit malum Michee. vij. Immaturas ficus deſiderauit anima mea. Virtuoſum enim deſideriū eſt quando deſiderantur illa que ſunt vtilia et honeſta. Illa dico que ſunt nobis proficientia. proximo vero neceſſaria nō nocentia. deo placentia et acceptibilia. Iſta deſiderabat dauid in ps. ci. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Omnia enim deſiderant naturaliter attingere ſuum terminū. peruenire ad ſuum centrū. Coniungi cum ſuo principio: quieſcere in ſuo loco: et inde eſt ꝙ corpa leuia ſicut eſt ignis et aer ſemper deſiderant fore ſurſum vbi ſcilicet eſt ſuū principiu;. ſuum centrū. ſuus locus. ſuus termin⁹. ſua regio. ſua complexio. Sic procerto chariſſimi nos debemus deſiderare et optare vt ſurſum ad bona ſpūalia ꝑuehamur. vt deo qui eſt principiū omnis creature per amoris incendium coniungamur. vt in loco noſtro paradiſi perenniter quieſcamus. vt ad centrū immobilis ciuitatis feliciter attingam⁹. Sic deſiderabat propheta dicens. Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum ita deſiderat anima mea ad te deus. Vbi oſtenditur ꝙ nos debemus deſiderare deū et bona eterna. Vt quid commotiuū noſtre tarditatis. Sicut ceruus: Vt quid mundatiuū noſtre feditatis. deſiderat ad fon. aquarū: Vt quid cōtentiuum oīs bonitatis. Ita deſiderat anima mea ad te deus: Vel ſi vis diuide aliter et dic ꝙ deſiderium noſtrum debet eſſe.

Velox ſine tarditate. Ceruus.
Purum ſine feditate. fontes aquarum
Sanctum ſine vanitate. ad te deus.

Dico ergo ꝙ deſiderare debemus celeriter. ⁊ feruenter B
Et hoc hortatur quādo dicit ꝙ nos debemus deſiderare: ſcilicet deum et bona eterna ſicut ceruus. Ceruus enim animal eſt velociſſimu;: et ideo per velocitatem curſus cerui. celeritas et feruor deſiderij noſtri ad deū poteſt congrue deſignari. Ideo dicit ſponſa Cant. viij. Fuge dilecte mi. et aſſimilare capree hinnuloq; ceruorum ſuper montes bethel. Nos enim debemus aſſimilare capree per ſimplicitatem. hinnulo ceruorum per feruētis deſiderij celeritatem ⁊ eſſe ſuper montes bethel. i. paradiſi per contemplationis ſublimitatē. Deſiderium autem cerui eſt potiſſimū quādo eſt calefact⁹ ⁊ canibus inſecutus vt inueniat fontem. Nō enim cōſueuit ſiſtere in riuulo: ſciēs ꝙ ibi ad plenum non poſſit recreari ſed currit vſq; ad fontē vbi perfecte recreatur et refrigeratur. Sic vere deſiderium noſtrum non debet eſſe ad riuulum mundi bonoru;: immo debemus celeriter recurrere per bona opera ad fontem paradiſi vbi perfecte poterimus recreari. In temporalibus enim nō poteſt eſſe perfecta recreatio ſed in eternis: ⁊ ideo in illis non eſt ſiſtendum. Vnde in ps. Perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum. ⁊ ſuper excelſa ſtatuens me. Et Eſaie. xxxv. dicitur. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus ⁊c. q. d. Nos debemus eſſe ſicut cerui qui per feruēs deſideriū ad bona eterna cito et feruenter debemus currere ⁊ ſaltare. vnde Iere. ij. dicitur. Curſor leuis explicans vias ſuas. Onager aſſuet⁹ in ſolitudine in deſiderio anime ſue attraxit ventu;. Deſideremus igitur deum ⁊ bona ſpiritualia celeriter atq; feruenter. Quia ſicut dicitur Prouerbi. xiij. Deſideriū ſi compleatur delectat aīam

❡ Secundo dico ꝙ ipſi debemus deſiderare ſinceriter atq; innocenter deſiderium enim noſtrum debet eſſe purum: quia ſcilicet non debemus appetere turpia et immunda ſicut porcus qui non deſiderat niſi lutu; Roma. xiij. Curam carnis ne feceritis in deſiderijs: ſ; pura atq; munda. quod oſtenditur cum dicitur. Fontes aquarū C

Ayuntamiento de Madrid

tes aquarum. Fontes enim aquarum denotant lotu-
ram puritatis: mundicie ⁊ affectionis: quia ſicut dici
tur. Prouer. xj. Deſiderium iuſtorum om̄e bonū eſt
vnde de iſta puritate poteſt dici illō. ij. Reg. xxiij. Da
uid deſiderauit aquam de ciſterna que eſt in bethleē
in hoc debemus eſſe ſimiles aſino. De quo dicit Pli.
ꝙ licet multum ſitiat: raro tamen vult bibere niſi ad
fontes aſſuetos ⁊ claros. Unde de onagro q̇ eſt aſin⁹
ſilueſtris: ꝙꝙ multum ſitiat: nunꝙ tamen vult bibe
re aquam turbidam: immo expectat quouſqꝫ inueni-
at claram. vnde illud. ps. Expectabant onagri in ſiti
ſua. In quo ꝓculdubio inſtruimur: ꝙ ſitis ⁊ ardor de
ſiderij noſtri nunꝙ debet appetere aq̄s turbidas vo-
luptatis: ſed aquas claras ⁊ mundas gratiarū ⁊ vir-
tutum: quod vtiqꝫ eſt contra peccatores fetidos ⁊ im
mundos: qui magis deſiderant aquam turbidam ꝙ
limpidam: temporalia ꝙ eterna: carnis voluptatem
ꝙ mundicie ſanctitatē. Iſti ſunt ſimiles illis qui na
ſcuntur in conſtellatione ſaturni: qui naturaliter de-
ſiderant veſtimenta immunda: animalium immun-
da tangere: ⁊ in locis immundis habitare: ſicut dicūt
aſtrologi. Sic vero mundi peccatores immundicias
diligunt ⁊ frequentant. Iſti enim diligunt immundi
ciam veſtimentorum. i. bonorum temporalium: ⁊ im
munda animalia ⁊ mulieres viles ⁊c. Unde Roma. j.
Tradidit eos in deſideria cordis eorū ⁊ in im̄undici
am. Eph. ij. Conuerſati ſumus in deſiderio carnis no
D ſtre. Non ſic ergo: ſed habeamus deſideria pura ⁊ mū
da: ⁊ deſideremus ſinceriter atqꝫ innocenter ¶ Ter-
tio dico: ꝙ deſiderare debemus ſagaciter atqꝫ pruden
ter: q. ſ. deſideria noſtra debent ordinari ad te deus:
tanꝙ ad finem ⁊ terminum omnium bonorum com-
pletiuum. Homo enim naturaliter habet vultū ſur
ſum ⁊ erectum. Apes etiam dormiunt ſupine verſa fa
cie verſus celum. Ceruus ſentiens pruritum in corni-
bus: ad arborem fricat ipſa. Sic ꝓcerto cariſſimi vul
tus cordis noſtri ſurſum debet ad deū ⁊ ad bona ope
ra eſſe per deſiderium eleuatus: non ad terram ⁊ ter-
rena more pecudum inclinatus. Ad arborem enim. ſ.
ad xp̄m debemus prurit⁹ deſideriorum extinguere: ⁊
quando in bonis temporalibus quieſcimus ⁊ dormi-
mus: ſemper debemus faciem cordis noſtri ſurſum
ad bona eterna per deſiderium ſuſpirare: vertere pari
ter ⁊ leuare. Ad te ergo deus. Eſa. xxvj. Anima mea de
ſiderauit te in nocte. Deſiderium omnium animali-
um eſt videre pantheram ꝓpter pulcritudinē pellis
ſue. Et ideo ſm̄ Iſido. dicitur panthera a pan: quod ē
omne: eo ꝙ oculos ⁊ deſiderium omnium ad ſe tra-
hat. Omnes etiam homines: ſicut dicit̄ in. j. lib. me-
taphiſice: naturaliter ſcire deſiderant: omnia etiam
imperfecta naturaliter deſiderant perfici ⁊ compleri
⁊ quia igitur in paradiſo eſt complementum ſine di-
minutione: eſt ſciētia ſine erroris obfuſcatiōe: eſt pul-
critudo ſine turpitudinis deformatione. Ideo locum
iſtum deſiderare debemus: quia ibi eſt omniū bono-
rum complementum alliciens: quia allicit affectum
Ibi eſt ſcientia perficiens intellectum. Ibi eſt pulcri-
tudo alliciens aſpectum. Pulcritudo enī ipſius pan
there. i. ipſius dei tanta eſt: ꝙ om̄es eius aſpectu deſi-
derāt recreari. vn̄ Eccli. xl. Gr̄am et ſpēm deſiderabit
oculus. Et. j. Pet. j. dicit̄: ꝙ deus eſt in quē deſiderant
angeli ꝓſpicere. Scientia etiam ipſius eſt tāta ꝙ om-
nes eius viſione deſiderāt informari. vnde. ij. Paral.
ix. Omnes gentes deſiderabant videre faciē ſalomo-
nis: ⁊ audire ſapientiā eius. Complementū etiam ſue
bonitatis tantum eſt ꝙ omnes ſua gloria deſiderant
ſatiari. vnde Prouer. xiij. Deſiderium ſi compleatur
delectat animam: deum igitur bona eterna deſidere-
mus. Non ſimiles illis qui abhorentes cibari māna
ad terrā promiſſionis fragrauerūt deſiderio carnium
Nume. xj. propter quod multa milia perierunt: ſed
ſimus ſicut apoſtolus. Phil. j. Qui deſideriū habe-
bat diſſolui et eſſe cū chriſto. Sit igitur deſideriū no

ſtrum ſagax ⁊ ſanctū ſine prauitate: purum ⁊ mun-
dum ſine feditate: velox ⁊ citū ſine tarditate. Et hoc
de deſiderio ſufficit. ¶ Sed ſi volumus proſequi lati E
us materiam iſtam: poſſumus notare: ꝙ ſm̄ naturā
deſiderabilium poſſumus diſtinguere naturā deſide-
riorum. Cum igitur res que deſiderantur ſint in tri-
plici differentia: quia. ſ. aut ſunt ſpirituales: aut ſunt
tēporales: aut ſunt eternales Notabo ꝙ tria ſunt ge-
nera deſideriorū. ſ. perfectorum qui deſiderant ſpiri-
tualia. Iniquorum qui deſiderant tēporalia. Beato-
rum qui deſiderant eternalia. Primum deſiderium
ad bonum terminatur: quia ſicut dicitur. Prouer. xj.
Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt. Secundum
deſiderium in vanis delectatur. Prouer. xxj. Anima
impij deſiderat malum. Tertium deſiderium in ſum-
mo quietatur. ſ. in deo quo fruitur in paradiſo. Pro-
uer. x. Deſiderium ſuum iuſtis dabitur. ¶ Dicamus
igitur aliquid de deſiderio iuſtorum: quod. ſ. habent
dum tranſigunt vitam iſtam omnia em̄ que ſunt vi-
dentur habere deſiderium inquietum. Celeſtia enim
deſiderāt iugiter parere. Rationabilia vero ſicut ſunt
anime deſiderant ſemper exiſtere: ⁊ breuiter om̄is res
ſemper eſt in deſiderio ⁊ in motu. Materia enim eſt ī
potentia ad formas infinitas: ⁊ ideo ſemper deſiderat
nouas formas quouſqꝫ inueniat aliquam formā ita
completam: ꝙ terminari poſſit ipſius appetitus. Sic
vere dicam: loquendo ſpiritualiter: ꝙ reuera mens iu
ſtorum ſemꝑ debet eſſe in deſiderio ⁊ in motu: quia. ſ.
ſemper debet deſiderare vt currat ⁊ moueatur per bo-
nam affectionem: vt pariat per bonam operationem
vt exiſtat per bonam perſeuerantiam ⁊ durationem.
Uirtutes em̄ ⁊ bona ſpiritualia ſunt quedā bona de
ſiderabilia: q: ſicut dicitur in. ps. Iſta ſunt deſiderabi
lia ſuper aurum ⁊ lapidem precioſum multū ⁊ dulcio
ra ſuper mel ⁊ fauum. Et ideo iuſti talia bona ſolum
deſiderant ⁊ affectant: ⁊ in eis tantūmodo ſe delectāt
Et ſic ergo notabo ꝙ boni ⁊ iuſti deſiderant.

Bonū operari cū iugi ꝓfectu.
Deū imitari toto affectu.
Deū amplexari amoris affatu.
Uera contemplari ſplendoris aſpectu.
Donis inſpirari ſpūs iniectu.
Crucem venerari doloris obiectu.
Bonis ſociari feruoris adiectu
Iuſte conuerſari ſine defectu.
Surſum honorari omiſſo deſpectu.
Uitam prolongari in dei conſpectu.

In iſtis em̄ decem debet precipue volui deſiderium viri iuſti. Deſideret igitur bonū operari. Eccli. xlij. ꝙ deſiderabilia ſunt opa ei⁹
Item deſideret deū imitari. Michee. vij. Dominum
deū tuū deſiderabunt. Itē deſideret deū amplexari:
dicens de deo illud quod dicit ſponſa. Cant. v. Quod
guttur eius ſuauiſſimū: ⁊ totus deſiderabilis. Unde
de deuotiōe viri iuſti dicitur. Eſa. liij. Deſiderauim⁹
eum virū dolorū ⁊ ſciētē infirmitatem. Item deſi-
deret vera cōtemplari. Unde de ſapientia que cōſiſtit
in contemplatione veritatis dicitur. Prouerbiorū. iij.
ꝙ ſapiētia precioſior eſt cunctis operibus: ⁊ omnia q̄
deſiderantur huic non valent cōparari. Item deſide-
ret donis inſpirari: donis ſcilicet ſpiritusſancti. vnde
Hiere. xiiij. de onagro dicitur: ꝙ ī deſiderio anime ſue
attraxit ventū. Item deſideret crucē venerari. Cant.
ij. Sub vmbra illius quem deſiderabam ſedi: ⁊ fruct⁹
eius dulcis gutturi meo. Item deſideret bonis ſocia-
ri dicens cum apoſtolo. Rom. j. Deſidero enim vos
videre vt aliquid vobis impartiar. Item deſideret iu
ſte conuerſari. ps. Concupiuit anima mea deſidera-
re iuſtificationes tuas in omni tēpore. Itē deſideret
ſurſum recreari: ſcilicet in paradiſo cum deo dicens il
lud. Phil. j. Deſiderium habens diſſolui et eſſe cum
chriſto: ⁊. ps. Deſiderat anima mea ad te deus. Siti-
uit anima mea ad deum fontem viuum. Item deſide-
ret vitā prolongari ſeu etiam perpetuari. ps. Deſide-
rium anime eius tribuiſti ei domine: ſequitur. Uitā
petijt a te et tribuiſti ei domine longitudinē dierū ⁊c.



Ayuntamiento de Madrid

Ecce igitur que ſunt deſiderabilia viro iuſto Iſta eñ
deſiderant iuſti: ⁊ tamen a ſuo deſiderio non fraudã⸗
tur ſm ps. Nõ ſunt fraudati a deſiderio ſuo: ſ; iſtud
eorum deſiderium in omnibus perficitur ⁊ repletur.
ps. Replet in bonis deſiderium tuũ: renouabitur vt
aquile iuuentus tua. Patet igitur ꝙ eſt vnum deſi⸗
f derium: quod eſt iuſtoꝛu; ⁊ hoc eſt pꝛimũ. ¶ Secun
do dico ꝙ eſt vnum deſiderium quod eſt maloꝛũ. In⸗
firmi eñ deſiderãt contraria ⁊ nociua. Poꝛci etia; de
ſiderant ſtercoꝛa: ⁊ generaliter animalia immunda.
Sic peccatoꝛes qui infirmi ſunt ⁊ immundi: imunda
peccata deſiderant: ⁊ in eis plus ꝙ̃ virtutibus ſe dele⸗
ctant. Mali eñ non ceſſant deſiderare: ⁊ res immun
das ⁊ iutiles affectare: ſimiles mari quod ſemper eſt
in fluxu ⁊ in motu ⁊ maxime in hyeme: niſi foꝛte quã
do auis illa que dicitur altion nidificat inter vndas
tunc enim per. xiiij. dies: vt dicit Pli. ⁊ etiã liber rerũ
⁊ ad hoc concoꝛdat Ouidius: mare ceſſat a fluctibus
⁊ vt aui det ſpacium fouendi pullos: quietum efficit
⁊ ſerenum. Quia reuera coꝛ humanũ quod mari ſpu⸗
moſo ⁊ fluctuoſo cõparatur: per mala deſideria ſemꝑ
mouet: et fluctibus ↄcupiſcẽtiaru; inutiliũ agitatur
Unde Prouer. xxj. Deſideria occidunt pigrum: nolu
erunt enim quicꝙ̃ manus eius operari: tota die con⸗
cupiſcit ⁊ deſiderat. Tunc eñ ſolum quãdo alta auis
altion. i. deus coꝛ humanũ per gratiã inhabitat: ⁊ ibi
moꝛatur ⁊ nidificat: pullos bonoꝛũ affectuu; ibi par⸗
turit ⁊ generat: tandiu ſolum coꝛ humanũ per varia
deſideria non fluctuat: ⁊ fixum quietu; ⁊ ſtabile pſe⸗
uerat: ſtatim vero ꝙ iſta altionis. i. chꝛiſti nidificatio
ceſſat ſtatim motus vanoꝛum deſiderioꝛu; mare coꝛ⸗
dis agitat atꝙ turbat: quia reuera ſolius dei pꝛeſen⸗
tia ipſu; facit quietũ: dei vero abſentia turbulentu;.
Et inde eſt ꝙ boni qui ſecum deu; habent non deſide
rant ſuperflua. Iuxta illud. j. Theſ. iiij. Nullius ali⸗
quid deſideretis. Mali vero qui vtiꝙ deo carent: ſem
per deſiderant contraria ⁊ nociua. Michee. vij. Im
maturas ficus deſiderauit anima mea. Mature eñ
ficus ſunt bona ſpiritualia ⁊ eterna. De quibus Hie
re. xxiiij. vbi iuſto calato comparato dr̃: ꝙ fic9 bonas
habebat nimis. Ficus vero ĩmature ſunt bona tẽpo⸗
ralia ⁊ terrena etiam illa: que ab eis ſubſequuntur de
lectabilia ⁊ peccata. De quibus ibide;: quãtu; ad ma
los dr̃: ficus habebat malas nimis: ita vt comedi nõ
poſſent. Immaturas ergo ficus. i. bona cõmutabilia
⁊ terrena: ⁊ etia; quelibet vitia deſiderant ipſi mali: ⁊
ad ea appetẽda ſunt auidi atꝙ pꝛompti. vnde. j. Thi.
vj. dr̃ ꝙ mali incidunt in deſideria multa ĩutilia ⁊ no
ciua: que mergunt homine; in interitu;. Iſta autem
deſideria ſm Sen. epl̃a. xvj. vocantur ĩnaturalia: que
ſcilicet non habent vbi deſinant: quia nullus termi
nus illis eſt: cum vt ait naturalia finita ſint: vnde ait
in fine eple. Si longe pꝛogreſſo ſemper aliquid longi
us reſtat: ſcito illud naturale nõ eſſe. Notabo igitur
ꝙ mali deſiderant multa mala. vic;.

Carnalia que inficiunt.
Tempoꝛalia que deficiunt.
Secularia que non pꝛoficiunt.

Deſiderãt di co dl̃icias car nales. Uñ de
malis dr̃. j. Pet. iiij. ꝙ ipſi ambulauerunt in luxurijs
deſiderijs ⁊ violentijs contra illud. j. Pet. ij. Abſtine⸗
te vos a carnalibus deſiderijs que militant aduerſus
animam. Et illud. Rom. xiij. Curam carnis ne feceri⸗
tis in deſiderijs. Item deſiderant diuitias tẽpoꝛales
contra illud. Prouer. xxiij. Non deſideres de cibis ei9
in quo eſt panis mendacij. Noli laboꝛare vt diteris.
Item deſiderant eminentias populares. Iob. xxx. Ab
ſtulit quaſi ventus deſiderium meum. Uentus enim
ſignat fauoꝛes ⁊ dignitates: pꝛopter inanis gloꝛie va⸗
nitatem: quas tamen quidã affectant: iuxta illud pꝛe
dictu;. Hiere. xiiij. In deſiderio anime ſue attraxit vẽ⸗
tum. Tales ergo mali deſideratoꝛes ſunt fatui: quia
vic; per talia vana carnalia: tempoꝛalia ⁊ ſecularia de
ſideria moꝛs ſequitur ſempiterna. Ro. j. Exarſerunt

in deſiderijs ſuis ⁊c. Sequitur. Qm̃ qui talia agũt di
gni ſunt moꝛte. Bene ergo docet. ij. Thimo. ij di. Iu⸗
uenilia deſideria fuge. Iſtud eſt igitur deſiderium qḋ g
eſt maloꝛũ. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vnum deſideriũ qḋ eſt
ſanctoꝛu;: ⁊ iſtud eſt illud quo beati in patria delectã
tur. In illa enim fit delectatio ſine deſiderio: qꝛ ſicut di
citur Pꝛouerbio. xiij Deſideriũ ſi cõpleat aĩam dele⸗
ctat. Cum igitur in paradiſo ſit ſumma delectatio. re
ſtat ꝙ ibi eſt deſideriũ valde magnũ. Iſtud autẽ deſi
deriũ nihil aliud eſt ꝙ̃ amoꝛ feruẽtiſſimus: quo. ſ. bea
ti feruntur in deũ: ipſo fruentes deſiderando: ⁊ ipſum
deſiderãtes fruendo ⁊ poſſidẽdo. Et aduerte ꝙ iſtud
deſideriũ quietatur pꝛopter plura: videlicet

Quia videt omnem veritatem.
Quia guſtat oẽm voluptatem.
Quia habet altam dignitatẽ.
Quia complet ſuã volũtatem.
Quia tenet longã eternitatem.

¶ Primũ deſi deriũ ꝑficitur deũ cõtẽplãdo vñ illud pꝛedi⸗ ctũ. ij. Parali⸗
po. ix. ꝙ om̃is terra deſiderabat videre faciem ſalomo
nis ⁊ audire ſapientiã eius. Et pone quomodo regina
ſaba. i. aĩa veniens ⁊ vidẽs: nõ habebat vltra ſpiritum
pꝛe timoꝛe. Tãta eñ ⁊ tã miranda videntur in illo ſpe
culo eterno: ꝙ nõ mirũ ſi aĩa videns ſtupeat ⁊ miretur
dicens illud Pꝛouerb. vij. Uictimas pꝛo ſalute deuo⸗
ui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in oc⸗
curſum tuum deſiderans te videre ⁊ reperi. ¶ Secun⸗
dũ deſideriũ ꝑficit bona deguſtãdo: vñ illud pꝛedictũ
Pꝛouerb. xiij. Diſideriũ ſi cõpleatur delectat animã
ps. Replet in bonis deſideriũ tuũ. ¶ Tertiũ deſideriũ
perficitur alte pꝛeſidendo. iij. Reg. ix. Regnabis ſuper
omnia que deſiderat aĩa tua. ¶ Quartũ vo deſideriũ
perficit vota adimplendo Eccl̃i. vj. Nihil deeſt ex omi
bus que deſiderat: ⁊ in ps. Deſideriũ aĩe eius tribui⸗
ſti ei dñe: ⁊ volũtate labioꝝ eius nõ fraudaſti eũ: ⁊ ite⸗
rũ ps. Deſideriũ pauperũ exaudiuit dñs. ⁊ Pꝛouer. x.
Deſideriũ ſuũ iuſtis dabit. ¶ Quinto vo deſiderium
perficit in diu viuẽdo vel perpetuo pſeuerãdo. vñ illud
pꝛedictũ. Replet in bonis deſideriũ tuũ: renouabitur
vt aquila iuuẽtus tua. Patet igit quomodo inuenit
deſideriũ ſanctoꝝ ⁊ beatoꝝ: maloꝝ ⁊ iniquoꝝ: bonoꝛũ h
⁊ ꝑfectoꝝ. ¶ De deſiderabili vo poſſet notari ꝙ mul
ta ſunt q̃ a iuſtis debẽt deſiderabilia reputari: vc;

Scriptura.
Uirtutes.
Eccl̃ia vel religio.
Gloꝛia paradiſi.

¶ De ſcriptura põt dici illud Pꝛouer. viij. Pꝛecioſioꝛ eſt ſa pientia cunctis opibus: ⁊ om ne deſiderabile ei nõ poteſt cõ
parari. De virtutib9 dicit a deo ipſi aĩe virtuoſe illud
Eſaie liiij. Sternã per oꝛdinẽ lapides tuos: fundabo
te in ſaphiris: ponã iaſpidem pꝛopugnacula tua ⁊ oẽs
poꝛtas tuas in lapides ſculptos ⁊ oẽs terminos tuos
in lapides deſiderabiles. Dyabolus tamen quandoꝙ
ciuitatem aĩe deſtruit: ⁊ om̃ia deſiderabilia ſua ⁊ vir⸗
tualia ſecu; tollit. Unde hieruſalem deſtructa plãgen⸗
do dicit Treno. j. Manum ſuã miſit hoſtis ad oĩa de⸗
ſiderabilia eius. ⁊ Oſee. xiij. dꝛ de dyabolo: ꝙ ipſe deri
piet theſaurũ om̃is vaſis deſiderabilis. De eccleſia ve⸗
ro vel religione quomodo antiquitus pꝛopter abũdã
tiã virtutũ ⁊ bonarũ perſonaꝝ fuit delectabilis ⁊ deſi
derabilis patet: qꝛ ꝑpter ſuã moꝛalẽ pulcritudinẽ: an
tiquitus oẽs pꝛincipes eccleſiã diligebãt ⁊ deſiderabãt
⁊ eam diuitijs ⁊ priuilegijs deſiderabilius ampliabãt
Unde de dauid rege legit ij. Reg. xxiij. ꝙ ipſe deſidera
uit aquã de ciſterna: que eſt iuxta poꝛtã bethleem: ſed
reuera hodiernis tẽpoꝛib9 iſta apud iſtos iã nõ eſt de⸗
ſiderabilis: ſed potius vilis ⁊ vituperabilis. Qḋ patet
qꝛ ipſam non honoꝛãt nec ditant: ſed potius depaupe
rant ⁊ moleſtãt: ⁊ bona q̃ pꝛedeceſſoꝛes eoꝝ eccleſie cõ
tulerãt ſecum poꝛtãt. De quo conquerens dñs dicit.
Ioelis. iij. Argentum meum ⁊ aurũ meũ tuliſtis: ⁊ de⸗
ſiderabilia mea ⁊ pulcerrima intuliſtis in delubꝛa ve⸗
ſtra Exẽplifica quomodo ꝑncipes quicquid poſſunt
de eccleſia rapiunt: ⁊ delubꝛa ſua. i. domos ⁊ pallacia
ſua inde replent ⁊ oꝛnãt. ⁊ breuiter iſti eccl̃iam xpi deſi
derabilem

Ayuntamiento de Madrid

ſiderabilez ſolent contēdere. ps. Pro nihilo habuerūt
terram deſiderabilem. Solent ſubuertere. Hiere. xij.
Dederunt portionem meam deſiderabilem in deſer⸗
tum. Solent diripere. vnde illud predictum. Treno. j.
Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia
eius. Et ratio ſequitur: quia vidit gētes ingreſſas ſan
ctuarium tuum: de quibus preceperas ne intrarēt ec⸗
cleſiam tuam. q. d. cā quare deſiderabilia ſua auferūt
hodie ab eccleſia eſt: quia non habet tales eccleſiaſti⸗
cos ſicut ſolebat: imo pcerto tales habet: de quibus
preceptum ne intrent eccleſiaz. ſ. homines peruerſos
⁊ malos de quibus etiam eccleſia moderna recordās
poteſt gemere: iuxta illud Tre. j. Recordata eſt hieru
ſalez omnium deſiderabiliuz ſuorum: que habuerat
a diebus antiquis: cuz caderet ppl's eius in manu ho
ſtili. q. d. bene poteſt dolere hirl'm. i. eccleſia: quando
recordatur antiq̄ deſiderabilia: ⁊ moderna vicz hoſti
lia: ⁊ crudelia. Iſta etiam omnia potes applicare ad
ſpiritualia deſiderabilia eccleſie. ſ. ad virtutes: ⁊ ad
virtuoſas perſonas: quibus etiam ipſaz tyranni. i. de
mones priuauerunt ⁊ in ſolitudinem reduxerūt. De
quo lamentando dicitur. Eſa. xxxij. Plangite inquit
ſuper regiōe deſiderabili ſuper vinea fertili: ſuper hu⸗
mum populi mei: ſpine ⁊ vepres aſcendent. De gloria
vero eterna que. ſ. ſumme deſiderabilis eſt: hoc ſoluz
ad pñs dico: ꝙ peccatores iuxta illud predictuz. Ps.
Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilē ⁊c. ſuffici
at ergo de deſiderio deſiderabili: ⁊ deſiderare. Vide de
concupiſcere: affectio: ⁊ appetere ⁊c.

A **Deſinere.** Nota ꝙ deſinere idem eſt quod ab
ope vel a duratione ceſſare. Nota
igitur ꝙ in ſcriptura inuenitur.

Deſinere nature.
Deſinere gratie.
Deſinere culpe.
Deſinere fortune.
Deſinere pene.

Natura deſinimus
per mortem deficien
do. Sap. v. Nos ſta⸗
tim nati: cōtinuo de
ſiniuius eſſe. Gratia
deſinimus a malis reſipiſcēdo. ps. Deſine ab ira ⁊ de⸗
relinque furorem. Et Eccli. xxviij. Memento nouiſ⸗
ſimorum ⁊ deſine inimicari. Culpa deſinimus: virtu⸗
tes obliuiſcendo: vel a bonis ceſſando: ⁊ diſcōtinuan
do: qd tamen non debet eſſe: q2. ſ. nullus debet a bono
deſinere aut ceſſare. Iuxta illud Hiere. xvij. vbi de bo
na arbore dr: quod aliquando non deſinet facere fru
ctum. Unde etiam de perſeuerantia in bono dicit il⸗
lud. Eccli. xxiiij. Ab initio ⁊ ante ſecula creata ſum: et
vſqз ad futurum ſeculum non deſinam. Iſtud eñi eſt
deſinere culpe: qñ homo ceſſat a bono opere ⁊ virtu⸗
te. Fortūa deſinimus: a pſperis cadendo ⁊ corruendo.
De quo Eſa. vij. Deſinet ppl's eſſe effrayз pena. ſ. eter
na deſinimus gloriam nunꝗ̄ habendo: q2 ſ. deus ceſ
ſat ⁊ deſinit influere bonis gloriam ſempiternā: quaz
tamen beatis ⁊ bonis influit: ⁊ donat inceſſanter: di⸗
cens illud. Hiere. xxxij. Feriam cū eis pactum ſempi⸗
ternum: ⁊ non deſinam eis benefacere ⁊c. Vides ſ. de
ceſſare.

**Deſolatio. deſolatus. deſola**
ri Nota ꝙ deſolatio accipitur p triſtitia. Et ſic nota
bo ꝙ inuenit in ſcriptura multiplex deſolatio vicз.
Quedam bona virtualis et meritoria.
Quedam mala criminalis ⁊ inturbatoria.
Quedam vana temporalis ⁊ afflictoria.
Quedam peſſima infernalis ⁊ damnatoria.
Deſolantur eñi iuſti pfunde meditantes: q2. ſ. iuſti p⸗
funde cogitant in grauitate p̄cedentiū peccatoruз in
paucitate meritoꝝ: in ſeueritate dei iudicioruз: i acer
bitate tormentoꝝ: ⁊ in plongatione ſupnaliū gaudio
rum: ſolent quadam ſpirituali deſolatione triſtari: ⁊
timore congruo conturbari. Unde anima ſic ſpiritu⸗
aliter ⁊ virtualiter deſolata pōt dicere illud. Treno. j.
Poſuit me dominus deſolatam: tota die merore con
fectam. De quo poteſt etiam intelligi illud: quod di⸗
cit dominus. Eſa xliiij. Dico hierl'm habitaberis ⁊ ci
uitatibus iude edificabimini: ⁊ deſerta ei9 ſuſcitabo:
qui dico profundo deſolare: ⁊ flumina tua areſaciaз.
Et illud Hiere. ij. Obſtupeſcite celi deſuper: ⁊ porte ce
li deſolamini vehementer. ¶ Item deſolātur mali de
deo deſperantes. Mali enim qui ſpem ſuam nō poſu B
erunt in deo: occaſione facili deſolantur. Unde de pec
catoribus dicitur. ps. Quomodo facti ſunt in deſola
tionem: ſubito defecerunt: perierunt pper iniquita⸗
tem ſuam. Et Math. xij. de malis dicit: ꝙ omne re⸗
gnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Res enim di⸗
citur deſolata: quando deſtructis edificijs bona om⸗
nia ſunt conſumpta. Sic peccator deſolatus dicitur
quando ſpiritualiter deſtruitur: ⁊ bonis ſpiritualib9
ſpoliatur. Ezech. xv. Dedit terram coruз inuiam ⁊ de
ſolatam. Item etiam religio ⁊ eccleſia pro eo: ꝙ a ſuo
priſtino ⁊ ſpirituali ſtatu eſt deſtructa: ⁊ virtutibus
pro magna parte priuata: dici poteſt merito deſolata
Unde Ezech. xxv. Euge ſuper ſanctuarium meum: q2
pollutum eſt: ⁊ ſuper terram iſrael: quia deſolata eſt
⁊ ſuper domum iuda: quia ducti ſunt in captiuitatē.
¶ Itez deſolantur miſeri fortune ſuccumbētes: ⁊ iſta
eſt proprie deſolatio. i. infortunium: vel tribulatio. q2
ſcilicet quis conſolatione proſperitatis deſtituitur: ⁊
bonis temporalibus ſpoliatur. vnde Hiere. xviij Fa⸗
cta eſt terra noſtra in deſolationem ⁊ ſibilum. Eſaie.
xxiiij. Deſerta eſt omnis leticia: tranſlatum eſt gau⸗
dium terre. ⁊ Nee. ij. Hierl'm deſerta eſt. Item deſolā⸗
tur damnati in inferno lugentes. Illa eſt enim ſum⸗
ma ⁊ ſuprema deſolatio: vbi nihil prorſus ſperatur cō
ſolabile. Daniel. ix. Poſt finem belli ſtatuta deſola⸗
tio. Et ſi vis nota ꝙ ibi deſolantur.
Illi qui nunc fulgent principali ſtatu.
Illi qui nunc ſordent in carnali ſtatu.
Illi qui nunc carent viſuali actu.
Illi qui nunc tument cordiali fluctu.
Deſolabuntur dico finaliter in inferno: illi qui nunc
pollent ſtatu principali: ſcilicet mali principes ⁊ tyrā
ni. Ezech. xxxiij. Deſolabuntur montes iſrael. Mon
tes enim ſuperbos ⁊ tyrannos ſignificant. Item deſo
labuntur ibi illi qui nunc ſordent in ſtatu carnali. ſ.
luxurioſi. Unde de mala muliere dicitur. Apoc. xvij.
Hi ſunt odientes fornicariam ⁊ deſolatam faciēt illā
Et Ezech. xxxv. Dabo montem ſeyr deſolatum. Seyr
enim interpretatur hyrcus: ſignificans luxurioſos:
fetidos ⁊ immundos. Item deſolabuntur ibi illi: qui
nunc carent actu viſuali. ſ. illi qui ſunt ſpiritualiter
ceci. ſ. obſtinate ⁊ vitijs obtenebrati. Unde de egypto
qui interpretatur tenebre dicitur. Ioelis. iij. Egyptus
in deſolatione erit. Item deſolabuntur ibidez illi qui
nunc tument fluctu cordiali. ſ. ſuperbi ⁊ pſumptuoſi
Sap. iiij. Dirrūpet illos inflatos ⁊ ſine voce: ⁊ cōmo⸗
uebit illos a fundamentis deſolabuntur.

**Deſperatio.** Nota ꝙ deſperatio eſt vltimū A
vitiorum. Iſtud eſt enim cui
nullum poteſt remedium adhiberi: ꝗ̄diu enim ſum9
in vita iſta: ſemper debem9 viuere in ſpe venie ⁊ ſalu⸗
tis: cum pro tēpore vite huius nunꝗ̄ ſit clauſa ianua
redeunti. Duo enim ſunt vitia valde periculoſa. Unū
quo periclitantur quandoqз boni. Aliud quo pericli
tātur ipſi mali. vicз. Preſumptio de meritis: ⁊ deſpe
ratio de peccatis. Quia boni de meritis preſumētes
faciliter corruunt. Mali vero deſperantes ſine reme⸗
dio ſe ſubuertunt. Oportet ergo de virtutibus non p⸗
ſumere: ⁊ non de criminibus deſperare: quia ſcз iuſt9
quandoqз cadit ⁊ perit: impius vero quandoqз peni⸗
tet ⁊ reſurgit. Unde Augu. li. de ſymbolo dicit ſic: la⸗
tro agnouit ⁊ petrus negauit. Caueat ergo bonus ne
preſumat per ſuperbiam: malus vero ne deſperet per
maliciā. ¶ Et breuiter deſpatio fugienda eſt ⁊ timē⸗ B
da: quia.
Animam iugulat a bonis euertens.
Crimina cumulat a retro peruertens.



Ayuntamiento de Madrid

A celis exulat ad yma diuertens.
Inferis copulat penitus ſubuertens.

Dico ergo ꝙ deſperatio a bonis euertit: animam iugulans: deſperatio eñ proprie eſt anime totalis euerſio: ⁊ ipſius ſpiritualis iugulatio: quia .ſ. anima ꝑ deſperationem a virtutibus ⁊ a fide euertitur: captaqꝫ ad infernum trahitur: ⁊ ibi perpetuo iugulatur. Ponit eñ liber de natu. rerum: ꝙ teſtudo maris ſic capiſ. Habet eñ teſtam: in qua concluditur preter pedes ⁊ caput cuius teſte leuitas impedit ne in aquaꝫ ſe valeat ꝓfundare: immo ſemꝑ ſolet ſuperius enatare. Piſcator ergo ad eam vadens ipſam ante omnia inuerſat: que ꝙ tunc reuerſare non pōt: ſtatimqꝫ pes eius alligatur: ⁊ ad littus tracta occiditur. Sic vere facit piſcator dyabolus: videns enim hominem in teſta male conſuetudinis ⁊ dure obſtinationis incluſuꝫ: nūꝙ ſcꝫ in aquam maris .i. in amaritudinem mortis ⁊ inferni ꝑ conſiderationē ſe ꝓfundantē: ſed ſurſuꝫ in mūdi ſuperficie ꝑ ſuperbiam libere diuagantem: ſtatim nititur ipſum euertere a fide ⁊ euꝫ a virtutibus inuerſare: ſicqꝫ ligatis pedibus affectionum .ſ. cum amplius ſe reuerſare vel ad rectitudinem reducere non poſſe exiſtimat: miſer peccator ad littus inferni trahitur vbi tormentis varijs occiditur vel grauaſ. Quia breuiter vt dictum eſt: deſperatio eſt totalis anime euerſio: ⁊ ad mortem eternam ſine remedio deductio: quia qui ſemel deſperatus fuerit: ad ſalutem amplius vix redibit: dicens illud. Hiere. ij. Deſperaui nequaꝙ faciam. Et Job. vij. Deſperaui nequaꝙ vltra iam viuaꝫ. Iſti ſunt ſimiles rinoceronti: q viua nō: aut vix poteſt capi: ſtatim enim ꝙ capta eſt pre indignatione moritur: ſicut dicit Solinus. Sic multi ſunt quibus non ſufficit infortuniū captiōis: qḋ hoc eſt: ꝙ a dyabolo ꝑ peccata varia capiaſ: imo ꝓcerto addere volunt: mortem deſperationis: q2 .ſ. qñ a dyabolo vident ſe diuerſis vitijs alligatos: nō recurrūt ad pn̄ie remediū ſed potius ad deſperationis mortem ⁊ naufragium. Unde ipſi videnſ dicere illud. Hiere. xviij. Deſperauimus: poſt cogitationes noſtras ibimus. Et iſtud eſt ſummū periculū: q2 .ſ. ille qui ſe poſſe bonum fieri deſperat: nūꝙ laborat vt bonus fiat: q2 ſicut dicit Señ. lib. de moribus. Nunꝙ ſe mutat: qui ſe poſſe mutari deſperat. Patet ergo: ꝙ deſpatio a bonis euertit animam iugulans. Iſta eſt eñ laqueus qui iugulauit Iudam.

C ¶ Scḋo dico: qḋ deſperatio a recto puertit crimina cumulans. Conſtat eñ ꝙ illi q ſpem future glorie non habent ⁊ qui ſe ſalui deſperant: ad omnia vitia ſe exhibent. Solent eñ quicquid mali poſſunt facere vt ſaltem in hac vita poſſint ſuis malis appetitibus cōplacere. Nauis eñ qñ anchora perdita: ⁊ amiſſo gubernaculo ſubuertitur: tunc vero dorſo verſus celum tota eius latitudo ⁊ capacitas ad mare conuertitur: ⁊ aqua amara repletur. Sic anima quādo anchoram ſpei perdidit: ⁊ gubernaculum rationis amiſit: ⁊ ꝑ deſperationem ſubuertitur: ſtatim dorſum obliuionis ⁊ contemptus ad celum vertit: inqꝫtum de celeſti gloria deſperat penitus ⁊ diffidit: faciem vero ⁊ latitudinem cordis ⁊ affectionū vertit ad aquam .i. ad fluxum oīm vitiorum: que .ſ. libenter amplectitur: ⁊ in qbus penitus ſe immergit. Eph. iiij. Deſperātes ſemet ipſos tradiderunt omni immundicie ⁊ auaricie. Iſta ergo a recto peruertit crimina cumulās.

D ¶ Tertio dico: ꝙ deſperatio ad yma diuertit a celis exulans: iſta eſt eñ duriſſima ancilla: que claudit ianuam paradiſi vt extra exulet miſer homo. Taxus eñ dicitur cum cauda ſua villoſa: foramina cauerne ſue nunc contra auſtralem: nunc contra aquilonarem flatum obſtruere: ne ventus valeat ſubintrare: ſic vere peccator qui i cauerna cordis ſui duo habebat foramina .i. duas cognitiones .ſ. vnā auſtralē ꝑ quā cōſiderabaſ felicitas paradiſi: aliam aquilonarē ꝑ quam cōſiderabaſ acerbitas iferni: nolēs ꝙ ꝑ aliquā iſtaꝝ flatus ſpūſſancti ad ipm̄ poſſit intrare: ſolet cū ſua cauda villoſa .i. cuſua finali deſperatione: ⁊ impatiētia iſta foramina obſtruere: vt .ſ. nec de celi gloria quā amittit: nec de inferni miſeria quā acquirit: de cetero valeat cogitare: vnde Criſoſto. lib. de reparatione lapſi dicit: ꝙ illius ſuperne ciuitatis ianuas deſperatio claudit: quas tñ ſpes aperit: ⁊ pietas patefacit. Sic ergo dico ꝙ iſta ad ima diuertit a celis exulās. De quo pōt intelligi illud verbū dauid .j. Reg. xxvij. Fugiā ⁊c. vt deſpet ſaul: ceſſetqꝫ me querere. Dauid eñ qui interpretaſ vultu deſiderabilis: deſignat deū maxime in gloria: vultū ſuū deſiderabilē oſtendentē: quē tñ homo deſperās nō querit: ſꝫ ab ipſo penitus exulat ⁊ recedit.

¶ Quarto dico. ꝙ deſperatio penit⁹ ſubuertit inferis copulās. E Iſta eſt eñ ſicut equus indomitus q magiſtrū ſuuꝫ precipitat in profundū: ⁊ proculdubio periculoſum eſt equitare talem equū .ij. Reg. ij. An ignoras ꝙ periculoſa ſit deſperatio. Unde ipſi dānati ſunt proprie deſperati: q2 .ſ. extra oēm ſpem venie ꝑpetuo ſunt puniti. Aqua enim q de olla vulcani .i. de puteo bullienti qui eſt prope viterbiū in italia: nō ſolū propter ſui ardorē: omia iniecta cōſumit: immo etiā terrā quā tangit riuus ipſius in lapidē cōmutat ⁊ cōuertit: ſicut dicit Geruaſius in libro de ocijs imperialibus. Sic vere aqua illa feruentiſſima pene eterne: que in olla inferni feruet: nō ſolū affligit ⁊ ledit: immo lapideitatē ⁊ duriciā obſtinationis in dānatis peccatoribus introducit. Iſtā eñ penam ignis ⁊ vermis cōcomitaſ lapideitas dure ⁊ obſtinate deſperationis: ita ꝙ ipſi dānati poſſunt dicere illud Hiere. xv. Factus eſt dolor meus ꝑpetuus: ⁊ plaga mea deſperabilis. Patet igitur quomodo deſperatio inferno copulat: a celis exulat: crimina cumulat: aīam iugulat. Aduerte tamē ſi vis: ꝙ deſperatio ꝓuenit quādoqꝫ ex imbecillitate ⁊ difficultate penitendi: quādoqꝫ ex confuſione cōfitendi: quādoqꝫ ex enormitate delicti. Cōſiderat eñ homo propriā imbecillitatē ⁊ hoſtiū multiplicitatē: ⁊ euadēdi ſeu reſurgendi difficultatē: peccati enormitatē: ⁊ cōfitendi cōfuſibilitatē ⁊ ſic deſperans proponit nō recurrere ad diuinā miſericordiam ⁊ pietatem. Unde de dauid legiſ ꝙ cuꝫ ſaul id eſt diabolus ⁊ viri eius cingerent eum in modū corone: deſperauit poſſe euadere a facie ſaul ⁊c. Uide in multis locis in hoc opere: ſicut tabula diriget te: et vide de obſtinatione.

## Deſpicere.

Nota ꝙ deſpicere idem eſt qḋ vilipendere: cōtemnere: vel negligere: odire: fugere: abhorrere. A Et eſt differentia inter deſpicere ⁊ contemnere: q2 deſpicere cōmuniter accipiſ in malo: vt illud ij. Reg. vj. Deſpexit eū in corde ſuo: ſcꝫ michol dauid: quia ludebat coram arca. Contemnere vt cōmuniter accipitur in bono: ſicut dicitur contemnere diuitias: cōtemnere ſeipſuꝫ: ⁊ contemnere ab alio cōtemni. Quia ſm̄ Sene. Ad honeſta contēdenti contēnendus eſt ipſe contemptus. Et ſi volum⁹: poſſumus notare ꝙ tria ſunt a nobis amore dei principaliter contemnenda. Cōtemnamus ergo

Bonorꝝ ꝓprietates. Primū facit amor paupꝫtatis.
Dolorꝝ anxietates. Sed ſcḋm vigor ꝓbitatis.
Honorꝝ varietates. Sed tertiū vis humilitatis.

Dico ergo ꝙ cōtemni debēt mundi diuitie ſeu facultates. Apes eñ in volando eijciūt ſtercus ſuū. Columbe etiā de nidis proprijs eijciūt ſtercora. Sic ꝓcerto chariſſimi ſtercora tēporaliū (que ab apl'o ſtercora dicuntur) nō debemus in nido cordis noſtri tenere per affectionem: ſed ipſa eijcere ⁊ expellere per contemptum ⁊ abhominationē. Oleū enim tanto eſt purius: quādo cū terra minus fuerit permixtū. Uinū etiā tāto eſt clarius quāto magis eſt a fecibus elongatū. Sic hō quāto a terrenis eſt ꝑ cōtemptū remotior: tanto apud deū eſt ſanctior ⁊ purior. Idem dicit Criſoſto. ſup Hebreo. ſermone .xxv. Contemne diuitias ⁊ eris locuples: gloriam ⁊ eris glorioſus. Qui enim diuitias habeamus ipſas tamen contemnere debemus. Non enim nocet ipſas habentibus ⁊ contemnentibus: ſed ipſas habētibus

Ayuntamiento de Madrid

tibus ⁊ diligentibus. Juſquiamus em̄ cibus eſt paſſerum: ⁊ mors hominū. Et ratio redditur: quia paſſeres habent ſtrictas venas: ita ꝙ fumus iuſquiami non poteſt penetrare ad cor. Cuius contrarium eſt in habentibꝰ latas venas. Sic vere cariſſimi: ſʒ diuitie ſint mortifere ⁊ venenoſe: illis qui venas conſciētie latas habent: eo. ſ. ꝙ fumus .i. affectio diuitiarū vſqꝫ ad cor aſcendit: contra illud. ps. Diuitie ſi affluāt nolite cor apponere: paſſeribus tamen. i. ſanctis viris quorum vene conſcientie ſtricte ſunt: nocere non poſſunt: q. ſ. dato ꝙ diuitias habeant: fumus tamē ideſt affectio earum ad cor per auariciam non aſcēdit: ſed in ſtomacho. i. longe a corde remanet per contēptum. Contemnantur ergo diuitie ⁊ non nocebunt: quia ſicut dicit. Ualerius maximus li. iiij. ca. iij. Fabricius aurū ſamnitum contēpſit ⁊ repulit: maiuſqꝫ auro indicauit regias opes contemnere. Multi enim ſunt qui cōtemnunt diuitias verbis ⁊ nō re: ſicut hypocrite religioſi qui diuitias verbis abdicant: ipſas tamen q̄ſi poſſunt affectu ⁊ actu vendicant. Un̄ Sen̄. in puer. Sūt plurimi qui multa verbo non re contemnunt: ſʒ ipſa que pallam ſpernunt clam furantur: ypocrite enim ſe fingunt ſpernere mundi gloriam ⁊ diuitias temporales: quas tamen clam non ceſſant furari: procurare ⁊ vēdicare. Non ſic ergo: ſed ſpernamꝰ diuitias
B temporales. ¶ Secundo dico ꝙ contemnere debemꝰ meſticias corporales: ſcʒ penas ⁊ miſerias huius mūdi: ſicut fecerunt martyres: qui mortem ⁊ tormenta contempſerunt: vt poſt mortem vitā ⁊ delitias inuenirent. vnde Cryſ. vbi. ſ. Contemne ſupplicia e t ea ſuperabis: contemne remiſſionem ⁊ quietem ⁊ eos inuenies. Ideo de fortitudine martyrum loquitur Job xxxix. in figura equi ⁊ dicit ſic. Contemnit pauorē nec cedit gladio. ¶ Tertio dico: ꝙ debemus eminentias contemnere perſonales. ſ. genus pulcritudinem: fortitudinem: ſcientiam. Pauo enim videns deformitatē pedum: contemnit totam pulcritudinem ſuaʒ: ⁊ ideo tunc ſolet plumas ſuas deponere q̄s antea erigebat. Sic vere cariſſimi: ſi pedem. i. finem corporis noſtri. ſ. mortem ꝯſpexerimus: noſipſos contemnemus ⁊ vilipendemus: ⁊ plumas noſtras. i. gratias perſonales deponemus mentaliter ⁊ in nihilum reputabimus: quia ſm̄. Hiero. in plogo biblie in fine. Facile contemnit omnia: qui ſe ſemper cogitat moriturum. Et Sen̄. epl'a. lxxxv. dicit facile contemnit omnia qui ad contemptum ſui venit: vis ergo omnia habere: cōtemne omnia. Et hoc de bono contemptu ſufficit.

C ¶ De malo aūt deſpectu: quia deſpectꝰ pertinet ad malos poſſumus breuiter dicere: ꝙ tria ſunt q̄ a malis deſpiciunt. Deſpiciunt em̄ mali.

Juſtorum ſimplicitatem
Pauperum calamitatem
Doctorum ſagacitatem.

Deſpiciūt ergo ſimplicitatē. vn̄ puer. xiiij. Ambulans recto itinere ⁊ timēs deū: deſpicit ab eo qui infami graditur via. Item deſpiciunt calamitatem egentium. Ideo dr̄. Prouer. xvij. Qui deſpicit pauperem exprobrat factori eiꝰ. Item deſpiciunt ſagacitatem prudentium. Prouer. j. Sapiam atqꝫ doctrinam ſtulti deſpi
D ciunt. ¶ Sed ſi vis adhuc de deſpectiōe. Nota ꝙ triplex eſt deſpectio: videlicet.

Juſti.
Impij.
Et dei.

Juſtus em̄ deſpicit inania. Impius deſpicit vtilia. Deus vero deſpicit ſublimia. Igitur ſequēdo mauricium: dico ꝙ eſt quedaʒ deſpectatio que eſt iuſtorum. Juſti enim deſpiciunt omnia vana: omnia vitia ⁊ vitioſa: omniaqꝫ corruptibilia ⁊ ruinoſa. Argentum enim viuum videtur refugere ⁊ deſpicere oīa illa quibus admiſcetur: niſi prius mortificetur ⁊ congeletur. Sic vere mēs viua ſancta ⁊ perfecta: nulli rei corruptibili ſe debet per affectionem ⁊ reputationem iungere: ſed potius omnia refugere ⁊ deſpicere ⁊ ab oībus abſtinere. Soli enim mortificati ⁊ congelati: ⁊ vita ⁊ viuacitate diuine gratie priuati: rebus corruptibilibus per affectionem miſcentur: ⁊ eas non deſpiciunt: ſed potius amplexantur. Unde Sen̄. dicit epl'a. xix. vbi loquens de viro perfecto dicit: ꝙ iſte ponet ſe extra iuriſditionem: quia fortuna ſecunda temperabit: aduerſa cōminuet: ⁊ alijs admiranda deſpiciet: ſequitur. Magni animi eſt magna contemnere: ⁊ mediocria malle ꝙ nimia. Alibi etiaʒ dicit Sene. ꝙ nihil magnum niſi animus magna deſpiciens: magna dico. i. illa que ab alijs reputantur magna. Juſtus ergo deſpicit ſeipſum: deſpicit mundum: deſpicit dyabolum. Iſti eniʒ tres ſunt hoſtes anime. ſcʒ propria caro: dyabolus: ⁊ mundus: qui tamen a iuſto deſpiciunt: ⁊ cū dei adiutorio ſuperantur. ps. Dominꝰ mihi adiutor ⁊ ego deſpiciaʒ inimicos meos. Iſta eſt ergo deſpectio iuſtorum. ¶ Secundo dico: ꝙ eſt deſpectio malorum E
Mali enim ſolent omnia bona ⁊ vtilia deſpicere. Bonas enim ⁊ prudentes perſonas ſolent vilipendere et horrere. Deſpiciūt em̄ bonos: q: iſti ſunt q̄ deſpiciūt.

Deum ⁊ eius ethera.
Juſtum ⁊ eius opera.
Amicum ⁊ eius federa.
Prelatum ⁊ eius verbera.
Parentem ⁊ eius vbera.
Penitentem ⁊ eius aſpera.
Mortuum ⁊ eius funera.
Pauperem ⁊ eius onera.
Doctorem ⁊ verba ſupera.

Mali ergo ſolet deſpicere dei maieſtatem. Unde ipſe dicit illud. Job. xix. Stulti autem deſpiciebāt me: ⁊ cū ab eis receſſiſſem detrahebant mihi. Et Leuit. xxvj. Leges meas deſpexerunt. Et. ij. Reg. xij. ꝙ cōminando dixit dominus dauid poſtꝙ occidiſſet vriam. Non recedet inquit gladius de domo tua: eo ꝙ deſpexeris me Unde etiam contra tales qui dei mandata ⁊ conſilia deſpiciunt: dicit ipſe dominus illud Prouer. j. Deſpexiſtis inquit omne conſilium meum: ⁊ increpationes meas neglexiſtis: ego autē in interitu veſtro ridebo ⁊c. Item mali deſpiciunt iuſti bonitatem. Sicut enim dicitur. Prouer. xiiij. Ambulans recto itinere ⁊ timens deum: deſpicitur ab eo qui infami graditur via. Contra illud. Eccli. x. Noli deſpicere hominem iuſtū pauperem: ⁊ noli magnificare hominem peccatorem diuitem. Item iſti deſpiciunt amicum ⁊ eius caritatem. Contra illud Prouerbio. xiiij. Qui deſpicit proximū peccat: ⁊ ibidem. xj. Et que deſpicit amicum indigēs eſt corde: ⁊ merito: cum proximi noſtri ſint eadem caro nobiſcum: ⁊ tamen de propria carne legitur: ꝙ nemo vnqꝫ carnem ſuam odio habuit. Eph. v. Unde et Eſaie. lviij. Precipitur: carnem tuam ne deſpexeris. Item mali deſpiciunt prelatum ⁊ autoritatem. Nonne de agar ancilla ſare legitur. Gene. xvj. Quod concepiſſe ſe videns deſpexit dominam ſuā. Sic vere multi ſunt: qui ſtatim ꝙ conſiderant ſe concepiſſe ⁊ acqſiſſe aliquid de ſciētia: vel de temporali ſubſtantia vel de fauore alicuiꝰ potentis ſeu de ſeculari potentia: dominos ſuos ⁊ prelatos ſolent deſpicere: ⁊ contra eos ſuperbire ſicut de golia ſuperbo legitur. j. Reg. xvij. ꝙ cum vidiſſet dauid: deſpexit eum qui. ſ. inunctꝰ erat in regem. Item mali deſpiciunt parentes: ⁊ eorum pietatem. Prouer. xv. Filius ſapiens letificat patrem: et ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. Iteʒ mali deſpiciunt penitentes: ⁊ eorum aſperitatem ſeu ſimplicitatem: contra illud. Eccli. vij. Ne deſpicias hominem auertentem ſe a peccato: cuius tamen contrarium faciunt mali qui. ſ. illos potiſſime deſpiciunt: qui a peccatis per penitentiam diuertunt: ⁊ qui domino ſeruire contendunt. Exemplo. Michol regine: de qua legitur: ꝙ videns dauid nudatum ludere coram arca federis: deſpexit eum in corde ſuo: ſicut dicitur: ij. Reg. vj. ꝙ illi ho die a fatuis contemnuntur. qui libēter coram deo per confeſſionem ſe nudant: ⁊ in domino iocundantur. Item mali deſpiciunt mortuos: ⁊ ſuorum funerum obſequioſam ſedulitatem: contra illud. Eccli. xxxviij. Fili ſuper mortuum produc lacrymas: et ne deſpexeris ſepulturam illius. ¶ Item iſti deſpiciunt pauperes: ⁊ eorum aduerſitatem: ⁊ tamen dicit.



Ayuntamiento de Madrid

Prouer.xvij. ꝙ qui deſpicit pauperem exprobrat fa-
ctori eius. Unde etiam de deo dicitur in .ps. ꝙ ipſe nõ
ſpreuit neq; deſpexit deprecationem pauperis. Item
precipitur Eccli.iiij. Animam inopis. als eſurientem
ne deſpexeris. Ideo dauid in perſona pauperum dice-
bat in .ps. Factus ſum inquit opprobrium abun-
dantibus: ⁊ deſpectio ſuperbis. Et breuiter hoc eſt ve
rum: ꝙ mali libenter deſpiciunt illos qui ſunt in pau
pertate. Deutero.xxij. Si videris aſinũ fratris tui aut
bouem cecidiſſe in via: non deſpicies: ſed ſubleuabis
cum eo. Item mali deſpiciunt doctores ⁊ eorũ doctri
nam ⁊ veritatem: vt cõiter enim mali deſpiciunt oĩa
bona verba: contra illud. Eccli.viij. Ne deſpicias na-
rationem preſbiterorum prudentium. Et Prouer.j.
dicitur. Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciũt
Patet ergo ꝙ inuenitur deſpectio ſuperborum puer-
F. ſorum. ¶ Tertio vero dico: ꝙ inuenitur deſpectio dei
⁊ ſanctorum. Conſtat enim ꝙ mali a deo ⁊ ſanctis de
ſpiciuntur: ⁊ in loco vili ⁊ deſpecto ſcʒ in inferno fina
liter reponũtur. Unde ipſe dicit illud .ps. Deſpexit ocu
lus meus inimicos meos: ⁊ inſurgentibus in me ma-
lignantibus audiet auris mea. Deus enĩ deſpicit ſeu
videtur deſpicere multos malos. videlicet.

Juſtorum petitiones differendo. De dilatiõe
Juſtos in tribulationibus dimittendo eñ exaudi-
Malos in inferno languere ꝑmittendo tionis nr̃e:

dicebat dauid in .ps. Exaudi deus orationem meam:
⁊ ne deſpexeris deprecationem meam. De deſpectu eti
am iuſtoꝝ: dicitur in .ps. Deſpicis in oportunitatibꝰ
in tribulatione. De deſpectu vero ſalutis maloꝝ: ⁊ de
eorum finali damnatione dicitur. Job.xij. Effudit de
ſpectionem ſuper prĩcipes: ⁊ iſta eſt vltima ⁊ peſſima
deſpectio: quando .ſ. peccator a deo taliter reprobatur
⁊ deſpicitur: ꝙ in loco deſpectiſſimo ꝑpetuo incarcera
tur. Unde cuilibet damnato dicit̃. Naum.iij. Inebria
beris ⁊ eris deſpectus. Eſt enĩ deſpectio culpe menta
lis: miſerie temporalis: ⁊ pene infernalis ⁊ eternalis.
Peccatores enim a deo ⁊ mũdo deſpici merent̃. vnde
Dañ.xj. dicitur. Stabit in loco eius deſpectus. Ecõ
tra autem de iuſtis dicitur in .ps. Cor contritum ⁊ hu
miliatum deus non deſpicies. Miſeri etiam infortu-
nati ab alijs deſpiciuntur: ⁊ etiam ꝓnunc a deo deſpi
ci videntur. Unde in perſona talium dicebat dauid in
ps. Miſerere nr̃i dñe: miſerere nr̃i: qm̃ multũ reple-
ti ſumus deſpectione. Et tamen ſm̃ veritatem domi-
nus tales non deſpicit: ſed loco ⁊ tempore ipſos com-
patiendo reſpicit .ps. Exaudiuit pauperes dominus
⁊ victos ſuos non deſpexit. Damnati vero iſti realit̃
deſpiciuntur: quia perpetuo non aſpiciunt̃: ſed in lo-
co deſpectiſſimo ꝓijciunt̃. Nee.iiij. Conuerte oppro-
brium ſuper caput ipſorum: ⁊ da eos in deſpectionẽ.
Quam quidem deſpectionem timens dauid dicebat
orando. Adiutor meus eſto domine: ne derelinq̃s me
neq; deſpicias me deus ſalutaris meꝰ: ⁊ alibi. Opera
manuum tuarum ne deſpicias. Iſta ergo ſufficiant de
deſpectu: vide .s. de cõtemnere.

## Deſponſare. Deſponſatio.

Nota ꝙ per deſponſationẽ intelligitur quecũq; vnio
ſeu coniunctio: ſiue ſit vnio ſeu deſponſatio anime cũ
corpore: que fit per naturam: ſeu anime cũ deo in via
q̃ fit per fidẽ: vel ꝑ caritatẽ ⁊ grãʒ: ſeu anime cũ deo in
patria: que fit ꝑ gloriã ſeu xp̃i ⁊ eccl'ie: que fit ꝑ ſacra-
mentalem figuram: ſeu deitatis cũ humanitate q̃ fit
ſupra naturaʒ ⁊ creature potentiaʒ: ſiue ſit cuiuſlibet
perſone: q̃ fit ꝑ corporalem cõiugij copulaʒ: ſeu etiam
que fit ꝑ quãlibet caritatiuam vnionẽ: ſeu ꝑ quãcũq;
bonam ſocietatem. Et ſic potes applicare autorita-
tes ſm̃ diuerſa genera deſponſationum: tam in bono
q̃ in malo: ſed quia pauce ſunt tranſeo. Vide .s. de cõ
iugio: ⁊ infra de ſponſus.

## Deſtinare.

Nota ꝙ deſtinare idẽ eſt quod
aliq̃d ꝓponere: diſponere: vel or-
dinare. Et ideo vide in alijs titulis ſynonimis: q2 hic
ſunt pauce autoritates.

## Deſtruere.

Nota ꝙ deſtruere idẽ eſt qd̃ diſſi A
pare vel de eſſe ad nihilũ aliquid
reducere. Et ſm̃ hoc ꝙ ſunt diuerſa genera reꝝ aliqua
ſcʒ bona: ⁊ aliqua mala: ſm̃ hoc etiã ponuntur diuer-
ſe ſpecies deſtructionum: q2 .ſ. deſtructio mali eſt bo-
na: deſtructio boni eſt mala: ⁊ ſic de alijs. Igitur nota
do ꝙ in ſcriptura inuenit̃ multiplex deſtructio: vcʒ

Deſtructio virtutum: que eſt vitioſa ⁊ culpabilis.
Deſtructio criminum: que eſt virtuoſa ⁊ laudabilis.
Deſtructio rerũ: q̃ eſt ruinoſa ⁊ inſtabilis.
Deſtructio maloꝝ: q̃ eſt rigoroſa ⁊ triſtabilis.
Deſtructio animaꝝ: q̃ eſt luctuoſa ⁊ dãnabilis.
Et ſic dico ꝙ deſtruũtur virtutes culpa mediante.
Deſtruuntur culpe gratie fauente.
Deſtruuntur res fortuna mutante.
Deſtruuntur mali iuſticia faciente.
Deſtruuntur damnati pena puniente.

¶ Dico ergo primo ꝙ eſt quedã deſtructio culpabi- B
lis ⁊ vitioſa: ⁊ iſta eſt illa qua virtutes deſtruunt̃ ⁊ diſ-
ſipantur: ex qua aĩe a ſtatu gratie euellunt̃ ⁊ euertunt̃
Aĩa enĩ eſt ſicut ciuitas in medio hoſtiũ ſita: ⁊ ab ipſis
continue obſeſſa: tentationibus varijs impugnata:
q̃ ſi per pctm̃ capit̃: tota ſua moralis fabrica: virtutuʒ
edificatio ⁊ ſtructura ſpũaliter deſtruit̃: ⁊ tota ſua vir
tualis ſeries diſſipat̃. Vñ aĩe peccatrici in figura ciui-
tatis tyri capte ⁊ deſtructe loquit̃ ſcriptura Eze. xxvj.
dicẽs ſic. Vaſtabũt inquit opes tuas: diripiẽt negocia
tiões tuas: ⁊ deſtruẽt muros tuos: ⁊ domos tuas pre-
claras ſubuertẽt: lapides tuos: ligna tua: ⁊ puluerem
tuũ: in medio aquaꝝ ponẽt. Capta enĩ ciuitate anime
per peccatũ: cõſtat ꝙ opes gratiarũ in ea vaſtant̃: ne
gociatio cõtẽplationũ diripit̃: domus ſpũalis quietis
in ea ſubuertunt̃: lapides conſtantie: ligna leuis obe-
dientie: puluis mortis memorie ab ea tollunt̃: ⁊ muri
diuinoꝝ mandatoꝝ in ea penitus deſtruunt̃ Eſa.l. Ce
ciderũt fundamenta eiꝰ deſtructi ſunt muri eiꝰ: vnde
etiã de dyabolo poteſt dici illud. j. Macha.ix. Prece-
pit alchimus deſtrui muros domus ſancte interioris
⁊ deſtrui opa propbetaꝝ ⁊ cepit deſtruere. Et aduerte ſi
vis: ꝙ ad modũ ciuitatis deſolate alchimꝰ (qui inter-
pretat̃ fermentũ varij cõſilij) i. dyabolus qui fermẽto
malitie ſue totã maſſam vane cõſulẽdo corrũpit: ſolet
in aĩa deſtruere cũcta bona. Deſtruit enĩ ibi

Muros ⁊ clauſuram legalis obſeruationis.
Turres ⁊ ſpeculã ſublimis contemplationis.
Portas ⁊ ingreſſurã pietatis ⁊ compaſſionis.
Altaria ⁊ aras orationis ⁊ deuotionis.
Muri enim tuent̃ ⁊ circueunt ciuitates.
Turres autem aſcendũt altius eminentes.
Porte vero recipiunt ſubintrantes.
Altaria nihilominus ſuſcipiũt immolantes.
Sic igit̃ in anima muri mandatoꝝ circueũt.
Turres contemplationis adeũt.
Porte pietatis extraneos admittũt.
Altaria deuotionis fumũ emittunt.

Fumũ dico .i. orationem. Sed quid ꝓcerto ſicut dictuʒ
eſt. Dyabolus oĩa iſta deſtruit in aĩa quãdo peccat.
Unde de muris dei mãdatoꝝ ⁊ legalis obſeruãtie: di-
cit̃ .iiij. Reg. xxv. ꝙ Nabuzardan princeps militie re
gis babylonis oẽm domũ cõbuſſit ⁊ muros hieruſalẽ
in circuitu deſtruxit: q2 ſ. per malũ principẽ dyabolus
per cõcupiſcentiam in aĩa peccatrice crimina edificã
tur ⁊ mandatoꝝ obſeruãtie deſtruũtur. ij. Paralipo.
xxv. Deſtruxit ioas muros hieruſalẽ. De deſtructiõe
vero turriũ contemplationis ⁊ alte eminentie dicitur.
Ezechie.xxvj. Adducã inquit ad tyrũ Nabuchodono
ſor regem babylonis ⁊ eleuabit contra te clypeũ: mu-
ros tuos ⁊ turres deſtruet in armatura ſua. De portis
vero pietatis ⁊ compaſſionis deſtructis dicitur Tre-
no.j. Vie ſyon lugent ⁊c. omnes porte eius deſtructe:
ſacerdotes eiꝰ gemẽtes: virgines eius ſqualide ⁊ ipſa

repleta

Ayuntamiento de Madrid

repleta amaritudine.q.di.In ſyon lugēte.i.in anima peccatrice:deſtructe ſunt porte que vniuerſos recipiūt i.pietas.Sacerdotes qui diuina tractāt:hoc eſt:fides ꝛ caritas.Uirgines que incorrupte manēt:hoc eſt puritas atqꝫ caſtitas. De altaribus vero deuotionis et oratiōis qualiter deſtruunt: ibidem dicit.ij. Paral. xxx. Deſtruxerunt altaria que erāt in hieruſalē.Iſta eſt deſtructio culpabilis ꝛ vitioſa:qua.ſ.anima dſtruitur ꝙtum ad eſſe gratie per peccatum. Unde iſta eſt illa vinea: de qua.Prouer.xxiiij. Quod totum repleuerāt vrtice:operuerant ſuperficiem eius ſpine:ſed et maceria lapiduꝫ deſtructa erat.Eſt igitur deſtructio

C quedam culpabilis ꝛ vitioſa.¶ Secundo dico:ꝙ inuenitur quedam deſtructio laudabilis ꝛ virtuoſa:iſta eſt illa:qua homo in ſeipſo deſtruit vitia ꝛ malos mores vt ibi conſtruat virtutes ꝛ merita.Conſtat enī ꝙ ſepe antiqua ꝛ turpia edificia deſtruunt:vt in eodem loco noua ꝛ placentia cōſtruantur.Sic dico ꝙ homo debet facere:quia.ſ.i anima ſua debet omnia vitioſa culparum edificia:que operante peſſimo artifice dyabolo ibi conſtructa fuerant deſtruere: ꝛ ſub nouo artifice xp̄o:ibidem bona ꝛ ſpūalia edificia virtutum ꝛ meritorum congeriem fabricare.vnde Rom.vj.Uetꝰ homo noſter crucifixus eſt:vt deſtruatur corpus peccati:vt vltra nō ſeruiamus pctō.Deſtruat ergo ibi.

Edificium nimis altum:hec eſt ſuperbia.

Edificium nimis baſſum:hec eſt auaricia.

Edificium nimis immundum:hec eſt luxuria.

Edificium nimis ruinoſum:hec eſt gula ſiue igluuia

Deſtruat igitur altitudinem ſuperbie.ij. Paralippo xxxij. Nunquid non eſt iſte ezechias q̄ excelſa deſtruxit. Item deſtruat baſſitudinem auaricie: dicens.ſ. illud. Lu.xij.Sciam quid faciaꝫ:deſtruā horrea mea ꝛ maiora faciam.q.d.Ego deſtruam horrea auaricie: que ſolum poſſunt capere parua.i. terrena :ꝛ edificabo maiora .i. affectionem eternorum que longe ſunt ampliora.Item deſtruat immundiciam luxurie.Eze. xvj. Deſtruēt lupanar tuum: ꝛ demolientur ꝓſtibulum tuum. Item deſtruent inſatiabilitatem gule ſeu ingluuie.figuratus in daniele: de quo dicitur. Dan. xiiij.ꝙ bel deſtruxit:ꝛ draconem interfecit.Bel enim dicebat eſſe deus: q̄ omni die cibos innumeros deuorabat:ſignificans peccatuꝫ gule:qđ a daniele.i.a quolibet viro iuſto debet deſtrui ꝛ caſſari.j. Cor.vj.Eſca ventri ꝛ venter eſcis:deus autem ꝛ hunc ꝛ hās deſtruet.Et breuiter omnia mala debēt ibi in nobis deſtrui omnia vero bona ibidem edificari ꝛ plantari.Hier.j. Ecce ꝯſtitui te vt euellas ꝛ deſtruas ꝛ edifices ꝛ plātes.

D Iſta ē igit dſtructio laudabilis ꝛ ꝟtuoſa.¶ Tertio dico ꝙ inuenitur quedam deſtructio inſtabilis ꝛ ruinoſa. Et iſta eſt deſtructio rerū temporalium: que.ſ.ita ſunt inſtabilis ꝛ debilis durationis: ꝙ facillime deſtruuntur. Deſtruuntur enī bona nature :ꝑ mortem ꝛ infirmitatem. Job.xix.Deſtruxit me vndiqꝫ ꝛ pereo et quaſi euulſe arbori abſtulit ſpem meam.j.Deſtruunt enim bona fortune:ꝑ infortunium ꝛ aduerſitatē. Eccli.x. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit dominus: ꝛ ſedere fecit mites ꝓ eis. Deus enim mediante fortuna quandoqꝫ temporaliter aliquem exaltat ꝛ conſtruit:quem tandem adnihilat :ſubuertit: ꝛ deſtruit: dicens illud.Hier.xlv. Ecce quos edificaui deſtruo:ꝛ quos plantaui ego euello. Nemo ergo glorietur ſi ſe videt in alto ſtatu plantatum: quia quando ſibi placuerit ꝑ ipſum ſentiet ſe deſtructuꝫ. Unde de tali mutabilitate fortune cōqueritur dauid in.ps.dicens Uineaꝫ inquit ex egypto tranſtuliſti:eieciſti gētes ꝛ plātaſti eam.Sequitur.Ut quid deſtruxiſti maceriā eiꝰ: ꝛ vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viaꝫ Et loquitur de diuite ꝛ excellente perſona prius fortunata ꝛ opulenta:tandem vero a deo deſtructa ꝛ diſſipata. Quod etiam ad ſtatus:regna ꝛ imperia alta pōt referri : que omnia habent tempora ſ apud deum ordinata:quibus.ſ.conſtrui debeant aut euelli.Quia ſicut dicit Señ. Certis eunt cuncta tēporibus:naſci debent:creſcere ꝛ extingui. Sicut etiam de ciuitatibꝰ magnis pꝫ.Ubi eſt hodie niniue:vbi babylō:vbi micene:vbi athene:vbi anthiochia: vbi troya: vbi carthago:ꝛ vbi etiam roma:Omnes enim vel in toto vl in parte ſunt deſtructe:ꝛ reſpectu prime glorie quaſi ad nihilum ſunt redacte.Hiere.iiij.Uidi inquit montes ꝛ ecce mouebantur:ꝛ colles conturbati ſunt:ſequitur. Ecce carmelus deſertus: ꝛ omnes vrbes eius deſtructe ſunt a facie domini. Iſta eſt ergo quedam deſtructio inſtabilis ꝛ ruinoſa.¶ Quarto dico ꝙ eſt q̄dam deſtructio triſtabilis ꝛ rigoroſa. Et iſta eſt illa: E

qua boni prelati per rigorem iuſticie deſtruunt impios ꝛ ꝓteruos. Unde cuilibet bono prelato poteſt dominus dicere illud predictuꝫ. Hiere.j. Ecce conſtitui te ſuper gentes ꝛ regna:vt euellas:ꝛ deſtruas:ꝛ edifices ꝛ plantes.Sequitur.Accinge lumbos tuos ꝛ ſurge:ꝛ loquere ad eos oīa que ego precipio tibi:ne formides a facie eorum:ego quippe dedi te in columnā ferream ꝛ in ciuitatem munitam ꝛc. ¶ Quinto dico ꝙ inuenitur alia deſtructio: formidabilis ꝛ periculoſa. Et iſta eſt illa:qua deus malos deſtruet ī inferno.Deus enim eſt ſicut nobilis artifex:qui volens facere aliquod opus pulcrum:plerunqꝫ inuenit materiam ita indiſpoſitam ꝛ rebellem: ꝙ non poteſt inde facere qđ volebat:qui indignatus quandoqꝫ percutit totuꝫ:vl deſtruit atqꝫ frangit:aut in ignem proijcit ꝛ cōſumit Sic vere cū deus intendat de quolibet facere pulcruꝫ opus: ꝛ de qualibet perſona aliquam particulam ſui celeſtis edificij fabricare:cum ipſe ſit omnium artifex omnem habens virtutem:omnia proſpiciens. Sicut dicit.Sap.j. Nihilominus ſepe fit:ꝙ multi ſe reddūt indiſpoſitos per peccatum:ita ꝙ ipſos non poteſt ad bonuꝫ deducere ſicut vellet Quapropter contra ipſos finaliter indignabitur: ꝛ eos eterna damnatione deſtruet:ꝛ malleis ſue ſententie franget:ꝛ eterno igni deſtinabit ꝛ conburet. Unde peccatori dicitur illud.ps. Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate. Tota die in iuſticiam cogitauit lingua tua ꝛc.ſequit. Propterea deus deſtruet te in finem: euellet te ꝛ emigrabit te de tabernaculo tuo: ꝛ radicem tuam de terra viuentium. Et aduerte ꝙ ibi precipue deſtruuntur illi: qui hic alios deſtruere moliuntur ſcilicet impij. De quibus:Eccli.xvj.Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes qui deſtructi ſunt confidentes ſue virtuti.Unde nota ꝙ ibi deſtruuntur.

Diuites auari: qui modo pauperes vſuris deſtruūt.

Pricipes ſuperbi:q̄ modo ſubditos rapinis exuūt.

Pugiles ꝓterui q̄ modo miſeros ſanguine ebibunt.

¶ Deſtruūtur dico illi qui nunc diuitijs ſunt cumulati. Eccli.xxviij. Ciuitates diuitum deſtruxit.Item illi qui nunc potentijs ſunt eleuati.ſ.ſuperbi.Eccli.x. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit dominus.Item illi qui nunc ſeuitijs ſunt effrenati Prouer.xxj.cap. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens:ſcilicet xp̄s: ꝛ deſtruxit robur eius.Et breuiter omnes mali deſtruuntur ibidem:ſed hoc eſt irreparabiliter.Iuxta illđ.Job xij.Si deſtruxerit: nemo eſt qui edificet:ita ꝙ omnes damnati plangendo poſſunt dicere illud.ps.Deus repuliſti nos ꝛ deſtruxiſti.Et hec potiſſime poteſt dici a demonibus qui repulſi ſunt ꝛ deſtructi.Unde narratur ꝙ quidaꝫ bonus homo intrauit nemus permaximum vbi demōe perpetrante taliter deuiauit:ꝙ tota nocte per nemus obſcurum:cum bona tamen patientia:expers omnis itineris pagrauit.Igitur videns miſericordia diuina patientiam eius: circa auroram compulit demones qui ipſum errare fecerant:ſibi remedium impēdiri. Demones ergo ex ordinatione diuina fabricato quodam monaſterio: campanam q̄ſi pro matutinis ſonāt: quam vir dei audiens:qui ſcilicet in nemore vagabatur : illuc ſtatim adijt:monaſterium intrauit:abbatem cū monachis ad matutinas ire volentibus inuenit qui panem ꝛ vinum ſibi mi-



Ayuntamiento de Madrid

niſtari mandauit. Illo igitur comedente: ⁊ conuentu monachoꝝ matutinas dicente: videbatur ſibi ꝙ ibi monachi nihil dicebant: niſi verba pſalterij ſupra dicta: ſcʒ. Deus repuliſti nos ⁊ deſtruxiſti nos: iratus es ⁊c. Finitis ergo matutinis venit ad eum abbas rogans eum: ꝙ capl'm intraret: ⁊ verbuʒ dei monachis predicaret: qđ annuens cepit in capitulo predicare: et de ruina maloꝝ angeloꝝ multa dicere. Quibꝰ auditis: monachi ceperunt vnus poſt alium capitulum exire. Solo ergo abbate cū eo remanente: petijt hō ſanctus ab abbate cām quare receſſerant fratres ſui: qui ſtatim cōfeſſus eſt ſe ⁊ illos eſſe demones: qui ipſum in nocte precedente fecerant in nemore deuiare. Deus vero videns bonam patiētiā eiꝰ compulit eos monaſterium fabricare: ⁊ cum recreare: verum quia predicando de ruina angelica tetigerat: cū ipſe ⁊ ipſi eius conditionis eſſent: verecūdati omnes vnus poſt

F alium receſſerunt: quibus dictis: ſtatim euanuit: abbas ille cū monaſterio ſuo ficto. Sanctus vero iam illuceſcēte die ad viam ſuā redijt: deuʒ de patiētia quā habuerat benedicēs. Pro tanto ergo dixi: quia demones cū damnatis ꝓprie ſunt deſtructi: ⁊ ꝙ iſti ſunt q ꝓprie pñt dicere illud predictum. Deus repuliſti nos ⁊ deſtruxiſti nos. Unde alibi i. ṗs. Deſtrues illos ⁊ nō edificabis eos. Sic ergo ptʒ: ꝙ inuenit deſtructio formidabilis ⁊ periculoſa. Si vellemus autem poſſemꝰ dicere: ꝙ eſt quedam deſtructio honorabilis ⁊ glorioſa: ⁊ iſta eſt illa qua deus in iudicio deſtruet omnem moralitatem: ⁊ conſtruet perpetuam vitam ⁊ imortalitatem: de qua .j. Coꝝ. xv. Nouiſſime autem inimica deſtruerunt mors. Unde etiam de xpo legitur. Heb. ij. Quod ipſe participauit hoibus deſtruens illum ꝑ mortem: qui mortis habet imperiuʒ. Patet ergo qđ eſt deſtructio glorioſa: periculoſa: rigoroſa: ruinoſa virtuoſa: ⁊ vitioſa ⁊c. ſufficit: vide de diſſipare et alijs ſynonimis.

A **Deſuper. Deſurſum.** Nota ꝙ deſuper quādoq ſumitur pro re ſuperiori: ſicut dicitur in. ṗs. Mandauit nubibus deſuper: ⁊ ianuas celi aperuit: quandoq vero ſumitur pro parte exteriori: ſicut cum dicit. Nume. iiij. Extendent deſuper operimentum iacinctinū quandoq ſumitur: pro parte poſteriori: ſicut cum dicitur. Nume. xvj. Ponite deſuper tymiama: ideſt ponite vltimo cum alijs tymiama. Quia tamen cōiter ſumitur pro parte ſuperiori vel exteriori: breui ꝑ notabo ꝙ multiplex deſup inuenit: vicʒ.

Deſuper diuinoꝝ.
Deſuper prelatoꝝ.
Deſuper perfectoꝝ.
Deſuper terrenoꝝ.
Deſuper contemplatiuoꝝ.
Deſuper ſuperboꝝ.

Et ſic eſt vnum deſuper eterne dānationis. Unū deſup ſupne iuriſdictiōis vnū deſup moralis ꝯuerſatiōis. Unū deſup terrene poſſeſſionis. Unū deſuper: erecte contemplationis. Unū

B deſuper: ſuperbe eleuationis. ¶ Dicā ergo ꝙ eſt vnū deſuper dominationis ſuperne: ⁊ iſtud proprie pertinet ad deum ⁊ ad ſanctos: ⁊ ad gloriam paradiſi: qui ſcilicet deſuper ſunt ⁊ cuncta bona deſuper nobis immittunt: quia ſicut dicitur. Jac. j. Omne datum optimum ⁊ omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminū. Super enim ⁊ ſurſum denotāt ſuperioritatem ad partem inferiorem: non relatam: ſed in ſuo eſſe ſuperius permanſiuam. Deſuper vero ⁊ deſurſum ſuperioritatem ſignant inferius tamē influxiuam. Conſtat eñi ꝙ deſuper: ſcilicet de celo multa ⁊ varia deſcendunt: ſcilicet.

Radij ad illuminandum.
Fulmen ad examinandum.
Tonitruum ad mundum terrendum.
Pluuia ad terram rigandum.
Fulmina ad terram vrendū.

Sic vere dico ꝙ a deo nobis influitur et mittitur deſup. Lumen illuminās vere cognitionis. Fulmen examinans dure correctiōis. Sonꝰ verberās triſtis cōminationis. Aqua refrigerās dulcis cōſolatiōis. Cōſtat eñi ꝙ deſuper nobis venit clara cognitio q nos illuminat. Unde illud ṗdictū. Deſurſuʒ eſt deſcēdēs a patre luminū qđ bene figurat. Ezech. j. in ſanctis aialibus vbi dr. Facies aqle deſup ipſoꝝ quattuor. Et quaſi aſpectꝰ hoīs deſuper. Aquila eñi q habet clariſſimū viſuʒ: ⁊ homo qui rōne pollet: limpidā ⁊ clarā cognitionē deſignat. que. ſ. deſup eſt in deo ⁊ angelis. a qbus etiā nobis inſpirat. iij. Reg. vij. Lucernas deſup aureas: qr reuera nulla eſt vera fides ſapiētia aut cognitio. niſi ſit deſup inſpirata. Unde de vana mūdi ſapiētia dr. Jaco. iij. Nō eſt inqt iſta ſapiētia deſurſum deſcēdēs. ſʒ terrena animalis. ⁊ dyabolica ſequit. Que aūt deſurſum eſt ſapiētia. pudica eſt. pacifica ⁊ modeſta. Uenit ergo nobis deſup clara cognitio. q nos illuminat. Itē deſup nobis venit dura correctio q nos examinat. cōſtat eñi ꝙ fulmē diuine ſentētie. ⁊ ſue tribulatiōis notorie vel occulte deſup mittit vt populus peccatis ſeuiēs puniat. Unde Baruc. vj. Ignis miſſus deſup vt cōſumat montes et ſiluas. facit qđ ꝑceptū eſt ei. Itē deſup nobis venit monitio verbis exulcerās. ſeu ſonus reuerberās. ſ. ſonus ⁊ tonitruū ſacre ſcripture q nobis deſuper inſpirat. Unde de deo dr in ṗs. Qđ ipſe aduocauit celū deſurſum ⁊ terrā diſcernere pplm. q etiā realiter fient in iudicio: vbi xps deſup veniēs cū ſuo populo diſceptabit. vbi etiam poſt tonitruū dire ſentētie penā eternā peccatoribꝰ intētabit. dicēs illud ezech. xiij. Dabo lapides ꝑgrandes et deſup irruētes: ⁊ vētū ꝓcelle diſſipantē. Itē deſuper nobis venit. cōſolatio cuncta refrigerās. ſ. aqua ⁊ pluuia gratie in ꝑſenti ⁊ refrigeriū glorie in futuro: qr. ſ. ⁊ gratia ⁊ gloria ſunt deſup nō de mūdo ṗs. Mandauit nubibꝰ deſup. ⁊ ianuas celi aperuit. ⁊ pluit illis māna ad māducandū ⁊c. Patet igit quō eſt vnū deſup dānationis eterne. Et ſi vis etiā ꝑ iſtud deſup potes intelligere ſpm ſctm vel filiū dei deſup nobis miſſum q dicit Joh. viij. Uos deorſum eſtis. ego deſupius ſum. q ſcilʒ nos illuminauerūt examinauerūt reuerberauerunt. ⁊ C

refrigerauerūt ⁊c. ¶ Scđo dico qđ eſt vnū deſup iuriſditionis ſupne. ⁊ iſtud eſt illud deſup in quo ꝑlati ꝑſident ⁊ reſidēt ſupra plebē. Res eñi nobiliores ⁊ meliores ſolēt deſup preeminere ſicut pʒ de corporibꝰ celeſtibus ſicut etiā ptʒ in corpe hūano. vbi illa mēbra q ſūt deſup. ſ. caput. oculi. cor ⁊ cpar ſunt ceteris mēbris iferiorībꝰ meliora ſic vere in corpe xpi myſtico qđ ē eccl'ia illi q ſunt in moribꝰ ⁊ in ſciētijs meliores debēt eſſe deſuper. i. in dignitatibus celſiores et ſi vis dic ꝙ in iſto deſuper. i. in ſuperiori ſtatu debent collocari illi q ſunt

Scientie ſplendore lucidi.
Prudentie tenore ꝓuidi.
Juſticie rigore feruidi.
Decentie decore fulgidi.

Sint ergo ſplēdidi luce ſcie figurati ī aqla q hʒ viſum acutiſſimū eze. j. vbi dr facies aqle deſup. Sint etiā ꝓuidi norma prudētie. figurati ī natura humana q hʒ ſenſum prudentiſſimū ezec. j. vbi dr. Quaſi aſpectus hominis deſup. Sint deniq feruidi zelo iuſticie. figurati in ariete qui eſt animal ad percutiendū paratiſſimum. de quo Nume. xxiij. Impoſui vitulum et arietem deſuper. Sint inſuper fulgidi ſeu nitidi forma decentie. figurati in humerali aaron quod erat ornamentum formoſiſſimum. de quo dicitur Leuitici. viij. ꝙ deſuper humerale impoſuit: et breuiter prelati ſunt deſuper alijs tanꝗ honorabilius preſidentes ⁊ tanꝗ cure eorum diligentius inuigilantes. et eccleſiam ꝓtegentes et defendentes. figurati in illis cherubin. iij. Regum. vj. ⁊. viij. de quibus dicitur ꝙ cherubin expandebant alas ſuas ſuper archam ⁊ protegebant eam: ⁊ vectes eius deſuper. Si vis cōpara prelatos cherubin: ſicut ſupra de cherubin in titulo ſuo. Iſti etiam figurantur in illa nube que deſuper filios iſrael precedebat et ad terram promiſſionis duce- D

bat: ſicut dicitur Nume. vndecimo. Eſt igitur vnū deſuper iuriſditiōis ſupne. ¶ Tertio eſt vnū deſuper

cōuerſationis

conuerſatiōis externe. Illa eñ veſtimēta q̄ magis ap-
parent: ſunt illa que deſuper alia extra iacent: ideo per
iſtam diſtinctionem deſuper ꝯuerſatio intelligit̄: qua
quis exterius ⁊ deſuper inueſtit̄. Uñ de ſanctis viris ꝙ
deſuper habere pulcram ⁊ honeſtā conuerſationē di-
citur figuraliter Nume. iiij. ꝙ omnia altaria ⁊ omnia
vaſa quibus miniſtrat̄ in ſanctuario: inuolent iacyn-
thino pallio: extendentq̄ deſuper operimentū pelliū:
hiacynthinarū. Hiacynthine eñ pelles que habent
celeſtē colorē: bonā ⁊ ſanctā cōuerſationē ſignificant:
qua ſcȝ miniſter ſanctuarij .i. xp̄iani ⁊ maxime eccleſia
ſtici cooperire ſe debent. Et ſi vis nota ꝙ in conuerſa-
tione viri ſancti debet eſſe

Oratio ſuperos adiens.
Compaſſio pauperes leniēs
Deuotio eterna ſentiēs.
Diſcretio ſoluta vinciens.

De oratione poteſt intelligi illud Nume. xi. xvij. Hauſto igne de altari mitte incenſum quaſi dicat. In conuerſatione ignea ⁊ feruenti debet incenſum oratiōis apponi. De cōpaſſione dici poteſt illud Gene. xxviij. ꝙ Jacob erexit lapidē in titulū fundens oleū deſup. q.d. ꝙ in titulo honeſte conuerſationis ſemper debet eſſe oleū pie cōpaſſionis. De deuotione dici poteſt illud Nume. xvj. Tollat vnuſquiſq̄ thuribulū ſuū: ⁊ hauſto igne ponite deſuper thimiama. Thimiama eñ q̄d ſuauiſſime fragrabat: deuotionem ſignificabat. De diſcretione vero dicitur ⁊ exponitur illud Nume. xix. vbi dicit̄ ꝙ vas q̄d nō habuerit operculū nec ligaturā deſuper immūdū erit. Ligatura enim diſcretionē ſignat: que om̄ia prudenter operit ⁊ comprehendit ⁊ ligat: q2. ſ. ille per vitia immundus dicitur qui vinculis prudentie nō ligatur. Iſta eſt enim tunica incōſutilis que deſuper erat cōtexta per totū. ſicut dicitur Johan. xix. Et tamen de multis conſtat ꝙ ⁊ tunicā ⁊ palliū bone conuerſatiōis perdūt. Itaq̄ nude ⁊ inhoneſte incedunt: vñ Michee. ij. Deſup tu-
E nicē palliū ſuſtuliſtis. Patet ergo ꝙ eſt vnū deſup cōuerſatiōis externe. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vnū deſuper poſſeſſiōis terrene: q2 ſcȝ terrena poſſeſſio ē: ſicut quedam veſtis adiacens poſſeſſori. Unde de pauperibus quib9 a tyrannis talis pellis ſubtrahit̄: dr̄ Michee. iij. Uiolenter tollitis pelles eorū deſup eos: ⁊ carnes eorū deſuper oſſibus eorū. Quinto dico ꝙ eſt vnū deſuper contemplationis perfecte: ⁊ iſtud eſt illud quo ſcȝ boni per contēplationē ⁊ affectionem deſuper volūt eſſe ſcȝ celeſtia appetendo ⁊ terreſtria cōtēnendo. Joh. iij. Qui de terra eſt de terra loquit̄: qui deſurſum venit ſuper oēs eſt: diabolus tamen ſemper nititur hominē de iſto deſuper detrahere: ⁊ de celeſtibus ad temporalia. Figuratus in rege achaȝ de quo dr̄. iiij. Reg. xvj. ꝙ luterem qui erat deſuper ⁊ mare depoſuit de bob9 ereis qui ſuſtentabant illud. ¶ Sexto vero dico ꝙ eſt vnū deſup affectiōis elate ſcȝ ſuperboꝝ: q̄ ſemꝑ volūt deſuper preeminere: ⁊ de hoc poteſt exponi illud Judicū. ix. vbi dicitur. ꝙ ancilla fragmē molle deſuper iaciēs occidit abimelech: quia ſcȝ deſuper ſuperbie ſemper ſolet ſuccedere fragmen molle. i. dura percuſſio pene eterne Sic ergo patet: ꝙ deſuper ſumitur multis modis: vide infra vbi ſuper: ⁊ ſurſum ⁊c.

## Deterior.

Nota ꝙ deterior idem eſt ꝙ peior ⁊ ideo vide infra de malo: vel de peius ⁊c.

## A Deteſtari.

Nota ꝙ deteſtari idem eſt q̄d abhominari: ſeu idē q̄d refugere vel horrere: ⁊ q2 naturale eſt: ꝙ vnūquodq̄ ſuū cōtrariū deteſtatur ⁊ refugit: inde ſatis apparet euidenter: ꝙ boni deteſtantur mala: mali vero econtrario deteſtantur bona. Dicam ergo ꝙ

Deteſtatur deus cuncta nefaria.
Deteſtatur iuſtus mala contraria.
Deteſtatur malus bona ſalubria.

Dico ergo ꝙ de9 deteſtatur omnem ſuperbiam dicens Amos. vj. Deteſtor ego ſuperbiā iacob. Itē dico ꝙ iuſtus deteſtatur omnem nequiciam. Nequitiam dico impietatis Prouerb. viij. Labia mea deteſtabunt̄ impiū. Deteſtatur nequitiam carnalitatis Heſter. xiiij. Deteſtor cubile incircūciſoꝝ. Deteſtatur nequiciā vane loquacitatis Prouer. xiij. Uerbum mendax iuſtus deteſtabitur. Item dico ꝙ malus deteſtatur omnē iuſticiā. Juſticiā dico ſimplicitatis Gene. xlvj. Deteſtātur egyptij omnes paſtores ouium. Deteſtantur iuſticiam ſagacitatis ⁊ bonitatis Prouerb. xiij. Deteſtantur ſtulti eos qui fugiūt mala. Deteſtantur iuſticiam equitatis ⁊ ſeueritatis Prouerb. v. Deteſtatus ſuȝ diſciplinam: ⁊ increpatiōibus nō acquieuit cor meū ⁊c. vide de abhominari ⁊c.

## Detinere.

Nota ꝙ detinere ſemꝑ ſumitur ꝓ perfecte tenere: vñ nota ꝙ detinen- A
tur ſimplices in ignorātia: detinentur obſtinati in iuſticia: detinentur damnati in peſtilentia: detinent̄ beati in opulentia ⁊c. Dic ꝙ detentio eſt quaſi quedā firma et cōtinua collatio ⁊ habitatio ⁊c. omitto propter paucas autoritates.

## Detrahere.

Nota q̄d detrahere idē eſt quod aliquid deorſum trahere vel ali- A
quid de aliquo trahere: ⁊ ſic loquendo moraliter dico ꝙ eſt detractio ab honoribus: a rebus ⁊ a moribus. Ab honoribus dico: vt cum dicitur. Abd. ſi inter ſydera poſuerūt nidū ſuū: inde detraham eos. A rebus etiā ⁊ ſic detrahere idem eſt q̄d aliquid decerpere Eſa. viij. Accelera: ſpolia detrahe. A morib9 aūt: vt cū fame: vel ſciētie: vel vite alicuius fit verbalis detractio: vel diminutio aliqualis de quo Jaco. iiij. Nolite detrahere alterutrum. Dicam ergo ꝙ eſt

Detractio virtuoſa.
Detractio rigoroſa.
Detractio vitioſa.

Eſt dico detractio virtuoſa: ⁊ iſta eſt illa qua quis a ſe vel ab altero vitia detrahit ⁊ deponit: a ſe dico: ſicut cū dicitur Leuiti. j. Detracta pelle hoſtie: artus in fruſta concident: quaſi diceret: quilibet debet de ſeipſo pellem veteris conſuetudinis detrahere: ⁊ artus membroꝝ ſuoꝝ in varias bonorum operū occupationes ⁊ diuiſiones cōcidere. Ab alio: ſicut cum dicitur. Prouerbio. xxj. Excogitat iuſtus de domo impij vt detrahat impios a malis. Iſta eſt igitur detractio virtuoſa. ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur detractio rigoroſa: ⁊ iſta eſt illa quam facit deus vel prelatus: qñ ſcȝ de alto gradu vel ſtatu hominē detrahunt et deponunt Eſaie. xxiij. Detraxit fortes in fortitudine ſua. Unde etiam: cuilibet ſuperbo a gloria mundana per mortem detracto et depoſito: dicitur Eſaie. xiiij. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea. ⁊ operimentum tuum vermes erunt. Sed de hoc vide infra in fine. ¶ Tertio vero inuenitur detractio vitioſa: et illa eſt mordax oblocutio peruerſoꝝ ⁊c. ¶ Itē no-
ta ꝙ detractio eſt vitiū locutiōis: ⁊ eſt detrahere idē B
quod de fama alicuius diminuere. Unde detractores nihil aliud ſunt ꝙ̄ fame alicuius peruerſi oblocutores. Et eſt detractio idem quod oblocutio: murmuratio: ſuſurratio: diffamatio: duplicitas: ſimulatio et alia ſimilia. Iſtud eſt ergo vitium valde cauendum. Eſt enim deo ⁊ hominibus odioſum. Ideo bene precipitur Sapientie primo. Abſtinete vos a detractione que nihil prodeſt: et Prouerbiorum. xxiiij. Abhominatio hominū detractor. Et addiſcamus ꝙ iſta duo vitia ſcilicet detractio ⁊ adulatio: ꝙ̄uis aliquotiens ſint extrinſeca: vt communiter tamē ſunt contraria. Adulatio enim eſt in preſentia. Detractio in abſentia. Adulatio vngit. Detractio vero pūgit. Adulatio quemq̄ commendat. Detractio vtrumq̄ vituperat. Coniuncta tamen ſunt iſta vitia quandoq̄: quia ſepe accidit ꝙ ille idem qui in preſentia adulatur: in abſentia detrahit et obloquitur. Dicam ergo quod iſtud vitium eſt contemnendum ⁊ fugiendum triplici ratione. Eſt enim detractio

In corde doloroſa.
In ore formoſa.

Iſta eñi i corde torquet obloquētē In ore ledit nō preſentem

Ayuntamiento de Madrid

In aure venenoſa. In aure fedat audiētem.
Detractio eñ ē ſicut ignis ī corde:ſicut gladiꝰ ī ore ſi
cut venenum in aure. Eſt dico ſicut ignis in corde.
Detractio enim igni comparatur.qꝛ ſcꝫ ipſa vrit.tor⸗
quet:moleſtat:et inquietat ſuum poſſeſſorē. Detra⸗
ctor enim omnibus bonis inuidet:omnibus malefa⸗
ctis arridet:ſecreta vult inueſtigare:vt ipſa poſſit reue
lare. Mala ſolet augmentare. Bona ſolet diminue⸗
re vel tacere. Detractor enim nunꝙ caret inuidia. Et
ideo detractio eſt ſicut vipera:que primo anteꝙ aliqd
ledat: matrem propriā in vtero exiſtens corrodit vul⸗
nerat ⁊ occidit. Sic vere peccatum detractionis ⁊ inui
die anteꝙ ledat alios ledit ſuos. Anteꝙ eñ de ventre
exeat:⁊ anteꝙ ad os veniat:ipſa ſolet matrem:ſcꝫ ipm
detractorem intus in corde corrodere:⁊ per irā ⁊ inui
diam cruciare. Ideo de detractore poteſt intelligi hoc
cōmune ꝓuerbiū. Mus in pera:ſerpēs in ſinu:ignis
in ſtuppa:male remunerant hoſpites ſuos. Ideo bñ
dicitur. Eccſ. x. Si mordeat ſerpens in ſilentio:nihil
eo minus habet qui occulte detrahit ſcꝫ proximo ſuo
Detractio ergo vrit obloquentem. ❡ Secundo dico
ꝙ detractio ledit non preſentem. ſcorpio ledit retro nō
C ante:hꝫ eñ aculeū in cauda nō in facie:in ꝑte retro nō
in parte ante. Sic iſti detractores retro.ideſt.in abſen
tia mordent ⁊ pungunt.in facie autem.ideſt.in preſen
tia nihil dicunt. aculeū eñ detractionis habent in
cauda non in facie.in parte retro non in ante.ideſt in
abſentia quando ſunt retro homines pungunt non
in preſentia quādo ſunt ante. Unde Ezechie. ij. Impij
et ſubuerſores ſunt tecum:cū ſcorpionibus habitas.
Rana in preſentia hominū parū clamat.ſed ſi homo
receſſerit ſtatim cantat. Sic vere detractores in abſen
tia hominum coaxant ⁊ detrahunt. ſed ſi preſentes
fuerint nihil dicunt.immo qđ peius eſt:iſti adulant
et applaudunt in preſentia:in abſentia detrahunt ⁊
obloquūtur:ſimiles vni generi magnetis ſeu adamā
tis qđ eſt in ethiopia:qđ in vno angulo ſuo ferrū at⸗
trahit:ſed ſi vertatur ad alium angulum cōtrarium
facit.quia ſcꝫ ferrū a ſe reijcit ⁊ repellit ſm Iſido. Sic
vere tales in vna ſua diſpoſitione ſcꝫ qñ ſunt in preſen
tia attrahunt ferrū:quia ſcꝫ hominibus loquūtur at
trahentia:allicientia:⁊ adulantia verba.qñ tñ cōuer⸗
tuntur ad aliū angulū ſcꝫ ad abſentiā.tunc ipſi con⸗
trarium obloquūtur.qꝛ ſcꝫ detrahēdo ⁊ mordēdo:qđ
prius amare viſi fuerant:repellunt:vituperant:⁊ de⸗
teſtantur. Iſti ſunt duplices:⁊ ideo maledicti:quia ſi⸗
cut dicitur Eccli. ij. Ue duplici corde ⁊ ingredienti ter
ram duabus vijs. Unde Eccli. xxviij. Suſurro ⁊ bilin
guis maledictꝰ. Multos enim turbant pacem habē
tes. Ideo ꝑcipit Eccli. v. Nō appelleris ſuſurro in via
D tua. Detractio ergo ledit nō preſentē. ❡ Tertio dico
ꝙ detractio fedat audientem. inficit eñ nō ſolū illum
qui diffamatur:imo etiā illum cui diffamatio narra
tur.inꝙtū ſcꝫ per talia verba in corde ipſius mala opi
nio generatur. ſm Bern. eñ in libro de cōſideratione
detractor ⁊ libens auditor vterqꝫ diabolū portat in li⸗
gua. Ideo dicit quedam gloſa ſuper Prouerb. xxv. Ibi
ventus aqlo diſſipat pluuias:⁊ facies triſtis linguā
detrahentem. Si inqt hylari vultu audieris detracto
rem:ſibi miniſtras fomitem detrahendi. Diſcit enim
detractor non libenter dicere:qđ te nouerit nō libēter
audire. Non audiamus igitur chariſſimi tales detra
ctores:ſed more aſpidis aures noſtras claudamꝰ. Iux
ta illud Eccli. xxviij. Sepi aures tuas ſpinis:⁊ nolite
audire verba neꝙ. ſimus ergo ſimiles electro:cuiꝰ ꝓ
prietas eſt venenum reprehendere:ſm Iſido. Si enim
in vaſe de electro venenū aliqđ infundatur:ſolet ſtri⸗
dere ⁊ in varios colores ſe mutare:⁊ ita veneni preſen⸗
tiam declarare. quapropter cauent malefici ne vene⸗
num offerāt in electro. Sic procerto chariſſimi debēt
eſſe viri ſancti ꝙ ſi venenum detractionis infunditur
in auribꝰ alicuius electri ideſt alicuius ſancti viri:ſta
tim proculdubio debet ſtridere per detractionis repre
henſionem:et vultum ſuum debet in colores varios
mutare per diſplicentie oſtēſionem.⁊ ſic detractor ca⸗
uebit in talibus venenū effundere.i coram ipſis ꝟba
detractoria ⁊ infamatoria declarare. vnde Hierony. in
quadam epiſtola. Tam lingua ꝙ auribus fuge vitiū
detrahendi.quia detractor vix audebit dicere:qđ audi
enti viderit diſplicere. Patꝫ ergo quomō fugiēda eſt de
tractio:quia interius torquet obloquentem:exterius
ledit innocentem:vel non preſentem. Ulterius turbat
ſeu fedat audientem.et hoc de vitio detractionis loq
ſufficit. ❡ Sed nota ꝙ vocabulū detrahēdi aliter ac⸗ E
cipitur in ſcriptura. detrahere eñ eſt deſurſum aliqd
inferiꝰ trahere.⁊ ſic detractio.idē eſt ꝙ ſuperioris da⸗
natio.⁊ de altitudine huius mundi ad infernū dedu⸗
ctio. Uñ de lucifero dicitur Eſa. xiiij. Uerūtñ in infer
num detraheris in ꝓfundū laci. Et Amos. ix. Si aſcē
derint in celum:inde detraham eos. ſm eñ Plinium.
Cameleon tante eſt virtutis contra accipitres:ꝙ eos
violenter detrahit a volatu:⁊ prebet ceteris animali
bus deuorādos:qđ valde videtur mirabile. Accipiter
chariſſimi qui dicitur ab accipiendo:⁊ qui altiſſime
volat:ſignat mundi ſuperbos ⁊ raptores: qui in altū
volant:per ſuperbie vanitatem:⁊ aliena accipiunt per
rapinā ⁊ crudelitatem. Cameleon autē.id eſt deus ta⸗
les accipitres odit:⁊ de alto volatu ſuperbi ſtatus ſui
ipſos ad mortē:⁊ ad infortunia ⁊ ad inferos detrahit
⁊ ſic eos deuorandos alijs animalibus:ſcꝫ alijs rapto
ribus in hac vita ⁊ demonibꝰ poſt mortem in infernis
eos diſtribuit ⁊ comedit. Sicut enim videmus:deꝰ ſe⸗
piſſime tyrannos ⁊ malos diuites detrahit de alto in
baſſum ideſt de fortuna ad infortunium: de diuitijs
ad paupertatem:de honoribus ad vilitatem. ꝙ ſicut
alios deuorauerunt ⁊ regnabant ſic dei regnū ſi per⸗
diderint ab alijs raptoribus deuorantur. Iuxta illud
Eſaie. xxxiij. Ue qui predaris nonne ⁊ ipſe predaberis
cū fatigatꝰ deſineris depredari dānaberis. Et zacha.
ij. dicitur. Erūt prede eis qui ſeruierant ſibi. Spiritua
liter etiam videmus:ꝙ illi q in illo mūdo ſunt altiſſi⸗
mi:ſubito de vita ad mortem:de mundo ad infernum
de gloria ad penam a deo detrahuntur:⁊ a vermibus
in ſepulcro a demonibꝰ in inferno lacerantur ⁊ deuo⸗
rantur. de tali ergo detractore dicit. Eſaie. xxvi. Terrā
gigantem detrahes in ruinam. Uñ. ij. Pet. ij. Peccā⸗
tibus inquit non pepercit:ſed rudentibus inferni de⸗
tractos in tartarū tradidit cruciandos ⁊c. A

# Deuotio.

Quia deuotio eſt illa virtꝰ:qua qs
ſe totū deo deuouet et dedicat:qua
etiam totus vacat virtutibus:⁊ vitia a ſe euellit ⁊ era
dicat qua inſuper totus fertur in celeſtibus:⁊ terrena
vilipendit ⁊ abdicat. videtur quod vir deuotus eſt idē
qđ vir perfectus virtutibus ⁊ gratijs totus plenꝰ. qꝛ
ergo in infinitis locis fit mentio de viro ꝑfecto:ſancto
iuſto:⁊ bono:pauciſſime ꝟo ſunt autoritates in ſcri⸗
ptura de deuotiōe ideo omitto. Uide ergo de gratia:⁊
de perfectione. Uide etiam in tabula:vbi in locis plu
ribus inuenies de deuotione. Sed ſi vis aliqd dicere:
nota ꝙ deuotio teſte Hugo. eſt feruor bone volunta⸗
tis: quā mens cohibere non valēs:certis iudicijs ma
nifeſtat

Qua dator munerum ſeipſo largitur. Eſt ergo B
Qua factor ſiderum hac vita ſentitur. deuotio
Qua quicquid aſperū dulciter lenitur. virtꝰ quā
per ſeipſum deus ſolet largiri. Cor enim humanum
nunquam per deuotionem madeficeret:niſi ros diui⸗
ne gratie ibidem a deo deſuper veniret ⁊ deſcenderet.
Deus enim eſt ſicut vinea balſami:que precioſiſſimā
deuotionis guttam in fialis diuerſorum cordium di⸗
uerſimode fundit. Ideo enim vbi eſt:ad hoc datur.⁊
a diuerſis diuerſimode recipitur ⁊ hauritur. Et hoc
eſt qđ dicit Bern. ſup cantica. Nō inqt oībꝰ eqliter
deuotio miſtrat. Nā Thomas in latere. Iohānes in
pectore. Petrꝰ in ſinu patris. Paulus in tertio celo
ſecreti huiꝰ gratiā inuenerunt. Maria eñ in humili
tate

Ayuntamiento de Madrid

tate. Magdalena in ſpe. Thomas in fide Petrus in veritate. Johannes in caritate. Paulus in ſapientia: apud diuerſas ſponſi manſiones: diuerſimode iſtam gratiam aſſecuti ſunt. Iſta eſt ergo virtꝰ quam per ſeipſum deus ſolet largiri. ¶ Secundo dico ꝙ iſta eſt illa qua in fonte ſuo deus ſolet ſentiri: ⁊ qua in terris poteſt percipi ⁊ hauriri: nulla eñ alia virtus guſtat ita deum ſicut deuotio. Sicut enim dicit Auguſt. ſup Johan. Deus nec ſonus eſt: qui auribꝰ audiatur: nec color qui oculis deſtinat̃: nec odor qui a naribus capiatur: nec ſapor qui facibus iudicatur: nec durũ nec molle quod digitis attrectetur: ⁊ tamen aliquid eſt qđ ſentire facile eſt: explicare vero impoſſibile. Iſta eſt ergo virtus qua pre ceteris deus põt ſentiri. ¶ Tertio dico ꝙ iſta eſt illa qua omne aſperũ dulciter põt leniri. Conſtat enim ꝙ deuotio omnẽ triſticiam fugat: oẽm amorem gratificat: oẽm ſpẽ certificat: ⁊ quicquid in rebus eſt oneroſum ⁊ aſperum: dulce facit ⁊ lenificat. Et ideo dicebat Bernar. ſuper Cantica. Eſt inquit vnguẽtum compunctionis pungitiuũ dolorẽ faciens: vnguentũ deuotionis temperatiuũ dolorẽ leniens ⁊c. Sufficit q͛ alibi multa dicuntur.

A **Deuorare.** Nota ꝙ multiplex eſt deuoratio. Nam terra deuorat homines morientes
Dyabolus deuorat impios delinquentes.
Tyrannus deuorat pauperes indigentes.
Infernus deuorat dãnatos deſcendẽtes.
Eſt igitur deuoratio carnis conſumptoria: quã facit terra reſpectu morientiũ Numeri. xvj. Aperiẽs terra os ſuũ deuorabit chore ⁊c. Itẽ eſt deuoratio virtutũ abſterſiua: quam facit dyabolus reſpectu delinquentiũ: quia ſcʒ quicũꝗ peccata a dyabolo deuoratur ⁊ corpori ipſius intimatur. j. Petri. v. Aduerſarius veſter dyabolus tanꝙ leo rugiens circuit querens quem deuoret. Item eſt deuoratio rerum ſublatiua: quam facit tyrannus reſpectu innocentiuʒ ſeu pauperũ indigentium Pſ. Deuorãt plebem meã ſicut eſcam panis ⁊ alibi. Sicut eius qui deuorat pauperem in abſcõdito. Item eſt deuoratio anime leſiua: quã facit infernus reſpectu damnatorum pereuntium. De quo Leuiti. x. Ignis deuorauit eos ⁊ mortui ſunt. His ergo premiſſis dicamus: ꝙ deuorare moraliter accipiẽdo: idẽ eſt qđ nocere: deſtruere: diſſipare: abſorbere: ⁊ totaliter extirpare. Eſt etiã deuorare idem quod auide ⁊ ſine temperamento comedere.
B Et ideo ſicut comedere pertinet ad homines: ſic deuorare ad aĩalia crudelia ⁊ guloſa. ¶ Poſſumꝰ ergo notare ꝙ triplex eſt voracitas ſeu deuoratio
Prima eſt guloſitatis ⁊ carnalitatis.
Secunda eſt rapacitatis ⁊ crudelitatis.
Tertia eſt penalitatis ⁊ aduerſitatis.
Cibaria enim deuorantur ꝑ voracitatem guloſorum.
Pauperes deuorãt̃ ꝑ rapacitatẽ tyrannorum.
Anime deuorant̃ in infernoꝰ ꝑ crudelitatẽ tormentoꝝ.
Eſt igitur quedã voracitas inſatiabilis guloſitatis. Guloſi eñ non poſſunt ſatiari cibarijs: immo ad modum irrationabiliũ beſtiarũ non ceſſant cibaria ſuperfluere dicentes Eccle. ij. Quis ita deuorabit ⁊ delitijs affluet ſicut ego. Itẽ eſt deuoratio rapacitatis ſeu iniquitatis. Cupidi eñ ⁊ rapaces ſunt ſimiles animalibus crudelibus: q̃ nõ ceſſant carnes beſtiarũ innocẽtium deuorare. Similes ſunt igit̃ igni: q̃ res ſibi cõtiguas ſubito deuorat ⁊ cõſumit Sic vere iſti auari innocentes ⁊ pauperes per rapinas deuorare nõ ceſſant ⁊ ipſos diuerſis tribulationibꝰ infirmare. Vñ Eſa. j. Regionẽ veſtrã coram oculis veſtris alieni deuorant Amos. ij. Mittam ignẽ in iuda ⁊ deuorabit edes hieruſalem. Iſti enim tyranni proprie dicuntur deuoratores: q͛ ſicut vorago ſua inſatiabili capacitate quaſi infinita recipit ⁊ abſorbet: de receptis autem nullum veſtigium apparet. Sic vere tales quaſi infinita de alienis bonis rapiũt deuorant ⁊ aſſumunt: in eis tamen vt cõmuniter nullum diuitiarum veſtigium apparet: immo quaſi continue ſunt pauperes ⁊ verificatur in eis verbum ſapientis: qui dicit Prouerbio. xj. Alij diuidunt propria ⁊ ditiores ſunt. Alij rapiunt nõ ſua: ⁊ ſemp in egeſtate ſunt. Iſta eſt ergo deuoratio rapacitatis: ſʒ huic põt ſubalternari: deuoratio detractoꝝ q̃ vbis ſuis detractorijs alios deuorãt ⁊ corrodũt. Unde Gene. xxxvij. Fera peſſima deuorauit filiũ meũ ioſeph. Et Deuterono. xxxij. Gladius meus deuorabit carnes. Et poſſumus ſubdiſtinguere: ꝙ ſicut mundi peccatores ſolent alios diuerſimode deuorare. Ita iuſto dei iudicio per diuerſa peccata diuerſimode deuorantur. Unde nota ꝙ quidã deuorantur per peccatuʒ auaricie: quidam per peccatuʒ inuidie: quidã ꝑ peccatum luxurie. Primi figurantur in illis qui deuorati ſunt a terra Nume. xvj. Terra enim. i. terrena proſperitas ⁊ negociatio per auariciam deuorat ⁊ cõſumit. Nume. xiij. Terra quam luſtrauimꝰ deuorat habitatores ſuos ⁊c. Secundi deuorantur in illis qui deuorati ſunt ab igne Leui. x. Egreſſus ignis a domino deuorauit eos ⁊ mortui ſunt. Ignis enim ſignat peccatũ inuidie qđ poſſeſſorem ſuũ ſtimulat ⁊ cõburit: ipmq́ꝫ mente ⁊ corpore deuorat ⁊ deſiccat. Joelis. j. Ignis deuorabit ſpecioſa deſerti. Tertij figurantur in illis qui deuorantur a lepra. Lepra enim que non ſolũ poſſeſſorem ſuũ: immo etiam alios habet inficere: ſignat luxuriam que primo ſuos: deinde alienos ꝑ ſuos cõtactus habet inficere ⁊ corrumpere Nume. xij. Medium carnis eius a lepra deuoratum eſt. Iſta eſt ergo deuoratio iniquitatis. Tertio dico ꝙ eſt deuoratio penalitatis: ⁊ iſta eſt qua peccatores in inferno deuorantur. Unde de peccatoribus dicitur Job. xx. Deuorabit euʒ ignis qui non ſuccendetur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo. Aurum enim in igne non deuoratur nec cõſumitur ſed purgatur. Plũbum vero ibi conſumitur et penitus ſi ibi ſit diutiꝰ deuoratur. Sic vere boni in inferno non deuorant̃: immo ibi per ignem depurantur Mali vero ibi deſtruuntur ⁊ perpetuo cruciant̃ Ezechie. xxij. Nouiſſimũ tuũ deuorabit ignis. Et nota ꝙ ignis inferni deuorabit multa genera peccatorũ: vcʒ
Terrenis opibus implicatos.
Superbis turribus ſublimatos.
Prauis muneribꝰ inquinatos.
Virtutũ fructibus ſpoliatos.
Profundis mẽtibꝰ obſtinatos.
Malignis cordibꝰ diſcordatos.
Dico igit̃ ꝙ igne inferni finaliter deuorabunt̃ implicati terrenis actibꝰ Deuterono. xxxij. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: ⁊ ardebit vſꝗ ad inferni nouiſſima: deuorabit terram cum germine ſuo: ⁊ montium fundamenta comburet. Item deuorabũtur eleuati ſuperbis montibus Judicum. ix. Egrediatur ignis de ramno: et deuoret cedros lybani. Item deuorantur iſto igne inquinati prauis muneribus: quia ſicut dicit Job. xv. Ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui libenter munera accipiunt. Item ſpoliati virtutũ fructibꝰ Eccli. xliij. deuorabit mõtes ⁊ exuret deſertum. Item ibi deuorabuntur obſtinati profundis mẽtibus. Unde Amos. vij. Ecce vocabit dominus iudicium ad ignem: et deuorabit abyſſum multam. Item deuorabuntur diſcordati malignis cordibus. Pſalmus. Ignis hoſtes tuos deuoret. Et hoc de deuorare ſufficit.

**Deus.** Quãuis enim nomẽ dei mirabile ſit affatu et inſcrutabile cogitatu: et ſicut dicit Job. xxxvj. Magnus deus et vincens ſcientiã noſtram: et inde eſt ꝙ magnus dominus et laudabilis nimis: et ſapientie eius non eſt numerus. Ideo perfectionẽ ipſius expaueſcens: loqui de ipſo longius pertimeſco: verum ſi fari neſcio: propter hoc non ceſſabo aliquid balbutiri. Dicamus ergo ꝙ quis de diuina eſſentia nõ poſſumus aliquid dignum loqui: ideo de ipſius effectibꝰ aliqua breuiter poſſunt dici. Eſſentia enim dei eſt inperſcrutabilis pro tempore huius vite. Unde narratur: ꝙ cũ quidam rex petijſſet a quodam philoſopho. Quid eſt deus. Dixit philoſophus A

Ayuntamiento de Madrid

da mihi inducias.xv.dierū:qua cōceſſa ⁊ completa:ꝑtijt inducias vnius menſis:⁊ tandē duorū menſiū:ita ꝙ ſemper inducias duplicabat:de quo admiranti regi ⁊ quereti. Reſpondit phs. Certe inquit tot dilationes quero:quia quantomagis inquiro quid ſit deus:tantominus inuenio. Ideo diuinam eſſentiam deſcribens ſemel quidā phs dicit ſic. De⁹ ſphera incircūſcriptibilis:cui⁹ centrū vbiqꝫ eſt:circūferētia autē nuſꝗ. De diuina ergo eſſentia nō querentes ſolū de iſto vocabulo deus diſſeram⁹. Dicamus ergo ꝙ deus habet

B Eminentiam ſuperiorem.
Sapientiam limpidiorem.
Prudentiam occultiorem.
Amiciciam precariorem.

Habet dico deus eminentiam cuncta precellētem. Sapiētiam cuncta cognoſcentem. Prouidentiam cuncta gubernātem. Amiciciam cuncta diligētem. Habet ergo deus ſuperiorem eminentiam. Deus enim eminet ⁊ ſupereſt omnibus reb⁹:dignitate:bonitate:poteſtate. Ps. Quoniam de⁹ rex magnus dominus terribilis ſuper omnē terram. Rex inquit:ecce dignitas. Terribilis: ecce poteſtas. Super omnem terram:ecce bonitas. Iſta ergo ꝑeminentia eſt cunctis ſuperior. Item in ipſo eſt ſapientia cunctis limpidior:vt enim dicitur Eccli.j. Omnis ſapientia a domino deo eſt. Et Sapien.vj dicitur.ꝙ de⁹ ſapientie dux eſt ⁊ ſapientium emendator. Item in ipſo eſt prouidētia cunctis diſcretior ſeu cunctis occultior. Sicut enim per occultam ⁊ inuiſibilem lune influentiam mare viſibiliter regitur ⁊ mouetur:ſic per dei prouidentiam mundus iſte diſponitur ⁊ ſenſibiliter gubernatur. Ideo dicitur in ps. Quoniam rex omnis terre deus:pſallite ſapienter. Rex enim dicitur.i.rector. Iſte habet amiciciam precariorem. Ideo.j.Corinthio.xiij.dicitur. Ipſe dicitur deus pacis ⁊ dilectionis. Sicut enim Sapien.xj.dicitur. Ipſe diligit omnia que ſunt:quoniam ſua ſunt. Propter iſtas ergo ⁊ alias perfectiones diuinas eſt ipſe deus colēdus:honorandus:⁊ metuendus. Coli enim debet propter deitatem:honorari propter dignitatem. Formidari propter poteſtatem. Quomodo autem ſit deus declarat in ps. Deus iudex iuſtus:fortis ⁊ patiens

Iſte eſt deus:ideo adorandus.
Iſte eſt iudex:ideo formidandus.
Iſte eſt iuſtus:ideo honorandus.
Iſte eſt fortis:ideo amplexandus.
Iſte eſt patiens:ideo diligendus.
Iſte eſt clemens:ideo requirendus.
Iſte eñ habet plenitudinē ſctitatis:q̃ deus.
Celſitudinem dignitatis:quia iudex.
Rectitudinem veritatis:quia iuſtus.
Magnitudinem poteſtatis:quia fortis.
Fortitudinem firmitatis:quia patiens.
Mititudinem pietatis:quia non iraſcitur.

C ¶ Dico ergo ꝙ deus eſt adorandus propter excellentiam deitatis. Iſte eſt enim deus ſolus Deuterono.vj. Tuus deus vnus eſt. Ideo precipitur ibidem. Dominum deum tuum adorabis ⁊ illi ſoli ſerties. Elephas enim eſt animal valde diſciplinabile ſm Plini. Dicitur enim cognoſcere regem ⁊ eū adorare. Sic vere nos debemus cognoſcere regem:ſcꝫ dñm qui eſt rex noſter ante ſecula:⁊ qui operatus eſt ſalutē in medio terraꝝ per fidem ⁊ dilectionem:⁊ debemus adorare per reuerentiam ⁊ deuotionem. Deus inquit. Unde Apocalip.xix.dixit angelus Johanni cum adorare volenti. Uide ne feceris:conſeruus tuus enim ſum ⁊ fratrum tuorum deum adora.q.d. Noli adorare creaturam ſed creatorē. Qđ eſt contra ydololatras:ſortilegos ⁊c. Et ſi vis de dei excellentia potes notare ꝙ ipſe eſt

Lux illuminans noſtram cecitatem.
Rex examinans noſtrā prauitatē.
Lex determinans omnē veritatem.
Fons eliminās omnem feditatem.

Eſt dico lux mentes illuminās.j.Johan.j. Deus lux eſt ⁊ tenebre in eo nō ſunt vlle. Itē ipſe eſt rex culpas examinans ps. De⁹ autem rex noſter ante ſecula. Et illud ps. Deus deorum dominus locutus eſt:⁊ vocauit terrā. Item ipſe eſt lex cūcta determinans ps. Deus ſtetit in ſynagoga deorū:in medio autem deus dijudicat. Item eſt fons ſordes eliminans. Eccli.j. Fons Sapientie verbū dei. Deus igitur eſt honorandus. ¶ Scđo dico:ꝙ ipſe eſt formidand⁹.  D
q̃ ſcꝫ iudex. Aues enim timent aquilam:beſtie leonē:malefactores iudicem. Aues enim predales audita voce aquile ipſa die non audēt predare. Beſtie etiā de circulo a leone facto non audent egredi. Latrones etiā in pſentia iudicis non audēt. furari. Sic vere nos debemus timere leonē:aquilā:⁊ iudicem noſtrū ſcꝫ deū ita ꝙ in eius preſentia qui vbiqꝫ eſt:non debemus audere aliqđ forifacere:nec de circulo mandatorū ſuorū egredi vel exire. Amos.iij. Leo rugiet q̃s non timebit. Et Oſee.xj.dr. Ipſe rugiet ⁊ formidabunt filij matris. Unde Eccls.xij. Deū time ⁊ mādata eius obſua. Et Apocal.xiiij. Timete dominū:⁊ date illi honorē:⁊ adorate eum ⁊c. Dic ſi vis de lapide excolicero:q̃ facit oculos temuloſos:ſicut ſup̃.vel dic de cornice ⁊ de aquila:ſicut ſup̃. Sicut enim dicitur. Eccli.viij.q̃ non profertur contra malos ſentētia cito:ideo abſqꝫ vllo timore filij hominū perpetrant mala. Non ſic:ſed timeatur deus q̃ iudex. Eſai.xxix. Dominus rex noſter:dñs iudex noſter:dñs legifer noſter. Et merito:quia procerto

Hic non variatur verbis aut precibus.
Hic non immutatur donis vel opibus.
Hic non inclinatur minis vel verberibus.
Hic non defraudatur falſorum fraudibus.
Hic non deluditur blandis ſermonibus.
Hic non decipitur cecis erroribus.

Merito ergo concluditur ꝙ iſte eſt iudex terribilis et formidandus ps. Terra tremuit ⁊ quieuit dū reſurgeret in iudicio deus. Ipſe eſt enim iudex ſubtiliſſimus ad iudicandum. Seueriſſimus ad puniendum ⁊ vindicandum. De ſua ſagacitate dicitur in ps. Iuſticia tua iuſticia in eternum ⁊c. De ſeueritate vero ſua dicitur in ps. Deus vltionum dominus:deus vltionū libere egit. Eſt igitur deus formidandus ⁊c. iudex inq̃t.

¶ Tertio dico ꝙ deus eſt digne ⁊ iure venerandus. Iuſtus inquit. Inter ceteras enim virtutes iuſticia magis placet:hanc enim impreſſit deus in corpore humano:in illa ſuperiori parte ratiōis que ſynderesis appellatur:que ſcꝫ in omnib⁹ iuſticiā ſequitur:⁊ ſi quis contrafecerit ſtatim contradicere ⁊ reclamare ſentit. Quia ergo deus per ſe ⁊ ſimpliciter iuſtus eſt:propter hoc a natura humana debet diligi:⁊ oī diligētia venerari. Iuſtus enim eſt quia nemini iniuriam facit:vnicuiqꝫ ius ſuum tribuit:⁊ a veritatis iuſticia ⁊ ratiōis regula non diuertit. Unde ipſe dicit Eſaie.xlv. Deus iuſtus ⁊ ſaluans nō eſt preter me. Unde Danie.ix. Iuſtus ⁊ domin⁹ deus noſter in omnibus operib⁹ ſuis. Eſt igitur deus diligendus ⁊ venerandus. Iuſtus inquit. Et ſi vis nota ꝙ deus iuſtus dicitur et iuſticia ipſius inuenitur  E

Quia recipit digne penitentes.
Quia adiuuat in ſe confidentes.
Quia reprimit ſibi reſiſtentes.
Quia punit malos delinquentes.
Quia ſaluat bona facientes.
Iſti eñ ſunt q̃nqꝫ actus iuſticie:ſcꝫ
Remittere penitentibus.
Succurrere confidentibus.
Reſiſtere rebellantibus.
Penas inferre delinquentibus.
Bona conferre promerentibus.

Dicā igitur deū iuſtum q̃ remittit penitentibus. Iuſtum enim eſt:vt qui perfecte penitet miſericordiam ⁊ veniam cōſequatur:vñ Actu.xj.dicitur:ꝙ deus penitentiam ad vitā dedit. vnde Eccli.xij. Altiſſimus odio habet peccatores:⁊ miſertus eſt penitentibus. Item quia ſuccurrit ſcꝫ confidentibus ſeu in ſe ſperantibus Danie.xij. Bñdixerūt deum qui ſaluat ſperātes in ſe.

Item

Ayuntamiento de Madrid

Jtem q̄r obuiat preſumentibus.vñ Jaco.iiij.Deus ſu
perbis reſiſtit: humilibus autē dat gratiam. Jtem q̄r
penas infligit delinquentibus. Unde Deutero. iiij.
ꝛ Hebre.xij.Deus noſter ignis cōſumēs eſt. Et illud
ps.predictum.Deus vltionum dominus ꝛc. Jtem q̄r
benefacit promerentibus: hoc eſt:quia gloriam eter
nam dat benefacientibus.vnde in ps. Pacem ꝛ verita
tem diligit deus:gratiam ꝛ gloriā dabit dominꝰ. Pa
tet ergo quomodo deus eſt diligendus ꝛ venerandus.
Et hoc quia iuſtus.Juſtus inquit.Unde in ps. Quo
F niam deꝰ iuſtus dñs ꝛc. ¶ Quarto dico: ꝙ ipſe eſt ap
petendus: ꝛ per ſpem amplexandus: ꝛ hoc quia fortis
Melius eſt enim inniti rei forti ꝙ debili. Unde etiā de
illo piſce qui dicitur nautilus legitur ꝙ ſtatim ꝙ tem
peſtatem ſentit:ad fundū deſcendit: ꝛ alicui rupi vel
lapidi adheret firmiſſime:vt pondere lapidis teneat:
ne fluctibus eijciatur a mari. Etiam vrſus ꝛ elephas
fortem arborem cui innitūtur dū dormiūt ſolent que
rere ne contingat eos dum dormiūt cadere vel perire.
Sic ꝛ nos deo qui fortiſſimus eſt:per ſpē ꝛ deſideriū
innitamur: ꝛ eum affectionis brachijs amplexemur:
vt a fluctibus tentationum ꝛ tribulationum ipſiꝰ for
titudine liberemur.ij.Regū.xxij. Deus meus fortis:
deus meus ꝛ ſperabo in eum. Et.ij.Reg.xxiij.Deus iſ
rael mihi locutus eſt fortis iſrael. Et vere fortis:quia
iſte fortis eſt

Ad propugnandū pro nobis valide.
Ad adiuuandum cadentes prouide.
Ad ſuſtentandū [illegible]preſſos ſolide.
Ad debellandū demones rigide.

¶ Fortis er go eſt:q̄r per hūc hoſtes expugnant
Mee.iiij.Deus noſter pugnabit pro nobis. Jtem quia
per hunc debiles iuuantur ps. Deus adiutor noſter
in eternum. Et alibi. Beatus cuius eſt dominus adiu
tor eius:ſpes eius in dño deo ipſius qui fecit celū ꝛ ter
ram. Jtem q̄r per hunc infirmi ſuſtentantur ps. Deus
noſter refugium ꝛ virtus. Jtē q̄r per hūc tyranni repri
munt:ſeu etiā demones refrenātur Dan.vj. Paueāt
ꝛ cōtremiſcāt deū danielis: ipſe eñ eſt viuens:qui ſcꝫ
concluſerat ora leonum. Et breuiter deus eſt fortiſſi
mus:quia ſicut dicitur Nume.xxiij. Deus eſt cuiꝰ for
titudo ſimilis eſt rinoceroti:quia ſicut dicit Eſa. ix.
Jpſe eſt deus fortis:pater futuri ſeculi:princeps pacis
Patet ergo ꝙ iſte eſt appetendus ꝛ amplexandus: q̄r
fortis inquit. ¶ Quinto dico ꝙ deus eſt diligendus ꝛ
G frequentandus. ꝛ hoc q̄r patiens. Homo enim qui eſt
mitis:dulcis ꝛ patiens:libentius ab alijs frequenta
tur: ꝛ plus diligitur ꝛ amat. Jſte eſt enim patiens: q̄r
non cito prorumpit ad puniēdum. Quia faciliter eru
pit ad indulgendū. Finaliter tamen dirumpit ad vin
dicandum. Non dico: ſolet ad puniendum cito prorū
pere Job.xxxv. Non ergo fruſtra audiat deus. Sequi
tur. Nunc autem nō infert furorem ſuū nec vlciſcitur
ſcelus valde. Jtem facile ſolet ad indulgendum libēs
erumpere. Jpſe enim magis eſt miſericors ꝙ iuſtus:
quantum apparet in effectibus ps. Deus meus miſe
ricordia eius preueniet me. Jtem finaliter ſolet ad vin
dicandum feruens dirumpere: q̄r ſcꝫ poſtꝙ diu patiē
ter expectauerat:feruenter ad vindicandū inſurgit:vñ
Eccli.v. Altiſſimꝰ eſt patiēs redditor. Unde Eſa.xlij.
Hec dicit dominus deus: creans celos. Sequitur. Ta
cui:ſemper ſilui:patiens fui quaſi parturiens loquar
diſſipabo ꝛ abſorbebo ſimul. Jpſe eñ nūc videtur eſſe
patiens: q̄r ſicut dr.ij.Petri.ij. Patienter expectat deꝰ
nolēs aliquem perire: ſed oēs ad penitentiā reuerti.
H ¶ Sexto eſt pie requirendus: quia non iraſcitur per
ſingulos dies Judith.viij. Non enim quaſi homo ſic
deus cōminabitur: nec vt filius hominis ad iracun
diam concitabitur. Uerūtamen quanto ſua patiētia
eſt longior tanto:niſi cōuerſi fuerimus erit pena gra
uior ꝛ acerbior. Niſi enim conuerſi fuerimus gladiū
ſuum vibrauit:arcum ſuū tetendit ꝛ parauit illū. Un
de Roma.ij. dicitur. An diuitias bonitatis dei longa
nimitatis ꝛ patientie cōtemnis:an ignoras quoniam
benignitas dei ad pniam te adducit: ſm aūt duriciā
tuā ꝛ impenitens cor tuū theſaurizas tibi irā in die ire
ꝛ reuelationis iuſti iudicij dei. Patet igitur qualiter
deus eſt patiēs:fortis:iuſtus:iudex ꝛ deus. Et ideo
Ut vnum adorandus:quia deus.
Formidandus:quia iudex.
Uenerandus:quia iuſtus.
Amplexandus: quia fortis.
Frequentandus:quia patiens.
Requirendus:quia non iraſcitur.
Sufficit: q̄r in infinitis locis fit mentio de deo: ꝛ mari
me de deo quātum ad ſuos effectus: ſcꝫ de dei iuſticia
miſericordia patientia ꝛc.

## Deus pro creatura.

Nota ꝙ nomen deitatis nō ſolū A
refertur ad creatorē:immo etiā quandoꝙ transfertur
ad creaturā. Et ſic dicā ꝙ inuenio in ſcriptura quinꝙ
genera deorū vcꝫ iuſtos:demones: peccata: tyrannos:
ꝛ hypocritas.
Primi ſunt dij quos iuſticia facit perfectos.
Secundi ſunt dij quos ſtulticia facit erectos.
Tertij ſunt dij quos nequitia reddit infectos.
Quarti ſunt dij quos potentia dedit prouectos.
Quinti ſunt dij quos fallacia fecit correctos.
Dicam ergo ꝙ inueniunt dij magne iuſticie ꝛ pfectio
nis: ꝛ ſic per deos intelligunt viri iuſti: q̄a a cōībus con
ditionibus ſunt ſeparati: ꝛ ab humanis vitijs alieni:
qui ſcꝫ ſunt in celis celeſtia cōtēplando. Sunt immor
tales ſemper in ſtatu gratie perſeuerando. Sunt inui
ſibiles ſe a viſibus humanis per humilitatē occultā
do. Sunt omniſcientes diuinā ſapientiā amplexando.
Sunt omnipotentes mirabilia opera faciendo: ꝛ ter
ribilia ſuſtinendo. Jſtis igitur loquitur Dauid in ps.
Ego dixi dij eſtis ꝛ filij excelſi oēs. Jſti eñ dij dicūtur
q̄r precellūt alios eleuata affectione. Precellūt alios
ſingulari cōuerſatiōe: precellūt alios pia ꝛ humili de
uotione ꝛ cōpaſſione. Jſti enim ad celeſtia pre ceteris
eleuant. Unde de ſamuele ſuſcitato ꝛ alijs aſſocianti
bus: cū dr.j.Reg.xxviij. Deos vidi aſcēdentes de terra
Jtē ſuper mortales ſingulariter ꝯuerſantur Danie.ij.
Preter deos quorū nō eſt cū hominibus conuerſatio
Jtē ad hoīes miſericorditer ꝛ humiliter inclinant. Un
de de paulo ꝛ barnaba dictū fuit Actuū.xiiij. Dij ſimi
les factiꝰ hominibus deſcendebant ad nos. Jſti ſunt er B
go dij magne bonitatis ꝛ perfectionis. ¶ Secūdo di
co ꝙ inueniunt dij magne vanitatis ꝛ deceptionis: et
iſti ſunt demonia ꝛ ydola: q̄ dij ab hominibꝰ ſunt pu
tata: de quibus in ps. Omnes dij gentium demonia
Jſti etiam dicuntur dij alieni: q̄r ſcꝫ quicquid aliud a
deo vero creditur:alienum ꝛ inutile reputatur Exod.
xx. Non habebis deos alienos. Quomodo autem hu
mana ratio a cultu veri dei declinauerit: Et dij eſtis:
ſcilicet demonibus ꝛ ydolis adheſerit: ſtellaſꝙ et vir
tutes rerum deos putauerit: et non vnum ſed plures
crediderit et adorauerit: vide Lactantium de ortu fal
ſe religionis deorum: qui ſuper hoc multa ponit. Ui
de etiam Sapientie.xiiij. Sicut enim dicitur .iiij. Re
gum.xvij. Unaqueꝙ gens fabricata eſt deum ſuum.
Sed dd in ps. Nō eſt deꝰ preter dñm ꝛ nō erit deus pre
ter deū noſtrū. Et id in ps. Nō erit in te deꝰ recēs: neꝙ
adorabis deū alienū. Et Deuterono.xxxij. Uidete ꝙ
ego ſum ſolus: ꝛ non ſit alius deus preter me. ¶ Ter C
tio dico ꝙ inueniunt dij magne prauitatis ꝛ infectio
nis. Et ſic dico ꝙ peccata ꝛ etiā bona terrena q̄ a ma
lis ſuper omnia diligūtur: ꝛ quibus a malis ſeruitur
ꝛ obedit dij eorum reputant. Jllud eñ qd̄ quiſꝙ p̄ ceteris
colit ꝛ diligit deū ſuū facit: ꝛ inde eſt ꝙ auari faciunt
deū ſuū de pecunia. Delitioſi de gula ꝛ luxuria. Supbi
de ſeculari eminētia ꝛ potētia. De auaricia pꝫ: q̄r aua
ricia dr ydolorum ſeruitꝰ ab apl'o. De gula et pꝫ: q̄r ſicut
dr Phili.iij. Horū deus venter eſt ꝛ gloria in cōfuſiōe
q̄ terrena ſapiūt. De ſupbia ꝛ mūdi eminētia dici pōt
illud.ij.Corin.iiij. Deus huius ſeculi excecauit men

Ayuntamiento de Madrid

tes infidelium. Et illud .iiij. Reg. xx. Dij montium ſunt
dij eorum. Legitur enim quomodo incole terre pmiſ
ſionis ibidem per nabuchodonoſor inſtituti fecerunt
ſibi diuerſos deos: ita ꝙ veri dei cultũ nõ ſeruauerũt:
ſed ſinguli ſm morẽ terre de qua venerant: diuerſos
deos fabricauerũt ⁊ adorauerunt: propter quod a leo-
nibus dei iudicio moleſtati fuerunt: ſicut dicitur .iiij.
Regum xvij. Neſciebãt enim legitima dei terre ſicut
dicitur ibidem. Sic & ego dico: ꝙ multi ſunt in terra pro
miſſiõis: id eſt in eccleſia vel fide xpiana qui legitima
dei terre .i. dei mandata relinquunt: ⁊ deos alienos: id
eſt peccata quibus ſeruiunt introducũt. Et ideo non
mirũ ſi leones infernales ipſos ad mortem eternã de-
ducunt Hiere. xvj. Seruietis dijs alienis qui non da-
bũt vobis requiem die ac nocte. Expone ſi vis quomo
do mundi bona: vel etiã vitia ⁊ delectabilia nunꝙ dãt
requiẽ poſſeſſorib⁹ ſuis. Solus enim deus eſt in quo
poteſt quieſcere mens humana: iuxta illud Auguſti.
Inquietum eſt cor meum bone ieſu: niſi quieſcat in
te. Tales igitur qui deum verum relinquũt: ⁊ de terre
nis bonis ⁊ vitijs deos ſibi faciũt: figurari poſſunt in
illo rege iſrael Amaſia. De quo .ij. Paralipo. xxv. di-
citur: ꝙ allatos deos filiorum ſeyr ſtatuit deos ſibi. Seyr
enim interpretatur hyſpidus vel hirſutus mũdanos
ſignat: qui ſcʒ per malam conuerſationem ſunt hyrſu
ti ⁊ hyrſuta pelle diuitiarũ induti: dij autem iſtorũ bo
na terrena ſignant: ad que colenda omnino ſunt dedi
ti atqʒ dati. Igitur rex iſrael deos filiorum ſeyr in deos ſi-
bi accipit: quando vir eccleſiaſticus bona ⁊ vitia mũ
danorũ in ſeipſo collocat atqʒ ponit: ⁊ quãdo ipſa am
plexatur ⁊ colit: contra illud predictum pſ. Non erit
in te deus recens: neqʒ adorabis deum alienum: ego
enim ſum dominus deus tuus qui eduxiſti te de terra
egypti. Iſti ſunt ergo dij magne prauitatis ⁊ infectio
nis. ¶ Quarto dico ꝙ inueniuntur dij dure poteſta-
D tis ⁊ inuaſionis: ⁊ iſti procerto ſignant mũdi diuites
⁊ tyrãnos: qui ſcʒ honores diuinos a ſubditis ⁊ paupe
ribus videntur exigere: ⁊ ſe deos inter alios reputare.
Nonne ſaturnus ⁊ iupiter reges crete fuerunt: qui ta
mẽ a ſimplici populo ſe deos credi ⁊ appellari fecerũt
⁊ vt magis timerẽtur ⁊ honorarentur a ſubditis ſe deos
⁊ immortales finxerunt. Sic ergo hodie videntur no
ſtri diuites ⁊ tyranni facere: q. ſ. vltra humanã natu-
ram videntur ſe eſſe aliquid credere: ⁊ ad hoc etiam ac
ſi de mortalitate aliquid nõ haberent omnibus ſe pre
ferre. Iſti videntur figurari in nabuchodonoſor rege
ſuperbo: qui ſue mortalitatis oblitus: preceperat oẽs
deos terre exterminari: vt ipſe ſolus deus terre dicere-
tur: ſicut dicitur Judith. iij. Sic proculdubio mũdi di
uites ⁊ tyranni ſoli dij .i. magni ⁊ autentici in ſua pa-
tria apparere volunt. Et ideo omnes alios pro poſſe
ſuo eradicant ⁊ confundũt: ⁊ iſti proprie dicuntur na-
buchodonoſor qui interpretatur ſedens in anguſtia:
quia pro certo tales multis anguſtijs ſe ſubijciũt: vt
dij vocari ⁊ magni hoĩes reputari ⁊ alijs preferri poſ-
ſunt: tantum tamen faciunt: ꝙ ipſi quaſi dij reputan
tur: ita ꝙ ſimplices dicunt illud Judith. v. Nabucho
donoſor deus terre eſt. ⁊ nota ꝙ tales dij
Per ſuperbiam ſolent eleuari.
A ſimplicibus ſolent honorari.
Cum ſeuitia ſolent principari.
Cum iuſticia ſolent diſſipari.
Dico ergo ꝙ iſti in ſuperbiam multum eleuãtur pſ.
Dij fortes terre vehementer eleuati ſunt. Item a ſim-
plicibus nimis honorãtur: q. ſcʒ ſimplices magis ho
norant iſtos ꝙ deum pſ. Immolauerunt demonijs ⁊
non deo: dijs quos ignorabant. Item cum ſeuitia ple
bi principantur: q. ſcʒ iſti pre crudelitate ſunt ſicut de
mones pſ. Omnes dij gentium demonia. Item hi fi-
naliter a deo diſſipantur: vñ de deo dicitur primi Pa
ralipomenõ. xxvj. ꝙ ipſe eſt horribilis ſuper oẽs deos:
quia ſcilicet ipſe verus deus ⁊ eternus: ſuper omnes
tales malos deos in iudicio terribilis erit. Unde
Eſaie. xxviij. Uere deſertas fecerunt reges aſſyriorum
terras: ⁊ deos eorum dederunt igni. Patet ergo quo
modo inueniuntur dij dure poteſtatis inuaſionis ſeu
elationis. ¶ Quinto dico ꝙ inueniuntur dij perfecte
ficte vanitatis ⁊ palliationis. Et per iſtos intelligo E
quoſdam ſingulares vel hypocritas: qui ſunt in eccle
ſia vel religione: qui. ſ. quibuſdã ſingularitatib⁹ mo-
rum ab alijs gloriantur differre. Unde ac ſi eſſent dij
non homines alios ſolent contemnere ⁊ ſe preferre.
Iſtis loquitur dominus Ezechie. xxviij. dicens. Ele-
uatum eſt cor tuum et dixiſti deus ſum ego ⁊ non ho-
mo: ⁊ in cathedra dei ſedi: ⁊ corde maris: cum ſis ho-
mo ⁊ non deus: et dediſti cor tuum quaſi cor dei. Et re
uera multi ſunt ita preſumptuoſi: ꝙ ſtatim ꝙ vi-
dent ſe eſſe in cathedra dei: id eſt in officio prelature:
videntur ſe deos magis ꝙ homines credere: cum ta-
men eos mortales ſicut alios homines cõſtet eſſe pſ.
Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi: ſcʒ in fatua extimatiõe
veſtra. Sequitur. Uos autem ſicut homines morie-
mini: ⁊ ſicut vnus de principibus cadetis. Et iſti pro
prie ſunt dij alieni: quia ſcʒ ac ſi differrẽt ſpecie ab alijs
hominibus ſe reputant ab eis alienos. ⁊ propter hoc
iſti ſunt ab hominibus contemnẽdi: ⁊ de aliorum me
dio ſubmouendi Joſue. xxiiij. Auferte deos alienos de
medio veſtri. Illi enim qui propriam ⁊ humanam fra
gilitatem non cognoſcunt: neſciunt cum alijs cõmo-
rari: nec etiam ab alijs honorari: ſed tanꝙ dij in ſua
vana celeſti perfectione ſciunt gloriari. Iſti enim pro-
prie ſunt dij conflatiles: quia ſcʒ nihil exiſtentie ha-
bent: ſed ad modum flatus ſeu v[illegible]pleni ſunt vani-
tate Leuitici. xix. Nec deos conflatiles facietis vobis
Et breuiter quia alij perfectiores ſe putant deitate: to
tius perfectionis carent integritate Hierem. ij. Certe
ipſi non ſunt dij. Patet igitur quomõ dij ⁊ deus mora
liter loquendo multis modis ſumuntur. vide de ydo-
lo ⁊ ſimulachro ⁊ ſimilibus.

## Dexter. Dextera.

Nota ꝙ dextra quã
doqʒ ſumitur ꝓ par A
te meridiana. Unde Luce. j. dicitur ꝙ zacharie appa-
ruit angelus domini ſtans a dextris altaris incenſi.
Nota ꝙ cum dextera ſit pars corporis fortior calidior
et perfectior per dexteram ſemper poteſt intelligi ali-
quid in ſuo genere virtuoſum. Notabo igitur ꝙ in
ſcriptura inuenitur
Dextera iuſti.
Dextera impij.
Dextera dei.
Dextera mundi.
¶ Dextera iuſti: ſignat eius bonitatem et perfectio-
nem. Dextera impij ſignat ei⁹ prauitatem ⁊ deceptio
nem. Dextera dei ſignat voluntatem ⁊ operationem. B
Dextera mundi ſignat eius proſperitatem ⁊ delecta-
tionem. De iſtis ergo quatuor aliquid eſt dicendum.
Et primo quidem dicendum eſt de dextera viri iuſti:
que ſignat ei⁹ bonitatẽ. Pars enim dextra eſt potior
pars corporis: ⁊ ad operandum agilior. Unde Soli-
nus dicit ꝙ ſiniſtra eſt ad ſuſtineẽdum onus ſtabilior
dextera vero ad operandum habilior. Et ideo cũ iu-
ſtus habeat duas partes: animam ſcilicet ⁊ corpus: ⁊
inde eſt ꝙ circa duo mens eius verſari habeat ſcilicet
circa ſpiritualia et eterna que cõcernunt animam: et
circa temporalia ⁊ terrena que cõcernũt corpus: ideo
neceſſe eſt ꝙ dexteram habeat et ſiniſtram: id eſt du-
plicem virtutum ſpeciem ⁊ naturam: quia ſcilicet du
pliciter ſe regat ſcilicet in ſpiritualibus et terrenis: vt
⁊ ſic habere videatur in omnibus tam dexteram ꝙ ſi-
niſtram. Inter cetera autem apparet: ꝙ homo habet
dextram ⁊ ſiniſtram in manib⁹ quibus operatur. In
naribus quibus odoratur. In oculis quibus ſpecula
tur. In auribus quibus audit. In pedibus cum qui-
bus vadit. Sic vere dicam ꝙ ſiue agatur de manibus
bone operationis: ſiue de narib⁹ future meditationis:
de oculis preſentis diſcretiõis: de auribus intellectiue
cognitiõis

Ayuntamiento de Madrid

cognitiōis ſeu obedientie attentionis: de pedibꝰ amoris ⁊ affectionis: ſemper eſt ibi inuenire dexteram ⁊ ſiniſtram: vnū ſcʒ perfectū ⁊ aliud imperfectū: qꝛ.ſ. ⁊ diſcretio ⁊ affectio ⁊ opatio ⁊ cogitatio ⁊ cognitio quā habemꝰ, dʒ volui nō ſolū ad dexteram ſpiritualiū ⁊ terrenoꝛum: inimo etiā ad ſiniſtrā temporaliū ⁊ terrenoꝛū vt ſcʒ in vtroqʒ bene: ⁊ debite nos habentes: ⁊ bonam dexterā ⁊ bonā ſiniſtrā videamur habere. Juxta illud apl'i.ij. Coꝛinthio. vj. Jn omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros: in multa patientia ⁊c. Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris. Uerūtamen ſemper debet precellere pars dextera: qꝛ ſcʒ magis debemꝰ vacare circa ſpūalia ꝗ terrena. Jdeo iuſto ⁊ prouidenti viro poteſt dici illud Ezechie.xxj. Exacuere vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtrā: quocunqʒ faciei tue eſt appetitus.q.d. quicquid faciat iuſtus: ſiue operando ſiue intelligendo ⁊c. ſiue pertineat ad tēpoꝛalia ſiue ad ſpiritualia totuʒ eſt bonum. Unde nota ꝙ quidā ſunt qui vtraqʒ manu vtuntur pro dextera: qui dicunt ab Jpocrate ambidextri. Quidam qui dexterā habēt foꝛtioꝛē ꝗ ſiniſtrā. Quidā ſunt qui ſiniſtra vtūtur pro dextra Quidā vero qui neutra vtunt pro dextera: qui vtraſqʒ manus valde debiles habent. Jlli qui vtraqʒ vtuntur pro dextera ſignant viros valde perfectos ⁊ diſcretos qui ſcʒ vbicunqʒ ſciunt dextera dexteraliter.i. pfecte ⁊ ſpūaliter ſe habere ad vtilitatem ſpūalem etiam in tēpoꝛalibꝰ inuenire: quales vtiqʒ debent potiſſime eſſe prelati: figurati in illis de quibus fit mentio Judi.iij. Qui vtraqʒ manu pro dextera vtebantur: ad qd tamē imperfecti attingere nunꝗ poſſunt. Quia ſicut dicit Jpocras ī amphoꝛiſ. Mulier nō fit ambidexter. Mulier inquit.i. mollis ⁊ imperfectus. Tales autem ambidextri ſunt illi qui aduerſa tolerādo: ⁊ proſpera moderando ſe habent foꝛtiter ⁊ prudenter: cū teſte Johāne Caſſiani lib. xij. in collatione Theodoꝛi abbatis. Tunc ambidextri cū achoꝛ eſſe poterimꝰ: ſi proſpera que de ſiniſtra ſunt: bono rectoqʒ vſu ad partem dexterā pertinere fecerimꝰ. Et ſequitur ibidē. Ambidextrū merito dixerim Joſeph qui in proſperis gratioꝛ: pater religioſioꝛ fratribus. Acceptioꝛ deo in aduerſis: fidelis carceri: caſtus dn̄o: mitiſſimus vinctis: iniuriaruʒ immemoꝛ: bn̄ficus fuit inimicis. Erimuſqʒ ⁊ nos ambidextri: quando nos rerū copia ⁊ inopia nō mutauerit: qualem ſe verus ambidexter Paulus fuiſſe teſtat dicens. Scio humiliari: ſcio abundare: ⁊ ſcio penuriā pati. hec Caſſianus vbi ſupra. Jlli autē qui dexteram habent perfectā ⁊ ſiniſtram imperfectā: ſignant minꝰ perfectos: qꝛ.ſ. iſta eſt regula cōmunis ꝙ illi qui in dextera ſpiritualium ſunt perfecti: ſunt in ſiniſtra adminiſtrationis tēpoꝛaliū imperfecti: ſicut patet de multis contemplatiuis: qui in ſpiritualibus ſunt optimi Jn terrenis vero totaliter ſunt inepti. Econuerſo autem fit de multis: q.ſ. ſiniſtra vtuntur pro dextera: qꝛ in ſiniſtra tempoꝛaliū ſunt prudentes: in ſpiritualiuʒ vero regimine ſunt penitus imbecilles: q.ſ. mere actiuus parū valet in ſpiritualibꝰ: ⁊ mere cōtemplatiuus in tempoꝛalibus: tales ergo actiui ⁊ contemplatiui ſibi alternatiue poſſunt dicere illō qd dixit Abraam: id eſt contemplatiuus. Loth nepoti qui interpꝛetat declinans.i. actiuo. Recede inquit a me pbſecro.q.d. Cōtemplatio ⁊ actio vix poſſunt ſimul conuenire. Et ſequitur. Si ad ſiniſtrū ieris ego dexteram tenebo. Si vero dexteram elegeris ego ad ſiniſtram ibo. Jlli qui in dextera ⁊ in ſiniſtra nihil valent. ſunt illi qui in ſpiritualibus ⁊ in tēpoꝛalibus ſiniſtri ſunt.ſ. mali ⁊ imbecilles: qui apud deum ⁊ apud ſeculuʒ nihil poſſunt. Jſti ſunt ſicut illi pueri niniuenſes de quibus dicitur Jone.iiij. ꝙ ipſi neſciunt quid ſit inter dexterā ⁊ ſiniſtram Jſta eſt ergo dextra iuſtoꝛū: vbi ſtat dominus vt eos tueat. ps. A dextris eſt mihi dominus ne cōmouear. Et vbi finaliter ſtabit vt per eum ſaluentur ⁊ liberentur ps. Aſtitit a dextris pauperis vt ſaluos faceret a perſequētibus animam meā. Unum tamen aduertamus hic qd dr̄ Mat.v. ꝙ ſi oculus vel manus dextera ſcandalizat nos: debemꝰ ea a nobis eruere ⁊ abſcindere: qꝛ melius eſt cum vno ad vitam ingredi: ꝗ cū duobꝰ ad moꝛtem intrare. Jn quo notatur ꝙ ſi in noſtra dextera ſpiritualis virtutis ⁊ operatiōis ſcandalum preſumptionis oꝛitur: qd vtiqʒ fit quādo de virtutibꝰ ⁊ ſcientijs ſuperbitur: iſta omnino eruenda ſunt: quinimmo meliꝰ eſt.i. minꝰ malū ꝙ homo dextro oculo limpide cognitionis ⁊ dextera manu perfecte ⁊ virtuoſe operationis careat: ⁊ ꝙ ſolis ſiniſtris inhereat.i. minus perfectus exiſtat: ꝗ ꝙ ex virtutibus ſuperbus fiat: ⁊ ſic vitā eternam amittat. Conſtat enim ꝙ melius eſt cum modicis virtutibus ad vitam ingredi ꝗ magna opera facere: ⁊ magna ⁊ alta videre ⁊ cognoſcere: ⁊ tandē per ſuperbiam totum perdere. Jſtud bene figuratū eſt Luce vj. vbi dicitur ꝙ erat homo in ſynagoga: ⁊ dextera manus eius erat arida. Et tamen dicitur ibi: ꝙ iſte a dn̄o fuit curatus ad denotandū ꝙ homo quandoqʒ a deo curatur ⁊ ſanitatē eternā percipit: etiam ſi ſine dextera alte perfectionis exiſtit. Sicut etiam de illo cuius fuit amputata auris dextera: q̄ tamen a domino fuit curata: ſicut dicitur Luc.xxij. Patet ergo ꝙ in ſcriptura inuenitur dextera viri iuſti que ſignat eius bonitatem. ⁊ hoc eſt primum. ¶ Secundo dico ꝙ in ſcriptura inuenitur dextera impij: que ſignat eius prauitatē: C
Dextera enim impij nihil eſt ꝗ eius virtus operatiua vel eius potentia ad faciendū malum. Unde de malis dicitur in ps. Dextera eoꝛum dextera iniquitatis. Et nota ꝙ dextera maloꝛum

Eſt poꝛrecta ad accipiendum.
Eſt erecta ad percutiendum.
Eſt extenta ad decipiendum.
Eſt contracta ad benefaciendū.
Eſt deputata ad mala ſentiendum.

¶ Dicā ergo ꝙ dextera maloꝛū libenter ſolet munus accipere ps. Dextera eoꝛuʒ repleta eſt muneribus. Jtē faciliter ſolent pauperes percutere Judic.v. Siniſtrā miſit iael ad clauum: ⁊ dexteram ab fabꝛoꝛum malleū percuſſitqʒ ciʒaram. Jtem faciliter ſolēt amplexando fallere ⁊ decipere. Unde de Joab legitur.ij. Regū.xx. ꝙ ipſe dextera apprehendit mentum amaſe dicens. Salue mi frater: ⁊ ſic fraudulenter occidit eū. Jtem faciliter ſolet ad benefaciendū deficere ⁊ areſcere. Unde de peccatoꝛe dicitur ʒacha.xj. Brachium eius ariditate ſiccabitur: ⁊ oculus eius dexter tenebreſcens obſcurabitur. ⁊ illud Luce.vj. Erat manus eius dextera arida. Jtem finaliter ſolet in inferno perire ⁊ deficere. Unde pꝛīo Machabeo.vij. dicitur ꝙ Judas fecit amputari dexteram Nicanoꝛis quā extenderat contra templū. Et.j. Macha.ix. dicitur. ꝙ dextera pars hoſtium contrita eſt a iuda: ⁊ in ps. dicitur de peccatoꝛe. Dextera eoꝛū dextera iniquitatis: vbi eius dextera ſignat eiꝰ prauitatē. ¶ Tertio dicitur ꝙ inuenitur dextera dei: que ſignat eius voluntatem. Deus enim habere dicitur dexteram et ſiniſtram. Dextera eius ſignat eius amoꝛem et clementiam. Siniſtra vero eius rigorem ⁊ iuſticiam. Boni dicuntur eſſe ad eius dexterā: quia ſaluabuntur. Mali vero ſunt ei ſiniſtri: quia damnabuntur. Sicut enim dicitur Prouerbioꝛum. iiij. Uias que a dextris ſunt nouit dominus: peruerſe autem vie que a ſiniſtris ſunt. Legitur enim in libꝛo de natura rerum: ꝙ in dextra parte ventris galline generantur oua oblonga de quibus maſculi procreantur. Jn ſiniſtra vero parte oua rotunda: de quibus procreantur femelle. Talis gallina eſt deus ſeu chꝛiſtus. ipſe enim ad hieruſalē dicit Matthei.xxiij. et Luce.xiij. ꝙ ipſe congregat filios quēadmodu gallina congregat pullos ſuos ſub alis. Conſtat autem ꝙ iſta gallina duas habet pꝛincipales partes in vētre ſue occultiſſime diſpoſitiōis: ſcʒ dexteram que ſignat eius predeſtinationem ad bonum. Siniſtram que ſignat eius repꝛobationē ad bonū. Figurate Matthei. xxvij. in duobus latronibus qui ſuſpenſi ſunt: vnus a E

Ayuntamiento de Madrid

dextris xp̄i: ⁊ alius a ſiniſtris: quoꝝ ſcʒ vnus fuit bo-
nus ⁊ alius malus. Iſta eſt ergo veritas ꝙ illa oua:
id eſt ille perſone que ſunt in parte dextra predeſtina-
tionis illius galline xp̄i: faciunt pullos maſculos: id
eſt bona opera; ⁊ per cōſequens habent ſaluari figura
ti in beniamin: qui interpretatur filius dextre: q̄ fuit
Jacob filius ſpecialis. Illi vero q̄ in ſiniſtra ſue repro-
bationis procreantur; pullos femellos. i. muliebria ⁊
mala opera faciunt; ⁊ per cōſequēs in fine pereūt. Sic
ergo fit ſm̄ occulta dei iudicia: ꝙ illi qui ſunt a dextris
ſaluantur. Illi autem qui ſunt a ſiniſtris damnātur.
figurati Mathei. xxv. Ubi filiꝰ hominis agnos ab
hedis diuidit. i. bonos a malis ſm̄ illam eternam ſuā
⁊ occultam ſapientiam ſecernit: ⁊ ſm̄ exigentiam me-
ritorum omniū (que ab eterno habet preſentia) alios
quidem dextros; alios ſiniſtros facit: ⁊ illos quidē ſe-
cum in regnum recipit; iſtos vͦo in infernū reprobat ⁊
expellit. Dicit enim vt dicitur ibidē his qui a dextris
ſunt. Uenite benedicti. His vero qui a ſiniſtris ſunt
Ite maledicti ⁊c. Unum tamen aduerte ꝙ ille q̄ eſt ali
cui dexter; poteſt ſibi fieri ſiniſter per contrariam loci
mutationem. Et econuerſo ille qui eſt alteri ſiniſter ſi
conuertat ſe in parte contraria: fieri poteſt dexter etiā
ſola conuerſio illius cui dextri ſunt alij vel ſiniſtri; fa-
cit quidem dextros ſiniſtros; ⁊ ſiniſtros etiā facit dex-
tros. Iſta applicabo ad maloꝝ deprauationem: qui
mutando ſe de ſtatu gratie in peccatuʒ: dexteram qui
dem dei dimittunt: ⁊ ad ſiniſtram accedunt: ⁊ ad ma-
lorum cōuerſationem: qui ſcʒ quando pro peccatis di
miſſis bona faciunt. Ex ſiniſtris ſimiliter dextri fiūt.
Iſtud etiam applicabo ad dei iuſticiam occultā ⁊ pre-
deſtinationē: que ſcʒ multos qui nunc videntur eſſe
dextri: finaliter faciet. i. fieri ꝑmittet malos ⁊ ſiniſtros
multos vero de ſiniſtris; ⁊ malis faciet dextros et bo-
nos. Nam ⁊ iudas quādoq̄ fuit dexter: ⁊ factus fuit
ſiniſter. Paulus vero quādoq̄ fuit ſiniſter ⁊ finaliter
fuit dexter. Conuerſio enim dei ad vnum ⁊ diuerſio ab
altero. aliuʒ fecit dextrum: ⁊ alium econuerſo ſiniſtrū.
figuratus in Jacob qui cancellatis manibus ſuper fi
lijs Joſeph: illum qui ſtabat ad dexteraʒ fecit ſiniſtrū.
Illum vero qui ſiniſter fuerat dexterum fecit. Et inde
ſecutum eſt: ꝙ ille qui primogenitus erat ſecundo ge-
niture iura ſortitus eſt. Ille vero qui ſecundo genitus
erat: fuit primogenitus reputatus. Sic vere quotidie
facit deus: quia ſcilicet ſuper hoīes manus cancellat:
⁊ bonos malos: ſiniſtros dextros: pro libito volunta-
tis ordinat. Ipſe enim eſt qui dicit Ro. ix. Miſerebor
cuius voluero; ⁊ clemens ero in quem mihi placuerit.
De illis ergo q̄ de dextris fiūt ſiniſtri: ⁊ de bonis fiūt
mali dicere videtur dn̄s illud Hiere. xxij. Si fuerit ie-
conias anulus in manu dextera mea; inde euellam eū
⁊ dabo te in manu querentium animā tuā. Quod etiam
quandoq̄ de ſiniſtris faciat dextros: poteſt dici illud
E Ezechie. iiij. Dormies inquit ſuper latus tuū ſiniſtrū
Et ſequitur. Et poſt ſecundo dormies ſuper latus tuū
dextrū. ¶ His ergo premiſſis de dextera voluntatis
diuine poſſumꝰ notare ꝙ deꝰ vtitur triplici dextera. ſ.
Dextera ſubleuatiua: qua vtitur ad liberandū.
Dextera poteſtatiua; qua vtitur ad operandum.
Dextera amplexatiua: qua vtitur ad munerandū.
Eſt igitur quedam diuina dextera qua mundus libe-
ratur. Et iſta eſt perſona filij: que dicitur dextera dei
patris quam ſcʒ ad nos per incarnationem extendit;
⁊ ea mediāte nos ſubleuauit ⁊ erexit; ⁊ a peccatis libe-
rauit ⁊ traxit. Unde poteſt dicere humana natura ipi
deo patri illud p̄s. Suſcepit me dextera tua. Et etiam
totum humanū genus illud p̄s. Dextera dn̄i fecit vir
tutem dextera domini exaltauit me: dextera domini fe
cit virtutem. In iſto enim verſu ponitur triplex dexte-
ra ad denotandū triplicem naturam ipſius redempto
ris: qui ſcʒ fuit dextera quo ad deitatem: que fecit vir-
tutem hoſtem repellendo. fuit dextera ad naturā cor
poris que exaltauit humanuʒ genus pro eo ſatiſfaciē

do ⁊ moriendo. fuit etiā dextera quantū ad naturam
anime: que fecit virtutē corporis corpus reſumendo ⁊
reſuſcitando. fuit enim xp̄s dextera ⁊ vere ſalutis que
mundū ſaluauit p̄s. Saluauit ſibi dextera eiꝰ. Et ali-
bi. Brachium eorū non ſaluauit eos: ſed ⁊ dextera tua
⁊ brachium tuū: ⁊ illuminatio vultus tui: quoniā pla
cuiſti in eis. Dextera virtutis q̄ cuncta patrauit Eſa.
xlviij. Manus mea fundauit terrā: ⁊ dextera mea mē
ſa eſt celos. Dextera veritatis q̄ nos reformauit. Deu-
terono. xxxiij. In dextera eius ignea lex. Dextera felici
tatis que nos beatificauit ⁊ glorificauit ⁊ ꝑpetrauit.
Eccli. xxxvj. Glorifica manū ⁊ dextrū brachiū. ⁊ Pro
uerbio. iij. Longitudo dierū in dextera eius. Iſta eſt er
go dextera: qua mūdus liberatur. ¶ Sed dico adhuc f
ꝙ eſt quedā dei dextera diuina: qua deus operaꝛ ⁊ iſta
eſt dextera diuine voluntatis: ſiue diuine potētie ⁊ vir
tutis: qua ſcʒ omnia fiūt: ⁊ qua ipſe dixit ⁊ facta ſunt.
Sicut ergo videmus ꝙ dextera ad om̄e propoſitū po-
teſt flecti; ſicut patet. Quia
Clauditur ad retinendum.
Extenditur ad largiendum.
Dilatatur ad amplexandum.
Uibratur ad cōminandum.
Impellitur ad percutiendum.
Producitur ad fedus ineundum.
Protenditur ad veniam cōcedendum.
Acuitur ad aliquid oſtendendum.
Educitur ad aliquid defendendum ⁊ protegendū.
¶ Sic dicā de dextera volūtatis diuine: qꝛ ꝓcerto
Iſta nos retinet ne in peccatum cadamus.
Iſta nobis donat ne paupertate ruamus.
Iſta nos amplexatur vt caritate ferueamus.
Iſta nos ꝑcutit ⁊ cōminaꝛ vt a prauitate reſurgamꝰ.
Iſta nobis pacem facit vt in ſecuritate viuamus.
Iſta nobꝭ oīa oſ̄dit informādo ne erroribꝰ ꝯſentiamꝰ
Iſta nos defendit ⁊ ꝓtegit ne ītētatiōibꝰ ſuccūbamꝰ
Iſta nobis veniā dat ne deſperando pereamus.
¶ Sic igitur dicam: ꝙ dextere poteſtatis ⁊ volunta-
tis diuine multiplices ſunt effectus. Dicam igitur ꝙ
iſta dextera quantū in ſe eſt: ſemper eſt parata ad nos
retinendū ⁊ ſuſtinendum p̄s. Tenebit me dextera tua
Item ad nos premiandū ⁊ largiēdū p̄s. Operi manuū
tuarum porriges dexteram. Item ad nos adamandū
⁊ amplexandū Canti. ij. Leua eius ſub capite meo: et
dextera eius amplexabitur me. Item ad nos iuſte per-
cutiendum ⁊ caſtigandum p̄s. Juſticia plena eſt dexte
ra tua. Item ad nobiſcum paciſcēdum.. Unde. ij. Ma
chabeo. xj. Da nobis inquit dextras. Et ſeqtur Pro-
iecerunt arma ⁊ fecerunt pacē. Item parata eſt ad no
bis omnia oſtendendum ⁊ ad nos inſtruendum ⁊ in-
formandū. Unde de ipſo legitur ꝙ ipſe habebat librū
in dextera eius Apoca. v. Accepit inquit librū de dexte
ra ſedentis in throno. Legitur etiam ꝙ in dextera eiꝰ
erant ſeptē ſtelle. i. ſeptem ſpiritusſancti dona ad nos
illuminandum ⁊ inſtruenduʒ Apocalip. j. Itē iſta pa
rata eſt ad nos protegendum ⁊ defendendum Sapiē-
tie. v. Dextera tua teget eos. Item ad veniam ⁊ miſeri
cordiā cōcedendū ⁊ ad nos recipiendum ⁊ ſubleuan-
dum Eſaie. xlj. Suſcepit me dextera iuſti. Et Actuum
iij. dicitur de claudo ꝙ dextera leuauit eum. Ecce ergo
quomodo dextera dei multipliciter variat actus ſuos
Ideo benedicitur in p̄s. Hec mutatio dextere excelſi.
Secundum enim ꝙ diuerſimode agit diuerſimode et
nominatur: quia ſcʒ dextera dei nunc iuſticia: nūc mi-
ſericordia: nunc ſapiētia: nunc clemētia vocatur. Pa-
tet ergo ꝙ eſt quedā diuina dextera: qua deus operaꝛ. G
¶ Sed tertio dico ꝙ eſt quedam diuina dextera: qua
iuſtus muneraꝛ: ⁊ iſta eſt felicitas glorie ſempiterne.
Illi eṁ qui ibi ſunt dicuntur eſſe ad dexteram dei. i. in
bonis potioribus paradiſi. Ibi etiā collocantur iuſti
nunc per ſpem: finaliter autem per realem adeptionē
⁊ fruitionem. Et aduerte ſi vis ꝙ in iſta dextera
Eſt ſplendor inobfuſcabilis.

Eſt decor

Ayuntamiento de Madrid

Eſt decor ineſtimabilis. Eſt dulcor inopinabilis. Eſt honor incōparabilis. Eſt ibi dico limpitudo ſplendoris qui nō obfuſcatur Apoca.j. Habet ſeptem ſtellas in dextera ſua. Et ideo de cherubin qui interpretatur plenitudo ſcientie: dicitur Ezechie.x. ꝙ cherubin ſtabant ad dexterā. Ibi eſt pulcritudo decoris qui non deturpat̄ ps. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate. Regina eſt quelibet anima beata: ⁊ maxime beata virgo. Item eſt plenitudo dulcoris qui non amaricatur ps. Delectationes in dextera tua vſq; in finē. Itē eſt ibi altitudo honoris qui non minoratur ps. Dextera domini exaltauit me. Et ideo quia in iſta dextera ſunt omnia bona: merito debent ibi eſſe nunc per deuotionem nunc per cōtemplationem: nūc per affectionē noſtre cogitationes ⁊ corda. Iſtud eſt naturale in omni animali: ꝙ epar iacet in parte dextra: ſplen vero in ſiniſtra. Epar qđ amare cogit: ſignat deſideriū ⁊ amorem Splē vero qđ eſt ſedes melancolie ſignat triſticiam ⁊ timorē. Dico igitur ꝙ epar in dextera debet eſſe inquā tum ſcȝ ſumma deſideriorum ⁊ affectuū noſtrorū ad dexterā eterne felicitatis debet tendere. Splen vero ſiniſtrā reſpicit: inquantū timor ⁊ triſticia ⁊ corū diſplicentia ſiniſtra bonoꝝ temporaliū attendit. Quia breuiter ſemper eſt de bonis eternis ſperandū ⁊ ad ea anhelandū. De terrenis vero que ſiniſtra ſunt eſt fugiēdū ⁊ timendum. Aduerte tamen vnum mirabile quod ponit liber de natura rerū. Dicit enī ꝙ eſt vnū mōſtrū marinū qđ dicitur hylion al's hylon qđ contra naturam oīm animaliū epar habet in ſiniſtra: ſplen vero habet in dextera. Sic vero mōſtruoſi peccatores epar affectionis habent ad ſiniſtram temporaliū: ſplen vero diſplicentie ⁊ horroris habent ad dexterā eternorum: quia videlicet tales plus affectant temporalia ꝙ eterna: ⁊ magis horrent eternalia ꝙ terrena. Vñ Eccls.x. Cor ſapientis in dextera eius: ⁊ cor ſtulti in ſiniſtra illius. Patet ergo ꝙ eſt triplex dextera dei q̄ ſignat eiꝰ voluntatem ſeu etiam bonitatē: ⁊ hoc eſt tertiū pricipale.

B ¶ Quarto dico ꝙ eſt dextera mundi que ſignat eiꝰ proſperitatē. Cōmuniter enim in ſcriptura per dexterā intelligitur proſperitas ſiue temporalis ſiue eterna. Per ſiniſtram vero eterna ſeu temporalis aduerſitas deſignatur. Et ideo quodāmodo ſunt in ſiniſtra aduerſitatis qui finaliter erant in dextera ſumme felicitatis. Quidam vero econuerſo ſunt in dextera mundane proſperitatis: ⁊ poſtea erūt in ſiniſtra eterne aduerſitatis. Melius eſt igitur ꝙ ſimus ſiniſtri vt tandem efficiamur dextri. Nutrix enim geſtat puerꝫ in ſiniſtra vt ipſum nutriat ⁊ paſcat cum dextera. Sic vere deus pueros ſuos in ſiniſtra aduerſitatis modo tenet ⁊ portat: vt tandem cum dextera ſue eterne felicitatis ipſos nutriat atq; paſcat. Cantico.ij. Leua eiꝰ ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me. Illi enī quorum capiti i. corpori leua ſeu ſiniſtra aduerſitatis ſupponitur finaliter dextera proſperitatis amplexantur. Aries enim in dormiēdo mutat latus: a vere vſq; ad autūnum dormit in vno latere: deinde ab autūno vſq; ad ver in alio. Sic proculdubio illi qui in vere preſenti dormiunt ſuper dextrū latus proſperitatis mundane finaliter in autūno ⁊ in hyeme mortis dormient ſuper latus ſiniſtrum aduerſitatis eterne ⁊ econuerſo. Illi qui modo ſunt in aduerſitate ſeu paupertate ſiniſtra: finaliter mutabuntur in eterne proſperitatis dexteram: ita ꝙ vnus poterit dicere alteri illud Gene. xiij. ⁊ xiiij. Si tu ſiniſtrā elegeris: ⁊ ego dexteram tenebo. Si ad dexteram ieris: ego ad ſiniſtram ibo Quod etiam figuratum eſt in illa predicta figura aliter intellecta Gene.xlviij. vbi dicitur: ꝙ Jacob volens benedicere duos filios ioſeph quorum primogenitus erat ei a dextris: vltimogenitus a ſiniſtris: ipſe tandem cācellauit manus ⁊ manū ſiniſtram poſuit ſuper illum qui erat a dextris: ⁊ dexterā ſuper illum qui ſitus fuerat a ſiniſtris. Et ſic factuȝ eſt: ꝙ ille qui fuerat ei dexter factus fuit ſibi ſiniſter. Ille vero qui ſiniſter prius erat dexter eſt factus ⁊ benedictionem ampliorem reportauit. Sic vere primogeniti ſunt diuites ⁊ potētes qui modo ſunt ad dexterā proſperitatis: ſecundo vero geniti ſunt pauperes modo ſedentes ad ſiniſtram aduerſitatis: ſed pro certo Jacob.i. deus finaliter cancellabit ⁊ mutabit manus diſtributionis ſue: ⁊ dexterāꝫ proſperitatis ſuperne extendet iunioribus ⁊ ſiniſtris: id eſt pauperibus ⁊ depreſſis. Siniſtrā vero maledictionis eterne extendet diuitibus ⁊ peruerſis: ⁊ ſic erūt ſiniſtri qui fuerant dextri: ⁊ dextri qui fuerant ſiniſtri ⁊ primi qui fuerant nouiſſimi: ⁊ nouiſſimi qui fuerāt primi Job.xiiij. Operi manuū tuarū porriges dexterā Ipſe enim ſicut dicitur Mat.xxv. Statuet oues quidem a dextris: hedos vero a ſiniſtris. Et hoc eſt quod figuraliter dicitur Apoca.x. ꝙ angelus poſuit pedem dextrum ſuper mare. Siniſtruȝ vero ſuper terram: q; vere pes diuine affectionis ſuper mare.i. hoīes amaros ⁊ pauperes ponit̄. Pes vero ſiniſter diuine vltionis ſuper terraȝ.i. in peccatores terrenos imprimitur. Nota ꝙ leo ⁊ camelus ſemper mouent pedem dextrū primum. Mulier etiā pregnans puero maſculo ſi ſubito vocata fuerit primū pedem dextrum mouebit. Sic vere chariſſimi pes dexter noſtre ſpiritualis affectionis.i. deſiderium eterne glorie ſemper debet preponi pedi ſiniſtro.i. deſiderio ⁊ affectioni terrenoruȝ: qđ potiſſime accidit in illis qui puerum xp̄m maſculum in corde concipiunt per amorem. Multi tamen ſunt ſimiles vulpi qui dexteram tybiam habet breuioreȝ ꝙ ſiniſtram: ⁊ ideo ſemper claudicat dum incedit. Sic vere multi ſunt: quorum tybie dextre.i. affectꝰ ⁊ deſideria bonorum eternorum ſunt valde breues: q; ſcȝ parum cogitant de eternis: tybie vero ſiniſtre.i. affectus ſupernorum ſunt in eis valde lōgi: q; ſcȝ ad multa deſideranda ⁊ affectanda ſe extendunt. Et ideo tales vt cōmuniter in moribus ſunt claudicantes. De iſtis ergo dicitur zacha.xj. Brachium eius dextrum eradicabitur ⁊ ſiccabitur: ⁊ oculus eius dexter tenebreſcēs obſcurabitur. Nota adhuc ꝙ per dexteram quandoq; intelligitur gloria eterna: per ſiniſtram gloria temporalis: ſicut Prouerbio.iij. dicitur. Longitudo dieruȝ in dextera eius: ⁊ in ſiniſtra illius gloria ⁊ diuitie ⁊c. Sufficit.

## Dyabolus.

Cum de dyabolo ⁊ eius fraudibus plurima poſſunt dici: tamen in diuerſis titulis: ſcȝ de tentatione: deceptione: nocere: hoſte: inimico: dracone: aduerſario: ⁊ ſimilibꝰ fit mentio de eius. A

Subtilitate viuaci.
Crudelitate voraci.
Iniquitate fallaci.

Cum reuera ipſe ſit ſubtilis ⁊ malicioſus quia ſicut dicit̄ Sapien.iij. Malicia dyabolica intrauit mors in orbem terrarum. Crudelis ⁊ pernicioſus: quia ipſe eſt aduerſarius veſter dyabolus qui tanꝙ leo rugiens circuit querens quem deuoret.j. Petri.v. Deceptor ⁊ inſidioſus. Unde apoſtolus monet induere armaturam dei vt poſſimus ſtare aduerſus inſidias dyaboli Ephe.vj Ideo cum de eius natura: officio ⁊ damnatiōe tractare magis ſit theologicum ꝙ morale: de eo ſuperſedeo quo ad preſens. Hoc ſolum addens ſm̄ Petrum Rauen̄. vbi tractat illud Mat.iiij. Ductus eſt ieſus in deſertū vt tētaretur a dyabolo. Dyabolus mali actor nequitie origo: rerum hoſtis: corruptor ſeculi: ſemper hominis inimicus: laqueos tendit: lapſus parat: foueas fodit: aptat ruinas: ſtimulat corpus: pungit animas: cogitationes ſuggerit: immittit iras: dat virtutes odio: vitia addit amori: errores ſerit. diſcordias nutrit: pacem turbat: affectus diſſipat: humana violat ⁊ diuina tentat. B ¶ Igit̄ omiſſo de dyabolo reali humani generis inimico: dicamꝰ de dyabolo morali.i. de peccatore quolibet vel iniquo. Moraliter ergo dyabolus ſignat quēlibet peruerſum hominem ⁊ iniquū Johā. vj. Unus ex vobis dyabolus eſt. Sicut enī dyabolus



Ayuntamiento de Madrid

habet naturam inuiſibilem: maliciam immutabilē: habet etiam ſeuitiam immitigabilē. Sic vere immūdi ⁊ peruerſi.ſ.peccatores ſunt inuiſibilis apparentie ſicut patet de luxurioſis qui in occulto faciunt facta ſua. Uſurarij etiā contractus ſuos faciunt in occulto quia oīs qui male agit odit lucem Joban. iij. Itē ipſi ſunt immutabilis malicie: obſtinati ſunt in peccatis ſuis ⁊ in ipſis continue perſeuerant. j. Joban. iij. Ab initio diabolus peccat ⁊c. Item ipſi ſunt immitigabilis ſeuitie: q2.ſ.vicinos ſuos ⁊ pauperes crudeliter perſequuntur. vnde. j. Petri. v. Aduerſarius veſter dyabolus tanq̄ leo rugiens circuit querens quem deuoret. Tales enim habent in mente malignitatē: aduerſarius inquit: quia ſicut dicitur. j. Theſſaloni. ij. Deo non placent ⁊ omībus hominibus aduerſantur. Habent in animo crudelitatem. Leo rugiens Amos. iij. Leo rugiet quis non timebit. Item habent in laborādo ſedulitatem. Circuit inquit. Ideo dicit Job. j Circuiui terram ⁊ perambulaui eam. Item in malignando habent rapacitatem: quia querit quē deuoret. Unde Abacuch. iij. Exultatio eorum ſicut eius qui deuo-
C rant pauperem in abſcōdito. ¶ Et ſic dico q̄ mali dicuntur diaboli

Propter patrem quem imitantur.
Propter fraudes quas machinantur.
Propter iras quas operantur.
Propter penas ad quas ſeruantur.

Iſti enim ſunt dyaboli imitatores Johā. viij. Uos ex patre dyabolo eſtis. Item iſti ſunt fraudium imitatores vnde Mat. xvij. Inimicus qui ſeminauit ʒiʒania eſt dyabolus. Item iſti ſunt infideliū operatores. Apocalip. xij. Ue terre ⁊ mari quia deſcendit ad vos dyabolus habens iram magnam. Item iſti ſunt vel erūt penarum toleratores.ſ.ignis eterni: q2 ſicut dicit Matthei. xxv. Ignis eternus paratus eſt dyabolo: ⁊ angeli eius ⁊c. Sufficit.

A **Dyadema.** Nota q̄ dyadema idem eſt q̄ corona regis: ⁊ ſignat generaliter excellentiam: gloriam: ⁊ honorem. Et quia duplex eſt gloria.ſ.temporalis ⁊ eterna. Infima pariter ⁊ ſuperna: ideo poſſumus diſtinguere de duplici dyademate Dico ergo q̄ eſt diadema ſupernale qd̄ eſt appetendū Et dyadema temporale glorie: qd̄ eſt contemnendum Appetamus ergo dyadema glorie ſupernalis. Sicut enim reges ⁊ regine in ſignū autoritatis ⁊ maieſtatis dyademate coronantur. Sic ſancti ⁊ ſancte coronant ⁊ honorātur dyademate paradiſi. Figura ad hoc Heſter. j. vbi rex Aſſuerus poſuit dyadema ſup caput regine vt oſtenderet cunctis populis illius pulcritudinem. Sicut enim in dyademate regio ſunt plures lapides precioſi: ſic in dyademate paradiſi ſunt plura particularia gaudia: ⁊ multe glorie ſpeciales. De quolibet autē ſancto poteſt dici illud Canti. iij. Uidete regem Salomonem in dyademate. Ubi habet q̄ iſtud dyadema.ſ.gloria eterna.

Habet mirabilē qualitatē: nō admiratiue dr̄ Uidete.
H3 notabilē dignitatē: q2 q̄libet eſt rex. Regē inqt.
H3 amabilē caritatē: q2 q̄libet eſt ſalomō.i.pacificus

Ideo de talibus dicitur Sapien. v. Accipiēt.ſ. iuſti regnum decoris ⁊ dyadema ſpeciei de manu domini. Uide iſtam autoritatem diuiſam ⁊ proſecutam ſupra vbi accipere. Iſtud eſt dyadema ardenter appetendum.

B ¶ Secundo dico q̄ eſt aliud dyadema: qd̄ eſt prudenter contēnendum: ⁊ iſtud eſt dyadema glorie temporalis quo mali.ſ.coronantur. Baſiliſcus enim q̄uis ſit ſerpēs venenoſiſſim9: eſt tamē candido circulo ad inſtar dyadematis coronatus. Rex enim ſerpentiū dicitur: q2 in venenoſitate alijs omnibus antefertur. Sic vere peruerſi peccatores q̄q̄ pre alijs veneno criminis ſint imbuti ſunt tamen pre alijs dyademate mūdi glorie inſigniti. Reges eī ſunt ſerpentium.i.aliorū peccatorum ⁊ quanto plura habent in ſe vitia tāto plura habent dyademata. Figurati Apocalip. xij. in illo dracone qui inſidiabatur cuidā mulieri pregnanti: q̄ habebat ſeptē capita ⁊ ſeptem dyademata. Sic pro certo dracones.i.inflāmati: cupidi ⁊ auari: q̄ nō ceſſant mulieribus ⁊ ſimplicibus inſidiari: maxime quādo ipos pregnantes ⁊ diuites viderint atq3 plenos. Tales ergo dico habēt plura capita.i.plures magiſtros: ⁊ plura etiam dyademata: ⁊ plures dignitates: prebendas ⁊ officia. Unde. j. Macha. xj. Impoſuit duo dyademata capiti ſuo. Sic ergo patet q̄ eſt quoddā dyadema glorie temporalis: qd̄ eſt contemnendū. Et eſt glorie dyadema ſupernalis: quod eſt appetendum. Uide ſuperius de corona.

**Dicere.** Nota q̄ dicere idē eſt qd̄ conceptū men- A
tis vbaliter producere. Siue dicere idē eſt q̄ narrare: loqui: perorare: ⁊ pronūciare. Et eſt differentia inter dicere diuinum ⁊ humanū. Dicere eīm diuinum

Habet virtutem imperatiuam.
Habet virtutem demonſtratiuam.
Habet virtutem operatiuam.

Habet dico virtutem imperatiuam: ideo eſt ei obediēdum. Unde Joban. ij. Omnia quecunq3 dixerit vobis facite. Item habet virtutem demonſtratiuā. Ideo eſt ei prompte credendum: ſicut Luce. xix. Inuenerunt ſicut dixit Jeſus. Et Luce. xx. Omnia recta dicis ⁊ doces. Item habet virtutem operatiuam: ideo ei eſt acquieſcendum ps. Quoniam ipſe dixit ⁊ facta ſunt ipſe mandauit ⁊ creata ſunt. Dicere vero humanā habet contrariam naturam

Nō enim eſt imperatiuū propter carentiā dignitatis
Nō eſt demōſtratiuū ꝓpter carentiā veritatis.
Nō eſt operatiuū ꝓpter carentiā poteſtatis.

¶ Nota q̄ dicere idem eſt qd̄ aliquid cū deliberatiōe B
proferre: ⁊ ſic dicere eſt idem qd̄ deliberare: proponere denunciare: aliquid ordinare. Et ſic loquitur ps. Dixi cuſtodiā vias meas: vt nō delinquam in lingua mea. Signat etiam aliquid cum autoritate ſtatuere vel edicere: ſicut de xp̄o legitur: q̄ ipſe dixit Luce. vij. Adoleſcens tibi dico ſurge. Nota ergo q̄ cum deliberatione ⁊ ordinato propoſito aliqua ſunt dicenda: vc3

Deuote orationes.
Culparum confeſſiones.
Utiles inſtructiones.

¶ Dicamus igitur humiliter orationes Dauid i ps. Ego dixi domine miſerere mei ſana aīam meam: quia peccaui tibi. Item dicamus ſubtiliter confeſſiones ps. Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiā meā domino: ⁊ tu remiſiſti impietatem peccati mei. Item dicantur vtiliter inſtructiones Luce. xx. Omnia recte dicis ⁊ doces. Uide de dicere in alijs titulis: vbi agitur de adulatiōe Detractione. Locutione. Confeſſione. Oratione. Satiſfactione: quia omīa iſta pertinēt ad dicere: ⁊ ideo C
breuiter tranſeo. ¶ His ergo premiſſis cu3 in ſcriptura inueniatur dicere dei. Dicere iuſti. Dicere impij. Dicere dyaboli. Dicam q̄

Deus dicit verba magnifica.
Juſtus dicit verba verifica.
Impius dicit verba falſidica.
Diabolus dicit verba venefica.

Eſt ergo vnu3 dicere dei qd̄ eſt magnificum. Suu3 eīn dicere eſt ſuū facere: ⁊ merito: q2 ipſe dicit mediāte verbo ſuo.i.filio: de quo loquitur Joban. j Omnia per ipſu3 facta ſunt ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Et vt breuiter tranſeā notabo q̄ deus dicit ⁊ docet

Uerba potentie cuncta producendo.
Uerba clementie malos conuertendo.
Uerba iuſticie malos ſubuertendo.
Uerba modeſtie pacem diligendo.
Uerba munificentie magna promittendo.

Qd̄ ab ipſo dicantur verba potentie patet Gene. j. vbi dicit. Dixit quoq3 deus. Fiat lux. Fiat firmamentū ⁊c. Et factū eſt ita ⁊c. Itē q̄ ipſe dicat verba clemētie ſeu indulgētie ⁊ venie. Patet Joelis. ij. Hec dicit dñs ⁊c. Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Itē q̄ dicat verba iuſticie: ptʒ in ps. Dixit dñs ex baſan ꝯuertam:

cōuertam

Ayuntamiento de Madrid

conuertam in profundum maris. Cõuertam inquit
id eſt ſubuertam. Et Hiere. xxxix. Dixit dominus pec
catoribus. Ecce mittã eis gladiũ: ⁊ peſtem: ⁊ famẽ ⁊c.
Iſta enim ſunt verba rigoris ⁊ iuſticie. Itẽ ꝙ dicat ver
ba pacis ⁊ modeſtie ptꝫ Eſa. lxvj. vbi dicitur. Hec di-
cit dominus. Ecce ego declinabo ſuper hieruſalẽ q̃ſi
fluuium pacis. Item ꝙ ipſe dicat verba gratie ⁊ large
munificẽtie: patet Joel. ij. vbi dicitur. Reſpõdit dñs
populo ſuo ⁊ dixit ei. Ecce ego mitto vobis frumentũ
⁊ oleum ⁊ vinum: ⁊ replebimini in eis. Iſtud eſt ergo
D dicere dei quod eſt magnificum. ¶ Secundo dico ꝙ
eſt dicere iuſti qđ eſt veridicũ. Et nota ꝙ iuſt⁹ ſtudet

Verba laudis ⁊ iubilationis.
Verba precis ⁊ deprecationis.
Verba timoris ⁊ meditatiõis.
Verba feruoris ⁊ contẽplatiõis.
Verba ſapiẽtie atqꝫ diſcretiõis.

Dicit ergo iuſt⁹ verba laudis et exultatiõis p̃s. Pſalmũ dicite
nomini eius: date gloriam laudi eius Item verba pre
cis atqꝫ orationis Joe. ij. Plorabunt ſacerdotes mini
ſtri dñi ⁊ dicent. Parce domine parce populo tuo ⁊c.
Item verba profunde meditationis: ſcꝫ loquendo de
morte et inferno ⁊ ſimilibus Eſaie. xl. Et dixi. Quid
clamabo. Omnis caro fenum Et Dauid in pſalmis.
Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Item
verba feruentis contemplationis p̃s. Ego dixi. Quis
dabit mihi pẽnas ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcã
Item verba ſapientie ⁊ dilectiõis Prouerbio. vij. Dic
ſapientie ſoror mea es: ⁊ prudentiam vocaui amicam
E meã ⁊ cetera ſimilia. ¶ Sed tertio dico. ꝙ inuenit̃ di-
cere impij qđ ẽ peſtificũ ſeu falſidicũ. Et ſic notabo ꝙ
mali dicunt

Verba fallacie vera relinquẽtes.
Verba nequicie ſemꝑ delinquẽtes.
Verba ſuꝑbie alta preſumẽtes.
Verba ignauie vana intuẽtes.
Verba ſtulticie deũ blaſphemãtes.
Verba ſeuicie pauꝑes grauãtes.
Verba malicie mẽtẽ obſtinãtes.
Verba luxurie carnẽ impugnãtes.

Dico ergo ꝙ mali dicunt v̾ba fallacie vera relinquẽ-
do. Eccli. xij. Ab immũdo quis mũdabitur: ⁊ a mẽ-
dace quid veri dicetur. Item dicunt verba nequicie ſem-
per delinquẽdo. p̃s. Dixit iniuſtus vt nõ delinquat in
ſemetipſo: nõ eſt timor dei ante oculos. Itẽ dicũt ver-
ba ſuꝑbie alta ambiẽdo. Eſaie. xiiij. Dicebas in corde
tuo. In celũ conſcendã: ſuper aſtra celi exaltabo ſoliũ
meũ. Itẽ dicũt verba ignauia: ſe nõ mouẽdo ſeu vane
metuẽdo. Prouer. xiij. Dixit piger leo eſt in via occi-
dendus ſum. Item dicunt verba ſtulticie deũ blaſphe
mando p̃s. Dixit inſipiens in corde ſuo nõ eſt deus.
Item dicunt verba ſeuicie pauperes grauando. Exo.
xv. Dixit inimicus perſequar ⁊ cõprehendam ⁊ diui-
dam ſpolia: implebitur anima mea. Item dicunt ver-
ba malicie aures obturãdo Hiere. xxij. Locutus ſum
ad te: in abundantia tua dixiſti non audiam. Itẽ di-
cunt verba luxurie carnem impugnãdo Eccſ. ij. Di-
xi in corde meo vadã ⁊ affluã delitijs ⁊ fruar bonis: ⁊
ſic potes multiplicare de malo dicere quantũ volue-
F ris. Iſtud eſt ergo dicere impij qđ ẽ peſtificũ. ¶ Quar
to dico: ꝙ inuenitur dicere diaboli qđ eſt veneficum.
Dyabolus eñ per ſuũ dicere ſemper intendit aiam in
uenenare: mala ſuggerendo ⁊ fallaciter decipiendo.
Sicut de eua apparuit: de qua dicitur Geñ. iij. ꝙ ſer-
pens dixit ad mulierem. Nequaq̃ moriemini: ſed eri-
tis ſicut dij ſcientes bonum ⁊ malum ⁊c. Sufficit: qꝛ
in locis varijs fit mentio de dicere ⁊c.

A **Dies.** Nota ꝙ dies nihil aliud eſt loquẽdo na-
turaliter q̃ latio ſolis ſuper terram. Dies
enim dicitur illud ſpacium temporis: quod per ſolis
preſentiam illuminatur. Sicut nox dicitur illud ſpa-
cium temporis quod per ſolis abſentiam obſcuratur.
Moraliter autem accipiendo dico: ꝙ dies quadrupli
citer dicitur in ſcriptura. Signat enim dies in bono ⁊
in malo. In bono enim ſignat gratie ſinceritatem et
glorie felicitatem. In malo vero deſignat preſentẽ pro
ſentem proſperitatem ⁊ futuram aduerſitatem. Dico
igitur ꝙ per diem ſignificatur ſtatus gratie Prouer
bio. iiij. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendoris pro-
cedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectam diem. Item per diem
deſignatur ſtatus glorie p̃s. Hec eſt dies quam fecit
dominus exultemus ⁊ letemur in ea. Item per diem
intelligitur preſens proſperitas. Vnde Hierem. xvij.
Diem hominis nõ deſideraui Et in p̃s. dicitur de die
preſentis vite. Dies enim tanq̃ flos agri ſic efflorebit
Item per diem intelligitur ſequens aduerſitas. ſ. dies
iudicij: de quo Sophonie. j. Dies ire dies illa: dies tri
bulationis ⁊ anguſtie: dies calamitatis ⁊ miſerie: dies
tenebrarũ ⁊ caliginis: dies nebule ⁊ turbinis ⁊c. ¶ Di
camus igitur ꝙ per diem intelligitur ſtatus gratie in
preſenti ⁊ ſtatus glorie in futuro. Et ideo ſicut videm⁹
ꝙ aues nobiles diligunt diem: ita ꝙ de die non de no-
cte volitant ⁊ querunt ſibi predam. Aues vero ignobi
les ⁊ diem ⁊ claritatem ipſius deteſtantur. In nocte ve
ro volitant ⁊ delectantur. Sic vere nobiles atqꝫ boni
in claritate dei ⁊ gratie ⁊ glorie delectantur: ⁊ in ipſo
opera ſua ſpiritualia operantur Johã. ix. Me oportet
operari donec dies eſt. Mali vero ⁊ ignobiles de die
gratie ⁊ glorie parum curant. In nocte vero preſentis
proſperitatis omnimode delectant̃ p̃s. Poſuiſti tene
bras ⁊ facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes be
ſtie ſilue. In die ergo gratie debemus modo manere:
vt finaliter poſſimus ad diem glorie peruenire: vt ſic
dies diei eructet verbũ: ⁊ vt dies ſuper dies regis adij-
ciantur: ⁊ ille qui intus eſt homo noſter de die in diem
renouetur. De talibus ergo diem gratie diligentibus
⁊ ad diem glorie feſtinantibus poteſt intelligi illud. j.
Theſſa. v. Omnes eñ filij lucis eſtis ⁊ filij diei. ¶ Et B
aduerte ꝙ ſicut dies habet in ſe ſplendorem cognitio-
nis lucis feruorem ⁊ decorem. Sic vere ſtatus gratie
⁊ glorie habet ſplendorem cognitionis. Lucis inquit.
Habet feruorem dilectiõis. filij. Habet decorem per-
fectionis: diei inquit. Eſt igitur ibi cognitionis ſplen
dor: quod oſtenditur cum dicitur Lucis. Lux enim ſo
lis de die ſplendet non de nocte. Sic lux vere ſapiẽtie
cognitionis ⁊ veritatis in die gratie ⁊ glorie inuenit̃:
non in nocte turbulentie peccatoris. Paradiſus eñ
⁊ etiam ſtatus ꝑfectionis eſt ſicut ether qui eſt pars
orbis ſurſum eleuata: in quo planete habitare dicunt̃
vbi ſcꝫ perpetua dies eſt: qꝛ ſcꝫ ibi vmbra terre que ha-
bet noctem introducere nõ aſcendit ſm̃ Iſido. Sic ve-
re ſtatus perfectionis: ſiue in via ſiue in gloria habet
diem clare cognitionis in eternum. Non enim patiũ
tur noctẽ ignorantie vel erroris: optime enim ſciunt et
vident cuncta que pertinent ad ſalutem: ⁊ hoc quia a
ſeptem planetis: id eſt a ſeptem donis ſancti ſpiritus
illuſtrantur: ⁊ ab vmbra terre. i. amore terrenorũ q̃ ad
eos non aſcendit nunq̃ mentaliter obſcurantur: ⁊ ſic
nox ignorantie vel peccati in ipſis nullatenus genera
tur. Lucis inquit De iſta ergo luce ⁊ die dicitur Joh.
xj. Qui ambulat in die non offendit: quia lucem hui⁹
mundi videt. Vbi nota ꝙ iſta dies habet

In motu fortitudinem. Ambulat.
In actu rectitudinem. Non offendit.
In viſu certitudinem. Videt inquit.

De illa etiam die dicitur Rom. xiij. Nox preceſſit dies
autem appropinquauit. Sequitur. Et induamur ar-
ma lucis. Talis dies ꝓ certo chariſſimi non eſt in hoc
mundo: quia vere lux clare cognitionis ibi nullaten⁹
refulget. Ibi enim eſt nox ⁊ non dies. Ibi obſcuritas ⁊
non claritas. Ibi eſt falſitas ⁊ non veritas. Ideo dicit̃
Johan. xj. Qui ambulat in nocte offendit: quia neſcit
vnde veniat aut quo vadat. Dies ergo gratie ⁊ glorie
habet cognitionis ſplendorem. Lucis inquit. ¶ Se- C
cundo dico ꝙ iſta dies habet dilectionis feruorem: qđ
oſtenditur cum dicitur. filij. filius enim dicitur: ⁊ eſt
nomen amoris. Amat enim naturaliter patrem ſuũ
⁊ a patre ſuo naturaliter adamatur. Sicut enim vide
mus ꝙ dies propter ſolis ꝓſentiam eſt calidior q̃ nox.



Ayuntamiento de Madrid

ſic ſtatus gratie ꝛ glorie propter ſolis iuſticie preſentiam caritatem continet ꝛ feruorem. Filij enim qui ſunt in ſtatu gratie ſe debent diligere ſicut filij eiuſdē patris. Illi vero qui ſunt in ſtatu glorie ſe diligant vt filij ꝛ heredes eiuſdem hereditatis. Filij inquit. Dicūt enim illud Gene. xlij. Omnes filij vnius viri ſumus. Iſta tamen non poſſunt dici de multis: qui ſcꝫ nō videntur eſſe in die gratie: ſed in nocte peccati: q2.ſ. charitatem feruoris non habent: ſed magis peccatorum ſunt frigore congelati. Sicut enim ſolſequium de die propter calorem aperitur: de nocte vero propter frigus claudit ꝛ obſtruitur. Sic illi qui ſunt in die gratie vel etiam glorie ſemper ſunt aperti ad deum per deſiderīū ꝛ amorem. Illi vero qui ſunt in nocte peccati ſemper ſunt clauſi per deſidiam ꝛ torporem. Tales ergo ſunt quaſi lilia que ſunt in tranſitu aque: ꝛ quaſi thus redolēs in eſtatis tempore: id eſt in diebus eſtatis Eccleſia. l. Iſta ergo dies habet dilectionis feruorem. Malachie. iiij. Dies domini ſuccēſa quaſi caminus. ¶ Tertio dico ꝙ iſta dies habet perfectionis decorem. Dici inquit. Homini enim nihil eſt pulcrius vel delectabilius ꝙ ſit dies. Et ideo propter ſpeciem ꝛ decorem dici aues die adueniente habent incipere modulari. Infirmi ſolent ab infirmitate recreari. Homines etiam deuiati ſolent magnis leticijs iocundari. Sic proculdubio chariſſimi illi qui ſunt in ſtatu gratie: deo per gratiarū actiōes modulantur: a peccati infirmitatibus liberantur: ꝛ ab errore deuio reducūtur Quilibet ergo iuſtus ꝛ bonus poteſt dici quaſi arcus refulgens inter nebulas glorie: ꝛ quaſi flos roſarum in diebus vernis. Eccli. l. Ubi nota ꝙ decor iſtius diei ſcꝫ gratie vel glorie conſiſtit principaliter in trib9: ſcꝫ

In apparentia luminoſa. Refulgens.
In opulentia copioſa. Glorie.
In redolentia virtuoſa. Flos roſarum.

Patet ergo ꝙ per diē intelligitur ſtatus gratie et glorie: q2 hic continet. Decorem honeſtatis. Feruorē caritatis. Splēdorē veritatis. ¶ Sꝫ adhuc dico: ꝙ per diē intelligitur ſtatus proſperitatis ſiue etiam vite preſentis. Sicut enim dies in eodem non conſiſtit: immo cōtinue de mane ad meridiem creſcit: de meridie ad veſperam decreſcit. Sic vita humana vel proſperitas hūana nunꝙ in eodem perſeuerat: ſemper em̄ aut creſcit aut decreſcit. Nam ſi in aliquo tempore videatur creſcere: ꝛ ad meridiem alicuius perfectiōis attingere: finaliter decreſcere ꝛ deficere cōpellitur: quouſqꝫ ad noctis: id eſt ad mortis ꝛ aduerſitatis tenebras deuenit. De tali ergo die loquitur Iob. x. Paucitas dierū meorum finietur breui. Et in ps. Defecerunt ſicut fumus dies mei: ꝛ oſſa mea ſicut cremium aruerunt. De tali die loquitur dominus flens ſuper hieruſalem Luce. xix. Si cognouiſſes inquit ꝛ tu ſupple fleres: nūc quidem inquit in hac die que ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ab oculis tuis: quia venient dies et circumdabunt te inimici tui vallo: et ad terram proſternent te. Loquitur enim homini qui eſt in die proſperitatis qui non conſiderat de futuris diebus mortis ꝛ aduerſitatis. Iſta ergo dies non eſt deſideranda: nec diligēda: ſicut nec faciebat hieremias Hieremie. xvij. Diem hominis non deſideraui. Ceruus enim quādo eſt pinguis de die non vadit ad paſcua: ſed de nocte: timet enim ꝙ ſi inueniretur ſe non poſſe fugere ꝛ faciliter caperetur vt dicit Plinius. Sic vere boni ꝛ iuſti gratijs ꝛ virtutib9 impinguati: diem proſperitatis fugiunt ꝛ in nocte aduerſitatis paſcua ſua querunt. Timent enim ꝙ in die proſperitatis per diuerſa peccata a demonibus caperentur ſi ibi indiſcrete vagarent ꝛ morarentur. Dicit enim cum Dauid. Ab altitudine diei timebo. Altitudo diei ſignat altum ſtatum in mundi proſperitate: qui proculdubio eſt timēdus. In iſto em̄ ſtatu

Malorum prauitas effrenatur.
Bonorum claritas obfuſcatur.
Uirtutum puritas deſiccatur.

Dico igitur ꝙ in iſta die effrenatur malorū prauitas: quia vere ſicut ſerpentes plus nocent ꝛ magis ſeuiūt de die ꝙ de nocte: ꝛ pl9 in eſtate ꝙ in hyeme: ſicut dicit Iſido. Sic pro certo mali ꝛ ſerpētini plus nocent alijs dum ſunt in die proſperitatis: ꝙ dum ſunt in nocte aduerſitatis. Tunc enim feruor auaricie magis viget et venenum ſue malicie magis mouet: quo ſcꝫ pauperes ꝛ vicinos magis infeſtant ꝛ inuenenant per rapinas. vnde. j. Machabeo. ij. dicitur. ꝙ milites regis antiochi conſtituerunt aduerſus filios iſrael prelium in die ſabbatorum. Effrenatur ergo maloꝝ prauitas. ¶ Secundo dico: ꝙ in iſta die: ſcꝫ in ſtatu proſperitatis obcecatur bonorum claritas. Sicut enim ſtelle de die nō videntur lucere: que tandem de nocte rutilant atqꝫ lucent. Sic vere ſancti dum durat dies vite proſperitatis nō videntur lucere: quia ſcꝫ hodie nigri reputant: ſed finaliter de nocte: id eſt poſt mortem tūc fulgebūt iuſti: ꝛ tanꝙ ſcintille in arundineto diſcurrēt. Sapiētie. iij. Sepe etiam accidit ꝙ in die mundane proſperitatis lucem gratie multi perdunt: quā tamē in nocte aduerſitatis recuperant ꝛ acquirunt. Multi em̄ ſunt ſimiles criſopraſſo qui eſt lapis precioſus: quē ſm̄ Iſido. lux celat ꝛ prodit obſcuritas. De die enim vix apparet: de nocte autem ignei coloris eſt. Sic vere chariſſimi multi ſunt qui in die proſperitatis nihil valēt tepidi enim ſunt ꝛ ſine aliqua claritate Amos. viij. Tenebreſcere faciam terram in die luminis. De nocte vero videtur ignei: quia ſcꝫ per noctem aduerſitatis excitantur: tunc per charitatem fortiter inflammātur. De talibus ergo diebus poteſt dici illud ps. Dies formabuntur ꝛ nemo in eis. Obſcuratur ergo bonorum claritas. ¶ Tertio dico ꝙ in iſto die deſiccatur virtutis puritas. Sicut enim ros qui de nocte deſcendit in die deſiccatur ꝛ perit: ſic gratie ꝛ virtutes que in nocte tribulationis acquiruntur proſperitatis tempore deſtruuntur Amos. viij. In die illa deficiēt virgines pulcre. Sic igitur patet: qualiter dies proſperitatis eſt timenda ꝛ etiam fugienda Sicut enim dies ſemper ad noctem terminatur: ſic proſperitas a nocte peruerſitatis clauditur. Extrema enim gaudij luctus occupat. Prouerbio. xiiij. Unde. j. Machabeo. j. Dies feſti ei9 cōuerſi ſunt in luctum. Tyle enim eſt vltima inſula occeani inter ſeptentrionalem ꝛ occidentalem plagaꝫ vbi dies durant per totam eſtatem ſcꝫ per dimidiū annum. Sed pro certo nox longiſſima ſequitur que per totam hyemem dilatatur. Sic vere chariſſimi illi qui in eſtate preſentis vite continue habent diem proſperitatis: in hyeme mortis continue habebunt noctem aduerſitatis: quia ſcꝫ quantum habent hic de gloria tantum habebunt finaliter de miſeria: quia quantuꝫ glorificauit ſe ꝛ in delitijs fuit: tantum date illi tormētum ꝛ luctuꝫ. Apocalip. xviij. ¶ Sed adhuc ſi vis aliquid de die vel de diebus dicere. notabis ꝙ in ſcriptura multiplices inueniuntur dies: vꝫ Dies

Fluxibilis que cito labitur.
Mutabilis quam turbo ſequitur.
Triſtabilis qua lux excluditur.
Dies Laudabilis qua ſplendor oritur.
Durabilis que lete ducitur.
Damnabilis que nocte clauditur.
Durabilis qua malis ſternitur.
Horribilis qua miſer vritur.

De iſtis aūt diebus tā multiplicibus dico ꝙ eſt dies.

Prima. Uite qua ſumus languidi.
Secunda. Fortune qua ſumus timidi.
Tertia Mortis qua ſumus ſtupidi.
Quarta. Gratie qua ſumus floridi.
Quinta. Glorie qua ſumus fulgidi.
Sexta. Culpe qua ſumus marcidi.
Septima. Iudicij qua ſumus trepidi.
Octaua. Inferni qua ſumus horridi.

¶ Igitur dicam ꝙ inuenitur dies vite que eſt fluxibilis ꝛ cito

Ayuntamiento de Madrid

lis et cito labitur. Uita enim preſens ſicut dictum eſt ſimilis eſt diei:que.ſ.ab ortu ſolis vſq ad occaſum nõ ſtat in eodem ſtatu:nec ceſſat variari ⁊ fluere quouſq termini noctis terminentur. Sic nec vita noſtra Unde iſta eſt ſicut horologium quod ſemper vſq ad certum punctum diſcurrit:⁊ tunc ſubito cadit ⁊ campanellas tangit ⁊ eas circũeundo ſonũ facere cogit. Sic vere vita noſtra ſemper fluit vſq ad punctum prefinitum a patre:ſcʒ ad horam mortis. Tunc enim cadit ⁊ deficit:⁊ campanelle:id eſt amici morientis: per compaſſionem tacti ſonum ⁊ planctum faciunt circa eũ. De diebus ergo vite huius tranſitorie dicitur Job.vij Dies mei velocius tranſierunt ꝙ a texente tela ſucciditur. Et nota ꝙ ipſe comparat vitam tele:que ſcʒ diu ⁊ cum tedio ⁊ difficultate texitur: texta parũ ſeruatur: ⁊ finaliter velociſſime rumpitur aut ſuccinditur. Sic vita ⁊ diu ⁊ difficiliter texta paruʒ durat:⁊ tandem ſubito rumpitur ⁊ euolat Job.ix. Dies mei velociores fuerunt curſore. Dic ſi vis quomodo poete finxerunt ꝙ in inferno erant tria fata: que vitam regebant atq fatabant:⁊ quicquid erat ad vitam pertinens inuiolabiliter ordinabant:que etiam parce per antifraſim ſeu etiam tres ſorores dicebãtur. Dicebatur enim vna nere vel filare:alia texere: alia rumpere. Pro eo ſcʒ ꝙ fataliter vt dicebãt vita in vtero netur:filetur ſeu originetur. In mundo texitur. In fine rumpitur. Eſaie. xxxviij. Preciſa eſt velut a texente vita mea dum adhuc ordirer ſuccidit me. Et ideo de breuitate ⁊ fluxibilitate vite dicitur in ps. Defecerũt in vanitate dies eorum: ⁊ anni eorum cum feſtinatione. Et ſi vis notare de iſtis diebus potes notare ꝙ iſti ſunt Dies laboris. Dies doloris. Dies timoris ⁊c. Patet ergo ꝙ inuenitur dies vite: que eſt fluxibilis ⁊ cito labitur. Uide ſupra in eodem c.ſ. ¶ Secũdo dico ꝙ inuenitur dies fortune q̃ eſt mutabilis: quam turbo ſequitur. Dies enim ſignat proſperitatem: nox vero aduerſitatẽ. Sʒ de iſta die turbida ⁊ mutabili ⁊ nebuloſa: de qua poteſt intelligi illud Michee.iij. Obtenebrabitur ſuper eos
E dies vide ſufficienter ſupra e.ſ. ¶ Tertio inuenit dies mortis: que eſt triſtabilis: quo lux excluditur. Dies enim ſtatum mortis poteſt ſignificare:quia ſicut ros nocturnus in die ↄſumitur:ſic humidum radicale in morte penitus deſiccatur. Et etiam ſunt aliqua animalia que de nocte apparent:de die vero latitant ⁊ diſparent ſicut de ypothamo equo fluuiali: dicit Plinius ꝙ de die latet: de nocte vero ſegetes depaſcitur. Sic vere homo in nocte preſentis vite que obſcura eſt ⁊ nocturna deambulat ⁊ diſcurrit: et ſegetes alienas bonaq terrena aliorum depaſcitur ⁊ corrodit. Inde tamen mortis die abſconditur: ⁊ in aquis miſerie ſepelitur:ita ꝙ amplius non videtur:de quo poteſt intelligi illud Soph.ij. Abſcõdamini in die furoris domini. Iſta eſt igitur dies mortis q̃ procul dubio eſt dies

Subito veniens.
Non cito tranſiens.
Iniuſtos puniens.
Iuſtis proficiens.
In corpus ſeuiens.

Eſt dico dies mortis ſubito veniens Joelis.ij. Prope eſt dies tenebrarum ⁊ caliginis. Item eſt dies nõ cito tranſiens:durabit enim iſta vſq ad diem iudicij quãdo omnes reſurgent ⁊ inimica deſtruetur mors. Tũc enim mortui aſcendent de terra: quia magnus dies iſrael. Item iſte eſt dies iniuſtos puniens. In regionib⁹ enim calidis ⁊ feruẽtibus:ſicut eſt ethyopia dies magis nocet ꝙ proficit corporibus: maxime in eſtate: et hoc propter exceſſiuum calorem. Sic mors magis nocebit malis ꝙ vita :quia ſcʒ ardor damnationis eterne tunc temporis vret eos Eſaie.xxxiij. In illa die viſitabit dominus in gladio ſuo duro ⁊ grandi ſuper leuiathan. Item iſte eſt dies iuſtis proficiens Eccl'ſ.vij. Melior eſt dies mortis die natiuitatis. Melior inqt: ſcʒ iuſtis qui vadunt ad gloriam. Item iſte eſt dies in corpus ſeuiens:quia ſcʒ omnia corpora deuorantur in morte Deutero.xxxij. Iuxta eſt dies perditionis ⁊ adeſſe feſtinant tempora. Sequitur. Inebriabo ſagittas meas ſanguine: et gladius meus deuorabit carnes. Patet ergo ꝙ inuenitur dies mortis quo lux excludit Unde Amos.v. Dies illa tenebre ⁊ non lux. ¶ Quar F
to dico ꝙ inuenitur dies gratie qua ſplẽdor oritur. Sʒ de iſta viſum eſt ſupra in principio: vbi ponitur autoritas diuiſa. Sed ſi vis vltra aliquid dicere:dic ꝙ dies accipitur pro ſole veniente. Pro ſole manẽte ⁊ illuminante. Pro ſole redeunte. Sic vere ſtatus gratie ſumitur pro preſentia ſolis iuſticie

Qui venit ⁊ ſe preſentat dum carnem induit.
Qui manet ⁊ illuminat dum mentem imbuit.
Qui redit ⁊ nos renouat dum ſe reſtituit.

Prima fuit dies miſericordie cum ſe exhibuit: de quo Hieremi.l. Ecce dies veniet dicit dominus et viſitabo iſrael. Secũda eſt dies qua nunc ſe exhibet perſeuerantibus. De quo Eſaie.iiij. In die illa erit germẽ domini in magnificentia. Unde etiam de aduentu eius in mentem poteſt dici illud Joh.xx. Cum eſſet ſero die illa vna ſabbatorum: venit ieſus ianuis clauſis ⁊ ſtetit in medio diſcipulorum. ¶ Tertia eſt dies qua ſe reſtituit penitentibus :de quo Amos.ix. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid : quod cecidit. De quo etiam Eccli.xlviij. In diebus illis retroredijt ſol:⁊ addidit vitam regi. Igitur dicamus aliquid de iſta triplici die gratie: vcʒ de die

Mundi viſitatiua.
Mentis illuſtratiua.
Morum reparatiua.

Prima ergo fuit dies in qua dominus mundum viſitauit. Et hoc fuit quando poſt mortem legis antique noue legis dies in ipſius ſolis xpi ortu ⁊ preſentia nobis datus eſt Iſte enim fuit dies in quo omnes virtutes ⁊ gratie diuinitus effluxerunt. Dico ergo ꝙ dato ꝙ ſcriptura dicat Malachie.iij.ꝙ nullus proprie poteſt cogitare diem aduentus eius. Et hoc quia ipſe fuit quaſi ignis cõflans:⁊ ſicut herba fullonum nihilominus poſſumus dicere ꝙ iſte fuit dies leticie: in quo angeli cecinerunt dicentes. Gloria in excelſis deo ⁊c. Iuxta illud ps. Hec eſt dies quam fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea. Item iſta fuit dies clare ſcientie: in qua errorum noctes ⁊ caligines defecerunt ps. Dies illuminabitur ſicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius:id eſt xpi ꝙ magne errorum tenebre proceſſerunt: ita magna lumina fidei ⁊ ſcientie ſurrexerunt Item iſta fuit dies fiducie: in qua vitiorum infirmitates ſanate ſunt:⁊ virtutes ⁊ ſecuritas ſucceſſerũt. Hierem.xxij. In diebus illis ſaluabitur iuda ⁊ iſrael habitabit confidenter. Item iſta eſt dies miſericordie in qua dona:virtutes ⁊ gratie effluxerunt Joel.ij. In die illa ſtillabunt montes dulcedinem:⁊ colles fluent lac ⁊ mel. Item iſta fuit dies iuſticie in qua pax ⁊ concordie reluxerunt ps Orietur in dieb⁹ eius iuſticia ⁊ abũdantia pacis. Iſta eſt ergo prima dies gratie in qua dominus mundũ viſitauit. ¶ Secunda eſt dies gratie G
in qua dominus mũdum illuſtrauit. Et iſta dies proprie eſt fides noſtra que fuit illuminatiua:⁊ errorum ⁊ hereſum ſublatiua Eccli.l. Sicut luna in dieb⁹ ſuis lucet. Iſta eſt etiam dies clare contemplationis ⁊ ſciẽtie:de qua ſupra eodẽ titulo in principio. Iſta eſt etiã dies virtutum : quia ſcʒ per dies intelliguntur virtutes particulares: que ſimul aggregate annum perfectionis componunt. Uirtutes enim ſunt

Dies pleni.
Dies longi.
Dies boni.
Dies leti.
Dies quieti.
Dies ſalutiferi.
Dies fructiferi.
Dies ſancti.

Sunt dico dies pleni grẽ ſine vacuitate ps. Dies pleni inuenient in eis. Sunt dies longi perſeuerantie longanimitate ps. Uitam petijt a te ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſe-

tuli. Sunt etiã dies boni ſine culpe prauitate ⁊ iniqui
tate ps Quis eſt homo qui vult vitam: diliget dies vi
dere bonos. Prohibe linguam tuam ⁊c. Job. xxxvi.
Complebunt dies ſuos in bono ⁊ annos ſuos in glo-
ria. Item ſunt dies leti cum ſpirituali iocũditate ps.
Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vite
noſtre in domo domini. Item ſunt dies quieti ſine diſ
cordie peruerſitate ſeu malignitate Eſaie. xxxix. fiat
pax ⁊ veritas in diebus meis. Item ſunt dies ſalutife
ri pleni oĩ ſuauitate: ⁊ ſcti ſpiritus caritate Actuũ. j.
Vos autem implebimini ſpiritu ſancto non poſt mul
tos hos dies. Item ſunt dies fructiferi cum bonorum
omnium vbertate ⁊ fertilitate Prouerbio. ix. Per me
multiplicabuntur dies tui. Et breuiter virtutes ſunt
illi ſpirituales: ⁊ ſancti dies: de quibus dicitur de Da
uid. j. Paralipome. xxix. ꝙ mortuus eſt in ſenectute
bona plenus dierũ diuitijs. Tales ergo dies debem9
appetere: ⁊ eorũ multiplicationem ⁊ numerũ affecta
re ⁊ renouationem ⁊ reparationem eorum humiliter
dicentes illud Trenorũ. v. Innoua dies noſtros ſicut
a principio. Et tamen hodie proh dolor poſſumus plã
gere cum Job. xvij. dicentes. Spiritus meus attenua
bitur: dies mei breuiabuntur ⁊ ſolum mihi ſupereſt ſe
pulcrum. Et bene dicit breuiabuntur: quia. ſ. quanto
ſol magis diſtat a nobis: tanto ſunt dies breuiores.
Patet de ſolſticio hyemali: quod ſumme diſtat a no-
bis: ⁊ ideo breuiſſimos habet dies. Sic proh dolor di-
cam: ꝙ quia ſol iuſticie xps a nobis diſtat propter no
ſtrorum obicem delictorum. Ideo dies virtutum no-
ſtrarum pauci ſunt atꝙ breues Job. xiiij. Breues dies
hominis ſunt. Et in ps. fiant dies eius pauci. Ecce er
go quomodo ſub diebus gratie continentur ipſe vir-
tutes. Et ſi vis dic ꝙ etiam per dies ſignificantur viri
iuſti: quibus. ſ. ſol iuſticie xps ſemper eſt preſens: dies
enim ſtellas occultat ⁊ abſcondit: nox vero ipſas ma
nifeſtat ⁊ prodit. Sic vere iuſtus ſtellas ſuas id eſt vir
tutes ſolet abſcondere per humilitatem. Nox vero. i.
peccator: ſtellas ſuas. i. virtutes ⁊ ſufficiẽtias: ſi quas
habet: ſolet manifeſtare ⁊ oſtẽdere per iactantie ⁊ ina
nis glorie vanitatẽ. Unde Seneca libro morũ. Eſto oc
cultator virtutũ ſicut ⁊ alij vitiorũ. Iſti ergo ſunt dies
pleni: dies longi: dies boni: ſicut ſupra immediate. Et
merito quia iſti ſunt filij illius indefectibilis dei xpi:
de quo. j. Theſſa. v. Omnes vos filij lucis eſtis ⁊ filij
dei. Et nota ꝙ iuſti ſunt dies

Qui perſeuerando continuantur.
Qui exuberando diſcriminantur.
Qui ſeſe docendo erudiuntur.
Qui ſemper creſcendo perficiuntur.

Iuſti enim perſeuerant non deficientes Prouerbio. x.
Iuſtus in eternum non commouebitur. Et in ps. Or-
dinatione tua perſeuerant dies. Et Eſaie. lxv. Scdm
enim dies ligni erunt dies populi mei. Iuſti etiam in
ter ſe differunt alter alterum precuntes Eccli. xxxiij.
Dies diem ſuperat ⁊ lux lucem. Iuſti inſup alterutrũ
ſe informant id eſt in ſcientijs ⁊ moribus inſtruentes ps.
dies diei eructat verbum: ⁊ nox nocti indicat ſcientiã.
Iuſti nihilominus continue creſcunt ſemper in virtu
tibus proficientes Prouerbio. iiij. Iuſtorũ ſemita quaſi
lux ſplẽdens procedit ⁊ creſcit vſꝙ ad perfectum diẽ.
Patet igitur quomodo diuerſimode ſumitur ſecun-
da dies gratie: qua deus ſeculum illuſtrauit. ¶ Sed
B tertio dico ꝙ eſt alia dies gratie: qua deus ſeculum re
formauit. Et iſta eſt dies penitentie: in quo nox pecca
ti recedit. Et lux gratie reſtituitur ⁊ accedit. De talib9
ergo diebus intelligitur illud. ij. Corinthio. vj. Ecce
nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Et
illud Romano. xiij. Nox preceſſit dies autem appro-
pinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum ⁊ in
duamur arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus
Ubi notabis ꝙ dies penitentie

Expellit vanitatis errorem.
Generat meritorum ſplendorem.
Diſſipat vitiorum horrorem.
Excutit tarditatis ſoporem.
Excitat probitatis laborem.
Renouat deperditum vigorem.

Preparat venuſtatis decorem ⁊ ſapientiam. Vanita-
tis recedũt errores. Nox preceſſit. Ueritatis ſuccedũt
ſplendores. Dies autẽ appropinquauit. Prauitatis
decedunt horrores. Abijciamus ergo opera. Tepidita
tis pelluntur ſopores. Tenebrarũ inquit. Utilitatis
aguntur labores. Induamur arma. Strennuitatis vi
reſcunt vigores. Lucis inqt. Amenitatis ſplendeſcũt
decores. Sic inquit vt in die honeſte ambulem9. Iſte
ſunt enim ſeptem diei proprietates que ad penitẽtiã
applicantur: q; vcʒ

In die nox finitur.
Lux ſentitur.
Nebula exhauritur.
Sopor excutitur.
Labor ⁊ opus cun-

ctis indicitur. Uirt9
in corpore vigoratur ⁊
renouatur. Et omnia
honeſta propter lucrũ
⁊ preſentiam hominũ
tunc melius perpetrantur. Dicam ergo ꝙ dies penitẽ
tie falſitatis auellit errorem. Nox inquit preceſſit qua
ſi dicat. De obſcuritate precedentium errorũ nihil eſt
ibi. Conſtat ꝙ homo qui eſt in nocte culpe in multis
errat: quando vero venit ad diem penitentie: errores il
los corrigit: ⁊ ab eis ſe preſeruat. Unde illud Joh. xj.
Si quis ambulauerit in nocte offendit: quia lux non
eſt in eo. Item dico: ꝙ dies penitentie veritatis conti-
net ſplendorem. Dies inquit appropinquauit. In die
enim apparent vie recte que in nocte non apparent.
Sic in ſtatu penitentie multe vie ſalutis apparẽt. Sa
pientie. x. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas ⁊
oſtendit illi gloriam dei. Sequitur. Fuit illis in vela-
mento diei: ⁊ in luce ſtellarum per noctem: ⁊ tranſtu-
lit eos per mare rubrum. i. per amaram penitentiam.
Item dico ꝙ dies penitentie prauitatis conſumit hor
rorem. Abijciamus inquit. Conſtat ꝙ nubes ⁊ nebu-
le ⁊ groſſities aeris que in nocte inualuerãt: de die cõ-
ſumuntur. Sic nebule peccatorum in die penitẽtie de
ponuntur Eſaie. ij. In die illa ydola penitus conterẽ-
tur. Sequitur. In die illa proijciet homo ydola ⁊c:
id eſt peccata. Item dico: ꝙ dies penitẽtie tepiditatis
excutit torporem. Opera inquit tenebrarum. Opera
enim tenebrarum. i. opera noctis: ſunt dormire ⁊ iace
re. De die autem minus dormitur. Sic ſtatus penitẽ-
tie non eſt vt per pigriciam dormiamus: ſed vt potius
per diligẽtiam vigilemus: ⁊ tenebrarum opera. i. pigri
ciam ⁊ ſomnolentiam expellamus: vt ſic nobis poſſit
dici illud. j. Theſſa. v. Omnes vos filij lucis eſtis: ⁊ fi
lij dei. Et poſt. Nos autem qui diei ſumus ſobrij ſu-
mus. Item dico ꝙ dies penitentie vtilitatis imprimit
laborem. Induamur inquit arma. Arma enim induũ
tur ad labores ſuſtinendum. Conſtat enim ꝙ dies ma
gis eſt ordinatus ad laborem ꝙ nox: ſic ſtatus penitẽ-
tie ps. Operamini donec dies eſt. Induamur ergo ar-
ma ſcʒ penitentie ad militandum contra hoſtes ſpũa
les: vt ſic perfecte concertamur ad dñm: ⁊ de vitijs in
virtutes immutemur dũ contra vitia preliamur. Job
xiiij. Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto do
nec veniat immutatio mea. Induamur inquit. ſ. cili-
ciũ ⁊ ieiunia. Unde Jone. iij. dicitur: ꝙ poſt ꝙ Jonas
predicaſſet dicens. Adhuc quadraginta dies ⁊ niniue
ſubuertetur. Audiens rex niniue deſcẽdit de ſolio ſuo:
⁊ indutus ſacco ſedit in cinere. Saccus enim ⁊ cinis
ſunt arma penitentium. Unde Eſa. xxij. dicitur. ꝙ in
die illa vocauit dominus ad fletuʒ: ⁊ planctum et cal
uicium ⁊ ſingulum ſacci ⁊c. Item dico ſexto ꝙ dies pe
nitentie ſtrẽnuitatis renouat vigorem. Lucis inquit.
Sicut enim lux diei renouat vires corporũ per noctis
frigus ⁊ tenebras depreſſorũ: quod maxime apparet
in infirmis: qui leuius habent adueniẽte die. Sic die
penitentie adueniente: ⁊ luce gratie influente: vigor
anime reparatur: ⁊ infirmitas peccati minuit: ⁊ ani
me debilitas reuelatur: ⁊ ſic anima ad ſtatuʒ priſtinũ
prius per

Ayuntamiento de Madrid

prius per peccatum perditum reſtauratur. Q̄ð etiam notatur in verbo lucis. Uirtus enim lucis arbores ſiccatas omni anno renouat: ⁊ omniū rerum vires vigorat ⁊ ſuſtentat. Exemplum de Paulo Actuū.ix. Quē circūfulſit de celo lux copioſa: qui cum fuiſſet tribus noctibus non manducans neq̧ bibens: tandem baptizatus cōuerſus ⁊ renouatus eſt. Quia reuera quādo lux gratie interius fulget: ⁊ triplex dies.i.triplex penitentie actus: ſcȝ contritio: confeſſio: ⁊ ſatiſfactio per ieiunium cordis arcet: tunc homo ad deum conuertitur ⁊ in moribus penitus renouatur: ⁊ ſpiritualiter reparatur Gene.xl. Tres adhuc dies ſunt poſt quos recordabit pharao miniſterij tui: ⁊ reſtituet te in gradum priſtinū. Tres inquit dies.i.tres penitentie partes. De quo. Exodi.iij. Uiam trium dierum ibimꝰ in ſolitudine vt immolemus domino. Et illud. Johannis.vj. Iam triduo ſuſtinent me nec habent quod manducent. Eſt ergo penitentia: dies ſtrennuitatis renouās vigorem. Item dico ꝙ dies penitentie venuſtatis ſeu amenitatis reparat decorem. In die inq̄t honeſte ambulemus. Conſtat enim ꝙ ſe magis tenet homo honeſte de die ꝙ̄ de nocte. De nocte em̄ ⁊ in obſcuro fiūt multa inhoneſta: q̄ nullo modo fierēt in aperto. Sic vere dico: ꝙ dies penitētie multa honeſte faciēda ſuggerit. Nox vo culpe ĩhoneſta plurima fieri facit. Uñ primo mach.x. Induit ſe ionathas ſtola ſancta in die ſolenni. Stola enim ſancta honeſta eſt conuerſatio. quam ſuper omnia penitentes debēt habere.j. Cor.xiiij. Omnia honeſte ⁊ ſcḋm ordinem fiant in vobis. Patet ergo quomodo dies gratie refertur ad penitētiam mundum reformantem. Ad iſtum clare ſe formantē. Ad virtutem mentem illuſtrantem. Ad gratiam intꝰ influentem. Ad xp̄m carnem aſſumentem. Et ſic dico ꝙ inuenitur dies gratie: qua ſplendor oritur ⁊ iſta eſt quarta dies.

I ¶ Quito vo dico: ꝙ inuenit dies glorie que lete ducitur. Conſtat enim ꝙ dies naturaliter eſt letior ꝙ̄ nox. Solis enim preſentia letificat omnē carnem. Uñ dicit Plinius libro.xij. Quod in inſula tylis que eſt in india: arbor eſt flore roſeo que de ſolis preſentia gaudere videtur. Fertur em̄ ibi ab incolis: vt ait: ꝙ iſta arbor dormit ⁊ vigilat. Nam de nocte claudit ac ſi dormiret: de die ac ſi vigilaret: in ſolis preſentia aperitur: ita ꝙ in meridie penitus dilatatur. Sic vere qui in nocte vite preſentis ſomnolenti: clauſi ⁊ quaſi mortui videntur eſſe: finaliter quando dies eterne claritatis eis aduenerit: euigilabūt: ⁊ corda ſua in dei laudibus dilatabunt: ⁊ in ſolis xp̄i preſentia perpetuo iubilabūt. Eſai.lx. Surge illuminare hieruſalem: quia venit lumen tuum. ⁊ gloria domini ſuper te orta eſt. Sequitur. Tunc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuum. Sequitur. Non erit tibi amplius ſol ad lucēdum per diem: nec ſplendor lune illuminabit te: ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternā: ⁊ deus tuus in gloriam tuā. Et breuiter nota ꝙ iſta eſt dies

Gaudioſa inſiſtens laudibus.
Copioſa non carens dapibus.
Radioſa infundens ſenſibus.
Glorioſa pollens honoribus.

Q̄ð iſta ſit dies gaudioſa pȝ Eſa.xxvj. In die illa cantabitur canticum in terra iuda vrbs fortitudinis noſtre ſyon: ſaluator ponetur in ea murus. Item ꝙ iſta ſit dies copioſa: patet Johan.ij. vbi dicitur ꝙ die tertia nuptie facte ſunt in chana galilee: Et eſaie.liij. dicitur ꝙ in illa die erit germen domini in magnificētia Item ꝙ ſit dies radioſa ⁊ luminoſa: vbi ſcȝ nihil occultatur beatis: patet Eſaie.lx. vbi dicitur. Non occidet vltra ſol tuus: ⁊ luna tua non minuetur: quia dominus erit tibi in lucem ſempiternam: ⁊ complebuntur dies luctus tui. Item ꝙ ſit dies glorioſa: patet Eſaie.xxviij. vbi dicitur. In illa die erit dominus exercituū corona glorie: ⁊ ſertū exultatiōis reſiduo populi mei.

K Iſta eſt ergo dies glorie q̄ lete viuimꝰ. ¶ Sexto dico ꝙ inuenitur dies culpe: qua malus graditur ſeu q̄ nocte clauditur. Dies enim ad literam ſemper terminatur ad noctem. Sic vere ſtatus culpe ſemper terminatur ad penam eternam. Ipſe enim ſtatus peccatorum ⁊ etiam ipſe peccator dicitur dies

Propter inſtabilem conditionem.
Propter laborem ⁊ afflictionem.
Propter facilem obnubilationem.
Et propter finalem noctis concluſionem.

Sic vere ſtatus culpe vel etiam ipſe impius dicit dies quia inſtabilis in affectibus variatur. Laboribus et tribulationibus vexatur. Faciliter vitijs obnubilatur Et nocte mortis eterne: vt dictum eſt terminat. Prouerbio.xvj. Dies impij ad malum. Et nota ꝙ dies culpe eſt dies

Laboris ⁊ penalitatis.
Fetoris ⁊ calamitatis.
Furoris ⁊ pompoſitatis.
Cruoris ⁊ crudelitatis.
Palloris ⁊ fallacitatis.

Q̄ð ſit dies laboris ⁊ miſerie patet Eccli.xl. vbi dicitur Occupatio magna creata eſt oībus hominibꝰ onus graue ſuper filios adam: a die exitus de ventre matris eorum vſq̧ in diem ſepulture. Item ꝙ ſit dies fetoris ⁊ luxurie patet Ezechie.xvj. vbi loquens dominus illi peccatrici ciuitati: in ſimilitudinem meretricis dicit ſic. In die ortus tui non eſt preciſus vmbilicus tuus: ⁊ aqua non eſt lota in ſalutem: nec ſale ſalita: nec inuoluta pannis: que potiſſime poſſunt referri ad peccatū originale. Item ꝙ ſit dies furoris ⁊ ſuperbie: patet Job.xv. Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit. Itē ꝙ ſit dies cruoris ⁊ ſeuitie: patet Eſaie.xij. vbi dicitur. Dies conculcationis ⁊ interfectionis eſt. ⁊ Malach.iiij. Dies veniet ſuccenſa quaſi caminus. Itē ꝙ ſit dies palloris ⁊ fallacie: potiſſime quantum ad hypocritas qui ſemꝑ fallaciter agūt ⁊ aliud videntur ꝙ̄ ſunt poteſt dici illud Job.xvij. Noctem verterūt in diem: quia ſcȝ vitam ſuam que peccatrix eſt ⁊ nocturna: apparere faciunt diurnam. Iſti enim aliud de die pretendūt: ⁊ aliud de nocte faciūt: ſimiles caliſtone puelle q̄ amorem ſuum omnibus promittebat: quando telam ſuā quā texebat compleſſet. Sic tamen procos ⁊ adoleſcētes deludebat: quia quicquid de die ordiebatur ⁊ faciebat de nocte rumpebat ⁊ deordiebatur. Sicut ponit Ouidius Sic vere hypocrite boles deludunt: quia qð de die in apparentia dominū faciunt de nocte.i. in occulto deſtruunt. Nam in aperto faciunt multa bona ſed plura mala in occulto. Hypocrita ergo eſt falſus amicus: de quo dicitur Eccli.vj. Eſt amicus ſocius mēſe: ⁊ non permanet in die neceſſitatis. Iſta eſt igit dies culpe que nocte clauditur

¶ Septimo dico ꝙ inuenitur dies iudicij qua malus terretur. De iſta ergo die L ꝙ terribilis: ꝙ̄ horribilis: ꝙ̄ mirabilis. ꝙ̄ ifugibilis ſeu ineuitabilis ſit: patet in pleriſq̧ ſcripturarum locis: ſicut enim poſſum perpendere. Iſta erit dies

Clara qua cuncta videbuntur.
Equa qua mali cuncti iudicabuntur.
Magna qua cuncti cōgregabuntur.
Aſpera qua leta contriſtabuntur.
Auſtera qua alta conculcabuntur.
Amara qua fortia tribulabuntur.

Iſta eſt ergo dies clariſſime veritatis ad omnia cognoſcendum. vnde iſta dies dicitur reuelationis: q̄ꝛ.ſ. corda ſingulorum ſingulis erunt clara. Unde Roma.ij. In die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei: qui reddet vnicuiq̧ iuxta opera ſua ⁊c. Et.j. Corinthio.iij. Uniuſcuiuſq̧ opus manifeſtū erit: dies enim domini declarabit. Item iſta eſt dies equiſſime ſeueritatis ad peſſimos puniendos Judith.xvj. Ue genti inſurgenti ſuꝑ genus meū: dn̄s enim omnipotens vindicabit in eis: in die iudicij viſitabit illos. Iſta eſt dies latiſſime capacitatis ad oīa continendū: ibi em̄ cōgregabunt omnes



Ayuntamiento de Madrid

homines qui ab adam vſqꝫ ad finem mundi fuerunt Joel. iij. Ecce in diebus illis ⁊ in tempore illo congregabo omnes gentes ⁊ deducam illos in vallem Joſaphat ⁊ diſceptabo cum eis. Item iſta eſt dies excellentiſſime poteſtatis ad cuncta ſublimia deprimendum ps. Confregit ſcꝫ dominus in die ire ſue reges cōquaſſabit capita in terra multorū. Item iſta eſt dies amariſſime ſeruitutis ad cuncta fortia tribulandum. Sopho. j. Dies domini amara: tribulabitur ibi fortis. Iſta eſt ergo dies iudicij qua malus ſternit. ¶ Octa-
M uo dico ꝙ inuenitur dies inferni: qua miſer vritur. Tempus enim illud quo damnati viuunt in inferno poteſt dici

Dies indignationis.
Dies ſeparationis.
Dies tribulationis.
Dies deſperationis.
Dies perditionis.
Dies percuſſionis.
Dies combuſtionis.
Dies obliuionis.

Eſt dico dies indignationis: quia ſcꝫ deꝰ perpetuo indignatur damnatis. Hieremi. xviij. Dorſum et non faciem oſtendā eis in die perditionis eorum Item eſt dies ſeparatiōis Separantur enim mali de medio iuſtorum vt mittantur in caminum ignis: ſicut dicitur Mat. xiij. Vñ Amos. vj. Separati eſtis in diem malum: ⁊ appropinquatis ſolio iniquitatis. Item eſt dies tribulationis Soph. j. Dies ire dies illa dies tribulatiōis ⁊ anguſtie: dies calamitatis ⁊ miſerie: dies tenebrarum ⁊ caliginis: dies nebule ⁊ turbinis: dies tube ⁊ clangoris. Sequitur. Et tribulabo homines: ⁊ ambulabunt vt ceci: quia domino peccauerunt. Item eſt dies deſperationis Prouerbio. xxiiij. Si deſperaueris in die anguſtie ⁊c. Item eſt dies ꝑcuſſionis ps. In die illa percutiam omnem equū in ſtuporem. Item eſt dies obliuionis Eſa. xxiij. Vlulate naues maris: quia vaſtata eſt fortitudo veſtra. Et erit in die illa obliuioni eris o tyr ⁊c. Item eſt dies combuſtionis Judith. xvj. Deꝰ in die iudicij viſitabit illos. Dabit enim ignem ⁊ vermes in carnes eorum: vt vrantur ⁊ ſentiant vſqꝫ in ſempiternū: quia ſicut dicitur Eſa. lxvj. Ignis eorum non extinguetur: ⁊ vermis eorum non morietur. Hec igitur ſufficiāt de die ⁊c.

A **Diffamare.** Nota ꝙ diffamare quādoqꝫ ſumitur pro fama diuulgare. ſ. ſicut de illis demoniacis a xpo curatis dicit̄ Mat. ix. ꝙ ipſi diffamauerunt eū per totam illam terram. Et illud. ij. Eſdre. iiij. Quomodo non precellet rex qui ita diffamatur Quandoqꝫ vero ſumitur ⁊ cōmuniter ꝓ famā auferre ⁊ attenuare: ſicut de villico iniquitatis dicitur Luce. xvj. ꝙ quidam habebat villicum et hic diffamatus eſt apud eum ꝙ diſſipaſſet bona ipſius. Sed de hoc vide in diuerſis titulis: ſcꝫ vbi detractio: lingua: dentes ⁊c.

A **Differre.** Nota ꝙ differre quandoqꝫ ſumitur pro quadam inequalitate rerū. Res enim create ſunt in quadam differentia. Vna enī precellit aliam in virtute: ſicut cum dicitur. j. Corint. xv. Stella differt a ſtella in claritate. Omnia enim habēt ſuas proprias differentias per quas ab inuicē diſtinguūtur. Ideo vide de diuidere ⁊ diſtinguere ⁊ ſimilibꝰ Quandoqꝫ vero differre accipitur pro tardatione ſeu dilatione. Et iſtud quandoqꝫ pertinet ad occultā dei ſapientiā: ſicut cum dicitur Deutero. xxxij. Propter iram inimicorum diſtuli: ne forte ſuperbirent hoſtes eorum. Secundū enim ſuā occultā ſapientiā ipſe differt gloriā paradiſi vt ardentius appetatur. Vñ Prouerbio. xiij. Spes que differtur affligit animā: lignū vite: deſiderium veniens. Quandoqꝫ ad deliberatiuā prudentiam pertinet: ſicut illud cathonis. Vindictā differ donec pertranſeat ira. Vnde Prouerbio. xxix. Totū ſpiritū ſuū ꝓfert ſtultus: ſapiēs differt ⁊ reſeruat in poſterum. Quandoqꝫ pertinet ad torporem et deſidiam: qr ſcꝫ mali ſemper procraſtinant ⁊ differūt benefacere: contra illud Eccli. v. Fili ne tardes conuerti ad dñm: neqꝫ differas de die in diem. Sed de iſtis vide ſupra de cras: ⁊ in tabula vbicunqꝫ fit mentio de liberatione: ⁊ ita de tarditate ⁊c.

**Difficultas.** Nota ꝙ difficultas eſt illud ⁊ difficile dicitur illud quod ad faciendū eſt graue: fieri tamē eſt impoſſibile. Eſt igitur difficultas. A

Nobilis: virtutis excitatiua.
Debilis: vigoris ſuffocatiua
Meriti: maioris augmētatiua.

Dico ergo ꝙ difficultas in quocunqꝫ ſuo genere eſt virtutis excitatiua. Virtꝰ eſt enī de bono ⁊ difficili. Circa enim facilia non eſt virtꝰ: ſꝫ circa difficilia. Non enim eſt virtuoſum facere: qđ eſt facile: ſed potius qđ eſt graue ⁊ difficile. Virtus etiā excitatur: augmentat̄: ⁊ irritatur: quādo ſibi obiectū difficile preſentat̄. Ignis enim tunc fortius ardet: quādo alicuius aque aſpergimine lignū madet. Tūc etiā fortius intellectus acuitur: quando ad imaginandū difficilia occupatur. Etiā virtus animi magis creſcit quādo cōtra ipſum aliqđ arduū ⁊ terribile inualeſcit Et inde eſt ꝙ viri ſtrenui quādo ad ardua ⁊ difficilia facta mittebantur gaudebant: ⁊ ipſa irritatione virtutis difficilia ſuperabāt: patet de iaſone miſſo ad vellus aureū rapiendū. De hercule miſſo ad chimeram occidendum. De perſeo miſſo ad caput gorgonicum ſuccidendum. Iſti enim viri fortes talia difficilia aggrediebantur: in talibus que videbantur impoſſibilia exercitabantur: ⁊ ſic famam ⁊ gloriam perpetuam merebantur. De noſtris etiam martyribus quid dicā qui ſcꝫ ipſam difficultatem mortis pro xpo vilipendebant ⁊ multiplicata virtute: occaſione difficiliū gaudentes ad ſupplicia properabant. Apud homines virtuoſos igitur virtus difficultate acuitur: ⁊ ad ardua fortius animatur. Vnde Grego. in morali. dicit: ꝙ ſicut ignis flatu ꝑmitur vt creſcat. Sic iuſtus aduerſitatibus cōprimitur: vt virtus eius plus vigeat. Pa- B
tet ergo ꝙ difficultas eſt virtus nobilis excitatiua. ¶ Secūdo dico ꝙ iſta eſt virtutis debilis ſuffocatiua Conſtat enim ꝙ modica virtus difficultate deperit: vbi magna irritatur ⁊ creſcit. Nam forti flatu candela extinguitur: vbi ignis magnus fortiꝰ inflāmatur. Reprehendi ergo debent quidā preſumptuoſi ⁊ fatui qui vires ſuas non metientes ardua ⁊ difficilia aggrediunt̄: in quibus multotiens deſtruūtur. Vnde de rachele dicit̄ Gene. xxxv. ꝙ ipſa difficultate partus periclitabatur. Iſta eſt ergo vtutis debilis ſuffocatiua. ¶ Tertio dico ꝙ difficultas eſt meriti ſublimis occupatiua. Conſtat enim ꝙ quāto actus virtutis eſt difficilior: tanto debet eſſe merces maior ⁊ melior. Vnde Grego. in morali. Afflicti terrena perdimus: ſꝫ afflictionem patienter ſuſtinentes celeſtia promeremꝰ. Et ideo bene docet Bernar. in quodā ſermone dicēs ſic Cū ſimꝰ velut in cāpo certaminis in hoc mūdo: q̇ hic dolores: miſerias ⁊ plagas nō acceperit: in futuro glīa nō apparebit. Breuiter cōcludā ſicut cōcludit ſapiēs Eccli j. dicens. Cūcte res difficiles nō pōt eas hō explicare ſmone. Inuenit̄ enī difficultas in addiſcēdo in intelligēdo: in laborādo: i operādo: in ſuſtinēdo: in viuēdo ⁊ moriēdo. ⁊ tñ niſi hō ꝑ difficultates trāſierit eternū premiū nō habebit. Nō coronabit̄ enim vt ait apl's: niſi q̇ legitie certauerit. ¶ De ill' aūt q̄ i ſcriptu- C
ra reputant̄ difficilia poſſuꝫ notare ꝙ difficil' reputat̄

Cognitio ſecretorū.
Correctio ꝑuerſoꝝ.
Subuerſio ꝑfectoꝝ.
Saluatio ſupboꝝ.

De cognitiōe ſecretorū ꝙ ſit difficilis pꝫ Prouer. xxx vbi dr̄. Tria ſunt mihi difficilia ⁊ q̄rtū penitꝰ ignoro. ſ. viā aquile in celo: viā colubri ſuꝑ petrā: viā nauis in medio mari: ⁊ viā viri in adoleſcētia ſua. De correctiōe peruerſoꝝ ⁊ obſtinatoꝝ ꝙ ſit difficilis pꝫ Eccl'i. j. vbi dr̄ Peruerſi difficile corriguntur: ⁊ ſtultorū infinitus eſt numerus. De ſubuerſione etiā perfectorum atqꝫ iuſtoꝝ ꝙ ſit difficilis pꝫ Eccl's. iiij. vbi dicit̄. Funiculus

Ayuntamiento de Madrid

culus triplex difficile rumpitur. Funiculus inquit tri
plex: ideſt iuſtus in fide trinitatis fundatus: tribus
theologicis virtutibus firmatus vel tribus nodis re
ligionis ligatus. De ſaluatione vero ſuperborum et
opulentorum ꝙ ſit difficilis. patet Math. xix. vbi dr̄
Diues difficile intrabit in regnum celorum: quia ſi-
cut dicit Math. x. Facilius eſt tranſire camelum per
foramen acus ꝙ diuitem intrare in regnum celorum.
Diuitem dico ideſt diuitias amantem: diuitijs inma-
le vtentem et diuitijs ſubiacentem ⁊c. Uide infra
vbi facis.

A **Digitus.** Cum digiti ſint illa membra quib⁹
immediatius operamur. Uidetur
ꝙ per digitos poteſt intelligi virtus operatiua. Et
ideo quia deus eſt iuſtus diuerſimode operātur. No
tare poſſumus: ꝙ in ſcriptura reperiuntur diuerſa ge
nera digitorum. Inuenitur enim.
Digitus dei: qui operatur mirabiliter.
Digitus impij: qui operatur dānabiliter.
Digitus iuſti: qui operatur laudabiliter.
Eſt enim digitus dei qui operatur mirabiliter: ideſt:
faciens mirabilia. Et iſte nihil aliud eſt quam virtus
et potentia bonitas ⁊ clementia: ſplendor ⁊ ſapientia
dei patris: hoc eſt dictu. Ipſe ſpiritusſanctus vel ipſe
dei filius benedictus. Digitus enim eſt idem cuꝫ ma
nu. Digitus ex tribus conſtat iuncturis. Digitus fa
cile plicatur et erigitur. In digito vis tactiua ſumme
viget: quia diſpoſitione rerum tangibilium ſentitur:
et in extremitate ſui vngue veſtitur. Talis proculdu-
bio eſt filius dei: in tribus enim conſtat ſubſtan-
tijs ſcilicet deitate: anima et corpore: idem eſt cuꝫ ma
nu: ideſt cum eſſentia deitatis. Per pietatem fuit ſui
plicatiuus: per iuſticiam ſui porrectiuus: per ſummā
ſapientiam diſpoſitionis omnium cognitiuus: et vn
gue ideſt corporea carne ſui in extremitate temporuꝫ
veſtitus: vt de ipſo proprie dicatur illud. Exo. viij. Di-
gitus dei eſt hic. In manu enī ſunt digiti quinꝗ ſcꝫ.
Pollex qui dicitur ſic eo ꝙ preceteris in virtute ꝓpol
leat. Index qui ſic dicitur eo: ꝙ homo cū illo oīa indi
cet ⁊ oſtendat. Medius qui ſic dr̄ eo: ꝙ in manu medi
um locum teneat. Anularis ſic dicit eo ꝙ homo anu
lum in eo deferat. Auricularis qui ſic dr̄ eo: ꝙ hō cuꝫ
illo libentius aures ſcalpat. Sic vere xp̄s dei digitus
dr̄: ⁊ omni digito merito ꝯparatur. Dicitur enim pol
lex quia virtute ⁊ potentia ſumme polluit ⁊ viguit.
Dicitur index: qꝛ inſpirando: predicādo: omnia indi
cauit atꝗ docuit. Dicitur medius: qꝛ mediator dei ⁊
hominum apparuit. Dicitur anularis: qꝛ anulo fidei
nos ſubarauit. Dicitur auricularis: qꝛ doctrinā ſan-
ctam humanis auribus inſtillauit. Igitur bene figu
ratum fuit. Marci. vij. vbi dicitur. Quod xp̄s miſit
digitos ſuos in auriculā muti ⁊ ſurdi: ⁊ expuens teti-
git linguam eius: ⁊ ſic aperte ſunt aures eius: ⁊ ſolu
tum eſt vinculū lingue eius. Quia reuera humanum
genus qd̄ per peccatū ade ſurdum ⁊ mutuꝫ fuerat fa
ctuꝫ: ita ꝙ bonū non poterat dicere vel audire: mediā
te digito dei viui. ſ. dei filio bn̄dicto: ⁊ etiam mediante
ſputo gratie ſanatum eſt ⁊ ſaluatum ⁊ ad loquenduꝫ
⁊ vtilia audiendum reparatuꝫ. ¶ Et notabis ꝙ ſicut
ad ſenſum patet: digitis.

| | |
|---|---|
| Agimus. | Sic vere dico ꝙ deus pr̄ medi |
| Pungimus. | ante digito: ideſt ſuo filio bn̄ |
| Ungimus. | dicto Cuncta ꝓducendo agit |
| Tangimus. | ⁊ generat. Malos puniendo |
| Pingimus | pungit ⁊ vlcerat. Bonos le- |

niendo: vngit ⁊ tēꝑat. Uera diſcernendo: tangit ⁊ pon
derat. Mentes inſtruendo: pingit ⁊ alterat.
¶ Dicam ergo ꝙ xp̄s primo mō dicit digitus poten-
tie: qua cūcta generāt. ps. Uidebo celos tuos opa di-
gitoꝝ tuoꝝ. ¶ Scd̄o mō xp̄s dicit digit⁹ iuſticie: quo
mali vulnerāt qd̄. ſ. fiet in iudicio. Luce. xi. In digito
dei deijcio demonia. Un̄ deus pōt dicere illud. Cant.
v. Digiti mei pleni ſunt mirra ꝓbatiſſima. Mirra
enim eſt amara guſtui: ſed odorifera olfactui. Amari
tudinem ⁊ aſperitatem ſignat iuſticie: que. ſ. virt⁹ eſt
valde redolēs ⁊ famoſa ꝗuis ſit ad ſuſtinendū et ad
guſtandū difficilis ⁊ rigoroſa. ¶ Tertio modo xp̄s di
citur digitus miſericordie ⁊ clementie. quo miſer vn-
gitur ⁊ temperat: vnde in mūdificatione precipit ſic
Leui. xvj. de olei ſextario. Tinget digitū dextrū: ⁊ aſper
get oleum contra dominū ſepties. Deus enim intin-
xit digitum ſuū dextrum. i. filium in oleo miſericordie
quo ſepties. i. per ſeptē miſericordie opera vel ſpiritus-
ſancti dona aſpergit ⁊ linit dolores humane miſerie.
¶ Quarto modo xp̄s dicitur digitus ſcientie ⁊ prudē
tie: qua cuncta tanguntur ⁊ cognoſcunt: regunt etiaꝫ
⁊ ponderantur. Unde illud Eſaie. xl. Appendit tribus
digitis molem terre. Xp̄s enim dicitur tres digiti pro-
pter naturā triplicem quam habet vt dictum eſt. Un-
de de eius virtute actiua ⁊ diſcretiua dicitur Leui. viij.
Tincto digito tanget cornua altaris. ¶ Quinto autē
modo xp̄s dicitur digitus: quo cuncta pingunt ⁊ exa
rantur: ſeu quo bona ſcribuntur ⁊ reuelantur. Unde
iſte eſt digitus quo legis tabule ſueı unt ſcripte. Deu-
terono. ix. Iſte etiā eſt digitus quo ſententia condēna
toria contra balthaſar fuit ſcripta: quando digiti dei
apparuerunt ſcribentes in pariete Mane techel pha
res Daniel. v. Quo etiam ſententia abſolutaria ſcri-
pta fuit: quando xp̄s inclinans ſe digito ſcribebat in
terram: vbi deprehenſam in adulterio liberauit Iohā
nis. viij. Patet igitur ꝙ inuenitur digitus dei faciēs
mirabilia. ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur digitus im- C
pij qui operatur damnabilia. Digiti enim luporum ⁊
leonum curui ſunt per fallacitatem. Acuti vero per ra
pacitatem. Sunt acuti ⁊ ad faciendum crudelia ꝙ ad
faciendum vtilia magis apti. Sic vere digiti maloruꝫ
ſunt curui per fallacitatem. Apti ⁊ docti ad operādū
omnem iniquitatem Eſaie. lix. Digiti corū pleni ſunt
iniquitate. Et ſi vis notare de digitis ⁊ de operatione
malorum: dic ꝙ iſti ſunt
Digiti extenti: ad alios irridendum.
Digiti diſtorti: ad modicum faciendum.
Digiti multiplicati ſeu ſuperflui: ad vilia peragendū
Digiti debiles ſeu defluı: ad laſſitudinem faciliter in-
curiendum. Digiti mobiles ſeu ſuperflui: ad incon-
ſtanter in eiſdem perſeuerādum. ¶ Dico ergo ꝙ ma-
li habent digitos extētos ad alios deridendū procaci
ter. Ideo dicitur Eſa. lviij. Si abſtuleris de medio tui
cathenam: et deſieris digitum extendere: orietur in te-
nebris lux tua. Item mali habēt digitos diſtortos ad
opera faciendum ignauiter. Unde de pigris ⁊ hypo
critis dicitur Matthei. xxiij. ꝙ ipſi imponunt onera
grauia ⁊ importabilia in humeris hominum: digito
autem ſuo nolunt ea mouere. Item mali habent digi
tos multiplicatos ad ſuperflua peragendum. Unde
ij. Regū. xxj. Fit mentio de quodā viro excelſo qui ha
bebat ſenos digitos in manibus ⁊ pedibus qui a Io-
natha milite Dauid fuit occiſus. Superfluitas enī di-
gitorum ſuperfluitatem denotat affectionum et ope-
rationum. Item mali habent ditos debiles ſeu fragi-
les ad faciliter in bono deſiſtendum. Unde de ſta-
tua Nabuchodonoſor dicitur Danielis. ij. Uidiſti di
gitorum pedum partem teſteam. Item habent mali
digitos mobiles ad inconſtanter in omnibus ſe habē
dum. Unde de malo dicitur Prouerbiorum. vj. ꝙ ipſe
annuit oculis: terit pede: digito loquitur: ⁊ corde per-
uerſo machinatur malum. Patet ergo ꝙ inuenitur
digitus impij qui operatur damnabilia. ¶ Tertio di D
co: ꝙ inuenitur digitus iuſti qui operatur laudabi-
lia. Digitus enim: id eſt operatio iuſti: digito compa
ratur: quia ſcilicet ex tribus iuncturis conſtat inquā
tum ſcilicet omnis operatio iuſti ad triplex tēpus ſci-
licet preteritum preſens ⁊ futurum debite debet ordi-
nari: vel inquantum in debitis numero: pōdere ⁊ mē
ſura debet conſiſtere et fundari. Unde illud Eſaie. xl
Quis appendit molem terre tribus digitis.

Ayuntamiento de Madrid

Et notabis plures digitos ſpūales vicȝ
Digitum ſcientie ⁊ vere cognitionis.
Digitum prudentie ⁊ ſane diſcretionis.
Digitum clementie ⁊ pie compaſſionis.
Digitum potentie ⁊ bone operationis.
Digitum iuſticie ⁊ aſpere caſtigationis.
Habeat ergo digitum vere cognitionis ⁊ ſcientie. Et
iſte proprie eſt digitus fidei: quia ſcilicet ſicut in digi-
to latet vis cognitiua: ⁊ pulſus diſpoſitioniſqȝ corpo-
ris apprehenſiua. Sic fides eſt ille digitus quo medi
ante veritates rerū cognoſcimusqȝ: ⁊ ſine cuius tactu
⁊ actu omnia ſalutaria ignoramus. Unde Joh. xx. di-
cit thomas. Niſi inquit mittam manum meam in la
tus eius: ⁊ digitum meum in locum clauorum nō cre
dam. Sequitur. Infer digitum tuum huc ⁊ noli eſſe
incredulus ſed fidelis. Qui ſtatī perfecte credidit: di-
cens. Dominus meus ⁊ deus meus. ¶ Item habet di
gitum ſane diſcretionis et prudentie. Diſcretio enim
eſt digitus

| | |
|---|---|
| Quo legem tenemus. | Digito enīȝ ad |
| Quo bonum docemus. | litteram poſſu- |
| Quo ſuperflua cohibemus | mus aliquid te |

nere: aliquid oſtendere vel docere: aliquid claudere vł
arcere. Digitus ergo diſcretionis legeȝ dei tenet ⁊ poſ-
ſidet. Prouerbio. vij. Liga legē in digitis tuis: ⁊ ſcri-
be eam in tabulis cordis tui. Utilia monſtrat ⁊ edo-
cet. vnde de Johanne baptiſta ſupponit: ꝙ ipſe oſtē-
dit digito ſaluatorem dicens. Ecce agnus dei. Johā. j.
Et Johā. viij. Inclinans ſe digito ſcribebat in terra.
Superflua arcet ⁊ cohibet. Job. xxix. Principes ceſſa
bant loqui: ⁊ digitum ſuperponebant ori ſuo. Iſte eſt
D ergo digitus ſane diſcretionis ⁊ ſcientie. ¶ Iteȝ habet
iuſtus digitum pie compaſſionis ⁊ clementie. Digit⁹
enim aptus eſt ad vnguendum ⁊ ſuauiter ſcalpendūȝ
Sic clementia benigniter vngit ⁊ lenit. Unde de diui-
te in tormentis iacente legitur. Luce. xvj. Quod ipſe
petijt vt lazarus intingeret extremū digiti ſui in aquā
⁊ refrigeraret linguam eius. Potiſſime autem digit⁹
compaſſionis debet ſanguine chriſti inūgi: vt ſcilicet
de paſſione eius clementer compatiamur. vnde Leui.
iiij. Tollet ſacerdos de ſanguine hoſtie ⁊ tanget digi-
to cornu altaris. Altaris enim cornu in quo chriſtus
fuit imolatus eſt crux: que ſcilicet a digito noſtre cō-
paſſionis continue debet tangi. ¶ Item habet iuſt⁹
digitum bone operationis ⁊ potentie ſcilicet virtuteȝ
bene operandi: ⁊ ſpiritualibus hoſtibus reſiſtendi.
Pſal. Benedictus dominus deus me⁹ qui docet ma
nus meas ad prelium ⁊ digitos meos ad bellum. Uñ
etiam de illa bona muliere dicitur. Prouerbio. xxxj.
Quod manum ſuam miſit ad fortia: ⁊ digiti eius ap-
prehenderunt fuſum. Item habet iuſtus digituȝ cor-
rectionis ⁊ iuſticie. Digitus enim vngue armat: quo
ſcilicet quis pungitur ⁊ aliquotiēs laceratur. Sic me
diante iuſticia malos pungimus: ⁊ eos ſi neceſſe eſt
vulneramus vt ſic dicat. Juſtus illud. iij. Regum. xij.
Digitus meus minim⁹ groſſior eſt dorſo patris mei.
Pater meus cecidit vos flagellis ego autem cedam
vos ſcorpionibus. Iſti ſunt ergo quandoqȝ digiti viri
iuſti. Uel ſi vis etiam dic: ꝙ ipſe iuſtus dicitur digit⁹
triplici iunctura. i. fide trinitatis compoſitus ad ope
randum: tangendum: vnguendum ⁊c. ſicut ſupra: de
inde eſt aptus ⁊ diſpoſitus ⁊c. Et nota vnuȝ valde de
digito: quia digitus ante prandiuȝ groſſior eſt ꝙ̄ poſt
prandium. Anulus enim qui ante prandium cum dif
ficultate mittitur: poſt prandium ſine difficultate in
digito ponitur: quod eo contingere poteſt: quia ſum-
pto cibo ſanguis ad ſtomachum pro digeſtione tra-
hitur: ⁊ ſic membrum exterius propter abſentiam iſti
us ſanguinis gracilius reperitur. Talis eſt proculdu
bio vir perfectus: quia reuera cum cibis diuitiarum
⁊ bonorum temporalium vel etiam ſpiritualiūȝ eſt re
pletus: tunc magis humilis ⁊ gracilis reperitur. Bo
ni enim ex aquiſitis diuitijs per ſuperbiam nō inflan
tur: ſed per humilitatem potius attenuantur. Unde
in talibus completur illud. Eccl. iij. Quanto maior
es humilia te. De quolibet ergo tali poteſt dici illđ.
Exod. viij. Digitus dei eſt hic. Ubi nota: ꝙ vir perfe-
ctus operatur cuȝ ſedulitate: ideo dicitur digitus. Co
pulatur cum diuinitate: ideo dicitur digitus dei. Pre
ſentatur in neceſſitate: ideo dicitur eſt hic ⁊c. Sic er-
go patet: ꝙ eſt digitus dei: impij ⁊ iuſti.

## Dignus. dignitas.

Nota ꝙ dignus dicitur ille qui ē A
aptus vel congruus ad aliquid habendum vel faciē-
dum: ſiue bonum fuerit ſiue malum. Cum enim cul-
pa ⁊ pena ſibi correſpondeant: poteſt dici ꝙ mali di-
gni ſunt pena ⁊ indigni gloria. Boni vero ſunt digni
gloria: ⁊ indigni pena. Dicamus ergo ꝙ dignum po-
teſt referri ad bonos ⁊ ad malos. Boni enim qȝ om-
nia digne. i. congrue debite ⁊ honeſte faciunt: iuxta
illud. Col. j. Ambuletis digne deo per omnia placen-
tes ideo digni ſunt omni bono. Conſtat enim ꝙ ſm̄
nobilitatem ⁊ dignitatem materie: debet forma nobi
lior ⁊ dignior in eam introduci. ¶ Sic dicam: ꝙ quia
viri iuſti digne ⁊ laudabilit̄ ſe diſponūt: ideo formas
virtutum dignas ⁊ nobiles accipiunt ⁊ accipere digni
ſunt. ¶ Notabis ergo ꝙ iuſti digni ſunt. B

| | |
|---|---|
| Scripturas aperire. | Dico ergo ꝙ |
| Pro chriſto interire. | iuſti digni ſūt |
| Gratiam inuenire. | ſcripturas ape |
| Ardua diffinire. | rire. Plus. n. |
| Noxia ſuperare. | pficit ad ſcri |
| Premia reportare. | pturas intel- |
| Dulcia deguſtare. | ligendum hu |
| Cum xp̄o regnare. | militas quaȝ |
| Honores vendicare. | ſubtilitas pl⁹ |

ſanctitas quam autoritas. Deus enim ipſas abſcon-
dit a ſapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelat eas paruu
lis. Math. xxiij. Ideo cuilibet iuſto ſcientifico poteſt
dici illud. Apoca. v. Dignus es domine aperire libruȝ
⁊ ſoluere ſignacula eius. Item iuſti digni ſunt tormē-
tis interire ſcilicet pro chriſto. Magna enīȝ dignitas
eſt: ꝙ homo a deo eligatur: vt tormentuȝ pro eo patia
tur. Unde Actuū. v. dicitur. Quod apoſtoli ibāt gau
dentes a conſpectu conſilij: qm̄ digni habiti ſunt pro
nomine Jeſu contumeliā pati. Iteȝ dico ꝙ iuſti digni
ſunt gratiam inuenire ſcilicet apud deuȝ vnde Sapi-
entie. iij. dicitur. Quod deus temptauit illos: et inue
nit illos dignos ſe. Nam ſicut dicitur. Sapientie. vj.
Ipſa ſapientia increata dignos ſe circuit querens. Itē
dico ꝙ iuſti ſunt digni ardua diffinire. vnde Sapien-
tie. vij. dicitur ſic. Mihi auteȝ dedit deus dicere ex ſen
tentia: et preſumere digna horum que mihi dantur.
Item dico ꝙ iuſti digni ſunt noxia ſuperare. vnde. ij.
Machabeo. xv. de deo dicitur: ꝙ ipſe dat dignis victo
riam. Item dico ꝙ iuſti ſunt digni premia reportare.
Luc. x. Dignus eſt operarius mercede ſua. Item di-
co: ꝙ iuſti ſunt digni dulcia deguſtare ſcilicet comede
re corpus chriſti. De quo Matth. x. Dignus eſt ope-
rarius cibo ſuo. Dignus enim debet eſſe: ideſt iuſtus
et mundus qui comedit iſtū cibuȝ: qȝ ſicut dicitur: pri
mo. Corinthiorum. xj. Quicunqȝ manducauerit pa-
nem hunc: aut biberit calicem domini indigne: reus
erit corporis et ſanguinis domini. Item dico: ꝙ iuſti
digni ſunt honores vendicare. j. Thimote. v. Qui bñ
preſunt preſbyteri duplici honore digni ſunt cuȝ chri
ſto conregnare: quia ſicut dicitur. Roma. viij. Non
ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuraȝ
gloriaȝ que reuelabitur in nobis. Ueruntamē. Col. j.
dicitur. Quod deus nos fecit dignos in partem for-
tis ſanctorum in lumine. Et. ij. Theſſ. j. Digne habea
mini in regno dei pro quo et patimur. Patet ergo
ꝙ iuſti digni ſunt omni bono. ¶ Sed adhuc dico: ꝙ C
mali digni ſunt omni malo. Nam Sapien. xvj. dici-
tur propter hec et ſimilia paſſi ſunt digne tormenta:
quaſi dicat quia commiſerūt multitudinē peccatoꝝ
digne

Ayuntamiento de Madrid

digne ⁊ iuſte paſſi ſunt multitudinem tormentorum. Unde nota ꝙ mali. Digni ſunt.

| | |
|---|---|
| Carcere ligari. | Digni ſunt ergo vt in- |
| Beſtijs lacerari. | cludātur carcere cor- |
| Gladijs detruncari. | poris et deſidie. Sap. |
| Sanguine ſatiari. | xviij. Digni quidem |
| Morte dura necari. | illi carere luce et pati |

carcerem tenebrarum. Item digni ſunt vt lacerentur beſtijs carnalitatis: ⁊ luxurie. Sapiē. xv. Illos enim locuſtarum et muſcarum occiderunt morſus: et non eſt inuēta ſanitas anime illorum: quia digni erāt ab huiuſmodi exterminari. Muſce eni et locuſte ſignāt carnis motus. Item digni ſunt vt detruncentur: gladio detractionis et infamie. Judith. vj. Cum dignas gladij mei penas exceperint ipſe ſimul vltioni ſubiaceas. Item digni ſunt vt ſatientur ſanguine crudelitatis ⁊ ſeuicie. Apoca. xvj. Juſtus es domine: quia ſanguinem prophetarum tuorum fuderunt: ſanguinem dediſti eis bibere vt digni ſint. Item digni ſunt vt occidantur morte penarum ⁊ miſerie ſcilicet in inferno Roma. j. Qui talia agunt digni ſunt morte: non ſolū qui talia agunt ſed qui eis conſentiunt. Talibus ergo malis ⁊ ſimilibus mali digni ſunt: ⁊ ſe indignos omnibus bonis reddūt. Et ſi vis dic negatiue: ꝙ mali non ſunt digni. Scripturas ſoluere chriſtum recipere. Bonis ſe iungere. Chriſtum diligere. Celo comedere. Cum chriſto viuere. Dico ergo ꝙ mali indigni ſunt ſcripturas intelligere. Job. j. Non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calciamenti eius. Soluere enim calciamenta chriſti nihil aliud eſt: ꝙ intelligere myſteria ſcripturarum ſanctarum. Item non ſunt digni chriſtum in ſacramento altaris recipere. Unde Mathe. viij. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectū meum. Item non ſunt digni bonos ſecum habere ſiu colere. Unde Hebr. xj. Enumeratis ſanctis hominibꝰ dicit: ꝙ iſtis dignus non erat mundus. Item nō ſunt digni chriſto adherere: vel cum accedere: ſeu ipſum diligere. Math. x. Qui amat patrem aut matrem pluſquā me: non eſt me dignus. Item non ſunt ad nuptias parati intrare vel comedere. Math. xxij. Nuptie quidem parate ſunt ſed qui inuitati erant nō fuerūt digni. Item non ſunt digni ſempiterne viuere. iob. xxx Uita ipſa putabātur indigni. Et breuiter mali: indigni infames ⁊ viliſſimi reputabuntur. Et ideo dignitatibus eccleſie carere iubentur: iuxta illud. Infamibus porte dignitatum non patebunt. Et a dignitate celeſtis glīe expellent. Daſi. xj. Stabit in loco ſuo viliſſimus ⁊ indignus decore regio ⁊c.

A **Dignitas.** Nota ꝙ dignitas ſumit pro ſtatu eminentie ⁊ honoris: ⁊ pro officio prelature ⁊ dñij magiſtratu: vel etiam qñꝙ pro ipſa bonitate ſufficientia ⁊ autoritate pſone. Et ſic dico ꝙ inuenitur.

| | |
|---|---|
| Dignitas virtualis. | Dignitas vir- |
| Dignitas ſecularis. | tualis eſt idē: |
| Dignitas regularis. | ꝙ bonitas et |
| Dignitas ſingularis. | ſanctitas pru- |

dentia et honeſtas: ſicut dr̄. Prouerbio. xx. Dignitas ſenum canicies. Canicies dico idest: prudentia. Dignitas ſecularis nihil aliud eſt quā dominatio in temporalibus. De qua Prouerbio. xiiij. In multitudine populi dignitas regis: que etiam plerunꝙ malis hominibus conſueuit cōferri: et faciliter ſolet auferri. Hec enim ſepe impijs confertur. Unde Eccleſiaſti. x. dicit Uidi ſub ſole quaſi per errorem egrediens a facie principis: poſitum ſtultum in dignitate ſublimi ⁊ diuites ſedere deorſum. Hec etiam cito perditur ⁊ aufertur. Ezechie. xxiij. Tollam ab eis fortitudinem et gaudium dignitatis. Dignitas regularis eſt dignitas eccleſiaſtica: que ſcilicet bonis hominibus dignis ſcientificis atꝙ ſanctis ſemper debet conferri. Unde de bono prelato dicitur. Eccleſiaſti. xlv. Statuit illi teſtamentum pacis: et principem fecit eum vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. Dignitas ſingularis ſeu eternalis eſt excellentia glorie paradiſi: quā: ſcꝫ principaliter deus poſſidet Heſter. x. Rex aſſuerus omnem terram: ⁊ cūctas inſulas maris fecit ſibi tributarias: cuius eſt imperiuꝫ ⁊ fortitudo: ⁊ dignitas ⁊ ſublimitas. De dignitate igitur officio ⁊ prelatura: quomodo ſolis dignis debeant concedi: ⁊ quomodo malis multotiens concedantur: poſſent infinita dici: ſed deficiunt autoritates vocales: ⁊ in infinitis locis mentio fit de illis. Uide ergo de rege: prelato: altitudine: celſū ⁊ alijs titulis ſimilibus ſicut in tabula.

**Diligere. Dilectio.** Nota ꝙ dilectio quandoꝙ accipitur p omni amore ſiue bono ſiue malo. Accipit enim A quandoꝙ pro amore virtuoſo. Aliquando pro amore vitioſo. Aliquādo pro amore naturali. Aliquādo pro amore ſupernali. Uirtuoſus eſt amor caritatis: de quo dicitur Matthei. xxij. Diliges proximum tuum ſicut teipſum ⁊c. Amor vitioſus eſt amor cupiditatis: de quo Eſaie. j. Omnes diligūt munera: ſequuntur retributiones. Et in ps. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Item amor naturalis eſt amor neceſſitatis: quo ſcꝫ homo compellitur naturaliter diligere genitorem: fratrem: amicum ⁊ benefactorem: de quo Eccleſiaſti. xiij. Omne animal diligit ſibi ſimile. Amor vero ſupernaturalis eſt amor diuinitatis: quo. ſ. nos diligimus deum vt creatorem ⁊ conſeruatorem: de quo Matthei. xxij. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo ⁊c. De dilectione igit qua tenemur deū B diligere: ⁊ qua deus diligit nos aliquid breuiter diſſeramus. Deus diligit oīa que ſunt: quoniam ſua ſunt. Diligit enim iuſtos ⁊ peccatores. Et ſic dicitur Matthei. v. Solem ſuum facit oriri ſuper bonos ⁊ malos Caniculus enim filios ⁊ catulos ſuos ꝙꝙ cecos valde diligit: ipſoſꝙ latratu ⁊ morſu defendit: ⁊ ita cecos ſicut videntes fouet cuꝫ diligentia atꝙ nutrit. Sic pro certo deus catulos ſuos .i. homines ⁊ cecos ⁊ vidētes bonos ⁊ malos valde diligit: ipſoſꝙ per ſuā occultam prouidentiam recreat: fouet ⁊ alit. Sapien. xj. Diliges enim que ſunt: ⁊ nihil odiſti eorum que feciſti. Deum etiam debent omnia diligere. ⁊ cum ſm Ariſtotelē nihil ſit diligibile niſi ſub ratione boni. Sequitur. ꝙ cū deus bonitatem habeat infinitam: in infinitum diligi debet ⁊ in immenſum Joſue. xxiij. Diligētiſſime precauete: vt diligatis dominum deum veſtrum. Boni enim tenētur deum diligere ⁊ amare. Res enim recta cum alia re bene recta faciliter ⁊ immediate poteſt cōiungi: ſicut patet de duabus regulis ſimul coniunctis que immediatiſſime ſe coniungunt. Et quia igitur rectus eſt dominus deus noſter: ⁊ non eſt iniquitas in eo: recti ⁊ iuſti debent cum eo per dilectionem coniungi Cantico. primo. Recti diligunt te. Mali etiam tenentur diligere. Nā catuli ceci matrem ſuam diligūt: ipſam naturaliter cognoſcunt: ⁊ ad eius vbera recurrunt. Sic vere homo ꝙꝙ ſit cecus ⁊ peccator: deuꝫ tamen tenet diligere: ⁊ vt creatorē recognoſcere. ⁊ ad vbera ſue miſericordie reuenire: quia enim deus vt dictuꝫ eſt non dedignatur diligere peccatores: inquātū ſunt ipſius creature: ideo ab ipſis eſt merito diligendus: quia ſicut dicitur Luce. vj. Peccatores diligentes ſe diligunt. Diligamus igitur chariſſimi deum: quia ipſe prior dilexit nos. j. Johannis. iiij. Dicat igitur pro quilibet illud ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum ⁊ refugium meum et liberator meus. Igitur oſtenditur ꝙ deus eſt diligendus. Quia ſuſtentator robuſtiſſimus: quia fortitudo mea. Quia receptor ſecretiſſimus: quia refugium meum. Quia defenſator clementiſſimus: liberator inquit meus. Deus enim eſt ſuſtentator defluentium. Receptator fugientium. Defenſator ſeu liberator pereuntium. Diligatur ergo deus vt defluentiū ſuſtē- C tator. fortitudo inqt mea: ⁊ refugiū meū ⁊ firmamētū meum. Infirmus enim valde debet diligere baculum

Ayuntamiento de Madrid

fortē quo ſecure poſſit ſuſtentari. Elephas enī ꝗ vult dormire fortem arborem querit cui innititur quādo dormit. Cerui etiam quando volunt aliquez magnū fluuium pertranſire: ſolent fortioribus inniti vt eiꝰ fortitudine ſuſtentari poſſint ⁊ ſecurius tranſfretare. Sic vere nos ꝗ valde debiles ſumus ⁊ infirmi ſumme debemus deum diligere: cuius fortitudo eſt ſicut rhinocerōtis: ſicut dicit balaam. Nume. xxiiij. Ipſi n. poſſumus ſecure inniti per ſpem ⁊ confidentiaz: vt ſic tute poſſimus fluuium huius ſeculi pertranſire. Fortitudo inqͥt mea. Unde in. pſ. Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus eſt mihi in ſalutem. Iſta ergo eſt defluentium ſuſtentator. Cantico. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. ¶ Secundo diligendus eſt vt fugientium receptator. Refugium inquit. Ceruus enim a canibus infeſtatus ſentiens ſe non poſſe euadere naturali intuitu ſciens hominem animal manſuetum natura ad ipſum vltro refugit vt ſaluetur: vt dicit Plinius. Sic vere cum ſciamus deuz eſſe clemētiſſimum et benignum: ſi canibus: ideſt demonibus vel tribulationibus infeſtemur: ad ipſum debemus refugere per deuotionem: ⁊ ipſius clementiam pijs orationibus implorare dicentes cum. pſ. Deus noſter refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Iſte eſt ergo ad ipſum fugiētium receptator. ¶ Tertio diligendus eſt: quia ipſe ē

D defenſator pereuntium ⁊ ſaluator. Liberator inquit meus. Quando enim elephas in foueam cecidit vnde per ſe non poteſt exire: venatorem illum valde diligit: qui ipſum de fouea liberat ⁊ extrahit ipſumq̄ ſequitur ⁊ ei obedit. Sic pro certo cariſſimi cum de fouea peccati exire vel ſurgere non poſſemus: ⁊ venator chriſtus nos clementer eripuerit ⁊ extraxerit: propter hoc ipſuz debemus diligere ⁊ ſibi dulciter obedire. Liberator inquit meus. Unde in pſ. Laqueus contritus eſt ⁊ nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terram. Quia igit̄ cariſſimi deus eſt vt dictum eſt: liberator clementiſſimus. Receptator benigniſſimus. Suſtentator robuſtiſſimus: dico ꝙ hic eſt merito diligendus. pſ. Diligite dominum omnes ſancti eius. Beatus ergo vir ꝗ ſuffert tentationem: quoniam cum ꝓbatus fuerit accipiet coronam vite quam repromiſit deus diligentibus ſe. Iaco. j. Iſtud tamen eſt contra multos qui deum non videntur diligere vere: nec eidem per conſtantiā vel fiduciam adherere: ſicut ſunt mūdi peccatores qui deum non videntur diligere: eo ꝙ per diuerſa peccata noſcuntur ipſum offendere: ⁊ dyabolo conſentire. Nemo enī poteſt duobꝰ dominis ſeruire: aut enim vnum diliget ⁊ alterum odiet: aut vni adherebit ⁊ alterum contemnet. Non ſic igitur cariſſimi: ſed deum firmiter diligamus. Iuxta mandatum Auguſt. lib. de ſpiritu ⁊ anima: qui dicit ſic. O quantū debeo diligere dominum meum qui me fecit cum non eram redemit cum perieram: ⁊ eduxit de exilio: redemit de ſeruitio: vnxit me letitie oleo: vocauit me nomine ſuo vt ab vngento dicerer vnctus: et a chriſto dicerer chriſtianus. Et vide ſupra de amore: amicicia ⁊ caritate. ¶ His ergo premiſſis notandum eſt ꝙ deus eſt di-

E ligendus: quia ipſum diligentes.
Ab ipſo diliguntur teneriter.
Per ipſum proteguntur ſecuriter.
Cum ipſo vniuntur concorditer.
Ab ipſo reſpiciuntur benigniter.
Mandata exequūtur fideliter.
Peccata deteſtantur ſagaciter.
Omnia eis cooperantur vtiliter.
Delicta eis remittuntur ſalubriter.
Gaudia eis ingeruntur mentaliter.
Animi ipſorum illuminantur ſinceriter.
A deo exaudiuntur veraciter.
Gloriam conſequuntur feliciter.

¶ Dico ergo ꝙ diligentes deum ab ipſo tenere diliguntur. Prouerbio. viij. Ego diligētes me diligo. Itē per ipſum ſecure proteguntur. pſ. Cuſtodit dominꝰ omnes diligentes ſe. Item cum omnibus pacifice vniuntur. pſ. Pax multa diligentibus legem tuam. Itē a deo benigne reſpiciuntur. Eccli. xxxiiij. Oculi domini in diligentes ſe. Item mandata fideliter exequūtur Ioh. xiiij. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Itē peccata veraciter deteſtantur. pſ. Qui diligitis dominum odite maluz. Item omnia ipſis cooperantur vtiliter. Roma. viij. diligētibus deū oīa cooperantur in bonuz. Item delicta eis ſalubriter remittuntur. Luc. vij. dimittuntur ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Item in deo gaudent hylariter ⁊ gloriantur pſ. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuuz Item ꝑ gratiam illuminant̄ ſubtiliter. Eccli. ij. Qui timetis dominum odite malum ⁊ diligite dominum: ⁊ illuminabuntur corda veſtra. Item iſti a deo gaudenter exaudiuntur. pſ. Dilexi quoniam exaudiet dominus. Itē gloriam conſequuntur finaliter. Iaco. j. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cuz ꝓbatus fuerit: accipiet coronam vite quam repromiſit deus diligentibus ſe. Ergo bonum eſt homini diligere deum: et non ſolum deū: ſed etiam omnia ꝗ pertinent ad deū. ſ. oīa virtuoſa ⁊ honeſta. Diligant ergo.
Iuſti miſericordiam: pauperbꝰ compatientes
Iuſticiam: peccatores percutientes.
Diſciplinam: ſemetipſos diſcutientes.
Sapientiam: in ſemetipſis aſpicientes.
Legem: xp̄i mandatis obedientes.
Concordiam pacifice viuendo.
Propriam ſalutem: a periculis reſilientes.
Celeſtem gloriam: nihil aliud concupiſcentes.

Diligant ergo iuſti miſericordiam egenis ſuccurrendo. Mich. vj. Indicabo tibi homo qd̄ ſit bonū: vtiq̄ facere iudicium ⁊ diligere miſericordiam. Itē diligāt iuſticiam peruerſis occurrendo. pſ. Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te deus oleo iuſticie. Item diligant diſciplinā ſeipſos caſtigādo. ꝓuer. xij. Qui diligit diſciplinam diligit ſcientiā. Item diligant ſapientiam: vtilia cognoſcentes. Sapien. vj. Diligite lumen ſapientie omnes ꝗ preeſtis populis Itē diligant legez dei mandatis obediēdo. pſ. Dilexi mādata ſuper aurum ⁊ topazion. Et ibidem. Legem aūt tuam dilexi. Item diligant concordiam pacifice viuēdo. Zach. viij. Ueritatem ⁊ pacem diligite. Item diligant ſalutem ⁊ ſecuritatem a periculis ſapienter precauendo. Sap. vij. Super ſalutem ⁊ ſpēm dilexi ſapiētiam. Item diligant celi gloriam ipſam appetēdo. pſ. Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locum habitationis glorie tue. Sed procerto mali non diligant talia: ſed potiꝰ omnia mala ⁊ inutilia. Et tamē ſcriptū eſt. Quod qui diligit iniquitatem odit animam ſuaz pſ. De malis igitur poſſumus dicere ꝙ ipſi diligunt
Uerba velocia plena falſitate.
Uerba mendacia plena vanitate.
Opera noxia plena prauitate.
Scelera grauia plena iniquitate.
Facta fallacia ſine benignitate
Geſta mobilia ſine ſtabilitate.

Diligunt dico verba velocia: que loquūt̄ ſine diſcretione. pſal. Dilexiſti oīa verba precipitationis ligua doloſa. Item diligunt dicta mendacia cum vana locutione. pſ. Filij hominuz vſquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatez ⁊ queritis mēdacium? Item diligunt opera noxia cum puerili affectione. Proue. j. Uſquequo paruuli diligitis infantiam: et ſtulti ea que ſunt ſibi noxia cupiunt. Item diligunt ſcelera grauia cum terribili damnatione. pſal. Dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit benedictionem et elongabitur ab eo. Item diligūt facta fallacia cū malicioſa ꝑditione. pſ. Dilexiſti maliciā ſuꝑ benignitatē: iniquitatē magis ꝙ̄ loqui equitatē. Itē diligūt geſta mobilia ſine ſtabili directiōe. Hier. xiiij. Dilexit mouere pedē ſuū ⁊ dn̄o non placuit. ¶ Sed F
adhuc ſi vis ſcire que ſunt ille perſone: que diligunt
deum

Ayuntamiento de Madrid

deum. Dico ꝙ iſte que ſunt
Puritate loti.
Pietate forti.
Ueritate noti.
Sedulitate moti.
Integritate toti.

Dico ꝙ ad diligendum operatur puritas ⁊ ino cētia. vnde de Jonatha qui interpretatur colū ba dicitur .j. Reg. xviij. Delexit dauid Jonathas quaſi animam ſuam. Item pietas atqꝫ clementia. Cant. j. Oleum effuſſuꝫ nomē tuum: ideo adoleſcentule dilexerunt te nimis. Item veritas ⁊ iuſticia. Canticoꝝ. j. Recte diligunt te. Iteꝫ ſedulitas ⁊ diligentia. Canticoꝝ. iij. Surgam ⁊ circuibo ciuitatem: queram quem diligit anima mea. Iteꝫ integritas ⁊ exiſtentia. Deut. vj. Diliges dominuꝫ deum tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua. Si aūt vis adhuc ſcire: que ſunt illa: que diligit deus. Dico ꝙ ipſe diligit.
Illos qui clariſſime ſpeculantur.
Illos qui dulciſſime miſerentur.
Illos qui certiſſime proloquuntur.
Illos qui ſimpliciſſime conuerſantur.
Illos qui ſapientiſſime meditantur.
Diligit enim deus clariſſime ſpeculantes. Unde de ſyon que interpretatur ſpecula: dicitur in. ps. Diligit dominus portas ſyon. Et alibi. Montem ſyon queꝫ dilexit. Item diligit dulciſſime compatientem. ps. Miſericordiam ⁊ iudicium diligit deus. Item diligit certiſſime loquentes. ps. Ecce em̄ veritatem dilexiſti incerta ⁊c. Item diligit ſimpliciſſime conuerſantes. Prouerb. xxix. Scio deus meus quia ſimplicitateꝫ diligas. Item diligit prudentiſſime meditantes ſeu ſapientes. Sap. vij. Neminem diligit deus niſi euꝫ qui cum ſapientia inhabitat. De dilectione vero dei in genere: quomodo ipſa operatur in hominem fortitudinem: quia fortis eſt vt mors dilectio. Cant. viij. Sollicitudinem: quia cura diſcipline dilectio eſt. Sapiē. vj. Quietudinem. ij. Cor. xiij. Deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcum. Perſeuerantie longitudineꝫ. Joh. xv. Manete in dilectione mea. Feditatis certitudinē Sap. iij. Fideles in dilectione acqeſcēt illi. Ueritatis rectitudinem. Rom. xij. Dilectio ſine ſimulatione. Multa poſſent dici: ſed tranſeo gr̄a breuitatis. Uide ſ. de amore: ⁊ amicitia: ⁊ caritate ⁊c.

A **Dilectus ⁊ dilecta.** Quia pro ſponſo et ſponſa: amico ⁊ amica ſupponunt: videtur ꝙ loquendo ſpiritualiter dilectus ⁊ dilecta idem ſunt quod deꝰ et anima: xp̄s et eccleſia. Igitur dicam ꝙ chriſtus poteſt dici dilectus reſpectu anime ſeu eccleſie: ſeu etiam prelatus vel quilibet vir perfectus reſpectu dei vel cuiuſlibet perſone. Dico ergo ꝙ deus ſeu chriſtus dicitur dilectus: quia .ſ. iſte diligitur.
A patre: qui eum amat eternaliter.
A matre qui eum amat naturaliter.
Ab eccleſia: que eum amat virtualiter.
Ab anima que eum amat cordialiter.
Iſte enim fuit dilectus patris: quia hunc amat eternali amore. vnde Math. iij. dicitur. Quod cum chriſtus baptizaretur: vox patris audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus. Et luce. iij. dicitur. Tu es filius meus dilectus. Item iſte fuit dilectus matris: quia hūc amauit naturali amore ideſt dulcore. vnde de ipſo carnem aſſumpturo poteſt dici in perſona matris ſue illud. Cant. v. Peſſulum hoſtij mei aperui dilecto meo Item iſte eſt dilectus eccleſie quem adamat virtuali amore in vigore. Canti. ij. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi. Item iſte eſt dilectus anime quem adamat cordiali
C li feruore: dicens illud. Cant. v. Anima mea liquefacta eſt: vt dilectus locutus eſt. Chriſtus ergo dicitur dilectus ⁊ a deo: ⁊ a qualibet ſancta aïa predilectus.
Sicut enim amica ſeu dilecta ꝓ dilecto ſuo.
Solet ſuſpirare ꝓfunde cogitās cū hūc nō habeat.
Solet aſpirare parū heſitans: cū hūc nō videat.
Solet quieſcere ardenter flagitās: cū ip̄m teneat.
Solet timeſcere ſecrete latitās vt tute gaudeat.
Solet niteſcere ornate viſitans: vt ſpōſo placeat.
Sic vere dico: ꝙ anima pro filio ſuo dilecto xp̄o quem modo non habet: ſolet ⁊ debet cum deſiderio ſuſpirare dicens illud Cantico. v Si inueneritis dilectū meū nūciate illi, q̄r amore langueo. Itē debet ad actꝰ copulā aſpirare. Copulā dico. q̄ hic in p̄ſentí fit ꝑ gr̄am in futuro fiet ꝑ gloriā. Unde talē copulam appetebat ſpōſa Cantico. v. Ueniat dilectus meus in ortum ſuum. Ortus enim xp̄i eſt mens anime deuote. Item debet dilectū amplexans liqueſcere. Deuota enim anima quādo amoris ſponſi ſuccēſa eſt deſiderio: ipſuꝫ ſe cogitat amplexari: ⁊ iam quaſi ad oſculum dignam amici: ſolet per amorem liqueſcere: ⁊ in ſeipſam reſolui: ⁊ quaſi in deum exalare: ⁊ quaſi vnum cum ipſo fieri: ⁊ cuꝫ eo ſe miſcere. Unde illud predictū Canti. v. Anima mea liquefacta eſt. Ut de anima ſic liquefacta dicat illud. Cantico. viij. Que eſt iſta delicijs affluens: innixa ſuꝑ dilectum. Item debet videri metuens tremeſcere. Dilecta poſtꝙ habuit amplexus dilecti: ſumme nitit amorem cōmunem ſecrete ſeruare: et per humilitatem abſcondi: non per iactantiam reuelari Cantico. v. Uenter meus intremuit ad tactum eius: ſurrexi vt aperirem dilecto meo. Unde etiam de anima deuota poteſt dici illud Cātico. ij. Adiuro vos ne euigilare faciatis dilectam. Anima enim tunc ab occulto mentis euigilat: quando amorem quem habet ad deum propalat exterius ⁊ publicat. Item debet vt ſpōſo placeat niteſcere. Ad ſponſam enim: id eſt ad animam deuotā ꝑtinet: ꝙ varijs virtutibus ſe poliat: vt dilecto ſuo xp̄o placeat Cantico. vj. Dilectus meus mihi qui paſcitur inter lilia. Pulcra es amica mea: ſuauis ⁊ decora ſicut hieruſalem. Ecce ergo quales ſe debet exhibere dilecta reſpectu xp̄i dilecti ſui. Et merito. Tāte enim ſunt perfectiones et virtutes iſtius dilecti ꝙ ipſe eſt merito diligendus. Unde anima de dilecti virtuoſa pulcritudine gloriante poteſt dici illud Cātico. v. Qualis eſt dilectus tuus o pulcerrima inter mulieres. Ipſa autem poteſt reſpondere illud quod ſequitur ibidem. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus: electus ex milibꝰ
Unde nota ꝙ de iſto hic cōmēdatur: et etiam tali modo deſcribitur. B
Bonitas acceptabilis: quia omnibus placebat: quia dilectus. Caſtitas delectabilis: q̄r lucide ſplendebat: quia candidus. Caritas admirabilis: quia intime feruebat: quia rubicūdus. Dignitas honorabilis: quia alios excellebat: quia electus ex milibus. Et iſta patent: quia
Bonitas a cunctis diligitur.
Caſtitas candore pingitur.
Caritas rubore inflammatur.
Dignitas alijs antefertur.
Igitur ſiue iſta referantur ad ipſum: ſiue ad quemlibet iuſtum. Dico ꝙ iſte diligendus eſt propter bonitatem acceptabilem que oritur cum dicitur. Dilectus meus. Nichil enim eſt diligibile niſi ſub ratiōe boni: ⁊ ideo quia dilectus dicitur: neceſſe eſt ꝙ per cōſequēs bonus intelligatur. Et ſi vis dicere que ſunt ille bonitates que iſtum dilectum acceptabilem reddiderunt. Dico ꝙ iſte fuerunt
Amara penitentia: qua fuit maceratus.
Famoſa redolentia: qua fuit diuulgatus.
Honeſta apparentia: qua fuit picturatus.
Doctrine redundantia: qua fuit ampliatus.
Operū abūdantia qua fuit ampliatus.
Puritatis innocentia: qua fuit quietatus.
Contemplantis ſapientia: qua fuit illuſtratus.
Perorans eloquentia: qua fuit deo gratus.
Iſte enim per penitentiam ſeipſum amaricauit. vnde Canticorū primi. Faciſculus myrrhe dilectus meꝰ Myrrha em̄ ſpecies amara eſt: ſꝫ medicinalis ⁊ odoroſa. Itē ꝑ fame redolētiā ſe diuulgauit. Uñ de fragrātia ſue fame poteſt dñs dicere illud Cātico. vij Mandragore dederunt odorem ſuum in portis noſtris:

Ayuntamiento de Madrid

omnia poma noua et vetera dilecte mi ſeruaui tibi. Item per honeſtam apparentiam ſe decorauit Canti. i. Ecce tu pulcer es dilecte mi: et decorus. Lectulus noſter floridꝰ. Itē ꝑ doctrine influentiā ſe diſtillauit Unde iſte comparatur botro a quo eliquatur vinum Canti.i. Botrus cipri dilectus meus. Item per operū abundantiam fructificauit: vnde ſicut malus inter ligna ſiluarum: ita dilectus meus: ſupple eſt fructuoſus. Item iſte ſe per ipſius innocentiam purificauit. Math.xii. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meꝰ in quo bene complacuit anime mee. Item per pacem ⁊ concordiam ſe quietauit. Eccli.xlvii. Ad inſulas lōge diuulgatum eſt nomē tuum ⁊ dilectus es in pace tua Item contemplationis eminentia ſeu ſapientia hūc illuſtrauit. Unde iſte fuit iſrael videns deū. Unde de ſapientia dicitur Baruch.iii. Quod dedit deus illam iacob puero ſuo: ⁊ iſrael dilecto ſuo. Item oratiōis eloquentia hunc gratificauit. Canti.ii. En dilectus meꝰ loquitur mihi. Sic ergo apparet qualiter iſte habet: ⁊ habuit multiplicem bonitatem propter quam fuit dilectus: ⁊ deo ⁊ hominibus acceptabilis atq; gratus. Dilectus inquit meus. Eccli.xlv. Dilectus deo ⁊ hominibus moyſes. Et Sapiē.iiii. Placens deo: dilectus etenim inter peccatores viuens tranſlatus eſt.
C Iſte ergo dilectus dicitur propter bonitatem acceptabilem. Dilectus meus inquit. ¶ Secundo dico ꝙ dilectus eſt propter caſtitatem delectabilem: que oſtenditur cum dicitur. Candidus. Res enim pure: mūde: ⁊ candide amplius diliguntur. Sic illi qui per caſtitatem ſunt candidi a deo amplius ſunt dilecti. Ideo de homine caſto dicitur. Cant.vi. Dilectus meus paſcitur inter lilia. Lilia enim que candida ſunt caſtitatē deſignant. Cant.vi. Dilectus meus deſcendet in ortū ſuum ad areolam aromatis. vt paſcatur in ortis: ⁊ lilia colligat. Quia reuera in orto eccleſie aromata virtutum ⁊ ſpecialiter lilia caſtitatis a xp̄o vel a viro iuſto deo dilecto debent queri: ⁊ ibi per complacentiā depaſci. Candidus inquit. Apoc.xiiii. Uidi ⁊ ecce nubem candidam. Compara iuſtum ⁊ maxime prelatū nubi roriflue pietatis ⁊ candoris propter pulcritudinem pietatis ⁊ caſtitatis: que tamē ſunt ꝓh dolor. cōtra multos qui ſc; in orto eccleſie lilia caſtitatis non colligunt: ſed ibi imunde ⁊ luxurioſe viuunt. De quo conſequitur dn̄s. Hier.xi. dicens. Quid eſt qđ dilectꝰ meus in domo facit ſcelera multa? Non ſic: ſed ſit hō propter caſtitatem delectabilis. Candidus inqt. Uide ſupra de candore ⁊ albedine.
D ¶ Tertio dico: ꝙ dilectus eſt propter caritatem amicabilem ſeu admirabilem. Ille enim qui magis diligit: magis vt cōiter eſt dilectus. Prouer.viii. Ego diligētes me diligo. Quia igitur iſte dn̄m ⁊ proximum per caritatem diligit: reſtat vt neceſſario dilectus ſit. Caritas autē in iſta denotatur: cum dicitur. Rubicundus: q̄ſ. color rubicūdus: igneus ⁊ ſanguineus: caritatē ⁊ feruorē ſignat Unde de caritate iſtius dilecti dicitur. Canti.i. Dilectus meus inter vbera mea cōmorabitur. De ſanctis etiā caritatiuis dicitur. Tren.iiii. Quod ipſi ſunt rubicundiores ebore antiquo. Saphiro pulcriores.
E ¶ Quarto dico: ꝙ dilectus fuit iſte propter dignitatem honorabilem. Electus ex milibus. Electio enī dignitatem importat. Res enim que tanꝙ meliores et conuenientiores eliguntur: tanꝙ digniores pre alijs diligi promerent: quia ergo iſte electus dicitur: per cōſequens dicitur dignior: ⁊ diligibilior iudicatur. vnde illud predictum. Math.xii. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus. vide infra de electione. Tales enī dicuntur qui dilecti ſunt per caritatem ⁊ dilectionem quia electi propter bonitatem ⁊ perfectionem: ⁊ hoc dico electi per eternam dei predeſtinationem.ii. Theſſal.ii. Fratres dilecti a deo qui elegit vos. Patet ergo quomodo propter dignitatem: caritatem: caſtitatē. ⁊ bonitatem quis a deo ⁊ hominibus diligitur: ⁊ dilectus proprie nominatur. Dilectus enim fuit quia receſſit a malo. Cāti.viii. Fuge dilecte mi: ſimilis eſto capree hynuloq; ceruorum. Quia recedit in bono. Canticorum.vi. Deſcendit dilectus in ortum ſuum ⁊c. Quia etiam per deuotionem requieuit in ſomno. ps. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini ⁊c. Et breuiter de chriſto vel quolibet ſancto vel prelato poteſt dicere illud. Eccli.xlvi. Dilectus a domino deo ſuo ſamuel. Pone ſi vis de interpretatione ſamuelis. Igitur ad illam queſtionem qua petitum eſt ſupra ab eccleſia vel anima. Qualis eſt dilectus tuus. Reſpondere poteſt ipſa illud quod. Sequitur ibidem. Cant.v. Talis eſt dilectus meꝰ: ⁊ ipſe eſt amicus meus. Hec ergo de dilecto chriſto: prelato vel quolibet ſancto ſufficat.

**Diligentia.** Diligentia nihil aliđ eſt quā feruor ſeu motus animi ad aliquid cito apte ⁊ ſumme deſiderio peragendū. Et eſt diligentia quedam virtus que potiſſime requiritur ī prelatis. Communitas enim non bene regitur niſi rector vigilet ⁊ diligens habeatur. Canis enim de cuſtodia domini ſui valde eſt diligens et attentus. Quando enim alij dormiunt: canis vigilat: ⁊ de nocte magis quam de die: circa domum valde circuit ⁊ diſcurrit: fures etiam ⁊ latrones latratu ⁊ morſu impetit ⁊ inuadit. Sic vere prelatus bonus circa gregē domini ſui ſibi commiſſū tenetur ſollicite vigilare: ⁊ plus de nocte quam de die. i. magis in aduerſitate ꝙ in proſperitate: debet per diligentiam circuire latrones. i. demones ⁊ peccata habentes morſu correptionis ⁊ latratu predicationis debet ſollicite impugnare. Ametiſtus eſt quidam lapis: qui facit hominem vigilem ⁊ ſollertem: aufert enim ebrietatem: ⁊ ſomnum: ⁊ malum cogitatum: ⁊ bonum efficit ſm̄ diaſcoridē. Sic vere virtus diligentie facit poſſeſſorem ſuum vigilem ſuper fratrem ſuum. Apoca.iii. Eſto vigilans ⁊ confirma cetera que moritura erant. Ad litteram enim bona diligentia tollit ebrietatem: ⁊ confert ſagacitatem: ⁊ aufert cogitatuū prauitatem. Debet ergo prelatus eſſe diligens ⁊ in ſuis actibus circumſpectus. Ideo de bono prelato poteſt dici illud.ii. Paralip.xi. Habitauit roboam in hieruſalē ⁊ edificauit ciuitates muratas ⁊ firmauit eas ſumma diligentia. In quibus verbis B
oſtenditur ꝙ prelatus debet eſſe diligens principaliter quo ad tria. Debet enī: iniquos per iuſticiam caſtigare. Roboam: qui interpretatur impetus vel diſſipans populos. Diſcordes ad concordiam reuocare. Edificauit ciuitates ideſt ciuiū vnitates. Debiles ꝑ potentiam roborare. Firmauit inquit eas: ſit igitur diligens prelatus vt inquit caſtigentur: quod oſtenditur cum dicitur. Roboam quod interpretatur impetus ſeu diſſipans populos: quia vere cum rigore ⁊ impetu iuſticie debet peruerſos populos. i. proteruos ſubditos diſſipare. Teſte enim Hugone: genus miſericordie eſt malos cito occidere. Multi enim ſunt ita proterui ⁊ obſtinati: ꝙ per benignitatem ſeu clementiā minime corriguntur. Ergo neceſſe eſt ꝙ per rigorem ⁊ iuſticiam puniantur. Elephas enim ſilueſtris quādo capitur: per verba non domeſticatur: ſed per verbera. Quando enim percutitur: timet ⁊ obedit: et maxime quando ſentit ꝙ venator perſonaliter ſedet ſuper eum: vt dicit Plinius. Sic vere multi ſunt ita ſilueſtres ⁊ proterui ꝙ nunꝙ poſſunt niſi per verbera caſtigari. Nihil enim in talibus manſuetudo facit: q̄r miſereamur impio et non diſcet facere iuſticiā. Eſa. xxvi. Sed quando percutiuntur et corriguntur: ⁊ maxime quando vident ꝙ venator: ideſt prelatus ſedet per continuam diligentiam ſuper eos: tunc dico: ꝙ neceſſario timent: et corriguntur: obediunt et caſtigantur. Bene ergo dicitur. Eccleſiaſtici.xxx. Qui diligit filium ſuum: aſſiduet ei flagella. Iſte ergo debet eſſe Roboam: ita ꝙ de quolibet tali et de eius rigore et audacia poteſt dici illud.ii. Paral.xii. Confortatꝰ eſt roboā in hieruſalem ⁊ regnauit. Cōfortari enī dꝫ

prelatus

Ayuntamiento de Madrid

prelatus ad audaciam: ⁊ regnare in hierl͞m i. in eccle
ſia per iuſticiam ⁊ rigorem. Debet ergo eſſe diligēs vt
C impij caſtigentur. ¶ Secundo debet eſſe diligens vt
rebelles concordentur. Debet em̄ edificare ciuitates
i. ciuium vnitates. Sicut enim dicit Macrobius in
li. de expoſitione ſomnij ſcipionis in armonia plane
tarum ſol tenet medium locū: quem tenet media cor
da in inſtrumento muſico: quia. ſ. ſonos aliorum pla
netarum qui ſunt contrarij ⁊ diuerſi: ad concordiam
reuocat ⁊ reducit: ⁊ quatuor etiā elementa que ſunt
contrariarum ⁊ diuerſarum qualitatum: nunꝗ̄ poſ
ſent i vno mixto perfecte coniungi vel vniri: niſi per
virtutem eſſentie quinte. i. niſi per influentiam ſtella
rum orbis ad concordantiam reducātur. Sic procul
dubio cum in vno collegio eccleſia vel patria ſint di
uerſe corde ⁊ perſone contrarie nationis ⁊ conditionis
nunꝗ̄ perfecte vnanimes fierent ⁊ concordes: niſi ſo
lis ⁊ orbis. i. boni prelati ⁊ ſuperioris influentia ⁊ dili
gentia circa hec operetur. Per ſolem enim qui eſt rex
planetarū: bon⁹ prelatus intelligitur qui eſt rex ⁊ re
ctor aliorum: quia procerto iſte eſt qui inter planetas
⁊ ſubditos in ciuitate eccleſie concordiam procurat.
Iuxta illud Iob. xxv. Facit concordiam in ſublimib⁹
ſuis. vnde Eſa. xxx. dicitur. Ciuitas ſolis vocabit vna
Ciuitas enim ſolis. i. collegium vel etiam boni prela
ti diligentia vocabitur vna: quia ſcilicet per eius dili
gentiam ad vnitatem trahitur concordie ⁊ amoris.
Quod vtiꝗ̄ eſt contra multos prelatos: q̄ reuera iter
ſubditos non ſeminant concordiam: ſed diſcordiam
Non amorem ſed rancorem. Non pacem ſed litē. Nō
caritatem: ſed diuerſitatem. Non ſic cariſſimi: ſed ſit
prelatus diligens vt rebelles concordent. Prelati em̄
ſunt legati dei Iuxta illud apl̄i. Eph. vj. Legatiōe p
xpo fungimur: ideo ſumme debent conari pacē iter
homines facere: vt poſſint cum ſubditis pacifice ha
bitare: vt de eis dicatur illud. ij. Mach. viij. Diligen
D ter omnia compoſuerunt. ¶ Tertio debet eſſe diligēs
vt debiles ⁊ infirmi roborentur. Firmauit inquit eas
Agricola enim ſapiens ſolet eſſe diligens circa debile
fouendo: ⁊ ſolidum roborando. Medicus etiam dili
gens debet eſſe de infirmo quem habet in cura: ꝙ for
tificetur ⁊ ꝙ ad ſanitatem reducatur. Sic vere bonus
prelatus debet eſſe valde diligens vt illi ſubditi ſui q̄
in fide ⁊ moribus ſunt debiles ⁊ infirmi: per virtutem
conſtantie roborentur: ⁊ in fide ⁊ moribus confirmen
tur: dicentes illud. ij. Paral. xv. Confortamini ⁊ dili
genter agite. Firmauit inquit eas. Eccli. iij. Benedi
ctio patris firmat domos filiorū. Prelatus debet eſſe
ſicut mulier euangelica: que perditam dragmam dili
genter querit donec inueniat. Sic igitur prelatus dili
gens erga ſubditos: quia inter elephantes maxima
eſt cura alteri de altero parentibus de filijs: maiori
bus de paruulis: fortioribus de infirmis. Ideo dicitur
Prouer. xxvij. Diligenter agnoſce vultū pecoris tui.
Agnoſci enim ⁊ conſiderari debet vultus pecoris idē
ſtatus ſubditi. ſ. vtrum ſit bonus vel malus: vt. ſ. ſ̄m
meritum promoueatur: vel vt ſ̄m demeritum puniat
Multi enim ſunt qui bene conſiderant vultum peco
ris: vtrum. ſ. ſit pinguis vel macer: diues vel pauper
⁊ hoc vt excorietur ⁊ tondeatur. Non ſic ergo: ſed ſit
prelatus diligens.

| | |
|---|---|
| Ad proteruos iuſte corrigendum. | Bene ergo |
| Ad rebelles pie concordandum. | precipitur. |
| Ad infirmos tute roborandum. | Prouerbi. |

xxiiij. Diligenter exerce agrum tuū ⁊: poſtea edifica
bis domū tuā. Unde dicit Iob. xxix. Pater fui pau
E perum: ⁊ conſolator viduarum: ⁊ cauſam quā neſcie
bam diligenter inueſtigabam ⁊c. His ergo premiſſis
patet: ꝙ tam ad prelatos ꝙ̄ quoſlibet viros iuſtos pti
net omnia diligenter facere: ⁊ quicquid neceſſe fieri ē
cum diligentia exercere. Iuxta illud. ij. Paral. xix. Sit
timor domini vobiſcum: ⁊ cum diligentia cuncta fa
cite. Et ſic nota ꝙ nos debemus.

Diligenter excutere del obliuionem.
Diligenter inquirere: veri cognitionem.
Diligenter refugere: morum corruptionem.
Diligenter inſpicere: rerum conditionem.
Diligenter attendere: celi poſſeſſionem.
Diligenter extendere: manus ſubuentionem.
Diligenter cognoſcere: patrū perfectionem.
Diligenter perlegere: ſcripture rationem.
Diligenter intendere: ad verbi dictionem.
Diligenter diſſerere: doctrine lectionem.

Dicam ergo ꝙ diligenter eſt excutiendus torpor obli
uionis dei Deutero. vj. Caue diligenter ne obliuiſca
ris dominum. Item diligenter eſt exquirendus ſplen
dor cognitionis: q̄ ſ. virtus negociorū ⁊ cauſarū debet
diligenter inq̄ri: maxime vbi agitur de preiudicio alie
no. De punitione em̄ falſi prophete abſq̄ cūctatione
ſentētia eſt exequēda: ſed de punitione vrbis ydolola
tre ⁊ ydololatrare volentis dr̄ Deutero. xiij. Quere inq̄t
diligenter re veritatis perſpicta: ſi inueneris iſta per
petrata: percuties habitatores eius in ore gladij ⁊ de
le vrbem illam. Item diligēter eſt refugiendus horror
corruptionis peccati. Deutero. xxiiij. Obſerua dilige
ter ne incurras plagam lepre Item diligenter eſt aſpi
ciendus ⁊ explorādus actus terrene conditionis. Iu
dicū. xviij. Miſerunt filij dan viros fortiſſimos vt ex
plorarent terram ⁊ diligenter inſpicerent. Item dilige
ter eſt contemplandus motus celeſtis ordinatiōis. vn
de de herode dicit Mat. ij. Clam vocatis magis dilige
ter didicit ab eis tempus ſtelle. Item diligenter eſt ex
quendus actus cōpaſſionis ſeu liberalis largitiōis. ij.
Eſdre. vij. Quecuꝗ̄ petierit Eſdras diligenter detur
ei. Item diligenter eſt attendendus valor antique pa
rentum conuerſatiōis Iob. viij. Interroga generationē
priſtinam: diligenter inueſtiga patrum memoriā. Itē
diligenter eſt legendus atq̄ ſtudendus ſenſus ſcriptu
re ⁊ diuine lectionis Eſaie. xxxiiij. Requirite diligēter
in libro domini. Item diligenter eſt audiendus ⁊ intel
ligendus ſonus predicationis Eſa. xxxij. Aures ſurdo
rum diligenter auſcultabūt. Itē diligenter eſt docen
dus ⁊ diffundendus fructus doctrine ⁊ bone eruditio
nis Actuum. xviij. Docebat diligenter ea que ſunt Ie
ſu ⁊c. Uide in alijs titulis: vbi ſcilicet ſollicitudo: vigi
lia: labor.

**Diluculum.** Nota ꝙ diluculū eſt principiū A
dici: ⁊ ſignat multipliciter i ſcri
ptura. Et generaliter loquēdo per diluculum poſſunt
intelligi tria: ſcꝫ

| | |
|---|---|
| Status gratie ſpiritualis. | Cōparat em̄ dilicu |
| Stat⁹ pſperitatis tpalis. | lo ſtat⁹ gratie ⁊ ſan |
| Status iuuētutis corporalis. | ctitatis: eo ſcꝫ ꝙ in |

diluculo tenebre deficiant: ⁊ incipit lux oriri. In ſtatu
enim gratie tenebre erroris ⁊ peccati deficiūt: ⁊ lux ve
re fidei ⁊ cognitionis ſuboritur. Et ſic p diluculū intel
ligitur fides: que eſt principium diei vere cognitionis.
Penitētia q̄ eſt principiū ſancte conuerſationis: dilige
tia q̄ eſt principiū bone operationis. De fide dr̄ Treno
rū. iij. Noui diluculo multa eſt fides tua. De peniten
tia ⁊ conuerſione dicit in pſ. Reuertebant ⁊ diluculo
veniebant ad eū. De diligenti vero cōpoſitione dr̄. iiij.
Regū. vj. Cōſurgēs diluculo miniſter dei egreſſus eſt.
Item dico ꝙ per diluculū intelligitur ſtatus mūdane
proſperitatis. Sicut em̄ diluculū eſt inceptio quedam
temporis: que quaſi penitus nihil durat: immo conti
nuo trāſit ⁊ ceſſat Iob. vij. Uiſitas eū diluculo ⁊ ſubi
to probas illū. Homo em̄ quādoꝗ̄ in diluculo proſpe
ritatis viſitat per conſolationes: ſed tamē ſubito pro
bat per tribulationes. Et ſicut videm⁹ ꝙ diluculo ſo
lent nebule abūdare: q̄ quādoꝗ̄ in fructibus multas
corruptionis inducūt. Sic vere in diluculo mundane
proſperitatis nebula erroris ⁊ peccati abundat: q̄ cor
ruptione cogitationū ⁊ ſenſuū ſpūaliter operat. De
quo Soph. iij. Diluculo ſurgentes corruperūt oēs co
gitatiōes ſuas. Et de hoc poteſt exponi illud Ione. iiij.

Ayuntamiento de Madrid

Preparauit dominus vermem aſcēſu diluculi in cra-
ſtinum: ꝛ percuſſit ederam ꝛ exaruit. In diluculo enim
proſperitatis: vermis id eſt mors a domino aliquoti
ens preparatur per quem edera: id eſt virorum iuuentutis
ꝛ ſtatus etiam ſecularis amenitatis deſicatur. Item
per diluculum intelligitur ſtatus iuuentutis. Sicut
enim diluculū eſt prior hora diei in qua incipiūt aues
modulari: gentes operari: flores aperiri. Sic vere tē-
pus iuuentutis non eſt niſi initiū vite noſtre: in quo
procerto nos debemus incipere modulare per diuine
laudis executionem. Operari per bonorum actuum
inchoationem. Aperiri per bonorum deſideriorum af-
fectionem. Sicut enim viator niſi diluculo incipiet iter
ſuum vix aut nunquam poteſt dietam ſuam adimplere.
Sic vere homo niſi a iuuentute incipiat bene opera-
ri: vix poterit ad complementum virtutum attingere
ꝛ venire. Ideo Marci primo dicitur de Iohanne. Di-
luculo conſurgens egreſſus ibat in deſertum ibique ora
B bat. ¶ In quibus verbis aduerte quod tria principaliter ſunt
in diluculo: ideſt: in iuuentutis tempore facienda. De
bet enim in tali diluculo. Carnalitatis deteſtari. Cōſur
gens inquit. Penalitas frequentari. Ibat inquit in
deſertum. Deitas contemplari. Ibique orabat inquit. A
iuuentute igitur carnalitas deteſtatur. Conſurgens
inquit. i. de lecto proſperitatis ꝛ carnalitatis comple
te ſurgens: ꝛ exinde mentaliter recedens. Vnde Pro-
uer. xi. Bene conſurgit diluculo qui querit bona. Si
cut enim aues diluculo de nido exeunt: ꝛ ad querendū
paſtum volitant ꝛ diſcurrunt. Sic homo a diluculo
iuuentutis de nido carnalitatis debet ſurgere ꝛ exire
vt paſtum gratie ꝛ glorie ſibi valeat procurare. Dicit
enim in figura. i. Reg. v. Quod azotēſes diluculo ſur
gentes: inuenerunt dagon ydolum ſuum proſtratum
in terra. Quia vere illi qui in diluculo iuuentutis ad
exercitium bonorum operum conſurgunt: dagō qui
interpretatur piſcis inutilis. i. carnem propriam ſup
atam inuenerūt ꝛ proſtratam: diluculo ergo cōſurgēs
Iſtud tamen eſt contra multos ſimiles fatuo viatori
qui quamuis diluculo ſurgat: tarde tamen perficit dietam
ꝛ hoc vel quia nimus feſtinat in principio: ita quod cito
fatigatur: vel quia diuertit ad vmbracula ꝛ tabernas
ꝛ ab itinere retardatur. Sic vere multi ſunt qui dilu-
culo videntur ſurgere: quia in iuuentute optime incipi-
unt ſepe operari: ſepe tamen accidit quod iſti cito fatigā
tur ꝛ attediantur: ita quod circa tabernas ꝛ vmbracula
ideſt circa mundi delectabilia diuagantur: ꝛ ſic a cepto
bono itinere retardantur. Multi enim ſunt qui incipi-
unt optime qui male finiūt dies ſuos: quod maxime
accidit in religiōe: vbi vt cōmuniter nouicij ſunt ma
gis deuoti quam antiqui. Acres enim inprincipio frangūtur
in finem ſecundum Areſto. Arbor enim que inprincipio multū
fructificat: cito deſicatur. vt dicit Areſt. li. de plantis
quia quando arbor ſe euiſcerat in fructificando: hu-
mor naturalis qui arborem nutrire debebat tranſit in
fructum. Sic vere cariſſimi illi qui inprincipio iuuen
tutis nimis ſe euiſcerant fructificando. i. bona opera
faciendo ꝛ producendo: cito vt cōmuniter deſicantur
quia. ſ. non continuant quod ceperant: immo ſepe de
ficiunt per peccatum. Unde Prouer. xx. Hereditas
ad quam feſtinatur in principio: in fine benedictione
carebit. Iſti ſunt ſimiles criſolito: qui eſt lapis in dilu-
culo valde pulcer: ſed quando dies magis creſcit: tan-
toplus ſua deficit pulcritudo: ſic dicit Iſido. li. ethi-
molog. ca. de gemmis aureis. Sic vere iſti in diluculo
iuuētutis valde pulcri ſunt ꝛ honeſti: ſed quāto dies
vite ſue magis creſcit: tanto moralis pulcritudo am-
plius deficit: ꝛ decreſcit. vnde. i. Cor. xi. Non laudo quod
non in melius: ſed in deterius conuenit: ꝛ ſic fiunt no
uiſſima hominis peiora prioribus. ij. Pet. ij. Non ſic
cariſſimi: ſed cum bono profectu ꝛ continuatione a di
luculo iuuentutis carnalitas deteſtatur. Conſurgēs
inquit. Pſ. Nunc exurgam dicit dominus conſurgā
diluculo. Exod. viij. Conſurge diluculo ꝛ ſta coram

Pharaone. ¶ Secundo dico: quod neceſſe eſt quod ab iſto C
diluculo penalitas frequentetur: quod oſtenditur cum
dicitur. Ibat in deſertum. Aquila enim adhuc pul-
lis ſuis iuuenibus cibos ſubtrahit: ipſoſque exire de ni
do compellit: vt ipſos ad volandum excitet ꝛ inducat
Sic vere a iuuentute homo debet pullum ſuum ideſt
corpus percutere ꝛ caſtigare per penitentiam: ꝛ cibum
ſibi ſubtrahere per abſtinentiam: vt de nido munda-
ni amoris per contemptum exire cogatur: ꝛ vt volare
ad celeſtia per deſiderium compellatur. Ibat igitur in
deſertum. Deſertus enim eſt locus penitentie. Apoc.
xij. Date ſunt mulieri ale due aquile vt volaret in de-
ſertum. Ale enim due mulieris: ideſt anime ſunt timor
ꝛ amor qui ipſam faciunt ad deſertum penitētie trāſ-
uolare. Laboribus enim penitentie ꝛ diſcipline debēt
ſubijci iuniores: ne carnalitatibus aſſueſcant ꝛ ne vl-
tra debitum inſoleſcant. Quod eſt contra multos: qui
a iuuentute non volant ad deſertum ſed ad delictum
Non ad laborem ſed ad honorem. Non ad diſciplinā
ſed ad vitiorum ſemitam. vnde Soph. iij. Diluculo
ſurgentes corruperunt cogitationes ſuas. Non ſic er
go: ſed a diluculo iuuentutis penalitas frequentetur. D
¶ Tertio dico: quod neceſſe eſt quod ab iſto diluculo diuini
tas contempletur. Et ibi inquit orabat. Sicut enim
filij aquile a iuuentute dum adhuc ſunt in nido pau-
latiue aſſueſcunt aſpicere ſolem: ꝛ ad ipſum oculos ap
rire. Sic proculdubio homo dum adhuc eſt iuuenis:
ipſe debet aſſueſcere reſpicere ſolē iuſticie per deuotio
nem: orationem ꝛ contempationem. Quia ſicut dicitur
Eccli. xxxix. Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum di-
luculo ad dominum qui fecit illum: ꝛ in conſpectu al
tiſſimi deprecabitur. Sic ergo patet: quod a diluculo iu-
uentutis debet deteſtari carnalitas Debet frequenta
ri penalitas. Debet contemplari diuinitas Siue er-
go diluculo ſumatur pro diligētia: pro penitētia: pro
grātia: vel pro fide vel etiam pro proſperitate vel iuuē
tute notare poſſumus: quod in tali mane ſeu diluculo: nos
debemus facere: ſeu etiam perſeuerare: vices diluculo.
Uolare pro celeſtibus contemplandis.
Rogare pro criminibus dimittendis.
Immolare pro muneribus ſeruiendis.
Predicare pro ſimplicibus inſtruendis.
Igitur volare ſurſum diluculo contemplando. Pſ.
Si ſumpſero penas meas diluculo: ꝛ cetera. Et ibidem
Si aſcendero in celum tu illic es ꝛc. Item ora deum di
luculo deprecādo. Pſ. Oculi mei ad te diluculo. Item
immola deo diluculo per bona opera faciēdo. Iob. i.
Surgenſque diluculo offerebat holocauſtum. Item pre-
dica populo diluculo ſimplices inſtruēdo. Hieremie
xxxij. Uerterunt ad me dorſum ꝛ non faciem cum do
cerem eos diluculo. Unde de apoſtolis dicitur. Actu.
v. Quod ipſi intrauerunt diluculo in templum et do
cebant. Hec ergo ſufficiant de diluculo. Uide infra de
Mane.

## Dilatare.

Eleuatio ꝛ exten A
ſio idem videntur ſignificare. Et ſic dilatatio natura-
liter dicitur a calido. Calor enim habet naturaliter di-
latare materiam in quam agit de centro ad circumfe
rentiam eleuare. Et ideo quia duplex eſt calor ſpirita
lis in ſcriptura ſcilicet bonus qui eſt caritas: malus
qui eſt cupiditas: ideo duplicem dilationem poſſumus
notare. Uirtuoſam vnam ꝛ aliam vitioſam. ¶ Dila-
tio virtuoſa eſt quando cor dilatatur ꝛ extenditur in
alium per amorem ſiue in deum ſiue in proximum. In
deum dico: per caritatem: in proximum per elemo-
ſynam et largitatem. Ad deum enim debemus dilata
ri: extendi et eleuari: per contemplationem: deuotio
nem et dilectionem. Unde Eſaie. lx. Tunc videbis ꝛ af
flues: ꝛ mirabitur et dilatabitur cor tuum. Ubi nota
quod homo debet dilatari in deum ſcilicet. Ad contem-
plandū dei maieſtatem. Tunc videbis inquit. Ad me
ditandum ſupernam dignitatem. Mirabitur inquit.
Ad affectandum

Ayuntamiento de Madrid

Ad affectandū ſummā bonitatē. Dilatabitur inquit cor tuū. Sicut ēm aqua quando feruet ⁊ bullit. dilatatur ⁊ extenditur ⁊ ſurſum leuatur ſic mens quādo per diuinuʒ amorē eſt feruida: ſurſum ad deum per contēplationem ⁊ affectionem erigitur: ⁊ ad proximum per beneficia extenditur. Unde. ij. Corin. vj. Os noſtrū patet ad vos o corinthij: ⁊ cor noſtrū dilatatuʒ eſt. Sicut enim ſutor cum lignis et formis per violentiā dilatat calciamenta, vt ibi melius intretur: ſic deus cor huma
B num. Vñ in ps. In tribulatione dilataſti mihi. ¶ Sed adhuc dico ꝙ eſt quedaʒ dilatatio vitioſa: ⁊ iſta eſt cupiditas. Cor enim auari nunꝗ̄ eſt contentum diuitijs ſuis. ſemper enim ad alia deſideranda ⁊ inquirenda extenditur. et ad ampliora habenda continue dilatatur. Unde Abacuc. ij. Dilatauit quaſi infernus animā ſuā et ipſe quaſi mors et nō adimplebitur. Unde nota ꝙ dilatatio auarorum habet crudelitatem immitigabilem quia dicitur infernus in quo anime affligūtur: q2 ſcilicet auari omnes alios affligunt. Item habet auiditatem ineuitabilem: quia dicitur mors: que. ſ. nulli parcit ſed ineuitabiliter omnes rapit: Item hʒ cupiditatē inſatiabilē. q2. ſ. non adimpletur. Nota etiā ꝙ quidā dilatātur per ſuperbiā vel iactātiā. Quidam per ſeuiciam et iracundiā. Quidā per poteſtatē ⁊ violentiaʒ Quidā etiā dilatantur per gulā ⁊ luxuriā. Quidaʒ dico dilatātur per ſuperbiā. Iſti ſunt magniloqui iactātes. qui ad modū veſice extendūtur: quādo vento vanitatis inflant: Iſti enim ſunt qui dilatant filateria ſua et magnificant fimbrias. Math. xxiij. Et prouer. xxviij Qui ſe iactat et dilatat iurgia concitat. Item quidam dilatantur per iracundia. Iſti enim ſunt ſimiles caſtanee que ſi ſine apertura pellis in igne ponitur. eius ſubſtantia dilatatur ꝙ neceſſe eſt pellem rumpi: ⁊ ſonum et ſtrepitum exaudiri. Sic vere quando iracundi et inuidi igne ire et inuidie interius incaleſcunt: tunc ad faciēda et dicenda mala multa dilatantur. Rumpunt enim et aperiuntur per ſtultiloquium: ita ꝙ ſonus et tonitruum. i. lites ⁊ iurgia ab ipſis ſepius generantur vnde in ps. Dilatauerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens et rugiens: dixerunt euge euge viderunt oculi noſtri. ¶ Item quidam dilatantur per potentiā ⁊ violentiam ſicut ſunt raptores ⁊ vſurarij qui ad modū fluminis dilatant terminos ſuos paulatim: et corrodūt ⁊ diripiunt occipiunt ⁊ corrumpūt alienos. De quibus Eſaie. liiij. Dilata locum tentorij et funiculos ſuos extende. Auari enim et raptores dilatant ſe: ⁊ ſuos pmouent. j. Machabeor. xiiij. Dilatauit fines gentis ſue. ¶ Quidam etiam dilatantur per gulam ⁊ luxuriam. Conſtat enim ꝙ pellis vncta ⁊ madefacta facilius dilatatur. Sic perſona delicijs et luxurijs delibuta. ad vitia et mala deſideria faciliter eleuatur. De gula etiam dicitur Deut. xxxij. Impinguatus eſt dilectus et recalcitrauit. impinguatus: incraſſatus. dilatatus. De luxuria autem dicitur eſaie. lvij. Diſcooperuiſti te. ſuſcepiſti adulterum. dilataſti cubile tuum. De illa aūt dilatatione qua dilatātur beati in patria ſcʒ qui ſtricte vixerant in hoc mundo pōt dici illud Geñ. xxvj. Nūc dilatauit nos Et Gene. ix. Dilatet dñs Iaphet. Et ſic
A patet ꝙ eſt dilatatio virtuoſa vitioſa ⁊ glorioſa.

## Diluuium.

Cum diluuium nihil aliud ſit ꝗ̄ abundantia ⁊ inundatio ymbrium ⁊ aquarum et maxime talis ꝙ per eam ſubmergi homines et necari videntur. Uidetur moraliter loquendo ꝙ ſm naturam aquarum poteſt inueniri diuerſas diluuiorum. Dicam ergo ꝙ inuenitur.
Diluuium et abundantia gratiarum.
Diluuium ⁊ redundātia nequiciarum.
Diluuium et inundantia miſeriarum.
¶ Diluuium gratie ſubmerſit omnē iniquitatem. Iſtud eſt enim illud de quo dicitur in ps. Dñs diluuiū inhabitare facit. Unde Gene. vij. factum eſt diluuiuʒ quadraginta diebus. Sequitur. Conſumptaqʒ eſt omnis caro. Quadraginta enim dies: penitentie tempus ſignificant. in quo diluuium gratiarum inundat: qđ omnem carnem ideſt omnē carnalitatem conſumit ⁊ ſuffocat. Diluuium culpe ſubmergit omnē virtutem et honeſtatem. Et ideo pre timore iſtius diluuij quilibet deberet in archa eccleſie ⁊ gratie ſe ſaluare. vnde Geneſis. vij. Ingreſſus eſt Noe in archam propter aquas diluuij. Diluuium pene ſeu miſerie conſumit omē gaudium et proſperitatem. Et etiam diluuiū inferni finaliter conſumit omne malorū cōmunitatē: ita ꝙ dici poterit illud Luc. xvij. Uenit diluuiū ⁊ perdidit oēs ⁊c. Uide de aqua ⁊ vbi inundare et ſimilia.

## Dimicare.

Uide de bello: pugna ⁊ prelio ⁊c. A

## Dimittere.

Cum dimittere ſumitur pro remittere ſicut ibi, Dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Mathei. vj. Pro ſuſtinere: ſicut cum dicitur. Dimitte me vt plangam paululū dolorem meum Job. x. Pro liberare eſaie. lviij. Dimitte eos qui cōfracti ſunt liberos. Pro derelinquere abijcere ſeu a ſe ſeparare et diuidere ſicut ibi. Dimittūt nudos homines veſtimēta tollentes Job. xxiiij. dicere poſſum quod inuenitur: Unum dimittere dei. Unum iuſti. Unum impij. Primo ergo ꝗ̄tum ad deum dicam ꝙ eſt:

Dimiſſio remiſſionis.
Dimiſſio dilationis.
Dimiſſio obliuionis
Dimiſſio durationis.

Dimittit ergo deus peccata remittendo et indulgendo. Deus enim miſericors ⁊ benignus remittit liberaliter penitenti: et veniam ⁊ gratiam poſtulanti et imploranti. Eſt enim ſicut arbor onuſta fructibus maturis: que ſi aliquantulum impellatur: ſtatim dimittat cadere fructus ſuos: q2 ſcʒ ſi pijs orationibus impulerimus ipm ſtatim dimittet et emittit liberaliter quod petemus. Sua enim dimittit ſcʒ ſuam gratiam quam infert ſuā iniuriam ⁊ noſtrā iniquitatem quam aufert penā nobis debitam quam in parte vel penitus tollit ⁊ aufert. Quando enim peccamus eidē nos ipſos ad penā eternam obligamus et eius rei captiui efficimur atqʒ ſumus quando autem penitemus iſta obligatio nobis remittitur: ⁊ debitum hmōi relaxatur Marci. ij. Fili remittuntur tibi peccata tua. Iſta autem dimiſſio fit a deo non ab homine. Propiciatoriū enim erat infra velum et non extra: ſicut dicitur exodi. xxvj. Ad denotādum ꝙ propiciatio peccatorū ab interiori voluntate diuina nō ab homine exterius prouenit: et ab eo inſpirante deriuat originaliter et ſuccedit pſalmiſta: Apud te propiciatio eſt. vnde etiam illud Marci. ij. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus? q. d. nullus Uirtus autem ſue paſſionis: eſt ſatiſfactio iſtius remiſſionis Legitur enim Leuiti. xiiij. In purificatione leproſi duo paſſeres accipiebantur: quorum vnus occidebat alter vero aſperſus occiſi ſanguine liber abire dimittebatur. Sic vere dico ꝙ ad hoc ꝙ lepra. ideſt peccatum tolleretur et purgaretur duo paſſeres ſcilicet chriſtus et genus humanum conueniunt: quorū vnus ſcilicet chriſtus occiſus eſt Roma. v. Xpus cum adhuc infirmi eſſemus ſm tempus pro impijs mortuus eſt. Alter vero ſcilicet homo dimiſſus. relatus et liberatus eſt. Gal. iij. Chriſtus nos redemit. Sed aduerte quod talis dimiſſio conſueuit perſonaliter fieri cunctis generibus perſonarum. ſcilicet.
Amoroſe diligentibus.
Uiſceroſe indulgentibus.
Affectuoſe deprecantibus.
De dilectione patet Luce. vij. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. ſcilicet marie magdalene quoniam dilexit multum. De indulſione ſeu remiſſione dicitur Luce. vj. Dimittite et dimittemini quia ſicut dicitur. Mat. vj. Si non dimiſeritis hominibus nec pater veſter dimittet vobis. De oratione vero dicitur Mathe. xviij. Omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me. Et ideo in oratione dominica ponitur vna petitio de di-

M

Ayuntamiento de Madrid

miſſione peccatorum. Dimitte nobis inquit debita no
ſtra Luce. xi. Ad denotandū ꝙ deus vult de dimiſſiōe
rogari. Patet ergo quod eſt vna dimiſſio remiſſionis.
B ¶ Secundo dico ꝙ eſt dimiſſio diuine tolerationis et
dilationis. Deus enim quādoqꝫ dimittit electos in hac
vita. et hoc vt tempus habeant ad ſe reuertendi: ⁊ pec
cata emendandi: vel diutius bene operandi: et amplius
promerendi. vnde Job talem petitionem ſed dilationē
petebat. Job. x. dicens domino. Dimitte me vt plangā
paululū dolorem meū anteqꝫ vadam ⁊ non reuertar ad
terram tenebroſam ⁊c. Si enim deus ſtatim puniret vel
let nec hominē penitere permitteret. quaſi nullus eſ
ſet qui euaderet. Et ideo de acceleratione huius cōque
rendo dicebat Job. vij. Uſqꝫ quo non parcis mihi. nec
dimittis me vt glu. ſali. meam. ¶ Sed tertio dico qđ
apud deum eſt remiſſio ideſt dimiſſio obliuionis ſeu
repulſionis. Illud enim dimittitur de quo habēdo pa
rum aut nihil curatur. Sic vere deus malos videtur di
mittere et de illis penitus non curare: illorū obliuiſci
et a iugo diſcipline abſoluere: De quo admirans Job
dicebat Job. xxxix. Quis dimiſit onagrum liberum et
vincula eius quis ſoluit? Cui dedi in ſolitudine domū
et tabernacula eius in terra ſalſuginis. Ad literā enī
deus in iſto mundo videtur multos malos liberos di
miſiſſe: quia ſcꝫ nullo vinculo diſcipline tenentur: nec
laqueis mādatorum ligantur nec timore mortis a ma
lis arcentur: ſed in terra ſalſuginis huius mundi do
mos et habitacula facere et habere et diuitijs abunda
re noſcuntur: De quibus etiam dicit dominus in ps.
Dimiſi eos ſcḋm deſideria cordis eorum. ibunt in adin
uentionibus ſuis Eſaie. l. In ſceleribus veſtris dimiſi
matrem veſtram. Et illud Luce. j. Diuites dimiſit ina
nes. Iſti enim tanqꝫ reprobi et indigni correptione iu
dicantur. Et ideo vti mundi proſperis pro libito volū
tatis et de malo in malum currere dimittuntur. Deus
autē bonos totaliter non dimittit: nec eos ſine corre
ptione deſerit: nec dyabolo nec peccatis exponit ſed ſi
cut pius pater de eis curam gerit. et eos caſtigat. libe
rat. adiuuat et cuſtodit. Joſue. j. Sicut fui cum Moy
ſe ita ero tecum: non dimittā te neqꝫ derelinquā. Iſta
eſt ergo dimiſſio diuine obliuionis et repulſionis.
C ¶ Quarto dico quod eſt dimiſſio diuine ordinationis
et poſitionis ſeu durationis et inſtitutionis. Et iſta
eſt illa qua deus bonos ad bonum conuertit: ⁊ finali
ter in paradiſum reponit: ipſoſqꝫ ibi perpetuo gaude
re dimittit. De quo poteſt intelligi illud Ezechi. xl. Et
facta eſt ſuper me manus domini et adduxit me in ter
ram iſrael et dimiſit me ibi ſuper montem excelſū ni
mis. Sic ergo patet ꝙ eſt quedam dimiſſio que refer
D tur ad deum. ¶ Adhuc dico ꝙ eſt quedam dimiſſio
que refertur ad iuſtum. Conſtat enim ꝙ iuſtus dimit
tit et derelinquit illa que ſaluti ſue ſunt contraria: et
que ſaluti ſue ſunt neceſſaria ⁊ vtilia retinet ⁊ cuſtodit
Et ſic notabis quod iuſtus.
Dimittit rancores et iniurias.
Dimittit fetores et luxurias.
Dimittit honores et diuitias.
De dimiſſiōe iniuriarū đr. Mat. xviij. Si peccauerit
in me frater meus dimittā ei vſqꝫ ſepties? Reſpondit
Jeſus nō dico tibi vſqꝫ ſepties. ſed vſqꝫ ad ſeptuagies ſe
pties. et illđ predictū. Eſa. lviij. Dimitte eos qui cōfra
cti ſunt liberos et omne onus dirumpe ⁊c. De dimiſſio
ne autem carnalium deliciarum poteſt intelligi illud
ij. Eſdre. ix. Coniunxerunt ſibi ſcilicet filij iſrael vxo
res alienigenas et dimiſerunt eas. De dimiſſione vero
honorum et diuitiarum dicitur Luc. xviij. Ecce nos di
miſimus omnia: et ſecuti ſumus te. Sed econuerſo no
tabo ꝙ iuſtus non libenter dimittit.
Pauperem: quin per eum dulciter recreetur.
Statū ſuum. quin in eo iugiter cōmoretur.
Legem dei: quin in ipſa firmiter meditetur.
Diſciplinā: quin per ipſam pariter reformetur.
Amiciciam: quin in ipſa fideliter confirmetur.

¶ Igitur dico ꝙ iuſtus nunqꝫ dimittit pauperem ſcꝫ
per illiberalitatem. Unde ipſe dicit illud. Mathe. xv.
Non habent inquit. quod māducent: ⁊ dimittere eos
ieiunos nolo ne deficiant in via. Item nunqꝫ dimittit
locum ſeu ſtatum ſuū per inſtabilitatem vel per cuiuſ
cunqꝫ aduerſitatem iniurie Eccleſ. x. Si ſpiritus po
teſtatem habentis aſcenderit ſuper te. locū tuū ne di
miſeris: Item nunqꝫ dimittit legem dei per tranſgreſ
ſionem aut iniquitatem. prouer. j. Audi fili mi prece
pta patris tui ⁊ ne dimittas legē matris tue. Patris
inquit et matris. i. xp̄i et eccleſie. Item nunqꝫ dimittit
diſciplinam per obſtinatam voluntatē Prouerbi. iiij.
Tene diſciplinam. ne dimittas eā. Item nunqꝫ dimit
tit amiciciam per inconſtantiam vel infidelitatem.
Prouerbi. xxvij. Amicum tuum ⁊ amicū patris tui ne
dimiſeris. Iſta eſt ergo dimiſſio pertinens ad iuſtum.
¶ Ultimo dico. ꝙ eſt vna dimiſſio pertinēs ad impiū. E
Et iſta eſt illa qua impius dimittit.
Deum de ipſo non curando.
Pauperem eundem ſpoliando.
Juſtum ſibi non ſuccurrendo.
Impium ipſum non corrigendo.
De dimiſſione dei dicitur Judicum. x. Reliquiſtis me
et coluiſtis deos alienos. De dimiſſione pauperū đr.
Job. xxiiij. Nudos dimittunt homines veſtimenta tol
lentes. De dimiſſione iuſti đr Job. xxij. Nudos inquit
ſpoliaſti veſtibus: aquam laſſo non dediſti: et eſurien
ti ſubtraxiſti panem. Sequitur. Uiduas dimiſiſti va
cuas. De dimiſſione vero impij non correpti dicitur.
Mathei. viij. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ⁊c.
Uide ſupra de derelinquere. Et infra vbi relinquere et
dimittere et permittere.

## Dimidium.

A Dimidiū ⁊ mediū in hoc diffe
runt: quia mediū ſignat quic
quid continetur inter extrema. Dimidiū vero ſignat
illū centricum punctum qui eſt in medio extremorum
et ſe habet equaliter ad extrema. Dicam ergo quod di
midium ſignificat.
Morum imperfectionem.
Largam diſtributionem.
Uite breuiationem.
Dico ergo ꝙ dimidiū ſignat qñqꝫ imperfectionē. Iſtđ
enim quod eſt dimidiū: non eſt integrū nec completū
Et hoc bene figuratur Exođ. xxv. vbi in compoſitione
arche ſemper additur dimidiū in menſuris. Habebat
enim in longitudine duos cubitos ⁊ ſemis. In latū cu
bitum cū dimidio: in altum totidem. Ad denotandū
ꝙ arche ideſt anime vel dimenſiones trium virtutum
theologicarum: ſcilicet longitudo fidei. altitudo ſpei.
latitudo caritatis prout ſunt pro tempore huius vite.
aliqualiter ſunt imperfecte. Semper enim habent ali
quid quod eſt dimidium ideſt aliquid quod eſt imper
fectum et incompletum. Ex parte enim cognoſcimus
et ex parte prophetamus. j. Cori. xiij. Iſta enim imper
fectio denotatur in chriſto. qui ſolum tribus annis cū
dimidio predicauit populo ſcilicet per tempus et tem
pora: et dimidium temporis Apocal. xij. Ad denotan
dum ꝙ nihil eſt in hac vita quin ſit in pluribus dimi
nutum: etiam in ipſis viris ſpiritualibus et perfectis.
Sicut etiam bene figuratū ē in ſeruis dauid: quibus
rex amon dimidiam raſit barbam ſicut dicitur. ij. Re
gum. x. Quia vere nullus eſt ita ſufficiens ſeruus xp̄i:
quin rex amon diabolus pro viribus nitatur dimidia
re et radere barbam ſuam ideſt virtutes ipſius atqꝫ mo
res Apoca. viij. Factum eſt ſilentiū in celo quaſi media
hora. Signat ergo dimidium morum imperfectionem
Uide infra de ſemis. ¶ Item ſignat largam diſtribu- B
tionem Satis enim liberaliter tribuit qui bonorū ſuo
rum dimidium alijs dedit. Sicut enim aſſuerus tunc
liberaliter eſt locutus: quādo viſa fuit heſter regni ſui
dimidium dare promiſit Heſter. v. Quid petis vt de
tur tibi? etiam ſi dimidium regni mei petieris. impe
traberis. Etiam zacheus liberaliter erogauit. quando
bonorū

Ayuntamiento de Madrid

bonoꝝ ſuoꝝ dimidium dedit dicens Luce.xix. Domine ecce dimidiū bonoꝝ meoꝝ do pauperibꝰ. ¶ Itē ſignat vite breuiationem. Uita enim tūc potiſſime breuis dr̄ qñ vltra dimidiū non pretendit. Ideo timens Ezechias rex dicebat Eſaie.xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meoꝝ vadam ad portas inferi ⁊ in ps. Ne reuoces me in dimidio dierū meoꝝ ⁊c. Uide infra de medio.

A **Dirigere Directio.** Dirigere ſumit ꝓ recte agere ſeu recte ducere. Tunc enim res dirigitur quando de via ad viam congruam reuocatur. Eſt igitur dirigere.

Officiuꝫ ſapiētis.
Officiū preſidentis.
Officiū inſtructis.
Officiū penitētis

Et ſic notabo ꝙ ſicut equꝰ per ſeſſionē ipſum regentē et per ſeipſuꝫ ſeſſori ſuo obedientē in via ſua dirigitur. Sic homo qui in via moꝝ vult bene dirigi neceſſe eſt qđ deum pro ductore habeat: et ꝙ eius directionē obediat atqꝫ pareat. quia ſcꝫ deus eſt ſicut ductor qui hominem dirigit inſpirando vel inſtruendo prouerb.xx. A domino diriguntur greſſus viri. Homo etiam; dirigit ſeipſum deo et prelato obediendo. penitēdo ⁊ a mala via diuertendo. Prouerbio.xv. Uir prudens dirigit greſſus ſuos. Et ideo prouerbi.xvj: Dicitur de vtroqꝫ. Cor hominis diſponit viam ſuam: ſed domini eſt dirigere greſſus eius. Igitur qui ad viam vite ⁊ in via morum vult bene dirigi. debꝫ dicere illud ps. Dirige me in veritate tua: quia tu es deus ſaluator meus. In quibus verbis oſtenditur ꝙ qui bene in moribus vult dirigi quatuor ſunt ſibi neceſſaria. Iſte enim eſt ſicut nauigans: et ad hocꝙ dirigatur indiget gubernatore. ſicut cauſa regente efficiente. Indiget lumine. ductore ⁊ vie oſtenſore. Indiget vento ⁊ remigibus tanꝙ auxilio cooperante atqꝫ mouente. Indiget termino ad quē vadit tanꝙ loco trahente et alliciente. Sic vere dico. qđ homo qui nauigat in fluctuoſo mari huiꝰ vite. ad hoc ꝙ debite poſſit dirigi in via iuſticie ⁊ ad portū ſalutis ipſe indiget ſummo rege vt perſona remige. Ideo dicit deo. Dirige me. ſcꝫ o tu deus. Indiget certa lege tanꝙ ductrice. Ideo dicit. In veritate tua. que ſcꝫ eſt lex certa Indiget ſancto grege ſicut cauſa motrice. doces me inquit. ſcꝫ mediante flatu ſpiritusſancti ⁊ hominibꝰ bonis et ſanctis. Indiget alto auge. vt anchora tractrice. Saluator inquit. Aux dicitur locus altior ad quē pōt aſcendere planeta aduerſus polum: ſignificans altitudinem paradiſi que debet nos trahere et allicere: ⁊ per conſequens ad bene operandum dirigere: quod oſtenditur in verbo. Saluator. qꝛ ſcilicet ſalus eterna eſt ille portus et ille fructus ad quē nauigatur et itur. Dicam igitur ꝙ directio noſtra debet habere.

B Deum pro rectore.
Legem pro ſplēdore.
Iuſtum pro motore.
Celum ſeu paradiſuꝫ pro tractore.

Deū dico pro rectore Dirige me inquit o deus. Supponūt eñ phi ⁊ theologi ꝙ corpora celeſtia intelligentias habent motrices et ſuoꝝ motuum directrices. Nunꝙ eniꝫ ita ordinatos motus haberent. nec ita infallibiliter currerent niſi cauſe infallibiles hoc eſt ſpiritus intelligibiles ipſa dirigerent et mouerēt. Sic vere dico ꝙ homo nunꝙ ad bonum mouetur aut ducitur. niſi a re intellectuali. ſcꝫ ipſo deo ſpiritualiter dirigatur. Deus eniꝫ ipſe in noſtris actibus eſt director: ⁊ noſtroꝝ actuū infallibilis ordinator Et ideo dicit. Dirige me. ſ. o deꝰ quaſi di. ad te pertinet iſta directio non ad aliū. Hieremias enim. Hieremie.x. dicit. Scio domine ꝙ non eſt hominis via eius. nec viri vt ambulet ⁊ dirigat greſſus ſuos. Dauid vero dicit in pſal. Quod apud dominum greſſus hominis diriguntur. Ex quibus duobus concluditur ꝙ homo ſe a ſeipſo non poteſt dirigere: immo neceſſe eſt ꝙ a domino dirigatur. Dirige inquit me. Dirige dico me in tua preſentia: vt viuam honeſte ps. Dirige in ꝯſpectu tuo viā meā Itē dirige me in ſemita recta: vt viuā diſcrete ps. Dirige me i ſemita recta ꝓpt inimicos meos. Itē dirige me i tua grā vt agā modeſte ps. Sit ſplēdor dñi nr̄i ſup nos: ⁊ opa manuū noſtrarum dirige: ſuper nos. et opus manuum noſtrarum dirige ad deuꝫ ergo pertinet principaliter talis ſcilicet retrogradatio: ſtationatio et directio. Dicunt aſtrologi qđ iſta diuerſitas motuum ab ipſo ſole procedit. cuius radij qui ſunt fortiſſimi aliquos planetas attrahunt et faciunt ſtare: aliquos repellunt et faciunt retrocedere aliquos ante ſe pellunt et faciunt directe currere. Sic vere dico ꝙ cum inter planetas. i. inter homines ſint diuerſi diuerſimode in moribus incedentes: qꝛ ſcilicet aliqui ſunt retrogradi male operando Hiere.vij. facti ſunt retrorſuꝫ et non in ante. alij ſunt ſtationarij in bono perſeuerantes. ij. Corinthi.x. Qui ſtat. videat ne cadat. Alij directi ſemper in melius proficiendo. Eſaie.xlviij. Adduxi eum et directa eſt via eius: Iſtud tamen eſt certuꝫ ꝙ omnia iſta a ſole iuſticie chriſto fiunt: qui ſcilicet quoſdam repellit et reprobat: quoſdam ſtabiles facit et continuat. quoſdam vero dirigit et ad melius operandum informat Dirige inquit Eccleſiaſti.xxxvj. Dirige nos in viam iuſticie. Et nota ꝙ deus dirigit tria genera perſonarum. ſ.

Iuſticie viribus adequatos.
Modeſtie moribus antiquatos.
Conſtantie viribus roboratos.

Dirigit dico iuſticie ſubiectos viribus; ps. Dirigēs iuſtum: ſcrutans corda et renes deus. Item dirigit modeſtie formatos moribus ps. Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas. Item dirigit conſtantie roboratos viribus. Prouerb.xx. Diriguntur a domino greſſus viri id eſt hominis conſtantis et virtuoſi. Dirige ergo me. Et nota ꝙ iſte loquitur ſupplicando cum dicit. Dirige: qꝛ procerto ſicut cecus qui eſt in via periculo conſuetus. nauigans qui eſt in aqua fluctuoſa: ⁊ in naui putrida et ruinoſa debilis miles qui eſt in pugna furioſa: ductorem ſuum ſolet rogare vt debite eum regat et ſecure et prudenter dirigat. Sic nos qui in hac vita ſumus ſicut ceci in magno deuio: ſicut nauigantes in fluctu vario et dormientes in putrido nauigio. ſicut pugnantes in forti prelio multipliciter indigemꝰ ꝙ diſcrete regamur. Et ideo humiliter deo. ſupplicare debemus vt tute ab eo dirigamur. Dirige me inquit. Ad quam quidē humilem ſupplicationem faciendam inſtruimur. Thob.iiij. vbi dicitur Omni tēpore benedic deum: et pete ab eo vt vias tuas dirigat: et conſilia tua in ipſo permaneant. Et ideo ille ſanctꝰ Ioſaphat vidēs filios amon: moab ⁊ idumeoꝝ cōtra ſe cōgregatos orādo deū deuote dicebat. ij. Parali.xx. Hoc ſolū habemus reſidui vt oculos noſtros dirigamus ad te. Igitur dico ꝙ nos indigemus ꝙ deus

C

Dirigat corda ad bene cogitandum.
Conſilia ad caute ordinandum.
Uias ad recte ambulandum.
Uoces ad deum adorandum.
Pedes ad nunꝙ declinandum.
Oculos ad vere contemplandum.
Manus ad bene operandum.
Linguam ad digne perorandum.
Corpus ad penas tolerandum.

Igitur dico ꝙ neceſſe eſt quod dirigantur corda vt ſancte meditemur. Sap.ix. In directione cordis iudicium indicat. Et Hieremi.xxxj. Dirige cor tuum in viaꝫ rectam. Cuius tamen contrariuꝫ faciūt mali de quibus dicitur in ps. Quod ipſi ſunt generatio que non direxit cor ſuum. neqꝫ eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Et tamen Iob.xxiiij. promittitur: ꝙ ſi homo direxit ad deum cor ſuum: ſpiritum eius et flatum ad ſe trahet. Item neceſſe eſt ꝙ dirigantur conſilia vt caute regulemur et ordinemur. Unde de iuſto dicitur. Eccli.xxxix. Quod in oratione confitebitur domino: ⁊ ipſe diriget conſilium eius et diſciplinam. Item ꝙ dirigantur vie noſtre. vt tute gradiamur ps. Dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Item ꝙ dirigantur voces vt deuote loquamur ſcilicet per orationē ps



Ayuntamiento de Madrid

Dirigatur oratio mea ſicut incenſuʒ in conſpectu tuo
Item ꝙ dirigantur pedes vt non in culpā labant ps
Pes meus ſtetit in directo in eccleſijs benedicam te do
mine. Unde etiaʒ de vaccis que portabant archaʒ di. j.
Regum. vj. Quod ibant in directum pergentes: ⁊ nō
declinabant neqꝫ ad dexteram; neqꝫ ad ſiniſtram: ⁊ ta
men iſte, erant vacce fete: que nunꝙ alias iugum tule
rant: et que vitulos domi incluſos habebant. Ad deno
tandum ꝙ nullus eſt ita ſolens, ⁊ ſine iugo: etiam ſi vi
tuli, ſui id eſt, carnales et amici ipſum ad contrariū in
citent. cum, tamen ſit ꝙ ipſe ad portandum archaʒ ec
cleſie vel ſcripture per preclaruram vel regularem diſci
plinam ſubmittitur et ordinatur: quin debeat directe
in via morum incedere: et nequaꝙ per vitia declinare
Eſaie. xxv. Recerit vobis directa via. Item ꝙ diriga
tur viſus vt vera contemplemur. Hiere. iij. Leua ocu
los tuos in directum. et vide vbi proſtrata ſis. Iteʒ qꝺ
dirigantur manus vt bonum operemur ps. Opus ma
nuum noſtrarum dirige. et. j. Macha. iiij. Directa eſt
ſalus in manu eius. Iteʒ ꝙ dirigatur lingua vt digne
fabulemur: q2 vt dicitur in ps. Qui loquitur iniqua:
non direxit in conſpectu oculorū meorū. Item ꝙ diri
gatur corpus vt patienter ſuſtentemur. ij. Theſ. iij.
Dominus autē dirigat corda et corpora noſtra in cari
tate dei et patientia chriſti. Talibus ergo modis diri
gitur homo. Dicat ergo illud ps. Direxit greſſus me
os ſubtus me, et non ſunt infirmata veſtigia mea. Pa
tet igitur ꝙ directio noſtra debet habere deum pro re
D ctore. Dirige me inquit. ¶ Secundo dico ꝙ iſta debet
habere legem pro ſplendore ſeu pro ductore. In verita
te inquit. Nihil enim poteſt bene dirigi ſine lumine.
Lux enim ſolet viam rectam oſtendere: ⁊ ſic poteſt diri
gi quo debeat declinare. Sic vere quia mandatū lucer
na eſt et lex lux: ⁊ via vite: et increpatio diſcipline. ſicut
dicitur Prouerbio. vj. Ideo dico ꝙ legis lumen neceſ
ſarium eſt viatori: ſi ſcʒ in via morū recte vult dirigi ⁊
deduci. Iſta autē lex oſtenditur cum dicitur. In verita
te quia lex ſicut in ps. dicitur. Mandata tua veritas:
et lex tua veritas. Pone ſi vis quomodo ad aſpectum
ſtelle maris: ſeu poli: vel etiam orionis: vel arturi nau
te dirigunt greſſus meos. Sic vere ſuper omnia dirigit
veritas id eſt lumen fidei et legis diuine. Unde Eccli.
xxxvij. Deprecare altiſſimum vt dirigat in veritate viā
tuam. Iſta autem veritas directiua ſumme neceſſa
ria eſt in confeſſione. Q2 ſicut dicitur Prouer. xxviij.
Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui autē con
feſſus fuerit et reliquerit ea: miſericordiam conſequet
Patet ergo quomodo directio noſtra debet habere le
E gem pro ſplendore. In veritate inquit. ¶ Tertio dico ꝙ
ipſa debet habere iuſtum pro motore. Remiges enim
ſunt neceſſarij ad directionē nauis. Sic viri boni: pre
lati: predicatores ⁊ conſiliarij neceſſarij ſunt ad noſtrā
directionem: et ad doctrinam et exemplarem informa
tionem quod ſcʒ oſtenditur cum dicitur deo doce me:
ſupple per prelatos: predicatores ⁊ iuſtos: quia ſcilicet
deus non docet hominē immediate per ſeipſum. ſed
mediantibus ſupradictis. Teſte enim ſolino, in ca
panea inſula nunꝙ apparet ſtella maris: ⁊ ideo nau
te per ſtellas ibidem nunꝙ diriguntur: immo ſecum
in nauibus portant aues que terram naturaliter ſen
tientes. ſemper ſe vertunt et volitant verſus illam par
tem vbi propius ſentiunt terram eſſe: et ſic medianti
bus auibus diriguntur vt ait. Sic vere dico ꝙ inſula
huius mundi: ſtella fixa deus viſibiliter non apparet
nec nos apparenter dirigit ſiue docet. ergo neceſſe eſt
ꝙ aues id eſt viros iuſtos: doctores ſcilicet et prelatos
habeamus: ad quorum motus et geſtus: et documen
ta pariter: et exempla vias noſtras in domino diriga
mus. Quia enim in odoratu deuotionis terram para
diſi ſentiunt. ideo nos bene docent et dirigūt Iob. xxxv
Docet nos ſuper iumēta terre: et in auib9 erudit nos.
Unde de tali directione facta per iuſtos poteſt dici il
lud Sap. x. Direxit opera eorum in manibus prophete
ſcti habeat ergo nr̄a directio iuſtū pro motorē. ¶ Quar
to dico ꝙ iſta debet habere celum pro tractore ſeu alle
ctore: quod oſtenditur cum dicitur. Saluator: quia tu
inquit es deus ſaluator meus. Salus enim eterna que
alibi non habetur ꝙ in celo eſt obiectum alliciens vt
attractiuum nos ad portum debitum dirigat. vnde. j.
Machabe. iij. Directa eſt ſalus in manu eius. Et talē
directionem videtur dominus iniungere Geneſ. xiij.
Leua oculos meos in directum ⁊ vide. Sequitur. Om
nem terram quam circumſpicis tibi dabo. Iſta eſt eīm
terra promiſſionis ſcʒ paradiſus; cuius tractus debet
dirigere greſſus noſtros. Sicut enim adamantine ru
pes in mari naues ita fortiter attrahunt: ꝙ ita impe
tuoſe ibi currunt. vt ſe quandoqꝫ deſtruunt et confrin
gunt Sic procerto gloria eterna ſanctos taliter allexit
et attraxit: ꝙ tanto impetu, et feruore verſus eaʒ cucur
rerunt: et iter ſuum ad eam dixerunt ꝙ multi ſe per
martyrium confregerunt. cōfringi ⁊ conteri diuiſerūt
Exodi. xv. In fortitudine ſua directus eſt cum angelo.
Patet ergo quō homo in bonis actib9 poteſt dirigi.
Per glorie viſa ſolatia.
Per iuſtorum ſana auxilia.
Per diuine legis clara conſilia.
Per ipſius dei pia ſuffragia.
Bene ergo dicit. Dirige in veritate. ⁊c. Sufficit. Uide
infra de via. et de recto.

**Diripere.** Poteſt notari de diripere. ſicut de A
rapere ſcilicet ꝙ aliqui diripiūtur
ſpiritualiter gratiā amittentes ps. Qui oderunt nos
diripiebant ſibi. Alij diripiuntur temporaliter terre
na dimittentes ps. Diripiant alieni labores eius. Alij
diripiuntur eternaliter tormenta patientes. vnde de
demonibus animas diripientibus poteſt dici illud. j.
Regum xxiij. Philiſtijm oppugnant ceylam et diripi
unt areas. Tria enim ſunt bona ſcilicet Gratie. fortu
ne. Glorie. Prima diripiuntur per tentatores. Scd'a p
tyrānos. Tertia p tortores ⁊c. Uide infra de rapere ⁊c.

**Diruere. Dirutus.** Uide Deſtruere.

**Dirumpere.** Uide vbi Rumpere.

**Diſcedere.** Cum diſcedere denotet mihi quā A
dam ſeparationem ⁊ diuiſionem
et a loco vel a perſona elongationē vel diſiunctionem
poſſum notare ꝙ in ſcriptura reperio.
Unum diſcedere dei: quod eſt metuendū.
Unum diſcedere diaboli: qꝺ eſt diligendū.
Unum diſcedere iuſti: quod eſt eligendum.
Unum diſcedere impij: quod eſt negligendum.
¶ Diſcedit enim ab homine deus dum per culpas
contaminatur. Diſcedit ab eo dyabolus dum culpas
abhominatur. Diſcedit a malo iuſtus dum virtuti
bus illuminatur. Diſcedit a bono impius dum vitijs
coinquinatur. De diſceſſione ergo dei que eſt metuen
da qua ſcʒ deus diſcedit a peccatore: ipſum in peccādo
peccato dimittēdo, ipſuʒ nō corrigendo ⁊ cum propter
vitia abhorrēdo dicit dauid in ps. Ne diſceſſeris a
me: quoniam tribulatio proxima eſt et non eſt qui ad
iuuet. et alio ps. dixit. Domine ne diſcedas a me: exur
ge et intende iudicio meo ⁊c. De diſceſſione autem dia
boli que eſt appetenda dicitur. ij. Corinth. xij. Datus
eſt mihi angelus ſathane: colaphiſet: ppter quod ter
dominū rogaui vt diſcederet a me. De diſceſſione vero
viri iuſti que eſt commendanda: quia ſcilicet bo
nus nō diſcedit niſi a malo: poteſt dici illō. ij. Thimo.
ij. Diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomē do
mini. De diſceſſione vero impij que eſt abhorrenda ⁊ cō
temnenda. quia ſcilicet ſemper diſcedit a bono dicit. j.
Corinth. vij. Infidelis ſi diſcedit diſcedat. ¶ His er B
go premiſſis dicamus ſoluʒ de diſceſſu iuſti qui eſt vir
tuoſus. Et de diſceſſu impij qui eſt vitioſus. Eſt igitur
diſceſſus iuſti qui eſt virtuoſus. Elemēta enim nobilia
naturaliter ſeparantur et diſcedunt ab ignobilibus ſi
cut patet

Ayuntamiento de Madrid

cut ptz:qr ignis hic in aliqua materia groſſa detentus
non ceſſat ſurſum aſcendere ac ſi velit diſcedere ⁊ abi
re. Sic vere nobiles et iuſti ſem per ab omni ignobili-
tate diſcedunt:et ab omni malo ſeparant et ſeiungũt
j. Regum.xv. Abite:recedite atq̧ diſcedite. Unde no-
ta ꝙ iuſtus diſcedit
Ab iniqua ſocietate ne per eam decipiatur.
A vitiorum iniquitate ne per eam inficiatur.
A ſeculari autoritate ne ꝑpter eam eijciatur.
Diſcedat ergo a mala ſocietate ne per eam decipiat.
Eccli.vij. Diſcede ab iniquo et deficiẽt mala a te. Ma
los etiã debet iuſtus a ſe reijcere ⁊ diſcedere: compel
lere dicẽs illud ps. Diſcedite a me oẽs qui operamini
iniquitatẽ. Itẽ diſcedat ab iniquitate Eccli.xxxv. Sa-
lutare ſacrificium attendere mandatis ⁊ diſcedere ab
iniquitate. Item diſcedat a ſeculi pompoſitate. Eccli.
xiij. Aduocatus a potentiore diſcede. Hic eſt ergo diſ-
C ceſſus iuſti qui eſt virtuoſus. ¶ Secundo dico ꝙ eſt
diſceſſus impij qui eſt vitioſus. Et ſic nota ꝙ mali.
Diſcedunt a deo per peccatum et maliciam.
Diſcedunt a ſeipſis per diſſenſionẽ et diſcordiã.
Diſcedunt a fide per infidelitatẽ ⁊ idololatriã.
Diſcedunt vero a xp̄o per finalem condemnationez et
miſeriã ſcz in iudicio. ¶ Dicaz ergo ꝙ eſt quidã diſceſ
ſus malorũ qui eſt nequicie: ⁊ iſte eſt ille quo peccator
diſcedit et ſeparatur a deo per peccatuz ps. Spreuiſti
omnes diſcedentes a te. Item eſt quidã diſceſſus ſu-
perborũ et iracundorũ qui eſt diſcordie. Actuũ.xxviij.
Cumq̧ inuicem non eſſent conſentientes diſcedebãt.
Item ꝙ eſt quidam diſceſſus malorum infideliuz ⁊ per
uerſorum qui eſt ydololatrie.j. Thimo.iiij. In nouiſſi
mis diebus quidam diſcedent a fide ⁊ adherebunt ſpi
ritibus erroris. Item eſt quidam diſceſſus miſerorum
et damnatorũ.qui erit deſolationis et triſtitie. Ille ſcz
quo damnati compelluntur a ſocietate dei angeloruz
et ſanctorum diſcedere:et in ignem eternũ cum demo
nibus recedere et abire. Math.xxv. Tunc dicet.ſ.xp̄s
his qui in ſiniſtris ſunt. Diſcedite a me maledicti in
A ignẽ eternũ qui paratus eſt dyabolo et angelis ei⁹ ⁊c.
Uide infra de Recedere.

**Diſcere.** Diſcere idem eſt qđ ſcire incipere. Di-
ſcere enim eſt in fieri:ſcire in facto eſſe.
Debent autem diſcere nouicij:et ignorantes et diſci-
puli. Et ideo a diſcere dicitur diſciplina. ⁊ ab vtroq̧ di
ſcipulus nominatur. Et vere diſcere valde eſt neceſſa-
rium:quia omnis ars et ſcientia ignoratur niſi primi-
tus addiſcatur. Ideo dicit Orige.ſuper Exod. Punge
oculum et dabit lacrymam: ſtringe mentem et dabit
intellectum. Nihil enim eſt tam incredibile quin di-
ſcendo fiat probabile. Iſido.ethy.lib.no.de ſinonimis
dixit. Diſce qđ neſcis ne doctor inutilis inueniaris.
Iſta enim duo valde proficiunt ſtudentibus.ſcilicet in
quirere quod neſciunt: ⁊ docere quod ſciunt. Bene ibi
dem. Bonum quod audieris dic:bonum quod didici
ſti doce:diſcendi atq̧ docendi non contemnas ſtudiũ
Dando enim ſapientiam largior fit:et dum plus lar-
gitur plus abundat. Poſſum⁹ ergo notare ꝙ duo pri
cipaliter ſunt diſcenda ſcilicet bonum ſapere: ⁊ bonuz
facere. Bonum ſapere pertinet ad ſapientiam:bonuz
facere pertinet ad vitam. Diſcere ergo debemus ſapiẽ
B tiam dum temporis opportunitatem habemus. Sz pro
certo ad hoc ꝙ quis bene ſtudeat vel addiſcat plura
ſunt neceſſaria:videlicet.
Congruitas doctoris.
Sedulitas laboris.
Tenuitas proſperitatis.
Habilitas ſocietatis.
Longinquitas natiuitatis.
¶ Neceſſariũ eſt ergo habere doctoris congruita-
tem: Pueri enim a lacte nutricis ſi fuerit corruptum
corrumpuntur. Si vero purum fuerit impinguan-
tur. Et ideo dicit. Plinius ꝙ cerua quando partu-
rit: ſolet herbas medicinales comedere vt ſuis filijs
poſſit lac ſalubrius miniſtrare. Tandem quando cre-
ſcunt docet eos currere:et fugere:et pericula declinare:
et ducens eos per prerupta docet eos ſaltare. Sic pro-
culdubio dico ꝙ puer qui bene vult addiſcere: neceſſe
eſt ꝙ bonam nutricem et bonum doctorem per predi-
cationem ſibi procuret qui herbas ſane ſcientie come
dere:et ſibi incorporare ſtudeat:vt tandem ſuis poſſit
diſcipulis lac ſalubris doctrine miniſtrare. Qui etiaz
eos doceat per bona opera currere: vitia et ſcelera fu-
gere:et prerupta inferni et alia pericula euitare. Ideo
chriſtus bonus doctor predicabat Math.xi. Diſcite a
me:quia mitis ſum et humilis corde:et inuenietis re-
quiem animabus veſtris. Ubi nota ꝙ a tali doctore
eſt diſcendum propter eius ſublimitatem ſeu autorita
tem. A me inquit:qui ſcilicet ſum talis et tantus. Itẽ
propter eius benignitatem:quia mitis et humilis:pro
pter noſtram vtilitatem:quia inuenietis requiez ani
mabus veſtris. vnde Hiere:ix. Didiſcerunt a patrib⁹
ſuis. Et breuiter ꝙ homo debeat diſcere et a perſonis:
et in loco vbi poſſit ſcientiam inuenire. patet Baruc.
iij. vbi dicitur. Diſce vbi ſit ſapientia. vbi ſit virtus vbi
ſit ſcientia:vbi ſit lumen oculorum et pax ⁊c. Expone
quis loc⁹ ſtudij eſt eligendus:vbi ſit ſcientia et pax ⁊c.
A me ergo diſcite Math.ij. Herodes didicit ab eis.ſ. C
a magis tempus ſtelle. Eſt ergo neceſſaria doctoris cõ
gruitas. ¶ Secundo eſt neceſſaria laboris ſedulitas.
Sedule enim et ſtabiliter debet homo laborare. audi-
re ſcilicet et ſtudere:ſi ad ſcientiam cupiat peruenire.
Sicut enim oues quãdo ſunt in bonis paſcuis: ſiſtũt
et auide comedunt herbas quouſq̧ ad radicem vadũt
et continue ibi ſiſtunt. et inde non recedunt quouſq̧
fuerint ſatiati ideſt ſcientia pleni fuerint exinde non
recedere vel abire non ſolent. vnde.ij. Thimo.iij. Per-
mane in his que didiciſti. Quod eſt contra multos ſi-
miles capreis. Capree enim vt dicit. Plinius nunq̃ in
eiſdem paſcuis perſeuerant:immo de loco ad locuz ſe-
piſſime ſe conuertunt. Herbas etiam vſq̧ ad radicem
non comedunt:immo ſolum extremitates frondium
et herbarum rodunt. Sic vere multi ſunt qui in vna
paſcua .i. in vno ſtudio vel ſcientia nõ perſeuerant. Di
ſcurrunt enim de paſcua ad paſcuam:de ſtudio ad ſtu
dium:de facultate ad facultatem: ⁊ tales proculdubio
non rodunt herbas vſq̧ ad radicem. ideſt non acqui-
runt ſcientiam vſq̧ ad fundamentum et profundita-
tatem:immo ſolummodo ad extremitatem et ſuperfi
ciem acquirunt De iſtis dicitur.j. Thimo.v Diſcunt
circuire domos:non ſolum ocioſe.ſed et verboſe et cu-
rioſe loquentes que non oportet. De iſtis etiam poteſt
intelligi illđ.ij. Thimo.iij.ca. Semp diſcentes et nũq̃
ad ſcientiam veritatis peruenientes. Cõtra tales loqui
tur. Seneca epiſtola.v. Nihil ita ſanitatem impedit
vt remediorum crebra mutatio. Non conualeſcit plã-
ta que ſepe transfertur. nihil tam vtile eſt quod in trã-
ſitu proſit. Sic ergo ſtulti ſunt qui libros ſtatim faſti
diunt quos viderint. Cuz ergo multa percurreris vnũ
excipe qđ illa die coquas. Neceſſaria ẽ ergo laboris ſe
dulitas ſeu ꝯtinuitas. Quod bene fecit Thomas phs
qui poſt.cvij. annos moriebatur quando diſcere inci-
piebat. ¶ Tertio neceſſaria eſt virtus ſeu rerum tenui D
tas et paupertas. Pergamenum enim pingue male
retinet ſcripturam impreſſaz. Sic vere homo pinguis
in delitijs atq̧ diuitijs enutritus vt communiter non
bene retinet nec addiſcit Ideo dicit Seneca. in xvij. epi
ſtola. Studijs et diuitijs pariter vacare non poteſt. Si
vero vacare vis:pauper ſis aut pauperi ſimilis. Mul
tis enim ad philoſophanduz obſtitere diuitie: pauper
tas vero expedita eſt et ſecura. Neceſſaria eſt ergo rerũ
tenuitas. ¶ Quarto dico ꝙ neceſſaria eſt bona ſocie-
tas. Facile enim addiſcitur quod a ſocijs frequentatur
Et ideo qui bene addiſcere vult: debz bonos ſocios fre
quentare. Unde Seneca. Illos tecum admitte:qui te
poſſunt facere meliorem. Ideo de malis dicitur in ps.
Quod commixti ſunt inter gentes: et didicerunt ope



Ayuntamiento de Madrid

ra eorum: et ſeruierunt ſculptilibus eorū. ¶ Quinto dico quod neceſſaria eſt terre longinquitas .i. patrie extraneitatis. Olus enim et pomū non proficiunt in terra vbi ſeminantur. Ideo ad hoc ꝙ creſcant et proficiant neceſſe eſt vt alibi tranſplantentur. Apes etiā in alueari ſuo non acquirunt mel: immo neceſſe eſt ꝙ extra aluearia ſua lōge exeant. vbi odoriferos flores querant in quibus mel inueniunt de quo cū onerate fuerint ad aluearia redeunt vt dicit Plinius. Sic procul dubio in loco vbi ſeminatur ideſt vbi quis naſcitur: inter amicos et notos parum poteſt proficere: nec aliq̄d addiſcere vel valere. Nemo enim acceptus eſt propheta in patria ſua. Familiaritas enim et noticia perſonarum valde impedit ad bene diſcendum. Neceſſe eſt ergo ꝙ homo alibi ſcʒ ad terram extraneā tranſplanteẗ et ꝙ̄ extra aluearia domus proprie longe ad ſtudium accedat. vbi melle ſcientie ſe repleat: vt inde plenꝰ et oneratus ad patriam reueniat et accedat. Sicut enim dicit Hugo Iſta ſunt neceſſaria homini qui vult diſcere: ſcilicet victus tenuis et terra ignota. Ideo bene conſulitur. Gen. xij. Egredere de terra tua et de cognatione tua. Sic ergo patet ꝙ diſcere debemus ſcientialia.

E ¶ Sed adhuc dico ꝙ diſcere debemꝰ operabilia. Melius eſt enim diſcere facienda et dicenda ꝙ̄ ſcienda. Ideo Eſaie. j. dicitur. Quieſcite agere peruerſe diſcite bene facere. Et aduertamꝰ ꝙ ſicut animalia bruta humanos actus neſciunt facere: adhuc tamē cogūtur addiſcere: et ad hoc quādoq verbis: quandoq verberibus edocentur. Sicut patet de ſymia que diſcit ludere et ſaltare. De elephante qui ſcʒ ſm Pliniū diſcit et docetur et regem cognoſcere et adorare. De vitulo marino qui ſm eundem diſcit et docetur mugitu ⁊ vultu homines ſalutare. Sic vere chariſſimi: licʒ nos alij brutales et animales: actus humanos ideſt actus rectos virtuoſos ⁊ rationabiles facere naturaliter neſciamus adhuc tamen debemus diſcere et nos totis affectibus applicare. quia ſicut dicitur Prouer. xvij. Qui euitat diſcere incidit in mala. ¶ Nota ergo ꝙ quidā diſcunt benefacere diuinis inſpirationibus: ſicut ſunt multi qui per ſeipſos docentur et inſtruuntur Gal. j. Neq enim illud ab homine didici ſed per reuelationē. Quidam etiam exemplis et inductionibus Ideo dicitur Prouerbio. vj. Uade ad formicam o piger et cōſidera vias eius et diſce ſapientiam. et prouerbi. xxiiij. Exemplo didiciſti diſciplinam. Quidam etiam penis et correctionibus ſicut elephas qui verberibus domeſticatur et obedire docetur. Unde Hebre. v. Didicit ex his que paſſus eſt obedientiam: Diſcere ergo debemus res vtiles et neceſſarias ad ſalutem. Iuxta conſiliū Baruc. iij. Diſce vbi ſit prudentia vbi ſit virtus; vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vite et victꝰ vbi ſit lumen oculorum et pax. Ubi oſtenditur ꝙ nos debemus diſcere mentalis prouidentie ſedulitatē. Diſce inquit vbi ſit prudentia. Uirtutis patientie ſtabilitatem: longiturnitas inquit. Celeſtis affluentie felicitatem quia ſcilicet debemus diſcere vbi ſit vita. victus lumen ⁊ pax. Debemus ergo diſcere exteriora prouide gubernare: prudentia. Aſperiora ſolide tolerare: longiturnitas. Superiora feruide affectare. Uita inquit: lumen et pax. Diſcamus ergo gubernare exteriora prudentia: que ſcilicet pertinet ad regimen exteriorum. j. Thimo. v. Diſcat primū domū ſuam regere. Itē diſcamus aſperiora ideſt mundi tribulationes tolerare. Unde Iſido. de no. ſinonimis. Diſce mala magis tolerare ꝙ̄ facere. Item diſcamus affectare ſuperiora. ſcilʒ bona eterna que ponūtur in iſtis tribus: via: victus: lumen et pax. Unde Sapie. vij. Abſcondita et improuiſa didici ⁊c. Et iſta de Addiſcere ſufficiant.

## A Diſciplina.

Nota ꝙ licet diſciplina aliquotiens ſumatur pro morum compoſitione: ſicut Eccli. x. Uir prudens et diſciplinatus non murmurabit correctus: communiter tamen ſumitur pro correctione: ſicut dicitur. Prouer. xxij. Stultitia colligata eſt in corpore pueri: virga diſcipline fugabit eam. Poſſumus ergo dicere ꝙ diſciplina quādoq accipitur pro morali perfectione. Item pro penali correctione. Accipitur dico pro perfectione ſeu conditiōe morali: ſicut homo dicitur bene diſciplinatus: qui ꝙ̄tum ad geſtum: veſtitum: motum: affatum: ⁊ bene diſpoſitus et maturus. Et ſic loquitur Hugo epiſtola. xiij. Diſciplina inquit ceruicem diſponit: vultum componit: oculos ligat: cachinos cohibet: moderatur linguā: gulam cedit: iram fugat. Item accipitur pro correctione penali. Et ſic accipitur in pſ. Diſciplina tua correxit me in finem: diſciplina tua ipſa me docebit. Quocunq ergo modo accipiatur diſciplina eſt tenenda. ſeruanda ſuſtinenda. Diſciplinam enim ⁊ ſapientiā qui abijcit infelix eſt Sapientie. iij. Diſciplina enim: correctio ſeu tribulatio: ſiue inferatur a deo: ſiue a prelato: ſiue etiam a mundo ſemper eſt proficua ſuſtinenti. Sicut enim videmus ꝙ equi indomiti multis punctionibus et vexationibus: diſciplinis et correctionibꝰ edomantur et humanis vſibus deputantur. Urſi ⁊ elephātes. et ſymie per correctiones et afflictiones diſciplinati et docti efficiuntur: ita ꝙ poſtmodum inter homines digni ſunt habitare: qui prius ſilueſtres erant ⁊ inter feras ſolummodo habitabant: Sic vere chariſſimi ſine diſciplina et correctione efficitur homo totus rudis: ſilueſtris et indoctus ⁊ beſtialibus moribus informatus: Si tamen diſciplinatus fuerit et correctus: et penis et laboribus ſubiugatus: ita quandoq doctus et perfectus efficitur. ꝙ inter homines ideſt inter ſapientes et bonos habitare dignus habetur. Diſciplinam ergo domini ſuſtinere debemus quia ſicut dicitur. Eccli. xxxiij. Cibaria et virga et onus aſino: panis ⁊ diſciplina et opus ſeruo. Et aduerte ꝙ diſciplina et correctio tria ſpecialiter operantur.

Iſta enim infert corpori dolorem q̄r dicitur Uirga.
Aufert ocij torporem. quia dicitur. Onus et Opus.
Confert glorie dulcorem. Cibaria inquit et panis. B

¶ Dico enim ꝙ per diſciplinam corpori dolor infertur: et hoc oſtenditur cum dicitur. Diſciplina. Diſciplina enim comparatur virge. Uirga enim ſicut dicit Iſido. dicitur quaſi vi regēs: ad denotandū ꝙ per virgam correctionis et diſcipline homo violenter regitur et ad bonum inclinatur. vnde Prouer. xxiij. Si percuſſeris eum virga non morietur: tu virga percuties eum et animam de inferno liberabis. Et nota virga vtūtur

Magiſtri ad pueros verberandum.
Reges ad populis imperandum.
Paſtores ad gregem dirigendum.
Pauperes ad canes repellendum.

Sic vere virga correctiōis ⁊ diſcipline valde ē neceſſaria omnibus perſonis iuriſditionē habentibus ſcilicʒ Prelatis. Paſtoribus. Magiſtris et Iudicibus. dominis atq regibus. Cum tali enim virga ideſt cum aſpera correctiōe et diſciplina: pueri ideſt ſimplices inſtruuntur greges et inferiores gubernāẗ: canes et peruerſiores reprimuntur. De iſta ergo virga dicitur in pſ. Reges eos in virga ferrea ⁊c: Uiſitabo in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum. Iſta tamen ſunt contra multos qui reuera ita ſunt peruerſi ꝙ per virgam non emendantur: immo quanto plus per virgam correctionis verberātur: tanto amplius indiſciplinatiores efficiuntur. ſimiles leoni qui eſt animal quod nunꝙ̄ virga domatur: immo quanto plus percutitur tanto plus iraſcitur et crudelis efficitur Rinoceron etiaʒ animal eſt indomabile: immo ſi aliquo caſu a venatore capitur: ante triduum pre deſperatione et dolore moritur. Sic vere multi ſunt quos virga diſcipline non corrigit nec emendat: ſed ipſos potius ad deſperationem et in obſtinationem incitat et inflāmat. Siue enim percutiantur ab homine per correctionē ſiue a deo per tribulationem ipſi tamē non emendanẗ ſed potius in malo indurantur. Hiere. v. Percuſſiſti eos et non doluerunt: attriuiſti eos et renuerunt accipere

Ayuntamiento de Madrid

ecipere diſciplinam. Patet ergo ꝙ per diſciplinam cor
pori doloꝝ infertur: quia ſicut dicitur Hebre.xij. Om
nis diſciplina in preſenti nō videtur eſſe gaudij ſ; me-
roris. Uirga ergo iſta ē virga diſcipline que fugat ſtul
ticiam de corpore pueri: ſicut dicitur. Prouerbio.xxij.
C Per hanc ergo corpori dolor infertur. ¶ Secundo di
co ꝙ per iſtam ocij torpor aufertur. quod oſtendit cu;
dicitur. onus et opus. Onus eni; et quies opus ⁊ ociū
ſunt contraria: et ideo qn̄ ſupponitur onus et opus be
ne ſequitur quod per diſciplinam torpor et ociū eui-
tatur. Homo ſenim qui diſciplinis et correctionibus
ſubijcitur: a torpore et ocio ſegregatur. Ideo bene con
ſulitur Hebreo.xij. In diſciplina perſeuerate ſicut fi-
lij. Ocium enim eſt vituperabile in ſcriptura: omnes
enim creature ocium deteſtantur. Celum enim opti-
me ſeruat diſciplinam et regulam motus ſui. formice
etiam que ſunt minime creature nunq̄ ceſſant ab ope
re et a motu. Continue enim laborant pro granis ag-
gregādis. Apes etiam vt dicit Ambroſius ⁊ Plinius.
Maximam diſciplinam ſeruant inter ſe: nulla enim
inter ipſas eſt ocioſa: immo ocioſas a ſe eijciūt. ipſaſq;
pungunt et expellunt. Sic vere chariſſimi inter nos de
bet eſſe maxima diſciplina q̄tum ad ocium vitandū
quia ſcilicet nunq̄ debemus a motu bonorum operu;
ceſſare nec ocio vel torpori vacare: immo ſemper nos
debem⁹ in bonis operibus exercere. Opus inquit. vn-
de Eccli.xxxiij. Operatur in diſciplina et querit re-
quieſcere. Multi tamen ſunt qui diſciplinam corre-
rectionis non accipiunt: immo in torpore et ocio ſe in
noluunt. Amant enim delicias non laborem et ocium
non ſudorem. Unde in ps. Tu vero audiſti diſciplina;
et proieciſti ſermones meos retrorſum. Non ergo ſic
D ſed per diſciplinam ocij: torpor auferatur. ¶ Tertio di
co ꝙ diſciplina eſt tenenda: quia per hanc glorie dul
cor confertur: et hoc oſtenditur cum dicitur. Cibaria
et panis. Sicut enim per diligentiam et diſciplinam
acquiritur panis ⁊ cibus. Iuxta illud Math.x. Dign⁹
eſt operarius cibo ſuo. Sic proculdubio illi qui in cor
rectione et diſciplina volunt viuere in hoc mundo: di
gni ſunt in celeſti conuiuio manducare Eſa.xxix. Pa
nis ei datus eſt: aque eius fideles ſunt. Ideo bene dici
tur. Prouerbio.xiij. Egeſtas et ignominia ei qui deſe-
rit diſciplinam Sapientie.iij. Diſciplinam qui abij-
cit infelix eſt. quaſi diceret quod per diſciplina; acqui
ritur felicitas paradiſi: ſicut per oneris dimiſſione; in
felicitas inferni. Et ſic dico ꝙ per diſciplina felicitas
acqritur: tepiditas excutitur: penalitas imprimit ⁊c.
Et breuiter ſi vis adhuc dicere diſciplina et compoſi-
tio morum tenenda eſt videlicet.
Ne dominus peccantibus iraſcatur.
Ut a culpis quis grauibus corrigatur.
Ut quis docte in ſenſibus inſtruatur.
Ut deuote parentibus pareatur.
Nec peccati mors impia incurratur.
Ne de via per inuia diſcurratur.
Ut diuina ſcientia acquiratur:
Ut eterna felicitas non perdatur.
Ut fraterna benignitas habeatur.
Ut inanis loquacitas caueatur.
Ut in pace tranquillitas teneatur.
Ut cordium peruerſitas molliatur.
Ut regalis ſublimitas adeatur.
Diſciplina enim facit ne deus iraſcatur ps. Apprehen
dite diſciplinam ne quando iraſcatur dominus et pe
reatis de via iuſta. Item facit vt culpa corrigatur ps.
Diſciplina tua ipſa me correxit in finem. Item facit vt
homo doceatur ps. Diſciplina tua ipſa me docebit. et
Iob.xxiij. dicitur de deo: ꝙ deus aperit aures virorum
et erudiēs eos inſtruit diſciplina. Ite; facit vt patri pa
reatur: patri dico corporali et ſpirituali. Prouerbio.j.
Audi fili mi diſciplinam patris tui ⁊c. Item facit ne
iuſtus moriatur. Unde de iniuſto dicitur econuerſo.
Prouerbiorum.v. Quod ipſe morietur: quia non ha-
buit diſciplinam. Item facit vt rite gradiatur quia ſci
licet ſicut dicitur Prouerbio.vj. Mandatum lucerna
eſt et lex et lux: et via vite: increpatio diſcipline. Item
facit vt ſapiens dicatur Illud Prouerbio.xij. Qui di-
ligit diſciplinam diligit ſcientiam: Et ibidem.xix. Su
ſcipe diſciplinam vt ſis ſapiens Item facit vt felix ha-
beatur: quia ſicut econuerſo dicitur Sapientie.iij. Di
ſciplinam qui abijcit infelix eſt. Item facit vt fratri ſuc
curratur. Unde de filijs iſrael dicitur quod cum miſe-
ricordia diſciplinam acceperunt. Item facit ne vane
quis loquatur.ij. Thimo.ij. Stultas autem et ſine diſ
ciplina queſtiones deuita: ſciens quoniam generant
lites. Item facit vt in pace viuatur Eccleſiaſtici.xlj.
Diſciplina pacis noſtre ſuper eu;. Item facit vt cor re
remolliatur: vnde econuerſo de induratis dicitur Hie
remie.v. Renuerunt accipere diſciplinam indurauε
runt faciem ſuam ſupra petram. Item vt chriſto aſſi-
ſtatur. vnde Daniel.j. precipitur. Quod pueri de ſemi
ne regio in quibus nulla eſſet macula. docti diſcipli-
na: et eruditi omni ſapientia quererētur vt poſſent ſta
re in palatio corā rege. Et breuiter ſine diſciplina mo-
rali nullus eſt dignus ſtare coram rege chriſto ſed pro
certo qui taliter diſciplinat⁹ fuerit: omnia nocua pre-
cauebit: vtilia procurabit: et eternam gloriam finali-
ter poſſidebit ⁊c.

## Diſcipulus et famulus. quādoq; ſignant

A idem preter hoc ꝙ famulus deputatus eſt ad ſeruien
dum: diſcipulus ad diſcendum. Et ideo diſcipulus eſt
Nomen obedientie et humilitatis.
Nomen ſeruitij et ſedulitatis.
Nomen timoris ⁊ ſimplicitatis.
Nomen inſuper induſtrie et docilitatis.
Nomen etiam amicicie et familiaritatis.
¶ Simus ergo ſerui et diſcipuli dei et ſanctorum bo-
norum doctorum noſtrorum prelatorum. Aduerte em̄
quod chriſtus dicit Luce.xiiij. Qui non baiulat cru-
cem ſuam et ſequitur me: non poteſt eſſe meus diſcipu
lus. ¶ Ubi nota quod ad hoc qd̄ ſimus diſcipuli dei.
ideſt obedientes et ſubditi. requiritur labor et aſperi
tas qua ſuſtineatur: quia debemus baiulare crucem
ideſt ſuſtinere cruciamentum laborum. Dulcor et hu
militas quo exerceatur quia debemus ſequi ideſt ſubij
ci et obedire. Honor ⁊ ſublimitas cui obediatur: quia
dicitur: me. per quod notatur auctoritas diuina. Illi er
go qui chriſti et ſanctorum volunt eſſe imitatores. et
diſcipuli: debent ſuſtinere aſperitatem laboris quod
oſtenditur cum dicitur. quod chriſti debent baiulare
ideſt portare cruce;: per quam deſignatur afflictio cor
poris: quia ſcilicet boni ſerui ſm̄ apoſtolu; tenētur cru
cifigere carnem ſuam cum vitijs et cum concupiſcen-
tijs. Crux enim ſm̄ Auguſtinum a cruciatu dicitur.
Debet em̄ bon⁹ chriſti diſcipulus cruciari per mētis
ſedulitatē Per mot⁹ agilitatē. Per vict⁹ tenuitatē. vn̄
Math.xij.c. Diſcipuli eſurientes ceperūt euellere ſpi
cas. Et Mat.ix. dixerunt diſcipuli Iohannis: Quare
nos et phariſei ieiunamus frequenter? Scholares em̄
et diſcipuli dum inſtruunt in primitiuis ſolent verbe
rari et caſtigari: vt finaliter poſſint ad magiſtratum
et cathedram ſublimari. Sic vere nos qui ſumus in
vita iſta ſicut in ſcholis primitiuorum: debemus ſuſti
nere cruciatus laboris. vt finaliter in paradiſo attin-
gamus ad cathedram excellentie et honoris. Baiu-
lat inquit crucem. Unde Mathei.xvj. Omnis qui
venit ad me abneget ſemetipſum: et tollat crucem
ſuam et ſequatur me. Suſtineamus ergo aſperitatem
et laborem. ¶ Secundo exerceant humilitatis dulco B
rem. Sequitur inquit. Sequi enim humilitatem et
amorem deſignat. Bos enim ligatus. et equus be-
ne infrenatus. bene ſequuntur ductores ſuos Quia ve
re illi qui per obedientiam ſunt ligati: et qui per diſci-
plinam ſunt infrenati ſequi debent ductores ſuos et
doctores: et chriſtum et alios ſuperiores. Sequi dico



Ayuntamiento de Madrid

eos per amorem adherendo Luce.viij. Ibant cum illo diſcipuli eius. Johan.xiij. Diſcipuli mei eſtis ſi dilectionē habueritis. Sequi etiā ipſos imitando Math.vi. Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Sequi inſuper ei obſequendo. Johānis.xx. Uidit diſcipulum ſtantē quem diligebat. Jeſus Stantem dicunt paratū ad obediēdū et obſequendū. De tali ergo ſequela dicitur Mat.viij. Magiſter ſequar te quocūqʒ ieris. Colūbas enī que melle fuerint paſte alie colūbe ſequūtur et vſqʒ ad ipſarum colūbariū dulcedine mellis quod geſtant in ore trahuntur et producuntur: Sic vere chariſſimi xpm et ſanctos qui mel dulcis predicationis et doctrine in ore gerebant: debemus ſequi per humilitatē et imitationem: et vſqʒ ad columbariū paradiſi eos proſequi p bonam operationem. Ezech.j. Quocūqʒ declinabant. ſcilicet animalia: ſpiritus rote que prima erant ſequebantur ꝛc. Iſta ſunt contra multos diſcipulos dei ſcilicet contra malos eccleſiaſticos et religioſos: et etiā xpianos: qui vere non ſequūtur xpm vel prelatum per obedientiam et humilitatem. et quādoqʒ quod peius eſt p apoſtaſiam ab ipſo fugiūt et obſtinationē vnde Joh.vi. Multi diſcipulorum abierunt retro: etiam cum eo
C non ambulabant. Non ſic ergo ſed qui volūt eſſe chriſti diſcipuli. exerceant humilitatis dulcorem. ¶ Tertio neceſſarium eſt ꝙ obtineant dignitatis honorem. quod oſtenditur cum dicitur in perſona xpi. Me. Diſcipulus enim debet timere magiſtrum: quia ſicut dicitur. Luce.vi. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrū. Diſcipulus enim qui magiſtrum non timet: non bene poteſt proficere. Omnia enim naturaliter timent ſuum ſuperiorem Sicut animalia leonem. aues aquilam et quanto ſuperior eſt potentior. honorabilior melior tāto. plus a diſcipulis eſt timendus et amplius honorādus. Quia igitur deus eſt rex et ſuperior oībus creaturis: ideo merito debet timeri: et a cunctis viuentibus adorari. Me. inquit. Unde Hiere.x. Quis nō timebit te o rex gentium Apoca.xiiij. Timete dominum et date illi honorem. et aduerte ꝙ ſicut boni diſcipuli gaudēt in aduentu boni magiſtri gregatim etiam in ſcholis ſolent morari. irato magiſtro ſolent timere et precipiēti ſolent obedire. Sic vere boni chriſtiani eccleſiaſtici vel ſubditi. de bono magiſtro vel ſuperiore debent gaudere per bonam affectionem Joh.xx. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Gregatim etiam debent viuere per amorem et concordiam et dilectionem Act.ij. Erant omnes diſcipuli pariter. Ipſum etiam debent timere et venerari per obedientiam et ſubiectionem. Johis.ij. Crediderunt in eum omnes diſcipuli eius. Sic igitur pʒ ꝙ neceſſariū eſt homini ad hoc ꝙ ſit diſcipulꝰ xpi ꝙ timeat ſublimitatē ꝙ habeat hūilitatē: ꝙ ſuſtineat penalitatē ꝛc. Nota adhuc ꝙ diſcipulus debet eſſe.

Diligens et ſtudioſus.
Patiens et timoroſus.
Fidelis et amoroſus.
Humilis et obſequioſus.
Agilis et induſtrioſus.
Subtilis et ingenioſus.
Pacificus non ſeditioſus.
Credulus non ſuſpitioſus.
Jocundus et gaudioſus.
Fecundus et copioſus.

D Uidetur ꝙ per diſcipulū intelligit quilibet homo iuſtus et maxime religioſus et perfectus: quia reuera talis debet eſſe perfectus: et diligens et ſtudioſus: per obedientiam et ſedulitatem. Unde de quolibet diligēte poteſt intelligi illud Joh.xix. Uidit illum diſcipulum ſtātem quem diligebat Jeſus: et dixit ei. Ecce mater tua. Maria enim que cum feſtinatione abijt in montana ſicut dicitur Luce.j. ſignat virtutē diligentieque reuera mater eſt et matrona illorum diſcipulorū qui inueniuntur ſtantes ſemper. ſcilicet parati ad aliquid faciendum. Item talis debet eſſe patiens et timoroſus p reuerentiam et dubietatem. Semper enim debet timere ne offendat magiſtrum deum ſcilicet vel prelatum. Unde de Joſeph dicitur Math.xxvij. Quod ipſe diſcipulus erat Jeſu occultus tamen propter metum. Item talis debet eſſe fidelis et amoroſus. Diſcipulus enim tenetur diligere deum: magiſtrum ſe et ſociū Ideo xps Johis.xiij. dicit ſic. Tūc diſcipuli mei eritis ſi dilectionem habueritis: Et Joh.xv. Efficiamini mei diſcipuli Sequitur. Manete in dilectione mea. Itē talis debet eſſe humilis et obſequioſus: debet enim magiſtrum ſequi: et ei ſeruire: et miniſtrare et obſequi. Mathe.viij. Secuti ſunt eum diſcipuli eius. Item talis debet eſſe agilis et induſtrioſus. Debet enim cito et velociter diſcurrere et in omnibus agiliter ſe habere Johā.xx. Ille alius diſcipulus precucurrit citius petro et venit prior ad monumentum. Item talis debet eſſe ſubtilis et ingenioſus: quia ſcilicet ad bonum diſcipulum pertinet interrogare et addiſcere. vnde Marci.ix. Diſcipuli ſecreto interrogabant. Et Luce.xi. dicit vnus ex diſcipulis eius. Domine doce nos orare. Item debet eſſe talis pacificus nō ſeditioſus: quia ſcʒ boni diſcipuli debent concorditer viuere: et cum magiſtris: et cum ſocijs. Cū magiſtris dico Math.ij. Diſcumbebant cum Jeſu diſcipuli eius quaſi diceret ad diſcipulum pertinet aſſociari magiſtro Luce.viij. Ibant cum Jeſu diſcipuli eiꝰ Cum ſocijs vero Actuū.ij. Erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Item talis debet eſſe credulus non ſuſpicioſus: Diſcipulus enim firmiter debet magiſtro credere: alias vix aut nunꝙ poterit doctus eſſe. Xpo ergo ideſt prelato: magiſtris et doctoribus noſtris credamus: et eis aſſentiamus et obediamus Joh.ij. Crediderunt in eum diſcipuli eius: Item talis debet eſſe iocundus et gaudioſus iohā.xx. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Item debet eſſe talis fecundus et copioſus ſcilicet alijs dando. Non enim debet eſſe auarus diſcipulus qui liberalem habet magiſtrū ſcilicʒ xpm. vnde Actuū.xj. dicitur. Quod diſcipuli prout quiſqʒ habebat miſerunt ſanctis qui erant in hieruſalē. Iſta ergo de bonis dicta ſunt diſcipulis .i. de quibuſuis ſanctis hominibus. religioſis et iuſtis: et etiam de bonis ſcolaribus et honeſtis. Sed procerto de malis diſcipulis ſcolaribus et religioſis: et quibuſlibet chriſtianis pōt dici econuerſo ꝙ ipſi ſunt.

Litigioſi non concordes.
Meticuloſi ſunt et vecordes.
Preſumptuoſi ſunt et diſcordes.

Sunt dico mali diſcipuli non concordes ſed litigioſi. Exemplum Luce.xxij. vbi de diſcipulis dicitur. Quod orta eſt contentio inter eos quis eorum videretur eſſe maior. Item iſti ſunt vecordes et meticuloſi. vnde Mathei.xxvj. Diſcipuli relicto Jeſu fugierunt. Item ſunt diſcordes et defectuoſi: quia ſcilicet iſti non perſeuerāt in ſocietate dei. iohan.vj. Multi diſcipulorum abierūt retro: et iam cum chriſto non ambulabāt. Tales ergo potius ſunt diſcipuli dyaboli ꝙ dei: et magis carnis et mundi ꝙ chriſti vel boni prelati ſeu magiſtri. Similes enim ſymie que magiſtro ſuo obedit ad ludos et aduana faciendum: nunꝙ autem ad aliquid vtile exercendum. Sic illi diſcipuli ſunt dyaboli et non dei. Et ideo in vanis et in inutilibus ſibi obediunt et non in vtilibꝰ chriſto credunt. Iſti ergo chriſti diſcipulatum contemnentes videntur dicere cum iudeis illud iohan.ix. Tu diſcipulus eius ſis. nos autem moyſi erimus ꝛc. Uide de Obedientia. Seruire. Subiectio ꝛc.

**Diſcordia.** Uide infra vbi diſſenſio.

**Diſcretio.** nulle ſunt autoritates vocales. Uide in titulis ſinonimis. ſcʒ de Sapientia. Prudentia et ſimilia.

**Diſcumbere.** Nota ꝙ diſcumbere ſumitur pro in conuiuio ſedere. Unde A
proprie illi diſcumbunt qui in conuiuio ſedent: reſidēt aut quieſcunt. Secundum autē naturā et diuerſitatē conuiuiorū: diſtingue diuerſitatē diſcumbentiū. Dic ergo ꝙ eſt

Ayuntamiento de Madrid

ꝙ eſt diſcubitus: gratie: culpe: eccleſie ⁊ glorie.
In primo diſcumbunt iuſti viatores.
In ſecundo diſcumbunt vani peccatores.
In tertio diſcumbunt xp̄i ſeruitores.
In quarto diſcumbunt celi poſſeſſores.

Eſt igitur primo diſcubitus gratie qui eſt perfectorū Iſte eſt diſcubitus quo xp̄s diſcumbit cum hominibꝰ ipſos ſpiritualiter viſitando: ſicut dicitur Luce. vij. Ingreſſus Ieſus domū phariſei diſcubuit: quod procerto cum ſenſerit, mulier. i. anima vel voluntas ſtatī debet vnguentum deuotionis accipere et effundere ſuper caput, ipſius recumbentis. ſicut dicitur de maria magdalena. Math. xxvj. Et quo etiam homines diſcumbunt cum deo eius gratiam: ſcientiam et eucharistiam degustando. Diſcumbunt enim cum chriſto in viridario gratie per charitatem et humilitatem Mathei. xv. Precepit Ieſus turbe diſcumbere ſuper terraꝫ Diſcumbunt etiam cum eo in prato ſacre ſcripture ꝑ ſcientiam et ſagacitatem. Unde predicatoribus videtur dominus loqui ioh. vj. vbi volens turbas de quinqꝫ panibus ideſt de quinqꝫ libris Moyſi: et duobus piſcibus ideſt prophetis et euangelijs ſatiare: dixit. Facite homines diſcumbere: erat enim fenum multum in loco. diſcubuerunt ergo viri quaſi quinqꝫ milia: ⁊ accepit, panes: et cum gratias egiſſet: diſtribuit diſcūbentibus. Et dicitur ibidem ꝙ plus remanſit de cibis ꝙ̄ primo fuerunt diſtributi. Ad denotandū ꝙ cibus ſcripture: quanto plus auditoribus diſtribuitur: tāto doctrina eius amplius augmentatur. Diſcumbūt inſuper iuſti cuꝫ chriſto in conuiuio euchariſtie per ſui corporis aſſumptam humanitatem. Luce. xxiiij. Diſcumbens cum illis accepit panem et fregit: et porrigebat illis. Talibus ergo ſic cum chriſto diſcumbentibus apparet, chriſtus et eos inſtruit in credendis Marci. xvj. Recūbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus et exprobrauit incredulitatē illorū ⁊c. Iſte eſt ergo

B diſcubitꝰ gratie qui eſt perfectorū. ¶ Secūdo dico, qđ eſt diſcubitus culpe qui eſt peccatorū. Diabolus eniꝫ fecit conuiuiū oībus malis in quo: ſcꝫ diſcumbunt.

Carnales et luxurioſi.
Auari et ambitioſi.
Crudeles et inceſtuoſi.
Superbi ⁊ preſumptuoſi.

De carnalibꝰ pōt dici illud Ioh. xij. Lazarus vnus erat de diſcūbentibus. Lazarus enī qui leproſus fuerat: ſm aliquos: corruptos et luxurioſos poteſt ſignificare. De auaris vero poteſt dici illud qđ de ſocru ſymonis febricitante dicitur Marci. j. Recūbebat autē ſocrus ſymonis febricitans. Febris enim que calorem habet et ſitim prouocat: ſignat auariciā que ardere et ſitire facit auarum. De crudelibus vero dicitur Marci. vj. Quod cum herodiadis filia ſaltās placuiſſet herodi: ſimulqꝫ diſcumbentibus: fecit occidi Iohannē baptiſtam: et caput eius in conuiuio apportari. De ſuperbis vero dicitur Math. xxiij. Quod ipſi amant primos recubitus in cenis. primas cathedras in ſynagogis: ſalutatiōes in foro et vocari ab hominibꝰ rabi. Iſte ergo eſt diſcubitus culpe qui eſt peccatorum.

C ¶ Tertio dico ꝙ eſt diſcubitus eccleſie qui eſt clericorum. Deus enim fecit magnuꝫ conuiuium omnibus ſeruitoribus ſuis: et poſuit eis menſam fertilem atqꝫ pinguē: ſcilicet menſam ſtatus eccleſiaſtici vbi diuerſa ſunt fercula diuerſorum beneficiorum: et dignitatum et officiorum. Ad iſtud conuiuium diſcūbentes cum chriſto diuerſimode ſedent: ſed ſicut, ſupponitur: omnes vltimum locum eligere et ornati virtutibus debent. In talibus enim diſcumbentibus ideſt in viris eccleſiaſticis requiritur humilitas et honeſtas: vt nec ſint ambitioſi magna querendo nec ſint inhoneſti male agendo: et ſic de humilitate dicitur Luce. xiiij. Cum inuitatus fueris ad nuptias: non diſcumbas in primo loco: ſed recumbe in nouiſſimo vt, veniēs qui te inuitauit dicat tibi. Amice aſcende ſuperius et erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Omnis enim qui ſe humiliat exaltabitur ⁊c. q. d. In conuiuio illi qui humilibus locis et ſtatibus contenti ſunt: ad ardua ſunt ſublimandi. E conuerſo: illi qui prima et ſublimia querunt. et qui ad dignitates ambiunt: ad baſſa et humilia ſunt cogendi. Sic etiam de honeſtate vite que in iſtis diſcumbentibus requiritur: exponitur parabola. Math. xxij. vbi dicitur. Quod nuptie implete ſunt diſcumbentibus: ſed rex tandem intrans videns hominem non veſtitum veſte nuptiali: dixit. Amice: quomodo intraſti huc non habens veſtem nuptialem? Et ſequitur. Quod ipſum in tenebras exteriores vbi fletus et ſtridor dentium continebantur: fecit recludi: quia reuera in nuptijs eccleſie militantis: neceſſe eſt quod omnes diſcumbentes ideſt omnes beneficiati: veſte nuptiali ideſt virtute: gratia et honeſtate accedant: alias accedentes ad hunc diſcubitum: a rege chriſto ad iudicandum veniente: in tenebras exteriores et infernales mittentur: et eternis fletibus et ſtridoribus affligentur. Et tamen proh dolor de multis, pertimeſcendum eſt quod ad iſtas tenebras expellentur: quia procerto in eccleſia diſcumbunt: et tamen virtutum nuptialibus veſtibus nullatenus induuntur. Unde iam videtur impletum illud Marci. ij. Multi publicani et peccatores, diſcumbebant cum Ieſu Iſte eſt ergo diſcubitus eccleſie qui eſt clericorum. ¶ Quarto vero dico ꝙ eſt diſcubitus glorie ſeu patrie qui eſt beatorum. Et de hoc dicitur Math. viij. Multi venient ab oriente et occidente. et recumbent cum abraam: yſaac et iacob in regno dei. Et Luce. duodecimo. De chriſto dicitur. Amen dico vobis quod precinget ſe: et faciet illos ideſt bonos ſeruos diſcumbere: et tranſiens miniſtrabit illis. Felix illa menſa vbi deus et angeli miniſtrant ⁊c. Sufficit. vide ſupra de accumbere.

## Diſcurrere.

Nota ꝙ diſcurſus ideꝫ eſt quod continuus et frequentatus curſus: et ſignat profectum ſeu motuꝫ boni operis, ſeu mali. Et ideo breuiter nos poſſumus diſtinguere quod duplex eſt diſcurſus ſcilicet commendabilis et deteſtabilis. Commendabilis diſcurſus eſt perfectio operis virtuoſi. Sicut enim orbis et planete non ceſſant diſcurrere et ſine dilatione officium ſuum exercere. Sic procerto boni et ſancti non debent ceſſare a bonorum operum circuitu ⁊ diſcurſu. Non enim debent per negligentiam retardari: ſed per bonorum operum exercitium in bono iugiter occupari. Scintilla ꝙ̄diu eſt ignita ſolet ſurſum diſcurrere et aſcendere. ſtatim vero quod mortua fuerit et extincta. ſolet inferius deſcendere: et a motu et diſcurſu quieſcere et ceſſare. Sic proculdubio viri, ſancti igne charitatis accenſi. ſurſuꝫ ad bona eterna ſolent per profectum bonorum operū diſcurrere et volare. Si vero extincti fuerint a peccato mortali tunc a bono profectu ceſſant: et ad terram. ideſt ad terrenum amorem per auariciam deſcendūt. Ideo de bonis dicitur illud Sapientie. iij. Fulgebunt iuſti et tanꝙ̄ ſcintille in arundineto diſcurrent. In quibus verbis oſtenduntur tria que valde ſunt neceſſaria ad ſpiritualem profectum ſeu diſcurſum ſurſum. videlicet.

A

Uie rectitudo iuſti ſinquit.
Motus fortitudo. Scintille.
Rerum paucitudo. In arūdineto.
¶ Primū facit actus veritatis. Iuſti.
Sed ſecundū virtus caritatis. Scintille.
Sed tertius ſtatus paupertatis. In arundineto.

¶ In arundineto qui eſt locus ſteriliſſimus. Homo enim qui vult bene diſcurrere: neceſſe eſt ꝙ vadat per rectam viam quā facit veritas. Item neceſſe eſt quod interius ſit fortis et voluntarius ad diſcurendum: qđ facit charitas. Item neceſſe eſt. quod non ſit oneratus pōdere terrenorū: qđ facit paupertas. De tali ergo diſcurſu pōt dici illđ Ezech. j. Hec erat viſio diſcurrēs ⁊ in medio animaliū ſplēdor ignis ⁊c. Iſte ē diſcurſus virtuoſus. ¶ Sed ſecūdo dico, ꝙ eſt alius diſcurſus vi

Ayuntamiento de Madrid

tioſus Et iſte eſt labor et profectus in malis operibus
et peruerſis. Quod potiſſime pertinet ad auaros
qui ad modum formice non ceſſant diſcurrere pro gra
nis ideſt prodiuitijs congregandis Exod. ix. Domi-
nus dedit tonitrua et grandinem: et diſcurrentia ful-
gura ſuper terram ⁊c. Uide ſupra de Currere.

## Diſſenſio Diſcordia.

Quāuis de diſ-
A ſenſione et diſ
cordia pauce ſint autoritates vtpote de Bello Pu-
gna. Aduerſus. Contrarietas et ſimilia. Et etiam in ti
tulis oppoſitis. ſicut eſt pax. Cōiunctio. Congregatio.
Societas ⁊c. Ne tamen iſtam materiā obmittere vi-
dear: aliquid hic notabo. ⁊ aliqua originalia cum ſcri
pture autoritates deficiant allegabo. Dicam ergo ꝙ
multi ſunt qui plus delectantur in diſcordia ꝙ̄ in pa
ce: Cū enim cauſa partiū cōglutinatiua et imixtiua
ſit humiditas: reſtat econtrario ꝙ cauſa diſiunctiua
et diſſolutiua erit ſiccitas. Partes enim ab inuicem
diſſoluuntur. quando ipſum mixtū conſumpto radica-
li humido deſiccatur: ſicut patet in luto incinerato et
cōbuſto. Sic vere dico ꝙ in omni corpore mixto. i. in
omni cōgregatione vnitas ſocietatis deficit ⁊ diuiſio
ideſt diſcordia partiū conualeſcit quādo ſiccitas inde
uotionis excreſcit: quia humidū radicale gratie ⁊ dile-
ctionis areſcit. Tanta eſt enim hodie in partibus mix
tio: ⁊ in perſonis cōtrarietas: ꝙ modica occaſione ibi
deficit vnitas et ſocietas Act. xv. facta eſt diſſenſio vt
diſcederent ab inuicem. Unde breuiter notare poſſu-
mus ꝙ diſcordia generatur.
Ex detractorum peruerſitate loquaci.
Ex auarorum cupiditate voraci.
Ex animorum diuerſitate procaci.
Ex ſuperborum crudelitate rapaci.
Ex tentatorū iniquitate fallaci
Dicam ergo ꝙ diſſenſionē ſeu diſcordiā cōſueuit ge-
B nerare detractorū loquax peruerſitas Conſtat eīn ꝙ
vox rauca et diſſona diſcordiā ſolet armonie generare
Unus enim male et rauce cantans: multis bene ⁊ con
ſone cantātibus diſcordiā generabit. Sic vere dico ꝙ
in ſocietate et congregatione multorū bene concordā
tium: vnus homo diſcors: litigioſus et diſſonus: detra
ctor, inuidioſus et loquax; lites diſſenſionē et diſcordiā
generat: et multorū pacifice viuentium pacē turbat.
Ideo bene dicit Eccli. xxviij. Suſurro et bilinguis ma
ledictus: multos enim turbauit pacem habētes. Ideo
Grego. iiij. moral. dicit. Quod per lingue incontinen-
tiam diſcordia propinatur. Uide infra de lingua: ⁊ ſu-
pra de detractore. Patet ergo ꝙ diſcordiam generat de
tractorum loquax peruerſitas. ¶ Secundo dico ꝙ ip
ſam generat auarorū vorax cupiditas. Cupiditas enim
habēdi fuit diſcordie prima cauſa. Iſta enim duo pro-
nomina meū et tuū diſcordiā genuerunt Et ideo dicit
Seneca, Quod quietiſſime viuerent homines ſi iſta duo
pronomina tollerentur. ſ. meum ⁊ tuū. Illa enim infir
mitas que ruptura dicitur ſm medicos quandoqꝫ venit
ex calore: quia ſcꝫ quādo calore pellis illa que tenet in
teſtina diſſoluitur: tunc ruptura ſequitur et cauſatur
Sic vere ruptura et diuiſio diſſenſionis et diſcordie ex
calore auaricie: quandoqꝫ prouenit que ſocietatē diſſi
pat et diſrumpit. Exemplū de abraam et loth: de qui-
bus dicitur Gen. xiij. Quod nequibant habitare pari
ter: quia poſſeſſio eorum erat nimia. Ideo de auaris lo
quens Ambro. lib. de patriarchis dicit ſic. Nulla inquit
ſpacia ſatis ſunt diſcordibus. quietis autē et pacificis
etiam anguſta abundant. Et Seneca in prouer. dicit.
Quod principium diſcordie eſt aliquid ex cōmuni ſuū
facere. De duobus enim heremitis legi ꝙ admirātes
quare homines poterant litigare et inuicem diſcorda
re. Dixit vnus. faciamus litem: ⁊ poſuerunt vnam te-
gulam in medio Et dixit vnus. Iſta tegula mea eſt. Cre
diderat enim ꝙ alius diceret non: quaſi conteſtando
litem. Alius autem reſpondit. Si tua eſt tolle eam. Si
ſic hodie procederetur: parum in iudicijs contenderet

Patet ergo quomodo diſcordiam generat auarorum
vorax cupiditas. ¶ Tertio dico ꝙ auariciā introduxit
animorū magna diuerſitas. Qn enim hoīes vnius cō C
gregationis ſunt diuerſarum conditionū: faciliter ſo-
lent inuicem diſcordare. Et ideo neceſſe eſt alterū alte
ri conformari: ſi concordiā inter ſe cupiunt enutriri.
In hiſtoria enim Alexandri legitur. ꝙ paruꝫ ante mor
tem ſuam in exercitu ſuo mulier peperit vnū monſtrū
quod ſuperius erat homo. inferius vero terminabatur
in beſtiam: circa renes diuerſorū animaliū capitibus
circūcinctum. Ibi enim erant capita leonis. Apri. Leo
pardi ⁊c. Augures vero reſponderunt monſtrum illud
ſignificare regem in breui moriturum et hoc: quia homo
in beſtiam terminabatur ſucceſſores vero eius graues
inter ſe diſcordias habituros eo ſcilicet ꝙ monſtrum
diuerſitate capitum cingebatur. Iſtud autem pro tan
to allego: quia diuerſitas perſonarum et animorū va-
rietas: controuerſias ⁊ diſſenſiones parit: et inuidias
et odia ſeu diſcordias introducit. Quādo enim vnus
eſt leo per ſuperbiam: alius vrſus dulcia diligens per lu
xuriam: alius canis ſemper fameſcus per auariciam:
alius leopardus ſemper verſipellis per fallaciam ⁊ ma
liciam: neceſſe eſt ꝙ pax et vnitas confundatur: ⁊ lis et
diſcordia generetur. De tali ergo conditionū mentium
et animorū diſcordi diuerſitate. dicitur actuū. xxiij. Fa
cta eſt diſſenſio inter phariſeos et saduceos. Patet er-
go ꝙ diſcordiam generat animorū grauis diuerſitas.
¶ Quarto dico ꝙ ipſam generat tyrannorū ſeu ſuper
borum rapax crudelitas. Superbus enim ſemper ha-
bet cum alijs diſcordiam. Nullum enim reputat ſua
amicicia aut ſocietate dignum. et inde eſt ꝙ ex ſuper-
bia cordium lites et diſcordie generantur. Fumus enim
et vapor de terra ⁊ mari aſcendens: cauſa eſt ſm natu
rales nubium: turbinum fulminū: tonitruorum: plu-
uiarum ⁊c. que inferiora patiuntur Sic procerto cor ſu
perbia inflāmatum exalat nubes et turbines tribula-
tionum: fulmina rapinarū: tonitrua diſcordiarum: et
pluuias lacrymarum. Guerre enim ⁊ diſcordie: de qui
bus veniunt ſubditorum lacryme et miſerie: ex ſuper-
bijs principum vel ſuperbie principijs ſolēt procedere
et hoc quia alter ſe credit altero preualere. Itē bene di-
cit Sap. Prouer. xiij. Inter ſuperbos ſemper ſunt iur-
gia: Iſti comparari poſſunt gallo qui eſt auis criſtata
erecte incedens: cauda leuata: libenter cantans: ⁊ cal-
caribus ornata: faciliter tamen pugnans cum gallis.
Sic vere dicam ꝙ noſtri nobiles et milites qui hodie
pre ceteris erecti ſunt et ſuperbi videntur alios contem
nere: inaniter cantare: letari atqꝫ pſallere. Calcaribus
et enſibus armati eſſe: caudam veſtium ſuarum detrū
care: et ſuccidere nec ad aliud videntur nati niſi ꝙ bel-
la et pugnas inter ſe poſſint facere: et lites et diſcordi-
as enutrire. De talibus verbis videtur loqui ſcriptu-
ra. prouerbio. xxx. vbi dicitur. Gallus ſuccinctus lum
bos ſuos et aries nec eſt rex qui reſiſtat ei. Patet ergo
quomodo diſcordiam generat tyrannorum ſeu ſuper-
borum ferox crudelitas. ¶ Quinto dico quod diſcor- D
diam generat tentatorum ſeu deceptorum fallax ini-
quitas ideſt tentatio et deceptio demonum. Sciens
enim dyabolus quod ſicut dicit gloſ. ſuper illud Eccle
ſiaſtici. xxj. Obiurgatio et iniuria adnullabunt ſub-
ſtantiam: concordia minime res creſcunt: diſcordia ma
xime dilabuntur. ſumme nititur inter bonos diſcordi-
as generare et eas inter pacificos ſuis tentationibus
excitare. Scit enim quod iſta vita ⁊ ciuitates: et regna
ſcilicet per diſſenſiones ciuium faciliter deſtruuntur:
et homines ad iniquitates varias deducuntur. Ex diſ
cordijs enim naſcuntur. Odia. Inuidie. Rapine. Pro
ditiones et alia multa mala. Uegetius enim dicit.
Quod inter hoſtes diſcordias ſeminare ſapientis eſt
ducis. Et merito: quia facilius vincuntur diſiuncti ⁊ ſepati
ꝙ̄ ſimul concordes ⁊ vniti Cū igitur princeps dyabolus mili
tet contra nos. noſqꝫ reputet hoſtes ſuos: ſumme niti-
tur ſeminare diſcordias inter nos vt facilius obtineat:
et faciat

Ayuntamiento de Madrid

et faciat eſſe ſuos: Iſte eſt enim ille de quo dicitur pro-
uerbio.vj. Qui habet mendacē linguā cor machinās
cogitationes peſſimas: et ſeminat inter fratres diſcor
dias. Compara illum ſi vis illi lapidi ſydenee: de quo
dicit Solinus. Quod maleficus eſt lapis ille: qr vbi-
cunqꝫ ſit diſcordias excitat. Patet ergo quō diſcordiā
generat tētatorū fallax iniquitas. Quod etiā pōt dici de
proditoribus quia in preiudicium illorū quos prodere
volunt: ſolent eis per cautelas ſuas diſcordias genera
re: et inter ipſos et ſubditos vel amicos controuerſias
excitare. Diſcordia enim maximū eſt malū. Et ideo iſta
docet ſcriptura fugere: et pacē et cōcordiā cuſtodire vn̄
Caſſiodorꝰ ſup ps. Sūmopere inquit iurgia fugienā
cū pari cōtendere inhoneſtū eſt: cū inferiore ſordidum:
cū ſuperiore furioſum: abſentē ledit quicū ebrioſo liti
gat. Hec ergo de. Diſcordia ſufficiunt.

## Diſſimilis.

Uide infra vbi ſimilis: et vbicunqꝫ ſit mentio de ſinitatione et ſi-
milibus ⁊c.

## Diſſipare.

a Cuꝫ diſſipare nihil aliud ſit ꝙ ali
quid conſtructum et edificatuꝫ de
ſtruere: poteſt dici ꝙ ſm naturam et conditionem re-
rum diſſipatarum inuenitur diuerſitas diſſipationū
Quia igitur de homine quandoqꝫ reperitur.
Edificium culparum et vitiorum.
Edificium virtutum et meritorum.
Edificium diuitiarum et terrenorum.
Edificium corporum et animarum.
Dico ꝙ in ſcriptura inuenitur diſſipatio. Criminum
que eſt bona et virtuoſa. Uirtutum que eſt vitioſa. For
tune que eſt doloroſa. Anime que eſt luctuoſa. Et ſic di
co chariſſimi. Diſſipatur culparū beneficiuꝫ gratie lu
mine. Diſſipatur virtutum edificiū culpa vel crimine
Diſſipatur fortune beneficiū aduerſo turbine. Diſſi-
patur anime fortalicium inferni fulmine. ¶ Dico er-
b go ꝙ culpe beneficiuꝫ diſſipatur gratie ſplendore. Si-
cut enī lux ſubintrās diſſipat tenebras ſic gratia a deo
veniens diſſipat culparuꝫ latebras Eccl's.xij. Florebit
amigdalus: impinguabitur locuſta: diſſipabitur cap
paris. Quandoqꝫ enim amigdalus ideſt homo per gra-
tiam floret: tūc locuſta ideſt anima virtutibus impin
guatur: et capparis.i. peccatū diſſipatur. Peccata enī
ſunt edificia dyabolica in anima fabricata: que procer
to iuſti debent deſtruere: et per gratiā et penitentiā diſ
ſipare. Exemplo regis Ezechie. de quo dicit.iiij. Regū
xviij. Quod ipſe diſſipauit excelſa.i. altaria prohibita
in montibus conſtituta. Secundo dicitur ꝙ virtutis
edificium diſſipatur culparum horrore: Peccata eniꝫ
ſunt dyabolice machine: quibꝰ dyabolꝰ diſſipat in ani
ma edificium virtutis. vnde Nee.j. Murus hieruſalē
diſſipatus eſt. Murus enī anime cōgeries eſt virtutuꝫ
quibus.ſcꝫ contra hoſtes anima clauditur ⁊ vallatur
Et tamen Eccl's x. ſcribitur. Quod qui diſſipat ſepem
mordebit eum coluber. ¶ Tertio dico ꝙ fortune bene
ficium diſſipatur penarū terrore ideſt mundi tribula
tione et ardore: Unde de diſſipatione ſtatus diuitum
qui ſcꝫ quotidie per infortuniū diſſipatur. poteſt expo
ni illud Eſaie.xxiiij. Diſſipatione diſſipabitur terra:
et direptione predabitur. Sequitur. Luxit et defluxit
c terra et infirmata eſt. ¶ Quarto vero dico: ꝙ anime
fortalicium diſſipatur gehenne dolore ps. Diſſipata
ſunt oſſa mea ſecus infernū. Iſta autē eſt proprie diſſi
patio que ſcꝫ fit a deo puniente et malorū potentiā de
ſtruente. vnde Eſaie.xlij. ipſe dicit: Tacui: patiens fui:
ſemper ſilui: quaſi parturiens loquar: diſſipabo et ab
ſorbebo ſimul. Qr reuera deꝰ poſtꝙ ſatis expectauerit:
diſſimulauerit: et patiens fuerit: ſolet indignationem
ſuam oſtendere: et malos tēporaliter et eternaliter diſ
ſipare diuerſa genera peccatorum noſtrorū. videlicet.
Fallaces machinatores qui praua cogitant.
Nugaces adulatores qui cunctis placitant.
Audaces propugnatores qui male militant.
Sublimes imperatores qui vane volitant.
Crudeles deuoratores qui bonos agitant.
Rebelles et peccatores qui mala ſuſcitant.
Igit dico ꝙ a deo principaliter finaliter diſſipabūtur
fallaces machinatores. vnde Iob.v. dicitur. Quod ipſe
apprehendit ſapientes in aſtutia eorum. ⁊ conſiliū pra
uorum diſſipat. Unde etiam.ij. Regū.xvij. dicitur. Quod
diſſipatum eſt conſilium architofel. ipſe vero poſtea ſe
ſuſpendit Item diſſipabunt nugaces adulatores illi.ſ.
qui non querūt niſi adulādo placere ps. Deus diſſipa
bit oſſa eorū qui hominibus placent. Itē diſſipabūtur bel-
lorum procuratores ſeu dilectores illi. ſcilicꝫ qui non
amant niſi diſcordias atqꝫ bella volunt. Itē diſſipabū
tur ſuperbi imperatores ſeu ſuperiores figurati in illa
arbore altiſſima: opulentiſſima et pulcerrima Danie.
iiij. de qua dicitur ibidem. Succidite arboreꝫ et diſſi-
pate illaꝫ. Item diſſipabuntur crudeles atqꝫ raptores
Iob.iiij. Tigris perijt eo ꝙ non haberet predaꝫ: ⁊ catu
li leonum diſſipati ſunt. Item diſſipabūtur iniqui pec
catores ſeu malefactores Hierem̄ xlvij. Uaſtabuntur
omnes philiſtijm et diſſipabūtur tyrus et ſydon. Phi
liſtijm enī interpretati poculo ruētes: ſignificāt ebrios
et guloſos. Tyrus ideſt anguſtia: ſignat triſtes et inui
dioſos. Sydon ideſt venatio ſignat auaros et prede ſeu
rapine quoſlibet queruloſos: quia reuera omnes iſti fi
naliter a deo diſſipabuntur et in eterna miſeria dam-
nabuntur ps. Fulgura choruſcationeꝫ ⁊ diſſipabis eos
et emitte ſagittas tuas ⁊ conturbabis eos. Iſta ergo de
diſſipatione ſufficiant. Uide de deſtruere. Et ſi velles
dilatare exempla poſſes ponere et dicere: ꝙ quidaꝫ diſ
ſipantur ſpiritaliter ſicut alta edificia per ruinam ſu
perbie: ſicut lignum per putrefactionem luxurie: ſicut
domus per combuſtioneꝫ auaricie. ſicut homo per ve
nationem inuidie.

## Diſſolutio. Diſſoluere.

Cuꝫ diſſo
lutio ni- a
hil aliud ſit ꝙ rei ligate vel incathenate expeditio ſeu
elargitio ſeu rei compacte ⁊ indurate liquefactio vel re
mollitio: poſſumus moraliter dicere ꝙ in bono ſignat
et in malo. Et primo quidem in bono. Sicut enim me
talla ab artifice diſſoluuntur et in figuras varias tranſ
formantur. Artifex etiam nō ſemel immo pluries me
talluꝫ diſſoluit aut fundit et ſic illud purificat: et etiā
munduꝫ reddit. Sic dico ꝙ nullus a vitijs purificatur.
nec in formas virtutum tranſfiguratur: niſi primo per
artificem deum a compactione obſtinationis et du-
ricie diſſoluatur. Spiritus enim ſanctus ignis eſt qui
corda diuerſimode ſolet diſſoluere: et in bonos mores
conuertere: ⁊ mutare. Dicā ergo qd̄ quidā diſſoluunt.
A duricia iniquitatis per contritionis dolorē.
A duricia crudelitatis per compaſſionis feruorem.
A duricia cupiditatis per largitionis dulcorem.
A duricia temeritatis per conſiderationis timorē.
A duricia captiuitatis per liberationis valorem.
¶ Et vt breuius concludam dicam quod eſt. Diſſolu- b
tio doloris. Diſſolutio timoris. Diſſolutio valoris.
Diſſoluuntur ergo iuſti per dolorem contritionis.
Calor enim ſolis diſſoluit nubes et in pluuiam con-
uertit. Sic gratia dei corda per iniquitatem gelata:
per contritionem ſoluit. ita quod inde facit pluuiam
lacrymarum ſtillare. Unde poteſt dici illud. Naum.
j. Contremuit terra a facie eius. Sequitur. Et petre
diſſolute ſunt ab eo. Itē diſſoluunt quando per dile-
ctionem dei et compaſſionem proximi inflammantur
Ignis enim candelam diſſoluit: et ſic in vſus homi-
num eam conuertit. Sic vere dicam quod homo alijs
nunꝙ vtilis efficitur. niſi prius per dilectionem et cō-
paſſionem fortiter diſſoluatur. Et ſicut candela igne
et lumine diſſoluta vt alijs proficiat ſeipſam ſolet con
ſumere. Sic homo per dilectionem et compaſſionem
feruide diſſolutus: ſe et ſua ſolet alijs erogare: et docen
do: obſequendo et largiendo ſolet cunctis proficere: et
valere et etiam vt alios repleat ſe ſolet temporaliter
vacuare: quos tamen deus ſolet finaliter in melius

Ayuntamiento de Madrid

reparare Marci.xiiij. Diſſoluam templum hoc et in triduo recuperabo illud. Iſti ergo diſſoluuntur per feruorem dilectionis. Item aliqui diſſoluuntur per timorem cōſiderationis. Sicut enim viſus ex aſpectu ſolis diſſoluitur. diſgregatur et obtunditur. Sic vere ex cōditione maieſtatis diuine. videlicet quomodo.
In iudicijs eſt profundiſſima.
In ſententijs eſt iuſtiſſima.
In diſcernendo eſt certiſſima.
In premiando eſt largiſſima.
In puniendo eſt duriſſima.
In ordinando eſt ſagaciſſima.
Homo ſtupens: timens ⁊ admirans in ſeipſo diſſoluitur. et factus ſine viribus ad humilitatem reducit: et ab omni preſumptione mutatur. Sic fuit diſſolutꝰ daniel viſo filio hominis in ſua maieſtate: ſicut dicit. Daniel.x. vbi primo pre timore ad terram proſtratus tandem confortatus dixit. Domine in viſione tua diſſolute ſunt compages mee: et nihil remanſit in me virium. Item aliqui diſſoluuntur per valorem liberationis: ſicut incarcerati: captiuati et incathenati: quos pij homines liberant miſericorditer et diſſoluūt Eſa. lviij. Solue faſciculos deprimētes diſſolue colligationes impietatis: et omne onus dirumpe. Sicut etiam ſunt in purgatorio detenti et alligati quos ſcilicet dei pietas ſanctorum orationibus et elemoſinis ſolet diſſoluere: et a ſuis miſerijs liberare Gene.xlix. Diſſoluta ſunt vincula manuum Ioſeph per manus potētis Iaco. Sicut etiam ſunt ſancti qui per mortem diſſoluto corpore liberantur: et ad libertatem glorie deducuntur Phil.j. Deſiderium habens diſſolui et eſſe cū xpo Et.ij. Thimo.iiij. Ego enim iam delibor et tēpus mee reſolutionis inſtat. Patet ergo quomodo ſolutio ſumi poteſt vt communiter ſumitur in malo. Ponit eīn Iſido. ꝙ ille ſerpens qui dicitur ſeps habet venenū ita diſſolutiuum ꝙ non ſolum carnem: immo etiam oſſa diſſoluit. Unde Lucanus dicit. Oſſaqꝫ diſſoluens tabificus ſeps. Unde audiui non eſt diu. ꝙ quidam miles peregrinus in ſyria quendam vermeꝫ cum lancea tetigit et occidit: ꝙ ex hoc inuenenatus totum corpus eius in maſſam carneam horrendam diſſolutum eſt: omni diſtinctione membrorūꝫ ſublnota. Talis ſerpēs igitur eſt dyabolus. quia reuera illos quos per temptationes inuenenat ita diſſoluit a virtutibus et eneruat ꝙ viles et horribiles eos faciens: diſtinctione ⁊ ordine virtuteqꝫ et fortitudine eos priuat Abacuc.iij. Aſpexit et diſſoluit gentes: et contriti ſunt montes ſeculi. Diſſoluit inquit. Diſſolutio enim de ſui natura ſignat.

C Diſſipationem virium.
Separationem partium
Remollitionem fortium.
Perturbationem mentium
Tremulationem genuum.
Enervationem manuum.
Debilitationem motuum
Adnihilationem actuum.
Omnē deſtructionem rerum.
Omnē diffamationem morū.

Sic ergo dicaꝫ ꝙ mali per diuerſa peccata diuerſimode diſſoluunt ⁊ euaneſcunt: et a fortitudine conſtātie deficiunt ⁊ tepeſcunt. et ideo notare poſſum ꝙ malo modo ſoluuntur Luxurioſi quos diſſoluit calor feruidus. Delicioſi quos diſſoluit humor fluidus. Preſumptuoſi quos diſſoluit vapor fumidus. Deſidioſi quos diſſoluit languor marcidus. Formidoloſi quos diſſoluit timor gelidus. Litigioſi quos diſſoluit furor rabidus. Diuites glorioſi quos diſſoluit dolor rapidus. Dic ergo ꝙ eſt diſſolutio luxurioſorum. Unde de Iudith ⁊ holoferne luxurioſo dicitur. Iudith xvj. Iudith filia merari in ſpecie faciei ſue diſſoluit eū. Sequitur. Sandalia eius rapuerunt oculos eius: pulcritudo eius captiuam fecit animam eius. Luxurioſi diſſoluuntur interius in affectione per concupiſcentiam: et exterius in conuerſatione per morum inhoneſtam inſolentiam: vnde dyabolo qui ipſos diſſoluit in perſona pharaonis dicitur Ezechi.xxix. Laceraſti omnem humerum eorum: et diſſoluiſti renes eorum: A renibus enim procedit luxuria. Item eſt diſſolutio delicioſorum. ſcilicet illorum qui cibis et potibus: diuitijs et proſperitatibus delibuti. ab omni fortitudine diſſoluuntur: et ad omne bonum opus enerues et inabiles inueniuntur. Mundi enim proſperitas ſimilis eſt vni fonti germanie: de quo dicit Plinius libro.xxv capi.iij. Quod dulcis quidem apparebat bibentibus ſed ita erat diſſolutiue et relaxatiue nature: quod bibētes infra triduum dentes perdebant. Sic facit mundi delicioſi proſperitas. Mentem enim et cor per tot inania diſſoluit: quod dentes et oſſa id eſt omnem fortitudinem tollit Ioſue.v. Diſſolutum eſt cor eorum: et non remanſit in eis ſpiritus. Bene ergo admonetur anima. Hiere xxxj. vbi dicit. Reuertere ad ciuitates tuas vſqꝫquo delicijs diſſolueris filia vaga. Item eſt diſſolutio preſumptuoſorum ſeu etiam ſuperborum. qui ſcilicet diſſoluuntur et euaneſcunt in vanis cogitationibus et elatis Sapientie.ij. Uita noſtra ſicut veſtigia nubis et tanꝙ nebula diſſoluetur. Item eſt diſſolutio deſidioſorum ſeu pigrorum quorum ſcilicet virtus ita eſt diſſoluta et ignaua quod ad nullum bonum opus attendunt: et ideo miſeriam et calamitatem eternam incurrunt. Sicut enim dicitur. Prouerbiorum.xix. Anima diſſoluta eſuriet. Et Hieremie.vj. Diſſolute ſunt manus noſtre. tribulatio apprehendit nos. Item eſt diſſolutio meticuloſorum: illorum ſcilicet qui ſine cauſa timent et turbantur. et pre timore diſſoluuntur et ſine fortitudine efficiuntur. Unde.ij. Para.iiij. et.ij. Regum.iiij. Audiuit yſboſeth quod cecidiſſet abner: et diſſolute ſunt manus eius. Item eſt diſſolutio litigioſorum: qui ſcilicet faciliter ab inuicem ſegregantur: ita quod pax et concordia inter eos diſſoluuntur. De quo Eccleſiaſti.xxij. Qui conuiciatur amico diſſoluit amiciciam. Et Ezech.xvij. Qui diſſoluit pactum nunꝙ effugiet. Iſta autem diſſolutio diſcordie potiſſime fit per maledicos ⁊ linguoſos. qui ſeminant diſcordiam inter fratres. Unde Eccleſiaſt.xxviij. Lingua tertia multos commouit. Sequitur. Uirtutes populorū concidit: et gentes fortes diſſoluit. Item eſt diſſolutio diuitum et glorioſorum: quorum ſcilicet ſtatus quandoqꝫ a deo per infortunia: corpora per mortem: anime per tormenta diſſoluuntur. Unde Hieremie.xlix. Diſſoluta eſt damaſcus verſa eſt in fugam: anguſtia et dolores tenuerunt eam. Sic ergo patet quomodo ſufflāte dyabolo peccatores diuerſimode diſſoluuntur.

**Diſpenſator.** Diſpenſator proprie dicitur ille qui aliena bona habet diſtribuere et alijs erogare: Iſte ergo prelatos ſignat: qui ſcilicet bona eccleſiarum a domino ſicut miniſtri et diſpenſatores recipiunt ipſaqꝫ pauperibus et alijs ſm conditionem et merita diſtribuunt et diſpergunt. Iſti enim habent diſpenſare. A
Sacramenta fidelibus.
Beneficia ſufficientibus.
Bona temporalia diligentibus.
Unde.j. Pet.iiij. Unuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiam in alterutrum adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratie dei. Nota ergo quod iſti debent diſpenſare.
Humiliter ſine arrogantie tumore.
Utiliter cum beniuolentie dulcore.
Fideliter ſine fraudulentie liuore.
Equaliter ſine iuſticie torpore.
¶ De omnibus ergo vt breuius concludatur ſatis poteſt dici illud.j. Corinth.iiij. Sic nos exiſtimet homō vt miniſtros chriſti: et diſpenſatores miniſteriorū dei: hic iam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur ⁊c. Uide in titulis ſynonimis.

**Diſperdere.** Diſperdere ſemper ſonat in malo. Eſt enim idem quod deſtruere corrumpere ⁊c. ¶ Quia ergo peccator diſſipatur et perditur tripliciter. ſcilicꝫ. Interius per vitia A

Exterius

Ayuntamiento de Madrid

Exterius per infortunia. Poſterius vero per tormen-
ta atq; ſupplicia: ſicut de diſperditiōe culparum que
fit interius dicitur in ps. Miſit cinomiaz; et comedit
eos: ranā ⁊ diſperdidit eos. De diſperditione vero tem
poralis infortunij quod fit exteri⁹ dicit̃ ipſi nabucho
donoſor tyranno. Tu terrā tuā diſperdidiſti: tu ppl̃m
tuū occidiſti. et illud ps. in perſona tyrannorū. Veni-
te ⁊ diſperdamus eos de gente ⁊ non memoret̃ nomen
iſrael vltra: De diſperditione aūt dānationis eterne q̄
fiet poſterius: dicitur. In malicia eorū diſperdet illos.
Multa de qualibet poſſunt dici: verū q: de iſtis oibus
in pluribus locis ſatis dicit̃. Cum prima diſperditio
ſignificet peccati corruptionē. Secūda mundanā tri-
bulationē. Tertia figurā damnationē oia cōplectēdo
dicā φ deus diſperdidit ſeu diſperdi pmittit oia gnā
peccatorū ps. Oēs peccatores diſperdet. Potiſſime au
tem ipſe diſperdet tam tēporaliter q̄ eternaliter.

Superbos qui vana ſequūtur.
Mēdaces qui falſa loquūtur.
Ypocritas qui fictis vtunt̃.
Maliciosos qui nequā credūtur.
Proteruos qui nulli ſubdunt̃.
Auaros qui terra fruuntur.
Carnales qui cito labūtur.
Iracundos qui rixis aguntur.

Primo ergo φ de-
us diſperdat ſu-
perbos ⁊ pſum-
ptuoſos patet
zac. ix. vbi dicit
Diſperdā ſuper-
biā philiſtino-
rum. Itē φ diſ-
perdat mēdaces et falſos verboſos ps. Diſperdat dñs
vniuerſa labia doloſa: ⁊ linguā magniloquā. Itē φ diſ-
perdat ypocritas fictitioſos patet. Amos. j. vbi dicit̃.
Diſperdā habitatores de campo idoli. Cāpus em̄ ido-
li eſt ſtatus ypocritarū. q: ſcʒ idolum qđ eſt aliud q̄ vi
deatur ypocritas ſignat. Itē φ diſperdat fraudulētos
et malicioſos patet in ps. vbi dicitur. In malicia eorum
diſpdat illos dñs de⁹ noſter. Itē φ diſperdat pteruos
in officioſos. i. illos q̄ nulli legi vel mādato ſubijci vo
lunt ptʒ Deu. xj. vbi de gētib⁹. i. pteruis ſine lege viuē-
tib⁹ dr Diſperdet dñs oēs gētes Et in ps. Man⁹ tua
gentes diſperdidit: gentes inquit. i. ſine lege viuentes.
Itēʒ φ diſperdat auaros ⁊ ambitioſos patet Amos. j.
vbi dicitur. Diſperdam habitatores de azoto. Azotus
enim qui interpretatur incendiū vel incendēs: ſignat
ambitioſos et auaros qui cōtinue p terrenorū affectū
incendūtur et ardent. Item φ dñs diſperdat carnales
et delicioſos: qui ſcʒ non querūt niſi cibaria deuorare
patet. iiij. Reg. x. vbi dicitur. Quod rex iſrael inſidioſe
agebat vt diſperderet cultores baal: qui interpretatur
deuorans id eſt cultores ventris qui non querunt niſi
deuorare. Item φ ipſe diſperdat iracundos et ſeditio-
ſos: ſeu etiam diſcordes et tumultuoſos patet zach. ix.
vbi dicitur. Diſpergam quadrigam ex effraym. Qua
driga enim tumultum iracundie et diſcordie ſignat.
Sufficit. vide ſupra de Deſtruere: et Diſſipare. Et in-
fra de Perdere.

## Diſpergere.

Nota φ diſpergere nihil aliđ
eſt q̄ res ab inuicem ſeparare
A Unde nota φ diſperſio eſt

Virtuoſa.
Vitioſa.
Doloroſa.

Nam ſicut ſcriptura videt̃ in-
nuere. Virtuoſe diſpergit̃ opū
fecunditas. vitioſe dirimitur
cōcors fraternitas. Doloroſe disiungit̃ mala cōmuni-
tas. Naʒ diſpergitur rerū ſubſtātia vt detur pauperi.
Dirimitur fratrū concordia vt vacet ſceleri. Diſiungi-
tur concors nequicia vt ſubſit oneri. Dicam ergo pri-
mo φ eſt quedam diſperſio virtuoſa que fit cum diui
tie diſtribuuntur. Video enim φ omnia naturalia diſ
pergunt et cōmunicant ſe et ſua. et maxime ille res in
quibus deus plenitudinē bonorum poſuit vt ſint alijs
quaſi fortalia fundamēta. Sol em̄ diſpergit radios vt
illuminet mare. Diſpergit aquas in fluuios vt terrā
q̄ arida eſt humectet ⁊ vegetet. Fons diſpergit riuulos
vt ſe cōmuniter cōmunicet. Agricola diſpergit ſemē vt
illud multiplicet: q: procerto per tales diſperſiones.
Mundus illuſtratur.
Terra fecundatur.
Sitis releuatur.
Fructus reportatur.

Iſtud etiam patet in humano corpore vbi natura pri-
mo ſpiritus et humores in quibuſdam principalibus
⁊ fundamentalibus membris primo congregat: ⁊ dein
de ſpiritus animales per neruos: ſpiritus vitales per
arterias: ſpiritus naturales in ſanguine per venas ad
omnia mēbra diſpergit et mandat: ⁊ ſic corpus mouet:
viuificat et alimentat. Sic vere dico φ quilibet homo
iuſtus: et maxime talis cui deus plenitudinē ⁊ abun-
dantiam rerum dedit. (Rerum dico vel ſcientialium
ſicut doctores et clerici: vel temporalium ſicut ſunt di
uites et magnifici: vel virtualium ſicut ſunt viri exem
plares et catholici) debent illa liberaliter alijs diſper-
gere: et alijs abundanter erogare. Sic enim illuminat̃
ignorantium intellectus per ſcientificos libenter do
centes. Sic refrigeratur indigentium affectus per mu
nificos ſua largientes. Sic fructificatur et multiplica
tur ſimplicium actus et effectus per viros virtuoſos
et deificos alios dirigentes: Ut ſic de quolibet iſtorum
poſſit intelligi illud ps. diſperſit dedit pauperibus: iu-
ſticiam eius manet in ſeculum ſeculi. Iſta etiaʒ ad diſ
perſionem perſonarum poſſunt referri qui in ſtudijs
et collegijs proficiunt et inſtruuntur. et tandem ad re
gimen et vtilitatem totius reipublice diſperguntur.
Plus enim proficiunt diſperſi q̄ fecerunt congregati
Sicut de apoſtolis conſtat: quos tribulationes ſpiri
tu ſancto mediante ab inuiceʒ diſperſerunt. ⁊ ſic in lo
cis pluribus predicantes: fidem docuerunt et omni-
bus profuerunt. De hoc Actuū. viij. dicitur. Facta eſt
perſecutio magna Hieroſolymis: et oēs diſperſi ſunt
per regiones. Unde etiam deus videtur de eis dixiſſe il
lud Geneſis. xlix. Diuidam eos in Iacob et diſpergam
eos in iſrael. Tales autem qui ſic ad vtilitatem aliorū
ad predicandū et ad regendum: ad militandum et ad
alios iuuandum: ad peregrinandum et ad bona ope-
ra faciendum diſpergūtur finaliter ad deum: et a deo
in paradiſo congregabuntur: vbi ſimul perpetuo leta
buntur ps. Diſperſiones iſraelis congregabit. Et Io
hannis. xj. xp̄us inquit Moriturus ſum non ſolū pro
gente: ſed vt filios dei qui erant diſperſi congregarem
in vnuʒ. Multa autē de talibus diſperſionib⁹ poſſunt
dici ſed nullas alias autoritates repperi de diſpergere
in ſignificato bono. Iſta eſt ergo diſperſio virtuoſa que
fit cum diuitie diſtribuunt̃. ¶ Secūdo dico φ eſt diſ- B
perſio vitioſa que fit cum cōcordie deſtituūtur. Sicut
enim vnitas cōmendat̃: q: oia coniūcta fortius conua
leſcunt. Sic diuiſio et diſperſio illaudabilis eſt: quia
omnia ſegregata et diſperſa facilius deficiunt et eua-
neſcunt. Sic proculdubio dicam in moribus hominū
q̄ diu ſimul per caritatem iuncti et vniti ſunt vigent:
preualent et fortificant: Si vero per diſcordias et odia
diuiſi ſint et diſperſi: ſtatim debilitantur et per diuer
ſa vitia deſtruuntur. In bellis enim ⁊ cōflictibus ma-
xime nocet diſperſio: ⁊ ideo ſapiens dux ſumme ſtudet
aduerſarios ſimul iunctos ad inuicē diſpergere ⁊ ſciñ
gere: q: ſic conſueuit de eis facilius triūphare quod be
ne ſupponitur. ij. Reguʒ. xviij. vbi cauſam reddēs quo
modo abſalon et totus iſrael a paucis dauid militib⁹
fuerunt victi dicit. Fuit autem ibi prelium diſperſum
ſuper faciem omnis terre et mortui ſunt. xx. milia. Sic
vere dyabolus qui ſecundum veritatem dux eſt contra
nos potentiſſimus. et ad nocendum ſagaciſſimus: in
prelio tentationum: quod continue agit contra nos:
appetens triumphare: nos pro poſſe diſgregat: et diſ-
pergit. Et ſic faciliter nos ſuperat atq; vincit. Iſta eniʒ
eſt cautela lupi: quia ſcilicet ſi duos boues vel equos
ſimul inueniat paſcentes quaſi ludendo ipſos ab in-
uicem diſpergit et ſeparat: et poſt ſigillatim ipſos inua
dit et vorat. Sic dyabolus ſocietatem et vnitatem an
te omnia nititur rumpere: vt de diſperſis valeat tri-
umphare. Iohannis. x. Lupus rapit et diſpergit
oues. Et ſi volumus poſſumus notare: quod triplex

Ayuntamiento de Madrid

eſt mala diſperſio quā diabolus in nobis ꝓcurat. ſcilꝫ
Diſperſio diſtractionis qua quis diſgregatur.
Diſperſio diſſenſionis qua quis ab altero ſegregaẗ.
Diſperſio diffuſionis qua quis ad vitia dilataẗ.

¶ Prima eſt diſperſio ꝓprie integritatis.
Secunda eſt diſperſio fraterne cōmunitatis.
Tertia eſt diſperſio ancxu diuinitatis.

C Igitur dico ꝙ eſt diſperſio ꝓprie diſtractionis qua quis exterius diſgregatur. Et iſta ꝓprie nihil aliud eſt ꝙ̄ euagatio mentis circa bona exteriora: ⁊ receſſus ab illa integritate qua quis ſeipſo contentus ſolū deū appetebat: ⁊ ſic vnus cū vno. ſimplex cum ſimplici: et integer cū integro permanebat. Dicūt eñ naturales ꝙ virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. Et ratio eſt: qꝛ om̄is res euaporatiua quāto magis diſpergiẗ: tāto amplius debilitatur. Patet in fumo ſuperius aſcendente et ſemper ſe per aera diſpergente: et finaliter deficiēte. Patet in ſpiritu viſiuo: qui ad aſpectuꝫ obiecti valde luminoſi attrahitur: et exterius diſgregatur ⁊ diſpergitur. ⁊ ſic quādoqꝫ penitus perit ⁊ extinguiẗ: ita ꝙ hō aliquotiēs excecatur. Etiā hauſtus aeris nimis calidi ſicut eſt illorū qui in fornace vel in balneo moriuntur. virtutē interiorē facit diſpergi: qꝛ ſcꝫ calor exceſſiu⁹ exterior: interiores ſpūs cordis facit diſpergi ⁊ exaltari: ⁊ ſic neceſſe eſt hominem ſtatim mori Sic mortuus eſt Plinius phūs. dum nauigans per mare nimis appropinquare voluit ad montē ethna qui eſt mons in Sicilia ſemper ardēs certius cauſas incendij contemplari volens: ibi pre caliditate aeris ſpiritū exalauit. Sic etiam mortui ſunt illi milites romani: de quibus facit tytus liuius mentionē Quod cū ciuitas illa que prius romanorū erat hanibali romanorū hoſti ſe proditioſe traderet romanos milites qui eis erant in preſidio ceperūt ⁊ fauore dicti hanibalis. tādiu in balneis tenuerunt: ꝙ pre calore diſperſo et euaporeſcente ſpiritu vitali: animas exalarunt. Sic fit vere in moribus. qꝛ ois procerto virtus ſpiritualis ſcꝫ gratia ⁊ deuotio: ⁊ etiaꝫ ipſa virtus animi naturalis ſcꝫ intellectus et affectio: tunc tēporis prorſus perit et cōfunditur. qn̄ cooperāte calore auaricie exterius: ad terrena per affectus ⁊ complacentias diſpergitur: et ibidē fluctuans. dimiſſis interioribus diuagatur Quādo eñ recludiẗ et recolligiẗ in ſeipſo: et de exterioribus nihil curans circa menteꝫ et interiora ſolummodo occupaẗ: tūc virtutes eius in melius conſeruātur. Mens vero ſua ſi circa appetitus exteriorū ſe diſpergit: ſemper ad inania euaporabit: et finaliter per diſperſa vitia diſperibit. De tali ergo diſperſione loquiẗ dauid in ps. dicēs in perſona peccatoris. Circūdederunt me vituli multi. i. demones vel laſciui hoies atqꝫ mali: aperuerūt ſuper me os ſuū ſicut leo rapiens ⁊ rugiens: ſupple in tentando ⁊ ad malū inducēdo. ⁊ ſic ſequiẗ. ſicut aqua effuſus ſum: ⁊ diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Oſſa dico. i. tota fortitudo ⁊ virtus interior cordis mei. Iſta potiſſime apparēt in religioſis: qui interiora ſcꝫ conſcientiā ⁊ clauſtrū dimittūt: ⁊ affectus ſuos ad exteriora mundi negocia diſpergunt: et ſic ſpiritualiter pereunt. Inſuper auari ⁊ ſuperbi ſiunt ita ꝙ dyabolo qui eos ſic diſpergit pōt dici illud Eſa. xlj. Triturabis inquit montes et comminues ⁊ colles quaſi puluerē pones. i. religioſos ⁊ clericos: ſuperiores et inferiores qui debēt eſſe contēplatiui ⁊ alti. Sequiẗ Et ventilabis eos et ventus tollet eos. Et iō talē eccleſiaſticorꝫ diſperſionē et diffuſionē circa terrena plāgit hieremias flebiliter Tren. iiij. dicēs. Quō inquit obſcuratū eſt aurū mutatus eſt color optimus: diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite oim̄ platearū. Unde rogo te quō lapides ſanctuarij ſcilꝫ religioſi. clerici. prelati. hodie diſpergūtur in capitibus oim̄ platearū. i. in foris audientijs. nūdinis et mercatis. villis ⁊ plateis: regiꝫ domib⁹ et curijs: diſperſos inuenies oēs tales. De tali ergo diſperſione et euagatione mentali pōt dici illud. Sap. xvij. In obſcuris peccatis: tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt. Et bene dicit obliuionis. quia vere poſtqꝫ homo ad mūdi negocia taliter eſt diſperſus ipſe obliuiſcitur ſe ⁊ deum: ita ꝙ nunqꝫ amplius per ſe ad perfectionē priſtinā reuertiẗ niſi a dn̄o reducatur ps. Edificans hieruſalē dn̄s diſperſiones iſrael ꝯgregabit. Patꝫ ergo ꝙ eſt diſperſio ꝓprie diſtractionis qua quis exterius diſgregatur ſeu etiā euagatur.

¶ Adhuc D dico ꝙ eſt diſperſio anxie diſſenſionis qua quis ab altero ſegregatur. Et talis diſperſio nihil aliud eſt ꝙ̄ ab inuicem diuiſio: charitatis ⁊ vnitatis ruptio ⁊ odij et inuidie. diſcordie ⁊ malicie diſiunctio. ⁊ ſingularitatis introductio: ⁊ a charitatiua ſocietate ⁊ ꝯcordia ſeparatio. Unde. j. Regū. xj. de tali diſcordi diſperſione dꝛ ſic. Reliqui diſperſi ſunt ita vt non inuenirētur duo pariter. Iſta potiſſime apparent in falſis amicis qui ſtatiꝫ ꝙ vident alicui tribulationē venire. ſolent ab eo fugere ⁊ diſpergi. iiij. Regū. xxv. Bellatores qui erant cū rege diſperſi ſunt Un̄ de falſa amicicia taliū pōt dici illō hier. xiij. Implebo oēs habitatores hieruſalē ebrietate: ⁊ diſpergā eos virū a fratre ſuo: ⁊ patres ⁊ filios pariter. Et ſi vis potes notare ꝙ talis odioſa diſperſio fit:

Quandoqꝫ ex defectu paſtoris.
Quandoqꝫ ex impulſu raptoris.
Quandoqꝫ ex exceſſu furoris.
Tunc enim grex ſolet diſpergi et perdi.
Quando a paſtore nō bene regitur.
Quando a raptore impulſus angitur.
Quando a furore rabidus agitur.

Sic vere dico ꝙ in grege fidelium generatur diſperſio odij: diſcordie et parcialitatis: ⁊ ire propter defectū prelati qui neſcit regere. zach. xiij. ⁊ Math. xxvj. Percutiā paſtorē ⁊ diſpergenẗ oues gregis. Item propter impulſum detractoris vel dyaboli qui ſolet augere ſeu etiaꝫ ꝑ̄ſūgere. Unde illud predictū Joh. x. Lupus rapit ⁊ diſpergit oues. et Ezech. xxxiiij. dicit de ouibus Quod diſperſe fuerant in die nubis ⁊ caliginis. Nubes eñ ⁊ caligo ſignificāt tentationē dyabolicā ⁊ vitia detractorum que ſemper fiunt in obſcuro. i. in abſcondito ⁊ ſecreto. Item propter furoris. i. exceſſum ꝓprie malicie et inuidie: que ſolet eos vigere ſeu qꝛ ſcꝫ multi ſunt ita peruerſi atqꝫ ſuperbi ꝙ voluntarie ſe dipergunt ⁊ ſeparant a ſocietatibus aliorū. Luce. j. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Iſta eſt ergo diſperſio anxie diſſenſionis qua quis ab altero diſgregatur.

¶ Denique vero dico ꝙ eſt diſperſio noxie diffuſiōis qua quis ad vitia dilatatur. E Et iſta eſt quādo hō ab altitudine mentis quam timor introducebat diuinus dilatatur ⁊ diſpergitur: ⁊ ad diuerſa vitia relaxatur. Et ſic nota ꝙ

Quidā diſpergūtur ad acquirendū nocuas facultates
Quidā diſperguneẗ ad obtinendū arduas dignitates:
Quidā diſperguẗ ad exquirendū fatuas vanitates.
Quidā diſperguẗ ad aſſumendū viduas voluptates.

Viduas dico ideſt ſteriles. Primi ſunt illi qui ſectanẗ auariciā. figurati in filijs iſrael. Exo. v. De mandato pharaonis diſperſi ſunt per vniuerſaꝫ terrā egypti ad paleas colligendas. Palee enim deſignāt temporalia que more palee faciliter deſtruuntur. Secundi ſunt illi qui appetunt excellentiam. iij. Regum. xxij. Vidi cunctum iſrael diſperſum in montibus. Tertij ſunt illi qui cupiunt vanam gloriam et iactantiam zach. ij. Diſperſi vos in quattuor ventos. Quatuor enim venti ſignificant vanitates que ſunt in quatuor climatibus mundi. Quarti vero ſunt illi qui ſequūtur gulam et caſtrimargiam. Pſalm̄. Ipſi diſperguntur ad manducandum: ſi vero non fuerint ſaturati murmurabūt Sic igitur patet quomodo eſt triplex mala diſperſio: videlicet.

Diffuſionis dilatiue.
Diſſenſionis ſegregatiue.
Diſtractionis diſgregatiue.

¶ Et hoc eſt ſecundum principaliter tactum. Oſtenditur ergo diſperſio vitioſa que fit cum cōcordie deſtituuntur. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ eſt diſperſio doloroſa: que fit cum blandicie longe pelluntur. Et

iſta ſcꝫ

Ayuntamiento de Madrid

iſta ſcꝫ eſt illa diſperſio qua deus malos ab inuicē diuidit: et a preſentibus ꝯſiderationibus ⁊ amicicijs quas inter ſe habēt: ⁊ a mūdi delectamētis quibꝰ ſimul gaudent: per tribulationē ⁊ mortē ſegregat ⁊ diſpergit. ps. Diſperge illos in virtute tua: ⁊ depone eos protector noſter domine. Deus enim diſpergit malos quicꝙ per preſentem captiuitatē quā immittit ſicut patet in iudeis per vniuerſum orbē diſperſis in vindictā mortis xpi. Baruc. iij. In captiuitate noſtra ſumus: qua nos diſperſiſtis in improperiū ⁊ maledictū. Quādoꝙ etiā diſpergit eos per mortem: quādo ſcꝫ vnū poſt aliū ad infernū tranſmittit. Hiere. xlix. Diſpergā eos in omnes ventū. Et illud predictū Eſa. xlj. Ventꝰ tollet eos: ⁊ turbo diſperget illos. Patꝫ ergo quō triplex principaliter inuenitur diſperſio. Vide vbi diuidere et ſeparare. ⁊c.

A **Diſperire.** Nota ꝙ eſt diſperitio qua diſperitur hō per culpā temporalē et miſeriam. Et alia qua diſperitur per eternalē penā. Sed vt breuiter tranſeam notabo ꝙ omnia pecatorum genera finaliter diſperiuntur et maxime ſcilicet

Illi qui veſtiuntur diuitiarum veſte.
Illi qui imbuuntur maliciarum reſte.
Illi qui corrumpuntur deliciarum peſte.
Illi qui abutuntur iuſticiarum fuſte.

Dicam ergo ꝙ diſperiri digni ſunt illi qui ſunt diuitijs opulenti ſcꝫ mali diuites. De quibus dr̄ Soph. j. Diſperierūt omnes inuoluti argento. Sequit̄ in fine. Argentum et aurū eorum non poterit eos liberare in die ire domini. Item diſperiri digni ſunt malicijs fraudulenti ſcilicet falſi homines ⁊ malicioſi. Unde Tren. v. Contenebratum eſt cor meum propter montē ſyon quia diſperijt. vulpes ambulauerunt in eo. Vulpes inquit ideſt fallaces. Item diſperiri merētur illi qui ſunt delicijs temulenti ſeu feculenti. ps. Diſperierunt in endor: facti ſunt vt ſtercus terre. Item diſperiri merētur illi qui ſunt in iuſticijs virulenti. Pſal. Iniuſti autem diſperibunt: ſimul reliquie impiorum interibunt ⁊c. Vide infra de Perire. Sufficit.

A **Diſplicere.** Nota ꝙ eſt diſplicentia dei. Iuſti ⁊ impij nam deo diſplicet omnis iniquitas. Nam iuſto diſplicet ſcelus ⁊ prauitas. Nā malis diſplicet virtus ⁊ bonitas. Eſt ergo diſplicentia dei qua ſibi diſplicent malorū opera. Altiſſimus enim odio habꝫ peccatores: ſicut dicit Eccli. xij. Et ideo nō mirum ſi eorum opera ſibi diſplicent cum ſint mala. Unde. ij. Reg. xj. dicitur. Quod cum dauid proditioſe occidiſſet vriam et vxorem eius fedaſſet: diſplicuit verbuꝫ hoc quod fecerat dauid coram domino. Et merito quia dauid erat rex et propheta: et a domino expreſſe promotus ad regnum: quia ſcilicet plus diſplicēt deo opera magnorum hominū ꝙ paruorū prophetarū. i. ſacerdotum ꝙ ſecularium: ⁊ ſenum etiam magis ꝙ iuuenum: ⁊ maxime quando inuenit eos ingratos ſuorū beneficiorum. Sicut enim dicit Auicenna. Minus nocet punctura apum iuuenum ꝙ ſenū. Plus etiam ledunt ſerpentes de die ꝙ de nocte. Sic vere deum plus offendunt et et plus diſplicent ſenes et prouecti male facientes ꝙ iuuenes: et plus diurni ꝙ nocturni ideſt plus clare videntes et ſapientes ꝙ ſimplices ⁊ ignorātes. Deo ergo diſplicet actus carnalis immundicie: ſicut hic in Dauid vxorem alienam fedante. Actus preſumptionis et ſuperbie qui fuit in dauid populum numerante De quo. j. Paralip. xxj. dicitur. Quod diſplicuit deo et percuſſit iſrael. Actus infidelitatis et incōſtantie. Eccleſiaſtes. v. Diſplicet ei infidelis ⁊ ſtulta promiſſio. Iſta eſt ergo diſplicentia dei qua ſibi diſplicēt malorū opera: ¶ Eſt etiaꝫ alia diſplicentia qua iuſtis

B diſplicent propria ſcelera. Sicut enim infirmo plus diſplicet propria infirmitas ꝙ aliena et hoc quia melius ſentit illam. Sic iuſto plus diſplicet peccatuꝫ proprium ꝙ alienum. Ceruus enim fel habꝫ in inteſtinis circa feces: ſm̄ Auicennam. Sic iuſtus fel iracundie: indignationis et diſplicientie ſue debet magis habere erga feces proprias ideſt erga propria delicta ꝙ alibi. Ezechie. xxxvj. Recordabimini viarum veſtrarum peſſimarum: ſtudiorumꝙ non bonorum et diſplicebūt vobis iniquitates veſtre. Et reuera iuſtis diſplicent iniquitates non ſolum ille quas cōmiſerunt: immo etiaꝫ ille quas actualiter committunt. Valde enim diſplicet iuſto cum ex tentatione labitur in peccatuꝫ. Talis enim differentia eſt inter iuſtum et impium peccantes ſicut inter fulgur et lapidem deſurſum ad terrā cadentes. Lapis enim impetuoſe ⁊ directe cadit cum nō habeat aliquod retinaculum quod impediat eius caſum. Eſt enim frigidus et ſiccus: que ſunt qualitates que ad centrum inferius habent motum. Fulgur autē non directe nec ſine reuolutione cadit: immo circunflexuoſe nunc ſurſum: nunc deorſum. nunc dextrorſuꝫ nunc ſiniſtrorſum flectitur: ita cuꝫ quadā diſplicentia proprie nature inferius deſcendit. Nam et ſi pondus proprie terreſtritatis cum ſit de terreſtribus vaporibꝰ inflāmatis ipſum inferius detrahat: vis tamen ignea que iſtud ſurſum pro viribus eleuat iſtum deſcenſum impedit et retardat. Sic vere dico ꝙ peccator qui totꝰ eſt terreus: grauis ſcilicet ⁊ ponderoſus: frigidus et indeuotus: quando peccando labitur: directe ſine conſideratione et diſplicentia cadere cōprobatur. Iuſtus vero propter igneum caritatis caloreꝫ quem habebat: et ſi pondere tētationis ad peccatū pellitur cum quadā tamen circūflexione: conſideratione et dolore ab impetu retardatur: et cum quadā diſplicentia ad peccatum deſcēdere comprobatur. Ezech. xx. Diſplicebitis vobis in cōſpectu veſtro in omnibus malicijs veſtris ⁊c. Iſta eſt ergo diſplicentia qua iuſtis diſplicent propria ſcelera. ¶ Tertio eſt diſplicentia qua malis diſplicent virtutum munera. Sicut enim iuſtis diſplicent oīa vitioſa: ſic malis omnia virtuoſa. Unicuiꝙ enim rei diſplicet ſuum contrarium. Et ideo dicit Sene. lib. de moribus. Malis diſplicere laudari eſt Et ideo Eccli. xxj. dr̄ Verbuꝫ ſapiens iuſtus laudabit. Audiuit luxurioſus ⁊ diſplicebit ei. Patet ergo ꝙ eſt diſplicentia dei: iuſti et impij ⁊c. Vide infra de Placere. C

**Diſponere.** Res bene diſpoſita dicitur que bene in ſuis quantitatibus ordinatur: ⁊ que vltra debitā rationē nō minuit nec auget Eſt igitur diſpoſitio idem quod ordinatio ⁊ prouiſio regularis et cuiuis ad ſtatum debitum reductio. Breuiter ergo notabo ꝙ ī ſcriptura ſacra fit mentio de diſpoſitione diuina: et de diſpoſitione humana. Deus eniꝫ et diuina ſapiētia. vel occulte vel manifeſte omnia diſponit: ⁊ ſiue ſint naturalia ſiue ſpiritualia: ſiue fortuita et accidentalia: omnia ordinat et componit. Sapiētia enim ſeu prouidentia diuina eſt illa que ſicut dicit Sapie. viij. attingit a fine vſꝙ ad finem fortiter ⁊ diſponit omnia ſuauiter. Domus enim que per rationē regitur: neceſſe eſt ꝙ per patremfamilias principaliter diſponatur ꝙuis ſub ipſo per ſubſtitutos miniſtros in minoribus gubernetur. Sic vere domus et regimē mūdi per deum principaliter ſicut per principalem dominum diſponitur. ꝙuis ipſo ordinante per ſubſtitutos miniſtros ſcilicet angelos: ſtellas: qualitates elementorum voluntates hominū adminicula maiorum ſecundario miniſtretur Sapie xij. Cum ergo ſis iuſtus iuſte omnia diſponis. Igitur notabo ꝙ a diuina ordinatione et prouiſione prouenit. A

Diſpoſitio naturalis.
Diſpoſitio ſpiritalis.
Diſpoſitio ſupernalis.

Prima fit in rebus exterioribus. et hec eſt illa qua deꝰ diſponit viciſſitudines temporum. variationes reruꝫ mutationes et tribulationes regnoruꝫ: de qua dicitur. Sapientie. xij. Tu autem dominator virtutis cum trāquillitate iudicas: et cum magna reuerentia diſponis nos. Diſponit enim nos deus quantum ad exteriora regimina mediantibus angelis miniſtrantibus planetis influentibus: prelatis regentibus: magiſtris B

Ayuntamiento de Madrid

inſtruentibus vt dictũ eſt. vñ Eccleſ. iij. Vidi afflictionem quã dedit deus filijs hoĩm vt diſtendãtur in ea: cuncta fecit bona in tempore ſuo: ⁊ mundũ tradidit diſpoſitioni eorũ. Prima ergo dei diſpoſitio fit in rebus exterioribus. ¶ Secunda dei diſpoſitio fit in rebus interioribus ſcȝ diſponendo homines ꝗtum ad mores. Deus enim diſponit hominẽ per gratiã vt tandẽ fiat abilis ad gloriã. Actus enim actiuorũ ſunt in patiẽte prediſpoſito: ⁊ ad hoc ꝙ forma in materiã introducat neceſſe eſt ꝙ antea diſponat. Sic ad hoc ꝙ deus introducat in hominem gloriã: neceſſe eſt ꝙ ipſum diſponat primitus per gratiã. Tali ergo diſpoſitioni cooperatur ſapiẽtia: ſicut lucerna Eccl. xix. Sapiẽtia diſpoſitio legis eſt. Lex diuina ſicut regula Act. vij. Accepiſtis legẽ in diſpoſitione angelorũ. Tribulatio ſicut ferula Sap. iij. In paucis vexati: in multis bene diſponẽtur. Iſtis ergo cooperantibꝰ deus per gratiã hoĩem diſponit: ⁊ ſic in eo finaliter gratiã introducit ps. Diſpoſui teſtamentũ electis meis. Gratia eñi dei teſtamẽtũ dicit: eo ꝙ eius virtute hereditas glorie reputat. Iſta eſt ergo tertia diſpoſitio que fit in rebꝰ ſuperioribꝰ. ſ. in gloria eterna: quam ipſe ordinauit ⁊ diſponit nobis dare Luc. xxij. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ: vt edatis et bibatis ſuper mẽſã
C meam in regno meo. Iſta eſt igitur diſpoſitio diuina. ¶ Secundo dico ꝙ eſt diſpoſitio humana. Et iſta eſt vel paſſiua vel actiua. Paſſiua dico que eſt qñ quis eſt moraliter bene diſpoſitus: vt pote qñ non eſt grauatꝰ vitijs vel infirmus. Unde etiam diſpoſiti dicunt iuſti: qñ in edificio eccleſie in locis ſuis ⁊ ſtatibus ſm virtutes et merita ſunt debite ordinati Heſter. j. Super pauimentum deſpoſiti erant quod mira varietate pictura decorabat. Actiua vero iuſtorum diſpoſitio eſt illa qua iuſti diſponunt virtualiter ſe et ſua. Eſt igitur diſpoſitio nomen.

Auctoritatis.
Sagacitatis.
Utilitatis.

Auctoritatis dico qr ſcȝ diſpoſitio de ſubditis: de eccleſia: vel de regno pertinet ad ſuperiorẽ. Unde de bono prelato poteſt intelligi illud. Thob. v. Credo ꝙ bonus angelus domini comitet ei: et bene diſponat omnia que circa eũ geruntur. Sagacitatis etiam. quia ſcȝ bene diſponere negocia pertinet ad prudentem. ij. Paral. vij. Compleuit Salomon oia que diſpoſuerat. Utilitatis inſuper: quia ſcilicet in omni negocio valde eſt vtilis diſpoſitio ⁊ ordinatio bona. ij. Para. xxx. Steterunt ſcȝ leuite in ordine ſuo ſm diſpoſitionem et legem moyſi. Notabo ergo ꝙ nos debemus bene et modeſte nos diſponere.

Ad debellandum hoſtes viriliter.
Ad gubernandum vitam ſalubriter.
Ad contemplandum celum ſubtiliter.
Ad ordinandum verba ſagaciter.
Ad gubernandum domum vtiliter.
Ad regulandum plebem ciuiliter.
D Ad occupandum celum finaliter.

Igitur diſponamus nos ad hoſtes viriliter impugnãdum. Prouer. xxiiij. Cũ diſpoſitione initur bellũ ſalus autem vbi multa conſilia. Item ad viam ſeu ad vitam ſalubriter gubernandũ. Prouer. xvj. Cor hominis diſponit viam ſed domini eſt dirigere greſſus. Itẽ ad celũ ſubtiliter contemplandũ. ps. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrimarum: in loco quẽ poſuit. Aſcẽſio enim contẽplationem ſignat. Item ad verba ſagaciter ordinandũ ps. Iocundꝰ hõ miſeret ⁊ comodat diſponet ſermones ſuos in iudicio. Itẽ ad domũ vtiliter regulandum. Domũ dico ideſt familiam vel ꝯſcientiã vel ſubiectam patriam: curiã: vel eccleſiam Yſa. xxxviij. Diſpone domui tue: qr morieris tu et non viues. Item ad plebem ciuiliter gubernandum. ſicut apl's faciebat Tytũ. j. Reliqui inquit te crete vt ea que deſunt ordines: et conſtituas per ciuitates preſbyteros ſicut ⁊ ego diſpoſui tibi. Item diſponuntur ad celum finaliter poſſidendum et vendicandum. Unde illud Luc. xxij. Pater meus diſpoſuit vobis regnum ⁊c. Sic ergo patet ꝙ ſunt diſpoſitiones quedã pertinentes ad deuȝ. Et quedam pertinentes ad iuſtum. ¶ Sed ſi vis dico ꝙ ſunt quedã pertinẽtes ad impiũ. Impij enim ordinãt ⁊ diſponunt machinãtur et cogitant ſemper malũ: ⁊ illa ꝗ ſunt deo contraria ⁊ ſaluti. ſicut dicit in ps. Aduerſũ te teſtimoniũ diſpoſuerunt tabernacula ydumeorum et yſmaelite. et illud. j. Macha. j. In diebus illis exiuerunt ex iſrael viri iniqui. et ſuaſerunt multis dicentes Eamus et diſponamus teſtamẽtũ cum gentibꝰ. i. gẽtibꝰ que circa nos ſunt ⁊c. Patet ergo quomõ ſm ſcripturam diſpoſitio ſumitur multis modis.

**Diſputatio.** Nota ꝙ diſputatio nihil aliud eſt ꝗ diuerſorũ opinatio. varia aſſertio: et verbalis diſceptatio. allegatio ⁊ altricatio. Fit ergo diſputatio. A

A bonis vt cognoſcatur veritas.
A malis vt aſſeratur falſitas.
A multis vt oſtẽdatur vanitas.
A ſanctis vt moueatur bonitas.

Boni ergo diſcant ad cognoſcendũ ⁊ inueſtigandũ rerũ veritatem ſic diſputauit ſalomon ſuper lignis a cedro vſq ad yſopum. Sicut dicit: iij. Reg. iiij. Sicut etiã dr de paulo Act. ix. ꝙ loquebatur gentibus ⁊ diſputabat cum grecis. Mali diſputant ad falſitatem aſtruendũ aſſerendum et ſuſtinendũ. ſicut de iudeis dicitur Act. vj. ꝙ ſurrexerunt de ſinagoga diſputãtes cũ ſtephano et non poterant reſiſtere ſapientie ⁊ ſpiritui qui loquebatur. Multi diſputant ad vanitatem ſectandũ ⁊ oſtẽtandum. ſicut ſunt vani et glorioſi qui ſolũ ad hoc diſputant ⁊ nouas ⁊ friuolas opiniones fabricant: vt ſubtiles ⁊ magni clerici videant eccl's. vj. Verba ſunt plurima in diſputãdo habẽtia vanitatẽ. Sancti diſputãt ſcȝ cũ deo ad ſuã voluntatẽ perſcrutandũ ⁊ ad propriã fragilitatẽ allegandũ. ſicut Iob. xiij. Ad oĩpotentẽ loquar ⁊ diſputare cũ deo cupio. ⁊ Iere. xij. Iuſtꝰ es domine ſi diſpu. te. ſufficit. Unde de contradicere.

**Diſtare.** tia. vbi differre ⁊ diuidere ⁊c.

**Diſtinctio.** pone quõ in mundo ſunt diſtinctiones perſonarũ. In anima potentiarũ. In eccl'ia ſtatuũ. In ꝯſcientia meritorũ. In patria manſionũ ⁊c. Unde vbi diuiſio. ſeparatio. ſufficit ⁊c.

**Diſtribuere.** Nota ꝙ diſtribuere idem eſt qđ aliquid pluribus partiri ⁊ tribuere. ⁊ aliquid vel aliqua fideliter largiri ⁊ concedere. Pertinet ergo diſtributio ad iudicem qui equaliter diſtribuit conſilia. Ad principem qui equaliter diſtribuit officia. Ad platũ ꝗ equaliter diſtribuit bñficia Ad diſpenſatorez qui fideliter diſtribuit cõmunia. Ad creatorem qui hic diſtribuit merita et finaliter in celo diſtribuet eterna gaudia. Omnis ergo diſtributio facienda eſt equaliter non tamẽ qualitate quantitatiua ſed proportionabili. qr bene ſunt neceſſitates ⁊ merita attendenda. Sagaciter etiam ⁊ fideliter ps. Sorte diuiſit eis terrã in funiculo diſtributionis. Natura enim mediante ſtomacho diſtribuit membris ſingulis alimenta. Omnia etiã corpora liberaliter diſtribuunt et cõmunicant bona ſua: Sic vere nos debemus libenter bona noſtra tam tẽporalia ꝗ ſcientialia. ꝗ etiam ſpiritualia alijs diſtribuere et eos pro poſſe dulciter refouere. ij. Paral. xxxj. Diſpoſiti erant viri qui partes diſtribuerent vniuerſo ſexui. Et bene dicit vniuerſo ſexui quia ſcilicet prouectiores diſtribuunt doctrinam ⁊ ſpiritualia ſimplicibus. Simplices vero et maxime diuites ſeculares. diſtribuere debent temporalia bonis religioſis et doctoribus. et viris ſpiritualibus. Plinius enim ponit lib. ix. ca. xxxvij. ꝙ pinna que concharũ eſt ſpecies fingens ſe mortuaȝ piſciculis ſe aperit ad lune ſplendorem et cum ipſis plenam ſe ſenſerit protinus ſe claudit. ⁊ coniugi ſuo predã diſtribuit ⁊ exponit. Inter coniuges ergo. ⁊ inter ſocios ⁊ amicos. ⁊ maxime inter populos chriſtianos: fidelis et diſtributio facienda: et bona que vnus acquirit ſunt alteri fideliter diuidẽda Eccl' i. xxxij. A

Ayuntamiento de Madrid

Eccleſiaſtici.xxxiij. Tempore exitus diſtribue heredi
tatem ⁊c. Uide infra de diuidere ⁊ vbicunq; ſit mētio
de communione.

A **Diuertere.** Nota ꝙ diuertere idē eſt quod
deorſum: ſeu diſtrorſum ſeu de
aliquo loco vel itinere ſe auertere ſeu a loco aliquo de
clinare. Eſt ergo diuertere.
Quandoq; actus prudentie. Actus dico pru-
Quandoq; actus ſtulticie. dētie: vtpote qñ
Quandoq; actus clementie. homo declinat
⁊ diuertit a peccatore: a via periculoſa ⁊ mala. ps. Di-
uerte a malo ⁊ fac bonum. Et ſic prudenter vr egiſſe:
populus iſrael: cui cū rex edom armatus occurreret
ne tranſiret: diuertit ab eo iſrael: ⁊ alibi queſiuit ſibi
viam: vt plane hr̄. Nume. xx. Actus etiā eſt qñq; ſtul-
ticie: ⁊ hoc eſt qñ quis ſe diuertit a bono: vt ſe conuer
tat ad malum. Eccli. ij. Ue his qui perdiderunt ſuſti
nentiam: qui dereliquerunt vias rectas: ⁊ diuerterūt
in vias prauas. Actus etiam inſuper eſt quādoq; cle-
mentie: ſicut de clemēte ⁊ adiutore deo: et de ioſeph
captiuo dicit in ps. Diuertit ab oneribus dorſū eiꝰ.

A **Diuerſitas. diuerſus.** Nota ꝙ di-
uerſitas nō
ſolum ſignat multitudinem immo etiam multitudi
nem in quadam contrarietate manentē. Eſt ergo di-
uerſitas idem quod contrarietas: multiplicitas ⁊ va
rietas. Et eſt diuerſitas contraria vnitati: paci cōcor-
die ⁊ integritati. Et ſic diuerſitas ſignificat.
Rerum varietatem.
Rerum multiplicitatem. quitatem. Rex
Diſcordem contrarietatem. dico varietatē
Fallacem dubietatem ſeu ini- ſicut Job. xx. co-
gitationes varie ſuccedunt ſibi: ⁊ mens in diuerſa ra-
pitur. Rerum etiam multiplicitatem: ⁊ ſic ſumit cō-
muniter. ij. Para. v. Diuerſi generis muſicorum ⁊c.
Diſcordem etiam contrarietatem. Leui. xix. Non ſe-
res agrum diuerſo ſemine. Fallacem inſuper iniquita
tem. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera maiꝰ
⁊ minꝰ ⁊c. Deut. xxv. vide. s. de contra.

A **Diuitie.** Nota ꝙ in ſcriptura diuitie accipiun
tur duplici mō. ſ. in bono ⁊ in malo.
In bono enim diuitie idē ſunt qd̄ grē ⁊ virtutes q̄ ho-
minem faciunt ſimpliciter diuitē ⁊ ſecundū. Prouer.
xiij. Redemptio aīe viri ⁊ diuitie ſue. In malo vero di-
uitie ſignant bonoꝝ tēporaliū facultates: q̄ꝙuis de ſe
male non ſint: quia vidit deus cuncta q̄ fecerat ⁊ erāt
valde bona. Geñ. j. Dis eñ creatura dei bona eſt: ⁊ ni
hil reijciendū in ea ſm apl'm: dicunt tñ male: eo ꝙ ho
mines ipis male vtunt: ⁊ qꝛ ad malū finē ſuos poſſeſ
ſores deducūt: qñ. ſ. eis neſciūt vti: d̄ quibꝰ in. ps. Me
lius eſt modicum iuſto: ſup diuitias pctōꝝ multas
Poſſumus ergo notare ꝙ ſunt diuitie q̄ dn̄t deteſtari
⁊ ſunt diuitie q̄ dn̄t affectari. Sicut eñ diuitie virtuo
ſe q̄ dn̄t affectari ⁊ iſte ſunt grē ⁊ virtutes. De quibus
ꝓuer. x. Bñdictio dñi diuites facit. Sicut eñ aurum
facit hoīes tpalit diuites: ſic bñdictio diuine grē ipos
facit ſpūaliter locupletes: ⁊ ſicut ꝑ aurū multe alie di
uitie acquirunt: ſic ꝑ diuinā gratiam ꝟtutes plurime
generant. Et nota ꝙ diuina grā bñ dr̄ aurū: qꝛ. ſ. aurū
hꝫ ductilitatē: qꝛ ad voluntatē artificis dilatat: aurū
hꝫ ponderoſitatē: qꝛ ſup oīa metalla ponderat Aurū
hꝫ ſtabilitatē: qꝛ ſi ꝑcutit nullū ſonū emittere cōpro-
batur. Sic vere tales ſunt ſpūales diuitie. i. gratia dei
Ita enim habet.
Ductilitatem humilitatis ⁊ obedientie.
Ponderoſitatem maturitatis ⁊ prudentie.
Stabilitatē longanimitatis et patientie.
De iſtis ergo diuitijs dr̄. ꝓuer. x. Manus fortiū diui-
tias parat: ⁊ iterū. ꝓuer. xj. Robuſti habebunt diuiti
as. Multis tñ accidit de iſtis diuitijs ſicut accidit q̄-
buſdā formicis ethiopie: q̄ ſeruāt aurū in montibus
aureis: ⁊ ſunt in magnitudine vt lupꝰ egyptiacꝰ: ⁊ tā
te fortitudinis vt hoīeꝫ dilacerent quē inueniūt: aurūq;
qd̄ hñt tanto amore diligūt ꝙ ipm̄ nullus ſubtrahere
pōt. Sepe tñ accidit in eſtate ꝓpter calorē tpis ꝙ iſte
formice cauernas intrant: ⁊ ſic veniunt q̄ aurū ſubtra
hūt ⁊ inde portant: vt dicit Pli. Sic vere accidit hōi.
ꝙ multi boni aurū ſpūaliū diuitiaꝝ poſſident ⁊ ꝯſer
uant. Sepe tñ fit ꝙ adueniēte tpe pſperitat: eſtu aua-
ricie creſcēte: cauernas terre. ſ. amorē bonoꝝ terrenoꝝ
intrant: ⁊ ſic ab incolis. i. a demonibꝰ: eis ſpūales grē
diuitie ſubtrahūt: ⁊ gratijs ⁊ ꝟtutibꝰ paupant. Apo.
xviij. Una hora deſtitute ſunt diuitie tante. Nō ſic er
go: ſꝫ iſtas diuitias ꝯſeruemꝰ ⁊ totis viribꝰ ꝓcuremꝰ
ſicut dr̄ de ezechia. ij. Paral. xxxij. Fuit ezechias diues
⁊ inclitus valde ⁊ theſauros plurimos ꝯgregauit au
ri ⁊ argenti ⁊ lapidis precioſi ⁊ aromatū. In quibus
verbis oñditur ꝙ iſte diuitie ſpūales ꝑncipaliter ꝯſi-
ſtunt in tribus. ſ.
In caritatis ardore. Auri inquit.
In caſtitatis candore. Argenti
In bonitatis valore: lapidis precioſi.
Debemus igitur eſſe diuites per poſſeſſionē caritat B
⁊ amicicie: ⁊ hoc oſtendit cū dr̄ auri. Aurū eñ qd̄ ru-
bet ⁊ rutilat ⁊ alijs metallis ſupeminet: ſignat carita
tem q̄ inter oēs ꝟtutes obtinet ꝑncipatū: q̄ etiā colo-
rem igneū dr̄ retinere: in ꝙtū. ſ. admodū ignis corda
inflamat. vñ Joh. vidit. Apoc. j. filiū hoīs ꝑcinctū ad
mamillas zona aurea. Ad mamillas eñ circa pectus
i. in corde debemus habere zonā aureā caritatis: que
ꝓprie zona dicit: eo ꝙ ꝑ ipam corda ligant atq; ſtrin-
gunt. Multi tñ homines poſſunt dicere illō. Actuū.
iij. Argentū ⁊ aurū nō eſt mihi. Multi eñ carent ca-
ritatis auro: ⁊ ideo ſpūaliter pauperes efficiunt: qñ
nec deū nec ꝓximū diligūt: nec ab eo diligunt ſicut. n.
dr̄. ꝓuer. xix. Diuitie addūt amicos plurimos: a pau-
pere ⁊ hi quos habent ſeparant. Diuitie eñ caritat
⁊ amoris multos amicos generant ſcꝫ deū ⁊ ſanctos
⁊ etiā ꝓximos. Si vere hō paup. i. ſine caritate fuerit
tunc ab amicis iſtis derelictus erit. Habeat igitur au
rum caritatis ⁊ amicicie. vñ Apoc. iij. Suadeo tibi au
rum emere ignitū ꝓbatū: vt locuples fias. Adhuc di
co: ꝙ debemus eſſe ſpūaliter diuites: per poſſeſſionē
caſtitatis ⁊ pudicicie: ⁊ hoc oñditur cū dr̄ Argentum
Per argentum eñ qd̄ eſt candidū ⁊ quod manus tā
gentis non maculat neq; fedat: pudor ⁊ caſtitas deno
tat: q̄ alios non inficit nec inquinat: iuxta illud. pſal.
Eloquia dñi eloquia caſta: argentū igne examinatū.
Et reuera iſte ſunt magne diuitie ſpirituales. ſ. caſtitas
atq; puritas corꝑalis. Piper eñ naſcit cādidū atq;
planū: ⁊ q̄diu ſic ꝑmanet fructificare pōt ſi fuerit ſe-
minatum. Sarraceni ipm tñ in furno decoquunt ⁊ ſic
candorem ⁊ planiciē amittit ⁊ rugoſū efficit atq; ni-
grum: ⁊ virtutē fructificandi amittit. Sic vere cariſſi
mi q̄diu hō perſeuerauerit in candore caſtitatis: ⁊ in
planicie veritatis: tandiu pōt fructum bonoꝝ operū
ꝓcreare. Si vero igne concupiſcentie carnalis a ſara
cenis. i. a demonibus fuerit inflamatus: tūc candorē
continentie perdit ⁊ nigredinem male ꝯuerſatiōis ac
quirit: rugoſus per falſitatē efficit: ⁊ a fructu bonoꝝ
operū impedit. Iſti ergo nō hñt argentū idest cando
rem caſtitatis. vñ Eſa. j. Argentū tuū ꝟſum eſt in ſco
riam. Bene ergo cōſulit. ꝓuer. xxv. Aufer rubiginē
de argento ⁊ egredit vas puriſſimū. Iſte ſunt igitur
magne diuitie: qꝛ ſine iſtis fama hoīs nihil ē: ideo bñ
dr̄. Eccli. xxxj. Beatus diues q̄ inuentus eſt ſine ma-
cula. Habeamꝰ igit diuitias caſtitatis ⁊ pudicicie.
Deniq; habeamus diuitias bonitatis ⁊ excellētie qd̄
oſtendit cū dicit. Lapidis precioſi. Per lapides enim
precioſos quibus inter diuitias regias nihil nobiliꝰ
reputatur: virtus ⁊ bonitas denotat: valor ⁊ excellen
tia meritoꝝ cōparatur: quibus in theſauro dei nihil
carius vel melius: vel excellentius inuenit. Illos enī
qui habet diues eſt: iſtis qui caret pauper eſt. Talibꝰ
eñ lapidibus ornati fuerūt ſancti: ⁊ ideo plus ceteris
apud deum valuerunt. Ezech. xxviij. Omnis lapis



Ayuntamiento de Madrid

ꝓcioſus operimentū tuū. Iſti ergo fuerunt ſpūalit̄ diuites q.ſ. ꝟtutibus claruerunt. Iſte eñi diuitie regnant cū paupertate tꝑali: ⁊ econuerſo: ſpūalis paupꝑtas.i.carentia virtutū cū tēporalibꝰ diuitijs ſepe manet vñ puer.xiij. Eſt quaſi diues cum nihil habeat: ⁊ q̄ſi paupꝑ cū in multis diuitijs ſit. Iſte ergo diuitie ſpiritales.i.bonitas moralis ⁊ excellētia. Caſtitas carnalis ⁊ cōtinentia. Caritas mentalis ⁊ amicicia. Patꝫ
C ꝙ ſunt quedam diuitie ſpiritales. ¶ Secūdo dico: ꝙ ſunt quedam diuitie tꝑales: ⁊ iſte ꝓcerto ſunt in bonis bone ⁊ vtiles. In malis vero male ⁊ illaudabiles Bone ſunt eñi ⁊ meritorie ipſis bñ adminiſtrantibꝰ Male vero ſunt ⁊ damnatorie ipſas indebite ſeruātibus ⁊ amantibus. Auaris eñi ſunt diuitie valde dānabiles. Liberalibus vero ſunt vtiles ⁊ commendabiles. Sicut eñi ad ſenſum apparet: aliqua ſunt aliquibus valde vtilia: que valde ſunt alijs nociua. Amigdalus eñi ſm Pli. hoīes nutrit: qui vulpeꝫ ſi comederet interficeret ⁊ occideret. Semē etiā iuſquiami paſſeres paſcit: ⁊ hoīes occidit. Gūmi qđ dr̄ ferula murenas necat: quod tamē multos morbos in hominibꝰ ſanat. Sic reuera faciunt diuitie q vere alijs ſunt vtiles ⁊ fructuoſe. Alijs nociue ⁊ periculoſe. Quoſdā eñi ſanat a peccato per elemoſynas quas conferunt. Occidunt per peccatū rōne auaricie ⁊ ſupꝑbie: quas inducunt. Quoſdā vero interficiunt ꝑ tormentū fallacitatis ⁊ nequicie que iſtos comitant̄. Ideo dicit Ambro. Diſcant diuites non in facultatibus crimen eſſe: ſed in his qui vti neſciunt. Nā diuitie vt ſunt impedimēta reprobis: ita virtutū ſunt adiuuamēta ꝓbis. Aug. etiam dicit ſupꝑ. p̄s.lxviij. Quod diuites in affectione reprobat dñs: non in arca vel in domo. Non igitur cariſſimi diuitiarum poſſeſſio: ſed caruꝫ amor ⁊ affectio reprobatur iuxta illud. p̄s. Diuitie ſi affluant nolite
D cor apponere. ¶ Et ideo poſſumus notare: ꝙ diuitie quantum ad affectū debēt deteſtari multiplici ratione: videlicet quia faciunt.

Mentem eſurire.
Corda ſupꝑbire.
Lites ſuboriri.
Laborem ſubiri.
Celum denegari.
Deum non amari.

Contemnamus ergo diuitias: quia ꝓcerto dico: ꝙ iſte faciunt mentem eſurire. Diuitie enim ſi amant̄: nunꝙ̄ ſatiant cor humanum: ſed ipſum ad plus habenduꝫ ⁊ acquirendum amplius excitant ⁊ inflāmāt. Hydropicus eñi quanto plus potat tanto plus ſitit. Canis etiam hꝫ inſatiabilē appetitū. Illum etiā quē ſitula ſerpens momorderit vſqꝫ ad mortem eū ſitire facit. Venenū eñi ſubtile corpori effuſuꝫ tantū ardorē ſitis generat: ꝙ vſqꝫ ad mortem patientem grauat ⁊ cruciat ⁊ flagellat. Reuera cariſſimi ſic accidit habentibꝰ et amantibꝰ diuitias. Iſte eñi ſunt in eis ſicut quoddaꝫ venenum: qđ ſitis ardorē ⁊ appetituꝫ habendi multiplicat ⁊ augmentat. Diuitijs eñi acquiſitis non ſatiant̄: ſed cruciantur: non replent̄ ſed vacuantur: nō delectant̄ ſed moleſtant̄ Quanto eñi de eis plus acq̄rūtur tanto amplius appetunt ⁊ exquirunt. Ideo tales quibus nihil ſufficit ꝓprie diuites nō ſunt. Quia ſm Señ. Diues eſt non qui magis habet. Sed qui minus cupit. Sufficientia eñi diuites facit. Nā vt dicit idē in epl̄a. Qui ſibi ſatis eſt: cū diuitijs natus eſt Et iō pōt dici ſil̄ ⁊ ſemel diuites ⁊ pauperes. Iuxta illud. p̄s. Simul in vnū diues ⁊ paupꝑ. Pauperes eñi mentaliter: diuites tꝑaliter: ita ꝙ ꝓprie cuilibet pōt dici illud. Apoc.iij. Dicis ꝙ diues ſum ⁊ locupletatꝰ ⁊ nullius egeo: ⁊ neſcis q tu es miſer ⁊ miſerabilis: ⁊ paupꝑ ⁊ cecus ⁊ nudus. Ad qđ facit verbum. Auguſt. in quodam ſermone de.xl. vbi dicit ſic. Quō ſunt diuitie q̇bus creſcentibꝰ creſcit inopia: q̄ amatoribus ſuis quāto fiūt ampliores: nō auferūt ſatietatē: ſed inflāmāt cupiditatē. Diuitem tu putas q̄ minus eget: minus egeret ſi minus haberet Nam video quoſdam cū paucam haberent pecuniam paruis lucris fuiſſe letatos ſed vbi abundare ceperūt. lucra modica cōtempſerūt: credis eos eſſe ſatiatos. falſum eſt. Nam pecunia fauces auaricie nō claudit: ſꝫ extēdit: nō irrigat ſꝫ accēdit poculū reſpiciūt q fluuiū ſitiunt. Diuitie ergo faciūt eſurire.i.ampliora cōcupiſcere ⁊ affectare. vnde p̄s. Diuites eguerūt ⁊ eſurierūt. Et.ij. Cor.viij. Egenꝰ factꝰ
eſt cū diues eſſet. ¶ Iterum dico ꝙ diuitie ſunt ſpernēde q faciūt corde ſupꝑbire. Sicut enim dicit Augu. in ſermone.xxix. Difficile eſt vt ſuperbꝰ nō ſit qui diues eſt. Tolle ſuperbiam. diuitie non nocebūt Sicut enim mali humores congregati faciunt apoſtema. et inflaturam inducunt a quo mors poſt modum ſequitur. Sic vere humores mali: id eſt diuitie male acquiſite quādo multiplicantur ⁊ augmentantur ſolent in homine apoſtema ⁊ inflaturam ſuperbie generare ⁊ mortem inferni introducere ⁊ cauſare. Et in figuram huius diues in euāgelico camelo comparatur Mar. x. facilius eſt intrare camelum per foramē acus q̄ diuitem in regnum celorum. Camelus eñi cum gibbo et inflatura ſupra dorſum. diuitē ſuperbum deſignat q̄ ꝓcerto difficile regnū celoruꝫ intrabit Eſa.xxx. Portantes ſuper humerum iumentorum diuitias ſuas. ⁊ ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos ⁊c. Diuitie ergo faciunt ſuperbire Unde narratur ꝙ quidam miles iniurioſe percuſſit regem in facie qui tandem veniam poſtulans dixit ꝙ illo tempore tanta ſuperbia inflatus fuerat ꝙ videbatur ſibi ꝙ crepaſſet. niſi regem in facie percuſſiſſet. Rex vero prudenter conſiderans locum vbi tunc miles ſtabat perfodi fecit ⁊ magnum theſaurum ibi inuenit di. Bene ſciebam inquit ꝙ nihil ita facit hoīem ſuperbire ſicut diuitie. Bene ergo dicitur Prouer.viij. Opes ſupꝑbie ⁊ diuitie Dico ergo ꝙ cotēnende ſunt. quia faciunt mentē ſu-
perbire. ¶ Adhuc dico. quia faciunt lites prouenire. f
diuitie eñi ſunt cā litiū ⁊ guerrarum propter enim iſta lites mouentur: homines a raptoribus impetuntur. a latronibus occiduntur. a principibus inuaduntur. A pauperibus enim nihil queritur. ſ̄ pro extorquendis pecunijs plura diuitibus imponuntur Serpens enim dimittit ⁊ fugit hominē nudū: audacter tamē inſilit in veſtitū. Scōm Grego: quia vere ſerpentes.i. balliui ⁊ raptores: a nudis.i.pauperibꝰ nihil querūt: qui tamen veſtitos.i.diuites cōtinue rapiunt ⁊ inuadunt. Unde dicit Hierony. ꝙ auarus nihil aliud eſt q̄ arca principum: burſa latronum: ſibilus ouium. Propter diuitias etiam inter ſe diuites ſepe litigant: et inter ſe veram ꝯcordiam nunꝙ̄ habent. Uñ Gene. xiij. dicitur: ꝙ loth ⁊ abraam diuites erāt: ⁊ nequiebāt
habitare ſimul. Diuitie ergo faciunt lites ſuboriri. G
¶ Denique dico: ꝙ iſti faciūt laborem ſubiri: diues eñi nunꝙ̄ eſt in quiete. Semper enim aut laborat in acq̇rendo: aut vigilat in conſeruando: aut timet in amittēdo. Sicut dicit̄. Eccl'ſ.v. Saturitas diuitis non ſinit dormire eum. Ideo in euangelio. Luce viij. Diuitie ſpinis cōparantur: eo ſcꝫ ꝙ puncturam ⁊ ſollicitudinem introducunt. De talibus dicit Petrus raueñ. Auri cuſtos: argenti ſeruator ſecuritatem non habet. ⁊ neſcit quietem: pena diues eſt ille: non cenſu. Diues enim ſimilis eſt vrſo qui pellem habet hiſpidaꝫ valde et hirſutam: ⁊ tamen animal inquietiſſimum eſt: eſt enim in continuo motu. Sic procul dubio illi qui pellem exterioris facultatis groſſam habent ⁊ hirſutam ſcꝫ diuites nunꝙ̄ ſunt proprie in quiete: ſemper eñi ſūt in motu tribulationum ⁊ laborꝝ. Aut enim circueunt: vt dictum eſt: de acquirēdo: aut de augēdo: aut de nō perdendo. Pellis eñi hericij plena eſt ſpinis: que q̄uis ſint pongitiue valde. Hericius tamē puncturam carū non ſentit. Sic vere tamꝙ̄ diuitie ſpinas ſollicitudinū et laborū habeant: iſtud tamen a diuitibꝰ nō ſentitur: immo in his puncturis ⁊ laboribꝰ delectāur. Talibꝰ ergo dicitur Ezechie.xxvij. In corde maris. deſt. in profundo amaritudinis diuitie tue. Iſte ergo faciunt laborez ſubiri. Eccli.xxxj. Laborauit diues in ꝯgregatione ſub

Ayuntamiento de Madrid

H ne ſub auro. ¶ Deinde dico: ꝙ contemnende ſunt: q2 faciunt celum denegari vel non audiri. Nam vt dicit Math. xix. Diues difficile intrabit in regnũ celorum Alique eñ ſunt arbores que ſi vno anno fructificãt in alio nihil portãt: ſicut dicit de amigdalo ⁊ oliua. Arbores etiam: vt dicit Ariſt. que in iuuentute multum fructum ꝓducũt: faciliter ſterileſcunt: ita ꝙ in tpe ſenectutis remanẽt penitus ſine fructu. Ita ꝓcerto eſt de hominib9. Illi eñ qui in vno anno .ſ. in vita preſenti fructum diuitiaꝝ abundanter habebũt in alio ãno ſcʒ poſt mortẽ in vita alia fructib9 eterne glorie carebunt. Nam qui in iuuentute pñtis vite diuites ſunt in ſenectute mortis pauperes ⁊ ſteriles ſiũt. Si tamẽ diuitijs male vſi fuerit vt ẽ dictũ. Diuitie eñ ſunt talib9 ꝓ precio: ꝓ ſolatio: ꝓ paradiſo ꝓ portiõe: pro ſucceſſione: ꝓ premio. vñ Eccli. v. Hec eſt pars eius ⁊ oĩ homini cui deus dedit diuitias ⁊ ſubſtantiã. Iſta ergo faciunt celum denegari: vel non haberi. ¶ Rurſus dico ꝙ faciunt deũ non timeri. Amor eñ diuitiarum tollit de corde hominis timorem dei ⁊ amorẽ. Venenum eñ aſpidis facit hominẽ obdormire: ⁊ dormiendo etiam interire. Sic vere venenum diuitiaꝝ poſtꝙ homo ipſꝫ biberit ⁊ ſibi incorꝑauerit ꝑ amorem: ſtatiꝫ obdormit in vitijs ⁊ peccatis: timorem dei obliuiſcit: ⁊ in mũdi ludibrijs delectat. Sed vere dum dormit morit. Quia ſubito dum non aduertit: venit ſibi mors qua tpalit ⁊ eternaliter vulneratur ⁊ occiditur: Job. xxvij Diues cum dormierit nihil ſecũ auferet. Et ideo dicit apſs. .i. Cor. iiij. Jam diuites facti eſtis ſine nobis regnatis. Iſtud patet de diuite epulone. Luc. xvj. Qui lazaro miſereri noluit qui ſepultus eſt in inferno. Patet etiam de illo homine diuite cuius ager vberes fruct9 attulit: qui cũ de ſeruando diuitias cogitaret ſubito ſibi dictum eſt. Stulte hac nocte repetẽt a te animaꝫ tuam: ſicut dr. Luce. xij Ecce ergo quot mala faciunt male diuitie. Iſte enim vt dictum eſt.

Tollunt dei amorem.
Tollunt celi dulcorem.
Cauſant durum laborem.
Cauſant litis rancorem
Cauſant mentis timorem.
Cauſant famis ardorem.
¶ Per diuitias eñ cauſant
Ardor auaricie.
Tumor ſuperbie.
Clamor diſcordie.
Per iſtas etiam perdit.
Quies ⁊ ſecuritas.
Diuina caritas.
Celi felicitas.

Et ideo bene dicꝰ iſte ſunt merito contemnẽde. Et ideo bene dicit. Bern. ſermone. iiij. Fili adé genus auarum: qd nobis cũ terrenis diuitijs q̃ nec vere nr̃e ſunt Aurum eñ ⁊ argentuꝫ terra rubea ſunt ⁊ alba: que ſolus error hoium facit reputari precioſa. Itaqꝫ ſi vr̃a ſunt: tollite ea vobiſcum. Patet igit ꝙ ſunt diuitie eligende: et ſunt diuitie contemnende. Et ſi vis ſcire: q̃ ſunt iſte diuitie ſeu iſti lapides p̃cioſi .i. iſte ꝟtutes q̃ hoiem ſpũaliter locupletãt atqꝫ ditãt Pro certo dico ꝙ iſte ſunt

Fidei certitudo: veritate fundata.
Animi fortitudo: firmitate locata.
Timoris meſtitudo caritate turbata
Sapientie limpitudo ſubtiliter illuſtrata.
Patientie firmitudo ſtabiliter radicata.
Obedientie mititudo humiliter explicata.
Sufficientie plenitudo alacriter ampliata.

Iſte ſunt ergo virtutes q̃ ſpũaliter hominẽ ditant. Fit eñ hõ ſpũaliter diues: ꝑ fidei certitudinẽ. Jacob. ij. Pauperes in hoc mundo elegit dñs: diuites in fide. Item ꝑ animi fortitudinem. ꝓuer. x. Subſtantia diuitijs vrbs fortitudinis eius. Vñ de Berzellai qui interpretatur fortitudo: dicit. ij. Regũ. xix. Erat autem berzellai diues valde. Prouer. xj. Robuſti habebũt diuitias. Item per diuini amoris meſtitudinẽ. Timor eñ dñi diuitie ſunt. Eſaie. xxxiij. Diuitie ſalutis ſapientia: ⁊ ſcientia: timor dñi ipſe eſt theſaurus eius. Item per ſapientie limpitudinem. Sap. viij Si diuitie appetuntur quid ſapientia locupletius? Item per patientie firmitudinem. vñ Heb. xj. dicitur: q9 maiores moyſes diuitias reputauit improperiũ xp̄i: theſauris egyptiorum. Improperium dico xp̄i .i. patientiam in improperio propter xp̄m. Item per obedientie multitudinem. Obedientia eñ ⁊ humilitas magne diuitie reputantur. Jacobi. j. Glorietur diues i humilitate ſua Item ꝑ ſufficientie plenitudinem. Sufficientia enim diuitem facit. j. Regum. ij. Dñs pauperem facit ⁊ ditat: ⁊. ij. Cor. viij. Paupertas coꝝ abũdauit in diuitias: q2 ſicut dr̃. Prouer. xij. Melior eſt paup ⁊ ſufficiens ſibi ꝙ glorioſus indigens ⁊c. Sed ſi adhuc cõtra K malos diuites vis notare: dic ꝙ iſti.

Superbie flatibus inflantur.
Triſticie motibus turbant.
Luxurie fecibus fedant.
Inuidie facibus cremant.
Diſcordie litibus rixant.
Laſciuie vocibus iocantur.
Nequicie nexibus ligantur.
Juſticie virib9 priuantur.
Jactantie auſibus effant.
Fallacie fraudibus locant.
Anguſtie fluctibus vexant.
Auaricie eſtibus inflãmantur.
Sufficientie fontibus non potant.
Subſtantie veſtibus ſpoliant.
Ignorantie excecantur obſcuris nubibus.
A glorie foribus relegant.
In immundicie domibus tumulantur.

Iſta ergo ſunt vitia cõmunia diuitum ⁊ relique influẽtie diuitiarũ. Igitur dico ꝙ diuites vt cõmunit ſuperbie inflãmantur flatibus. Et inde ẽ ꝙ mal9 diues ſolet alios per ſuperbiaꝫ excecari ⁊ contemnere: ⁊ ſe ſoluꝫ pre alijs reputare. Eccli. xiij Sicut abhominatio eſt ſuperbo humilitatis: ſic ⁊ execratio diuitis pauper. Itẽ triſticie turbant motibus. Diues enim vt cõmuniter nunꝙ eſt letus: ſicut de illo pricipe dicitur. Luc. xviij. Contriſtatus eſt: quia diues erat. Item luxurie fedãtur fecibus vnde de Naaman dicitur. iiij. Regum. v. ꝙ ipſe erat diues valde: ſed leproſus. Lepra enim que inficit luxuriam ſignat. Inuidie torrent facibus. vñ Prouerbiorum. xix Diues torquens labia ſua ⁊ inſipiens. Item diſcordie rixant litibus. Vnde illud. Geneſis. xiij. Erãt enim diuites valde ⁊ nequibant habitare ſimul. Item laſciuie iocantur luſibus. Luce. vj. Ve vobis diuitibus qui hic habetis conſolationeꝫ veſtram: Item nequicie ligantur nexib9 Miche. vj Diuites eius repleti ſunt iniquitate. Item iuſticie priuãtur legibus. Eccli. xiij. Diues iniuſte egit ⁊ fremebit. Item iactantie efferuntur vocibus. Prouerbio. xviij. Diues autem effabitur rigide: ⁊ illud. Prouerb. xiij. Eſt quaſi diues: cum nihil habeat. Et Apoc. iij. Et dicis quia diues ſum ⁊ locupletatus ⁊ nullius egeo. Item fallacie vtuntur actibus ſcʒ mẽdacijs ⁊ inſidijs fallacibus. ps. In inſidijs cum diuitibus in occultis vt interficiat innocentem. Item anguſtie vexãtur fluctibus ſcʒ laboribus ⁊ ſollicitudinib9. Eccli. xxxj. Laborauit diues in congregatione ſubſtantie. Et Eccli. v. Saturitas diuitis non ſinit dormire eum ſcilicet ꝑ timore ⁊ ſollicitudine. Item inflãmantur auaricie feruidis eſtibus. Vnde de diuite epulone: legitur. Luce. xvj. ꝙ eleuans oculos dum eſſet in tormentis: aquaꝫ petens pro refrigerio dicebat. Crucior in hac flãma. Flãma autem diuitis nihil aliud eſt: ꝙ deſideriuꝫ acquirendi qd eſt auaricia. Item ſufficientie non potãtur repletis fontibus: nihil eñ eis ſufficit. Prouerb. xiij. Eſt quaſi paup cũ multis diuitijs ſit. Ideo bene dr̃. Luce. j. Diuites dimiſit inanes. Et illd ps. Diuites eguerunt ⁊ eſurierunt. Item ſubſtantie ſpoliant priſtinis opibus: quia .ſ. latrones et raptores ſemper vacant ad diuites ſpoliandum: quod potiſſime patet in morte: quando mundus eas taliter ſpoliabit ꝙ nihil portabunt. Job. xx. Diuitias quas deuorauit euomet: ⁊ de ventre eius extrahet eas deus. Item ignorãtie excecantur obſcuris nubibus. Vnde Luce. xix. dr̃:



Ayuntamiento de Madrid

ꝙ zacheus erat princeps publicanoꝛuꝫ ⁊ ipſe diues: et non poterat videre Jeſum. Tales enim non vident ea que pertinent ad ſalutem. Uñ illud predictum. Apoc. iij. Dicit quia diues ſum ⁊c. Cum ſis miſer ⁊ miſerabilis ⁊ paup ⁊ cecus ⁊ nudus. Item iſti a glorie relegantur foꝛibus. Unde xp̄s videt illud precipere: ſicut patꝫ Luce. xiiij. Cum facis prandium aut cenā noli vocare diuites. q. d. Diuites non debēt intrare ad conuiuiuꝫ paradiſi. Math. xix. Diues difficile itrabit in regnū celoꝛum. Item iſti in miſerie tumulant inferni domibus. Luc. xvj. Moꝛtuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno. vñ Apoc. xviij. dr̄. ꝙ diuites longe ſtabāt ab ea ſcꝫ a babylone flentes ⁊ lugentes. quia .ſ. tales a babylonis .i. a mundi proſperitate longe in inferno poſiti ſunt. Moꝛs depaſcet eos. ps. xlviij. Bñ ergo dr̄. Eccl. v. ꝙ diuitie congregantur in maluꝫ dñi ſui. Et Eccli. xlj. ꝙ moꝛtis amara eſt memoꝛia homini iniuſto: ⁊ pacem habenti in diuitijs ſuis. Patet ergo: ꝙ de malis diuitibus quot incōmodis taꝫ in tpalibus ꝙ̄ eternis de bonis vero diuitibus bene: iuſte: diſcrete ⁊ modeſte diuitias adminiſtrantibus poſſumus aliquid dicere. Conſtat eñ ꝙ̄ multi boni diuites fuerūt: ⁊ hoc quia diuitias non dilexerūt: ſicut de ioſeph ab arimathia. Math. xxvij. dicitur. De ioachim viro ſuſanne. Dañ. xiij. De ioſaphat rege iuda ij. Para. xviij. ⁊ de multis alijs in ſcriptura legit ꝙ iuſti erant: ⁊ tamen diuitias poſſederunt. Igitur nota ꝙ diuitie ſunt vtiles: dum tamen.

In mente non habeantur. — Tales eniꝫ diuitie
Pauperi diſtribuantur. — aīam ſolent redi-
Inique non acquirantur. — mere. Solent bo-
Auare non cuſtodiantur. — nam famam ſpar-

gere. Gloriā ſolent tribuere. Amicos ſolēt acquirere. Bene ergo dr̄. Prouer. xiij. Quod redemptio aīe viri diuitie. Bene ergo dr̄ in. ps. Paſceris in diuitijs eius ⁊ Eccli. xxxj. Elemoſynas illius enarrabit oīs eccleſia ſanctoꝛum. Bene ergo dr̄. Prouer. xiiij. ꝙ coꝛona ſapientium diuitie. Inſuper bene dr̄. Prouer. xix. ꝙ diuitie addunt amicos plurimos: ꝙ ergo diues non debeat diuitias amare patet. Eccli. xxxj. vbi dr̄: ꝙ beatus diues q̄ poſt aurum non abijt nec ſperauit in pecunie theſauris: ꝙ etiam ꝓpter diuitias non debeat aliq̄s ſupbire: ſed eas humiliter pauperibus erogare: patet vtrunqꝫ. Primum ptꝫ per apl̄m qui dicit. j. Thi. vj. Diuitibus hui⁹ ſeculi precipe non ſublime ſapere: et Hiere. ix. Non glorietur diues in diuitijs. Scōm patꝫ Math. vi. Cum facis elemoſynam: noli tuba canere ante te: ꝙ autem facienda ſit elemoſyna: patet. Eccli. vij. Elemoſynam facere ne deſpicias: ꝙ ipſas etiam nullus debeat male acquirere: nec auare conſeruare: ſed poti⁹ diſtribuere: patet Luc. xix. in p̄dicto zacheo de quo ibidem dicitur: ꝙ erat diues: qui tñ legitur dixiſſe. Ecce dimidium bonoꝛum meoꝛum do pauperibus ⁊c. Tali ergo modo diuitie pſūt proficere: ⁊ tamen ſi habeant non ſunt amande: ſed vt dictum eſt poti⁹
M cōtemnende. Et hoc eſt ſcōm principale. ¶ Tertio autem principaliter dico: ꝙ ſunt diuitie affectande. Et iſte proculdubio ſunt diuitie glorie paradiſi: que ſcilicet ſunt diuitie: ipſius dei quas ipſe diſtribuit ſanctis ſuis. Unde ipſe eſt qui dicit. Prouerbio. viij. Mecuꝫ ſunt diuitie et gloꝛia: opes ſuperbe et iuſtitia. Melioꝛ eſt ſtructus meus auro ⁊ omni lapide precioſo. Ille enim ſunt vere diuitie ⁊ veraciter commendande: que habent ſocietatem honoꝛabilem. ſ. ipſum deum. Mecum inquit ſunt.

Satietatem delectabilem: q: diuitie. i. diuitie letitie.
Immenſitatem admirabilem: gloꝛia que ſcilicet eſt ſtatus omnium bonoꝛum aggregatione perfectus.
Utilitatem commendabilem: quia opes idest opem ferentes ⁊c.

Bene ergo dicit Gregoꝛi. Si vere inquit diuites cupitis eſſe veras diuitias amate. Iſte ſunt eñ diuitie glorioſe: propter annexum honoꝛem. ps. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. ⁊ Roma. xj. O altitudo diuitiarum ⁊c. Iſte ſunt diuitie dulcoꝛoſe propter cōnexum amoꝛē. Unde Col. ij. dr ꝙ ſancti ſunt inſtructi in charitate ⁊ in oēs diuitias plenitudinis. Iſte ſunt diuitie copioſe propter immenſum decoꝛē ſeu dulcoꝛem. Phil. iiij. Deus autem me⁹ impleat omne deſideriū veſtrum ſm diuitias eius. Iſta ergo de diuitijs: vitioſis: virtuoſis ⁊ glorioſis ſufficiant ⁊c.

## Diuidere.

Nota ꝙ diuidere idē eſt qđ diſiungere: ſegregare: diſpergere: diſtre. A
Accipitur eñ diuidere generaliter in ſcriptura in bono ſcilicet ⁊ in malo.

Pro largitate diſtributiua.
Pro prudentia oꝛdinatiua.
Pro diſcoꝛdia ſegregatiua.

Accipit eñ pro largitatis diſtributiōe. Et ſic accipit in ps. Diuiſit eis terrā in funiculo diſtributionis. Item accipit pro prudētie oꝛdinatione. Et ſic ſumitur Exo. xj. ca. Scias quāto miraculo diuidat deus egyptios ⁊ iſrael. Et ſic etiā p̄cipit Leui. xj. ꝙ om̄e qđ hꝫ diuiſam vngulā ⁊ ruminat mundum eſſet. Ungulā eñ diuidere: nihil aliud eſt ꝙ̄ op⁹ ſuū diſtricte facere: diſtinguere ⁊ oꝛdinare. Itē accipit pro diſcoꝛdie diſſenſione. Uñ Lu. xj. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabit. Et Act. xiiij. Diuiſa eſt multitudo ciuitatis ⁊c. ¶ Dicamus ergo ꝙ eſt quedā diuiſio B
vitioſa. Et ſic dicamus aliqua de diuiſione inquantū pōt ſignificare diſcoꝛdie ſeparationem. Sicut eñ vnitas ⁊ integritas amoꝛis ⁊ cōcoꝛdie diſſipat: ſicut etiā ſm Ariſt. Apes in eodē aluearī qñqꝫ in plures partes diuidūtur: ita ꝙ vna pars ſequitur vnū regē: altera alteri copulat: ſic vere chariſſimi in alueari religionis ⁊ eccleſie multi ſunt hodie diuiſi et p diſcoꝛdiā ſegregati: non eſt ibi vnitas perfecti amoꝛis. Unus eñ ſequit vnū regē xp̄m vel bonū prelatū. Alius ꝓcerto aliū ſcꝫ malū prelatum. vel dyaboluꝫ vult habere. Iſta potiſſime apparēt in electionibus in q̄bus vt cōiter homines per particulas ſe diuidunt. Ita ꝙ ſinguli ſuum ſequuntur ⁊ eligunt ſcꝫ alter ab altero per diſcoꝛdiam ſe diuidunt ⁊ ſeiungūt Geñ. xiij. Diuiſi ſunt alterutrū a fratre ſuo. Et. iij. Reg. xvj. dicitur Diuiſus eſt popul⁹ in duas partes. Talis ergo diuiſio fugienda eſt et penitus abhoꝛrēda. filij eñ eiuſdem patris q̄diu ſūt in ſimul melius tenent hoſpitiū ꝙ̄ diuiſi. Milites bene vniti foꝛtius faciunt prelium. Coꝛizantes etiam bene coniuncti pulchꝛius faciunt tripudium ſi vero diuiſi fuerint abinuicem. tunc facilius hoſpitiū dilabitur tunc prelium faciliter vincitur. tunc et tripudium diffamatur et turpius iudicatur. Sic reuera chariſſimi ſi vniti fuerimus per concoꝛdiam et amoꝛem. tūc procerto domum ⁊ hoſpitium cōmunitatis noſtre meli⁹ gubernamus. contra hoſtes melius militamus. ⁊ coram deo melius per bona opera ludimus ⁊ tripudiamus. Si vero per diſcoꝛdiā diuiſi fuerimus. tunc vero virtus noſtra diminuit: ⁊ ad omne bonū operādū debiles inuenimur. De tali ergo diuiſione loquit Job xxviij. Lapidem caliginis ⁊ vmbꝛam moꝛtis diuidet toꝛrens. Et illud. j. Machabeo. ix. Diuiſi ſunt equites in duas partes. Et poſſum⁹ notare ſi volumus: ꝙ talis diuiſio ⁊ diſcoꝛdia oꝛiri ſolet

A ſupernoꝛum obliuione.
A terrenoꝛum ambitione.
A detractoꝛum ſuggeſtione.

¶ Fit igitur diuiſio diſcoꝛdie ſupernoꝛum obliuione. C
Sicut eñ fila in tela aranee quātoplus a cētro elōgāt tātoplus a ſeinuicē diſtinguunt ſeu diuidunt. Et quātoplus appꝛopinquant ad centrū: tantomagis inuicem coniunguntur. Sic procerto homines quāto a cētro: id eſt a deo ⁊ a bonis terrenis per obliuionē amplius ſunt remoti: tāto ꝓ certo ab inuicē magis per diſcoꝛdiam ſunt diuiſi: et econuerſo: illi qui centro: id eſt deo per amoꝛem ⁊ deſiderium coniungūtur inter ſe cōcoꝛditer ⁊ vnanimiter connectuntur. Unde enim chariſſimi diuiſiones ⁊ diſſenſiones inter nos: niſi quia a deo ſumus per peccatū remoti. Si enim deo per charitatem appꝛopinquaremus: ſemper inter nos vnitatē ⁊ cōcoꝛdiam

Ayuntamiento de Madrid

tem ⁊ concordiam haberemus. Ideo dr̄ Iudic.v. Di-
uiſo contra ſe rubē magnanimorum contētio reper-
ta eſt. Si em̄ a ruben .i. a deo prius per peccatum di-
uidimur neceſſe eſt vt inter nos contentio generetur.
Cauſatur ergo illa diuiſio ex ſupernorum obliuione.
Alio modo cauſatur ex terrenorum affectione. Sicut
enim teſte pinee ſtricte ⁊ coniuncte: ſi ſuper ignem po
nuntur ſtatim ab inuicem diuiduntur. Sic vere illi q̄
inter ſe debent eſſe ſtricti ſcȝ iuncti ⁊ vnanimes ⁊ con-
cordes: ſi in igne auaricie fuerint calefacti. Per rixas
⁊ diſcordias diuidentur: ⁊ per lites ⁊ odia ſeiungent.
Ardor eni ⁊ amor acquirendi terrena ſepe ſolet diſcor
diam generare. Ideo de loth ⁊ abraaȝ dicit. Geñ.xiij.
ꝙ cum eſſent valde diuites nequibant habitare cōmu
niter: ſed diuiſi ſunt alterutrum a fratre ſuo. Cauſat
ergo ex terrenorum affectione. Iterum cauſatur ex de
tractorum ſuggeſtione. Stagnum enim talis eſt na-
ture: ꝙ ſi miſceatur cum alijs metallis inuicem con-
iunctis ⁊ mixtis ſolet ipſa diuidere ⁊ etiam ab inuiceȝ
penitus ſeparare. Et ideo ſm̄ Iſid. Stagnū grece ethi
mologizatur ſeparans ⁊ diſcernens. Sic vere cariſſi-
mi ſi detractor miſceatur ⁊ adiūgatur aliqua ſocieta-
te: vbi metalla .i. perſone diuerſe per amorem ⁊ concor
diam ſunt vnite: ipſos ꝓculdubio ſuis verbis detra-
ctorijs: ſuis falſis relationibus ⁊ infamationibꝰ: ſuis
inuidijs ⁊ malignis conſpirationibus: ab inuicem di
uidet ⁊ ſeparabit: ⁊ per lites diſcordias ⁊ odia: ab amo
re ⁊ concordia mutuis ſegregabit: de quo poteſt dici
illud .iiij. Reg ij. Currus igneꝰ ⁊ equi ignei diuiſerūt
vtrunqȝ. Detractores enim dicuntur currus: propter
ſtrepitum detractionis: dicuntur equi propter ſuper-
cilium elationis dicuntur ignei: ꝑpter violentiam af
flictionis. Affliguntur enim more ignis omnes: cum
quibus conuerſantur. Et iſti ꝓcerto habent alios di-
uidere ſcȝ ab amore mutuo ſeparare: ita ꝙ quilibet talis
poteſt vocari phaleg: quod interpretatur diuiſio. Nā
iuxta illud. Geñ.x. Nomen viri phaleg: eo ꝙ in diebꝰ
D eiꝰ diuiſa eſt terra. Iſta eſt ergo diuiſio vitioſa. ¶ Sȝ
adhuc dico ꝙ quedam eſt diuiſio virtuoſa. Et ſic diui
ſio accipitur pro erogare ꝑ diſpergere: pro diſtribuere
Sicut enim in medulla ſeruatur humor arboris radi
caliter: ⁊ ibi naturaliter generatur: qui poſtmodū ad
nutriendum ramos arboris diuiditur: ⁊ a natura di-
ſtribuitur ⁊ erogatur. Sic procerto cariſſimi: arbor .i.
bonus homo ⁊ pius: humorem bonorum naturaliuȝ
quem in medulla ſua .i. in ſecretis ſuis abſconditis et
ī arcis acquiſiuit ⁊ aggregauit: debet loco ⁊ tempore
ramis .i. pauperibus diuidere ⁊ miſericorditer eroga-
re: ſm̄ ꝙ quēlibet viderit indigere. Iuxta illō. Actuū.
ij. Diuidebant omnia omnibus ꝓut vnicuiqȝ opus
erat. Fimus enim nihil valet ꝙdiu eſt inſimul. Cuȝ er-
go diuiſus ⁊ per terras diſperſus fuerit: tunc facit ter
ram fructificare. Sic vere diuitie ꝙdiu ſunt congrega
te: nihil proficiunt poſſeſſori. Si vero diuiſe fuerint ⁊
debite erogate: tunc vere faciunt magnum fructum:
⁊ in preſenti ſeculo ⁊ futuro. In preſenti dico ſeculo: q̄
vt cōmuniter illi qui libenter ſua donant (dum tamē
dent debite ⁊ diſcrete) ſolent recipere potiora. Iuxta il
lud. Prouer.xi. Alij diuidunt propria ⁊ ditiores fiunt
E alij rapiunt non ſua ⁊ ſemper in egeſtate ſunt. ¶ De
diuiſione ergo liberalitatis poteſt exponi illud. puer.
v. Deriuentur fontes tui foras ⁊ in plateis aquas tu
as diuide. In quibus verbis oſtenditur: ꝙ talem diui
ſionem tria ſolent cōmuniter comitari ſcȝ.

Terrenorum multiplicatio
Egenorum refrigeratio.
Vitiorum eliminatio.

Per elemoſinaȝ eni terrena mul-
tiplicātur: quod
oſtenditur nomine fontis: qui quanto plus de aqua
ſua diuidit: tanto amplius ab interiori recipit. Item
egeni refrigerantur: quod oſtenditur cum dicit. Deri
uentur foras .i. ad pauperes ⁊ extraneos. Item pecca
ta purificant: quod oſtenditur cum dr̄. Aquas que .ſ.
habent ſordes lauare. ¶ Primo ergo dico: ꝙ per ta-
lem diuiſionem .i. per elemoſynam diſtributionē ter
rena multiplicātur: qđ oſtendit cum dr̄. fontes. Fon
tes enim aquam ſuam continue habent diſtribuere.
Unde quanto plus de aquis ſuis diuidunt ⁊ diſtribu-
unt exterius: tāto plures ibi veniunt ab interius. Sic
proculdubio eſt de bonis diuiſoribus ⁊ diſtributori-
bus. Continue enim aquas bonorum ſuorum tꝑali-
um alijs diſtribuunt ⁊ largiunt: ſed quanto plura ſo
lent alijs diſtribuere: tāto plures aque ⁊ plura bona
ſolent eis ab interiori ⁊ ab occulta dei ꝓuidētia ⁊ grā
peruenire. Iuxta illud predictuȝ. Prouer.xi. Alij diui-
dunt propria ⁊ ditiores fiunt ⁊c. Iſti ergo ſunt fontes
Ideo de talibus pijs ⁊ benignis perſonis pōt dici illō
Eſaie.lviij. Eritis ſicut ortus irriguꝰ: ⁊ ſicut fons aq̄-
rum cuius non deficient aque. Pauperibus etiam po
teſt dici illud. Eſa.xij. Haurietis in gaudio aquas de
fontibus ſaluatoris. Unde de tali fontali diuiſiōe dr̄.
Geneſis.ij. ꝙ fons paradiſi: diuiditur ī quatuor flu-
mina. Dic ſi vis: ꝙ iſti ſunt ſimiles lapidi qui dr̄ eni-
dros ſicut ſupra dixi. Diuidamus ergo bona noſtra:
vt terrena multiplicentur. Deinde debemus ea diui-
dere: vt egeni refrigerentur ſeu dulcificentur: qđ oſten
ditur cū dr̄. foras. fontes em̄ habent aquam ſuaȝ cō
tinue diſtribuere: qđ oſiditer cū dr̄. foras deriuentur
Per foras em̄ intelligunt illi: qui ſunt remoti ⁊ nobꝭ
incogniti ⁊ ignoti: ſcȝ paupes ad quos ꝓculdubio de
bemꝰ bona nr̄a deriuare ⁊ erogare. Uñ in pſona hoīs
pij ⁊ miſericordis dicit. Iob.xxxj. foris nō manſit pe-
grinus: hoſtium meum viatori patuit. Et iſtud eſt cō
tra multos qui bona ſua non diuidunt foras: imo in
tus .i. non ignotis: ſed cognitis. Non remotis: ſed ꝓ-
pinquis: non pauperibus: ſed diuitibus: non meliori
bus: ſed peioribus. Iſtud (vt de alijs taceam) optime
patet in multis eccleſiarum prelatis: qui vere bona be
neficia eccleſiarum ſuaruȝ optime diuidunt illis qui
intus ſunt: non illis qui foris ſunt ⁊ extranei: ſed ſer-
uis indignis: cōpatriotis. familiaribus ⁊ parentibus
Illi vero qui foris ſunt ſcȝ extranei ⁊ remoti: quantū-
cunqȝ ſufficientiam habeant: nihil reportant: ſimiles
ſaturno qui ſuos tantū iuuat: oībus aūt alijs nocet.
Iuxta illud. Prouer.xvij. Inter fratres hereditateȝ di
uidet. Iſtud autem figuratum eſt. Ioh.xviij. vbi dicit:
ꝙ Petrus ſtabat ad hoſtium foris. Diſcipulus autē
ille qui erat notus pontifici introduxit cū in atriū ⁊c.
Petrus enim .i. quilibet bonus hodie foris ſtat: ⁊ niſi
notitia pontificis .i. prelati familiaritas operetur: fo-
ris perpetuo ſtabit: iuxta illud: qđ dictū eſt xp̄o. Luc.
xviij. fratres tui foris ſtant. fratres enim xp̄i ſunt bō
ni pauperes ⁊ ſapiētes: ⁊ docti: qui proculdubio foris
multotiens extra ſtatum promotionis dimittuntur
vbi inſufficientes plurimi introducuntur. Iuxta illō
qđ in perſona xp̄i dicit in. pſ. Amici mei ⁊ ꝓximi mei
delonge ſteterunt. Non ſic ergo: ſed diuiſiones diſtri
butionum noſtrarum taliter fiant vt egeni refrigerē
tur. Exemplo xp̄i de quo dr̄: ꝙ quinqȝ panes ⁊ duos
piſces diuiſit hominibus. Ioh. Denicqȝ dico: ꝙ taliter
debent fieri: ꝙ crimina purificentur qđ oſtenditur cū
dicit. Aquas. Aquis enim temporalia ſeu diuitie ſeu
elemoſyne cōprobant. Aquas inquit tuas. Sicut em̄
aqua extinguit ignē: ſic elemoſyna extinguit peccatū
ſm̄ ꝙ dr̄. Eccli.iij. Iſte ergo aque ſunt pro deo diuidē-
de. Exo.xiiij. Extende manum tuam ſupra mare et di-
uide illud. ⁊ Geneſis.j. Diuiſit aquas ab aquis dñs
Bene ergo dico: ꝙ talis diuiſio ⁊ erogatio.

facit crimina purificari.
facit pauperes refrigerari.
facit terrena multiplicari.

Iſta eſt ergo diuiſio virtuoſa. Sed ſi aliquantulum
magis complete vis diſtinguere: dic ꝙ tam in bono
quaȝ in malo ſignificato multiplex diuiſio reperitur:
videlicet.

Diuiſio qua vtitur deus.
Diuiſio qua vtitur iuſtus.



Ayuntamiento de Madrid

Diuiſio qua vtitur malus.

f ¶ Deus enim aliqua diuidit ordinatiue: diſtributiue: ſeparatiue. Diuidit enim deus rerū negotia diſtinguendo cuncta ſapienter: ⁊ hoc eſt vnum diuidere ordinatiuū: ſicut Geneſis .j. ꝙ deus diuiſit aquas que erant ſub firmamento: ab aquis que erant ſup firmamentū. Diuiſit inquit: ideſt diſtinxit. Unde de diebus a deo ordinatis: dicit̃. Eccli. xxxiij. facto ſole ⁊ preceptum cuſtodiente: per dei ſapientiam diuidunt̃ Item diuidit deus ſua ſtipendia largiendo cunctis affluenter. Et ſic ꝑcerto deus diuidit.

Gratiam iuſtis ſpiritualiter.
Terrena multis liberaliter.
Eterna beatis ſupernaliter.

Diuidit inquit et diſtribuit gratiam ſuis deuotis ⁊ fidelibus .j. Cor. xij. Diuiſiones gratiarum ſunt: vnus autem ſpiritus diuidens ſingulis ꝑut vult. Diuidit etiam terrena cunctis mortalib⁹. Conſtat eniꝫ ꝙ etiaꝫ quo ad temporalia: ſtatus cuiuſcunq₃ a deo ſibi diſtribuitur: ⁊ ipſa terrena a deo diuerſis diuerſimode diuiduntur. ps. Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Diuidit inſup eterna premia beatis promerentibus: de quo dicitur .j. Para. xvj. ꝙ ipſe benedixit populum in nomine dñi: ⁊ ipſe diuiſit vniuerſis per ſingulos cibaria. Unde de illa diuiſione bonorum dicit̃. Eſai. ix. Exultant victores capta preda quādo diuidūt ſpolia. Et ſic patet: ꝙ deus diuidit ſua ſtipendia: que ſunt ſua gratia: terrena bona: ⁊ eterna p̄mia: largiendo cunctis affluenter. Item diuidit dñs ſua ſupplicia ſeiūgēdo multos cōdolēter ſeu violēter Et iſta ē illa diuiſio qua de⁹ hoīes ab inuicē diuidit cōtra propriā voluntatem. Prima eñ diuiſio dei pertinet ad eius ſapientiam. Secunda pertinet ad eius gratiam. Tertia pertinet ad eius ſeueritatem ⁊ iuſticiam. Prima vt dictuꝫ eſt fuit ordinatiua. Scđa fuit diſtributiua. Iſta autē tertia ſcꝫ ſeparatiua eſt ſemp actiua ⁊ moleſtatiua Et ſm iſtā dico ꝙ deus diuidit.

Animam a carnis ſocietate.
Iuſtos a mundi proſperitate.
Damnatos a ſanctorum cōmunitate.

Diuiſionem carnis ⁊ anime facit deus cū mortis gladio. Mors enim eſt ille acutiſſimus gladius: qui diuidit: ſcindit ⁊ ſoluit vnitatem iuncture ſcꝫ copulam ⁊ preſentiam amicorum: vnitatem mundane glorie: vel preture. De gladio ergo mortis omnia taliter diuidenta: poteſt dici illud .iij. Reg. iij. Dixit autem rex Afferte mihi gladium. ſequitur. Diuidite infanteꝫ viuum in duas partes. Iſta eñ eſt diuiſio flebiliſſima qꝛ non ſolum mors corpus ab anima ſolet diuidere: immo etiam vermes corpus in multas partes ſibi cōdiuidunt: ⁊ qđ peius eſt demones animam forſitā tormentis ſcindunt. Unde plorans ⁊ eiulans dicere pōt hō illđ. ps. Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſup veſtē meam miſerunt ſortem. Etiam iſtud poteſt applicari ad bona terrena ipſorum: humanorum ⁊ ad eorum potentiam ſecularem: q̄ ſcilicet a deo per mortem vel infortunia diuiduntur: ⁊ ſm occultam dei ꝓuidentiam in diuerſas particulas diſtinguunt̃. De illo enim maximo flumine gange dicit Oroſius: ꝙ ꝓuis habeat centum paſſus in ꝓfunditate: octo milia paſſuū ⁊ quandoq₃ viginti milia in latitudine. Cyrus tamen rex perſarum ipſum in mille trecentos ⁊ ſexaginta alueos diuiſit: ⁊ ſic fluuium illum maximum vadabilē exercitui ſuo fecit. Sic vere dico: ꝙ non eſt dare fluuium .i. fluxibilem ⁊ mortalem hominem ita magnuꝫ quem deus non quandoq₃ per mortem ⁊ infortunia diuidat: ⁊ potentiā eius diminuat atq₃ ſcindat. Magnus enim fluuius abſorbens omnia. fuit Alex. cui⁹ tamen imperium ſtatim eo mortuo in quatuor imperia eſt diuiſum: ſicut dicitur .j. Macha. x. Maximuꝫ fluuium fuit romanum imperium: per quod procul dubio abſorpte ſunt multe gētes: et in quo multe horrende belue habitauerunt que mundum ſuis temporibus moleſtarunt. Nunc vero in quot partes diuiſum ſit attendite: ⁊ ꝙ nihil habeat integrum videte. Rex enim cyrus qui Eſa. xlv. dicitur. Xp̄s dei .i. xp̄s dominus ſicut per ſuā occultam prouidentiam certis ſolet temporibus diuerſa ſimul coniūgere: ⁊ de multis vnū imperium facere: ſic etiam ſolet ecōuerſo illa omnia ſic iuncta diuidere: ⁊ peccatis exigentibus ab inuicem deunire. Et non mirum. Nam ſi illa que naturaliter vnum fiunt .ſ. diuerſa elementa in omni re: ⁊ aīa ⁊ corpus in homine neceſſario ab inuicem diuidūtur: multomagis illa que per violentiam fiunt vnum .ſ. regna ⁊ imperia: que in aliorum preiudicium magna et maxima quandoq₃ fiunt per violentiam ⁊ rapinā: diu durare ſine diuiſione non poſſunt. Cū ſm Senecam. Nihil violentū diuturnū: immo ſcindūtur ⁊ diuiduntur: ⁊ quandoq₃ prorſus deſinunt ⁊ deficiūt: vnde Danie. v. Illi magno regi Balthaſar dictū eſt per manū in pariete ſcribentē. Mane thechel phares. Et ſequitur. Diuiſum eſt regnum tuum: ⁊ datum perſis ⁊ medis. Tales ergo diuiſiones figurant̃ in mari rubro et in iordane: quorum aque mirabiliter ſunt diuiſe. Sicut de iordane dicitur Joſue .iij. Et de mari rubro. Exodi .xiiij. Extende manū tuā ſupra mare ⁊ diuide illud: quia ſcꝫ mare ⁊ flumina .i. potētes ⁊ eorum regimina diuine ſubiacēt ordinationi: ⁊ finaliter neceſſe eſt ꝙ ꝑ mortem ⁊ infortunia ſubſint miſerie ⁊ diuiſiōi. ps. Diuiſit mare rubrum in diuiſiones. Diuiſionē ergo anime ⁊ corporis facit deus: cum mortis gladio. Diuiſionem iuſtorum a mundi proſperitate facit deus cuꝫ infortunio. facit enim ſicut nutrix que volens puerum a lacte diuidere ⁊ ſeparare: ſolet aliquid amarum ſup mamillam ponere: cuius guſtu puer mamillam cogitur abhorrere. Sic deus pueris ſuis amara tribulamina in mūdo tribuit: quoruꝫ guſtu ipſos ab amore proſperitatis ſeiungit: vt iuſtis dicere poſſit illud Eſaie. lvj. Separatione diuidet me dominus. Diuiſionē autem impij: ⁊ a ſanctorum ſocietatē facit dominus duro iudicio: quia ſcilicet in iudicio mali a deo a paradiſo et a ſanctoruꝫ conſortio diuident̃ De quo Exo. viij. Uidet deus loqui pharaoni .i. diabolo dicens ſic. Ponam diuiſionē inter populū meum ⁊ populum tuum Et ideo mons oliueti in quo fiet iudiciuꝫ poterit dici mons diuiſionū .j. Paralipome. xiij. Nomen loci diuiſio. Deus etiam poterit dici phaleg quia ſicut dicit̃ Gene. x. In diebus eius diuiſa eſt terra. Sic ergo patet ꝙ multiplex eſt diuiſio: qua vtitur deus qđ eſt primū pncipale. G

¶ Secūdo principaliter dico: ꝙ eſt alia diuiſio qua vtit̃ iuſtus. Juſti enim multis vtūtur bonis: ⁊ ſanctis diuiſionib⁹: qꝛ ſcꝫ iſti Diuidūt

Seipſos omnibus vtiliter obſequendo.
Cōmunia inter ſe pacifice diſcernendo.
Se a malis borū conſortia fugiendo.
Propria alijs gratifice ſuccurrendo.
Peccata ipſa in cōfeſſione debite diſtinguēdo.

Dico ergo ꝙ iuſti ſeipſos diuidūt cūctis vtiliter obſequentes. Teſte enim Tullio in officijs Cicero. Parteꝫ patria: partem liberi: partem amici in nobis ſibi vendicant: qꝛ .ſ. ſicut idem dicit alibi: nos nobis ſolis nati nō ſumus: ſed poti⁹ alter alteri⁹ cā. Cepa enim croci ſi ſciſſa ⁊ diuiſa fuerit: de qualibet particula creſcit planta: que ſi integra conſiſteret ſola vna planta naſceretur. Sic vere ſi homo in multas partes ad alioꝝ obſequia ⁊ vtilitates ſe diuidat: de qualibet particula id eſt de quolibet obſequio ſpiritualē fructū ⁊ meritum a deo recipit ⁊ reportat. Si vere ſolus ⁊ integer voluerit remanere: ⁊ ſibi ſoli proficere ⁊ de alijs nō curare: min⁹ de fructu meritoꝝ habebit a deo reportare. Actiua enim vita ex hoc fructuoſior contemplatiua dicitur: qꝛ plurib⁹ proficere comprobatur. Utilis eſt ergo et meritoria ſuypſi⁹ diuiſio: ⁊ ad alienas vtilitates applicatio vt de tali diuiſione intelligi poſſit illud Luc. xij. Erūt quinq₃ in vna domo diuiſi duo in tres: ⁊ tres in duo diuidentur. Et iſti figurantur in animalibus

de quibus

Ayuntamiento de Madrid

de quibus dr. Leuit. xi. Quod illa que diuidunt vngulam erunt munda. Vngulam enim diuidere nihil aliud eſt ꝙ opera ſua in plures partes diſtinguere. Vngula enim que eſt extremitas pedis: ſignat opus quo illa extremitas terminatur. Pes idest affectus cordis quia ſicut pes vngula induitur: ſic affectus exterior opere circuit. Patet ergo quomodo iuſti ſe diuidunt cunctis vtiliter obſequentes. Adhuc dico: ꝙ iuſti diuidunt ſe ab alijs: ⁊ maxime a malis ipſorum conſortia fugientes. Apoſtolus enim dicit: ꝙ non eſt participatio lucis ad tenebras. Et ideo Gen. i. dicitur. Quod deus vidit lucem ꝙ eſſet bona: ⁊ diuiſit lucem a tenebris. Bona inquit: quia ſcȝ iuſtorum bonitas deprauatur niſi a malorum conſortijs diuidatur. ¶ Iterū iuſti diuidunt cōmunia inter ſe pacifice quilibet enī eſt contentus iure ſuo ⁊ ideo non appetit alienum: et ideo pacifice condiuidunt: diuidenda. ij. Regū. xix. Tu ⁊ ſiba diuidite poſſeſſionē. Joſue. xi. et Joſue. xxij. Omnem predam diuiſerunt ſibi. Deniꝗ dico: ꝙ iuſti diuidunt alijs gratifice largientes. Juſti enim ſua ſolent alijs diuidere: ⁊ de bonis ſuis alios refouere: bonis dico ſuis ſcȝ diuitijs temporalibus Sicut dr Thobia legitur. Thobie. i. ꝙ diuidebat vnicuiꝗ prout poterat de facultatib⁹ ſuis. Sed de iſtis vide ſupra ad plenū. De ſcientijs etiā ſalutaribus: quas. ſ. iuſti debent alijs diuidere docendo ⁊ predicādo. Dicitur Prouer. v. In plateis aquas tuas diuide. vnde de ſapiente doctore dr. Prouer. xvij. Seruus ſapiens dominabitur filijs ſtultis: ⁊ inter fratres hereditatem diuidet. Hereditatem dico ſ. doctrine ⁊ ſcripture. De exēplis etiam ⁊ virtutibus: correctionibus: ⁊ orationibus: quia ſcȝ omnia iſta debemus alijs impendere ⁊ diuidere: et ipſos bonis noſtris exemplis correctionibus ⁊ exemplaribus informationibus adiuuare: dicendo ſcilicet illud. ps. Exultabo ⁊ diuidam ſicimam: ⁊ conuallem tabernaculorum metibor. Rurſum autem dico ꝙ iuſti diuidunt propria peccata ipſa confitendo: debite diſtinguentes. Vnde de behemoth per quem intelligitur corpus peccati: vel ipſe dyabolus Dicitur. Job. xl. ꝙ concident ipſum amici: diuident illum negociatores: q2 ſcȝ amici ⁊ negociatores virtutum ſcȝ viri iuſti debent behemoth. i. peccatum proprium in confeſſione ſcindere ⁊ diuidere: ⁊ ipſū diſtincte dicere ⁊ narrare. Sic ergo patet quomodo eſt multiplex diuiſio q̄
B vtitur iuſtus. Et hoc eſt ſcdm principale iſtius vltime diſtinctionis. ¶ Tertio principaliter dico: ꝙ eſt diuiſio: qua vtitur malus. Et ſic nota ꝙ mali ⁊ peruerſi homines tam in pñti ꝙ in futuro diuiduntur.

A ſeipſis: dum per negocia diſtrahunt.
A deo: dum per nequicias diſſoluuntur.
Ab eccleſia: qñ per ſciſmata diſiungunt.
A proximis: qñ diſcordijs dirimuntur.
A paradiſo: quando in inferis includunt. Et diuidūt mali. Aliena etiam dum ipſa rapiūt ⁊ furant. Bona etiam conſortia dum detractione proloquunt. Iſta eſt enim quintuplex malorum diuiſio paſſiua: ⁊ duplex actiua. Diuidunt ergo mali a ſeipſis: dum diſtrahūtur per negocia. Omnis enim qui in exterioribus occupatur: neceſſe eſt ꝙ per multas ſollicitudines diuidatur: ⁊ ꝙ ab interioribus deuotionis contemplationis: vel ſtudij meditationibus diſtrahatur: ſicut marthe dictum fuit. Job. xi. Martha martha ſollicita es ⁊ turba. erga pluri. vñ. i. Cor. vij. de vxoratis ⁊ mundanis dr. Qui cum vxore eſt ſollicitus que ſunt mundi ⁊ diuiſus eſt. Item diuidunt a deo dum corrumpūtur a nequicia. Peccatum enim mortale diuidit animam a deo. Eſaie. lix. Iniquitates veſtre diuiſerūt inter vos ⁊ deum veſtrum. ¶ Item diuiduntur ab eccleſia ⁊ etiā a fide per ſciſmatica diſſonantia. Sciſmatici enim ſunt illi: qui ſe a fide catholica vnitate per diuerſa diuidunt: ⁊ qui etiam ipm xpm ⁊ eius fidem ꝙtum in ſe eſt deſtruūt atꝗ ſcindūt: peiores. ſ. ipis militib⁹ qui xpm crucifixerunt: quia ſcilicet oſſa ipſius nō fregerunt ⁊ tunicam xpi inconſutilem: per quā fides xpi vel eccleſia deſignatur indiuiſam ⁊ integram dimiſerunt dicentes. Nō ſcindamus eā: ſed ſortiamur cui⁹ ſit. De iſtis tamen poteſt dominus dicere illud. ps. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. Tales erant primi illi xpiani: qui baptiſmum diuidebant: ⁊ ipſum quādo ab vno dabatur meliorem ꝙ datum ab altero reputabant dicentes. i. Cor. i. Ego quidem ſum Pauli ego autem apollo. ego vero cephe: ego autē xpi: quos ſtatim reprehendit apl's dicens. Ergo diuiſus ē xps q.d. Non debet ſic eſſe. Iſti ergo diuiduntur a chriſto ⁊ eccleſia: per ſciſmatica diſſonantia. ¶ Itē diuidūtur a proximis diſſenſione ⁊ diſcordia: contra quod cōmendatur. Saul ⁊ Jonathas. ij. Regum. i. de hoc. ſ. ꝙ amabiles erant in vita ſua: in morte quoꝗ nō ſunt diuiſi. Sed de diuiſione diſcordie dictum eſt ſupra eodem ſatis plene. Item diuiduntur a paradiſo damnatione ⁊ triſticia: ſeu a dei punitione ⁊ iuſticia. Vnde ī iudicio verificatur illud. Job. xxviij. Lapidem caliginis ⁊ vmbram mortis diuidet torrens a populo pegrinante. Mali enim qui lapis propter obſtinationem vmbra ⁊ caligo propter obnubilatam in eis rationē dicuntur torrens. i. impetus iudicij diuidet: hic cū populo peregrinante. i. cum ſanctis in celorū habitacul hoſpitentur. Vnde de deo tunc irato contra eos: dr in ps. Diuiſi ſunt ab ira vultus eius Et merito: q2 tunc de deo verificabit illud. Eſa. xxviij. Dominus in mōte diuiſionum ſtabit. Item dico: ꝙ mali diuidūt ſcilicet inter ſe ⁊ ſuos aliena: bona cum rapina ⁊ iniuſticia. Vnde de raptoribus loquitur in ps. dicens Dixit inimicus perſequar ⁊ comprehendam: diuidam ſpolia: implebitur anima mea. De quibus conqueritur dñs Joel. iij. dicens. Terram meam diuiſerunt ſibi: ⁊ ſuper populum meum miſerunt ſortem. Ad literam, enī tyranni hodie inter ſe diuidunt ⁊ terram ⁊ ſpolia: idest poſſeſſiones ⁊ mobilia aliorum. ¶ Item diuidunt alios detractoria eloquentia: quia ſcȝ detractio eſt illud qd pl⁹ ſolet in cōmunitate diſſenſionē ⁊ diuiſionē ⁊ diſcordiā generare. Vñ de quolibet detractore dici pōt illud. i. Regum. xxiij. Vocauerunt hunc locū petrā diuidentē. Ut figuretur in illo azahele rege ſyrie: cui dictum eſt. iiij. Reg. viij. Ciuitates ſuccendes ⁊ iuuenes interficies gladio: paruulos allides ⁊ pregnātes diuides. Conſtat enim ꝙ per verba detractorum ⁊ maledicorum: ciuitates. i. ciuium vnitates: ⁊ quelibet cōcordes cōmunitates per iracundiam ſuccenduntur. Multi etiam per eos ad literam interficiuntur: ⁊ illi qui ſunt pregnantes ſufficientijs ⁊ meritis: quādoꝗ per diſcordiam ⁊ odia diuiduntur. Sic ergo patet triplex generalis diuiſio ſcilicet. Vna qua vtitur impius Alia qua vtitur iuſtus. Alia qua vtitur deus: ſufficit Vnde de ſeparare: ⁊ ſimilibus.

# Diuinus. Diuinare.

A Diuinare proprie dicitur res diuinas ſibi attribuere: vel diuina opera exercere: vel de occultis ⁊ futuris ſcientiam vendicare. Sicut ergo pphetia vt cōmuniter accipitur in bono tanꝙ ſcilicet a ſpiritu ſancto iſpirata ⁊ reuelata. Sic diuinatio in malo ſumitur: tanꝙ res ad diuinos pertinens vſurpata: ⁊ per reuelationes demonum publicata. De talibus ergo ꝙ iſti ſunt fallaces ⁊ ſeductores: patet Hier. xxvij. ⁊ Hier. xxix. Non vos ſeducant diuini veſtri: et ne attendatis ad ſomnia: ꝙ ſint etiam mendaces prolocutores: patet Zach. x. vbi dicitur. Diuini viderūt mendacium: ⁊ ſomniantes fruſtra locuti ſunt: ꝙ etiā ſint finaliter cōfuſionis ⁊ verecundie poſſeſſores ⁊ ſucceſſores. patet Mich. iij. vbi dicitur. Confundent diuini ⁊ operient vultus ſuos omnes. ¶ Sȝ ſi vis moraliter loquendo: dic ꝙ per diuinos intelliguntur illi qui futura ſperant inaniter: ſicut ſcȝ ſunt illi qui quicqd imaginantur futurum: aduenire credunt: et maxime illi qui ſperant diu viuere ⁊ in fine penitere: ⁊ ſimilia. Diuinare enī vident de futuris illud qd forſitan nūꝙ



Ayuntamiento de Madrid

erit. Sicut etiã ſunt illi qui de alijs male exiſtimãt nimis faciliter: ſicut ſcilicet ſunt illi qui modica occa ſione diuinant ⁊ preſumunt malum vel bonum ineſſe homini cuicunq; ⁊c. ſimilia. De rebus autem vł perſonis diuinis nihil dico ad preſens: ſed ſolum ꝙ illd negocium dicitur diuinum: quod eſt catholicũ atq; ſanctum. Sicut dicit lex diuina: virtus diuina plaga diuina ⁊c.

a

## Docere. Doctrina.

Nota ꝙ docere nomẽ eſt autoꝛitatis. Doceri eſt nomen vtilitatis. Doctoꝛes eñ valde ſunt neceſſarij in eccleſia militante. Omnis enim ars ⁊ ſcientia ignoꝛatur niſi per aliquem doceatur. Doctoꝛes eñ ſunt in eccleſia: ſicut os in animali: ⁊ ſicut radix in arboꝛe. Os enim cibos recipit quos tandem ad coꝛpꝰ nutriendũ tranſmittit. Radix etiã de terra ſugit humoꝛem de quo tandem rami arboꝛis nutriunt. Aquila etiam quando videt ꝙ pulli nimis iuuenes ſunt: nec adhuc carnem poſſunt comedere: ſolet de pꝛda ſanguinem ſugere: ⁊ pullis eſurientibus miniſtrare. Sic vere cariſſimi doctoꝛes de terra .i. de deo vel a libꝛis humoꝛem ſcientie ⁊ doctrine. Pꝛimo ſolent ſtudendo ſugere: bibere ⁊ acquirere: ⁊ tandem in filios idest in auditoꝛes ⁊ ſubditos docendo ⁊ pꝛedicando diffundere ⁊ eos vbo dei ſalubꝛiter enutrire. Ideo in pſona cuiuſlibet doctoꝛis dicit dauid ł. ps. Uenite filij audite me timoꝛem domini docebo vos. Aduerte tamen ꝙ ille q̃ vult alios docere: neceſſe eſt vt pꝛimitus doceatur. Ut enim dicit quidam ſapiens. Non debet foꝛmã doctoris accipere: qui foꝛmam diſcipuli nõ aſſumpſit. Nõ ne ad hoc ꝙ animal quodcunq; vt cõmuniter lac poſſit habere ⁊ fetus lacte nutrire: neceſſe eſt quod pꝛimitus impꝛegnetur. Certe ſic: pꝛegnities enim lactationem pꝛecedit. Sic vere dico: ꝙ ad hoc ꝙ aliquis poſſit alijs lac doctrine diſtillare: neceſſe eſt: ꝙ ipſe pꝛius ſcientia impꝛegnetur: ⁊ bonis doctrinis ⁊ vtilibus fecũdetur: quia bꝛeuiter qui alios vult docere: dz pꝛimo doctrina ⁊ ſapientia pꝛegnans eſſe vnde Dañ. xj. Docti in popnlo docebunt plurimos. q. d. ad doctos nõ ad alios ptinet alios docere. Multi tamen ſunt hodie q̃ pꝛius volunt docere quam addiſcere: pꝛius eſſe magiſtri quam diſcipuli: pꝛius eſſe doctoꝛes quam auditores. Iſti ſunt ſimiles gramini. Sicut enim Plinius dicit. Gramen eſt quedam herba minuta: que quantoplus colligitur: tantoplus multiplicatur. Si enĩ ad libitum creſcere dimittatur: valde libenter pꝛurũpit in ſemen: ⁊ ſic faciliter deſiccatur: ⁊ perdit pulcritudinem ⁊ decoꝛem. Sic pculdubio cariſſimi: hõ quantoplus conculcatur vilipenditur ⁊ diſciplinatur: tanto vt cõmuniter magł valet vł viret. ps. Miſerere mei deus quoniam cõculcauit me homo. Multi eñ ſunt ita pꝛeſumptuoſi: ꝙ ſi ad libitum dimittuntur: ſtatim volunt in ſemen pꝛorumpere: ⁊ ſemen doctrine alijs effundere alioſq; inſtruere ⁊ docere. Et quia iſta neſciunt: accidit ꝙ viroꝛem fame ⁊ gratie cito perdunt. Et de talibus loquitur Hiero. ad demetriadem. Multi inquit: iuxta vetus eulogium: cum loqui neſciunt tacere non poſſunt: docentq; ſcripturas quas non intelligunt: ⁊ pꝛius volunt eſſe imperitoꝛũ magiſtri: quã doctoꝛum diſcipuli. Pꝛudentes igit docere ⁊ pꝛedicare debent non imperiti. Officium enim generandi viris non mulieribus eſt conceſſum. Sic ⁊ officium pꝛdicandi pꝛudentibus non ignoꝛantibus eſt mãdatũ vel creditum: ſiue licitum ⁊ honeſtum. j. Thi. ij. Docere autem mulieribus non pmitto. Pꝛius igitur debemus diſcere poſt docere. Unde vr̃ mihi ꝙ regula doctoꝛum optime traditur. j. Eſdre. vij. Eſdras parauit coꝛ ſuum vt inueſtigaret legem domini ⁊ faceret et doceret. Ubi oſtenditur ꝙ doctoꝛ debet.

b

Uoluntatem hoꝛrere: parauit inq̃t coꝛ ſuum.
Sollicite ſtudere. Inueſtigauit inquit legem dñi.
Dicta factis implere: doceret inquit ⁊ faceret.

Debet dico doctoꝛ nocumenta tollere: qđ oſtenditur cum dicitur. Parauit inquit coꝛ ſuũ. Coꝛ eñ noſtrũ debet parari per vitioꝛũ reſecationẽ: ⁊ per virtutũ acq̃ſitionẽ. Sicut eñ dicitur Sapiẽ. j. In maliuolã aĩam non introibit ſapiẽtia: nec habitabit in coꝛpoꝛe ſubdito peccatis. Ideo debet dicere quilibet talis illud ps. Paratum coꝛ meum deus: paratũ coꝛ meum: cãtabo ⁊ pſallã in gloꝛia mea. Coꝛ enim doctoꝛis vel pꝛedicatoꝛis debet eſſe paratũ per purã intentionẽ: qꝛ ſicut vas coꝛruptũ: vinũ poſitũ ibi coꝛrumpit. Sic coꝛ vitijs infectum: doctrinã ⁊ ſcientiam inficit ⁊ peruertit. j. Coꝛin. v. Modicũ fermentum totã maſſam coꝛrumpit. Et ideo hypocrite qui magis parãt coꝛpoꝛis conuerſationem ꝙ coꝛdis intentionẽ: non bene poſſunt docere vel pꝛedicare. Peccatoꝛi enim dicit deus. Quare tu enarras iuſticias meas ⁊c. ⁊ Roma. ij. Qui alium doces teipſum non doces: qui pꝛedicas non furandum furaris ⁊c. Non ſic pꝛo certo: ſed ipſe debet nocumẽta delere. ¶ Secundo dico ꝙ doctoꝛ habet continue ſtudere. Inueſtigauit inquit legẽ domini. Sicut enim dicit Sene. Sine ſtudio eger eſt animus. Et Eccli. xxix. Sapientiã oĩm antiquoꝛum exquiret ſapiens. Sicut enim ſapiens medicus cum diligentia ſolet herbas ſalutiferas inueſtigare ⁊ querere: de malis vero ⁊ inutilibus non curare. Sic vere doctoꝛ vel pꝛedicatoꝛ debet ſtudendo ⁊ reuoluendo inueſtigare ⁊ querere ſalubꝛia documenta: vana vero ⁊ inutilia relinquere ⁊ etiam refutare. Unde Hugo in lib. de dyaſcalon Pꝛudens inquit lectoꝛ omnes libenter audit: omnia legit nõ ſcripturam: nõ doctrinã: non perſonam reſpuit: ab omnibus indifferenter qđ ſibi deeſſe videt querit: nõ quantam ſciat: ſed quantũ ignoꝛat conſiderat. Inueſtigare ergo debet legẽ domini. Unde Eccli. vj. Inueſtiga illã ⁊ manifeſtabit tibi: ⁊ cõtinens factus ne derelinquas eam. Debet igitur ſollicite ſtudere. ¶ Tertio debet dicta factis implere: vt doceret inq̃t ⁊ faceret. Sicut eñ inquit Grego. in omel. Loquentis autoꝛitas perdit: quando vox in opere nõ iuuatur. Et ideo de xp̃o legit Actu. j. Cepit ieſus facere ⁊ docere. Sicut etiã dicitur Judicũ. vij. Illi ad pꝛeliũ fuerunt electi: qui aquã cum manu lambendo biberũt ⁊ aquam pꝛius manu ꝙ lingua tetigerũt Sic illi ad pꝛedicandũ contra vitia ſunt accepti: qui aquam ſcientie ⁊ doctrine pꝛius tangunt cum manu per operis executionem: ꝙ cum lingua per doctrine eruditionem. Pſitacus enim ⁊ pellicanus pꝛde vtuntur loco manus: qꝛ quicquid ab ipſis in oꝛe ſumitur pꝛius ad modũ hoĩs vngulis accipit ⁊ palpat. Sic vere chariſſimi quicquid in os vt doceamus ponimus: decet vt faciendo ⁊ implendo manibus pꝛimitꝰ contingamus. Ut enim dicit Grego. in moꝛa. Tũc doctrina cum oĩ imperio docetur: cum pꝛius agitur ꝙ dicatur. Nam doctrine fiduciam ſubtrahit cũ lingue cõſciẽtia cõtradicit. Doctoꝛ igitur chariſſimi: vitia deleat penitendo: quid dicat ſtudeat addiſcẽdo quod dicit impleat operando. Et hec de doctoꝛe ſufficiant.

c

¶ Sed nos poſſumus adhuc dicere: ꝙ nos debemus valde velle inſtrui ⁊ doceri in rebus vtilibꝰ ⁊ honeſtis non in rebus inutilibꝰ atq; vanis. Columba enim diſtinguit inter grana. Melioꝛa eñ ⁊ purioꝛa recipit et alia pꝛtermittit Sic pculdubio nos debemꝰ purã doctrinã bona ⁊ honeſta documẽta eligere: de vanis aũt ⁊ inutilibꝰ nõ curare: vt ſic deo vel cuicũq; bono doctori dicat illud ps. Bonitatẽ ⁊ diſciplinam ⁊ ſcientiã doce me. Ubi nota ꝙ in tribus velle debemus pꝛincipaliter edoceri: ſcʒ

Ad habendũ moꝛũ perfectionẽ. Bonitatem inquit.
Ad ferendũ durã coꝛrectionem. Diſciplinam inquit.
Ad adiſcendũ rerũ cognitionem. Scientiã inquit.

| | |
|---|---|
| Nobis eñ eſt neceſſaria. | Illa autoꝛitas pꝛudẽtiã ⁊ |
| Moꝛum perfectio. | iuſticiam ⁊ virtutem do |
| Dura coꝛrectio. | cet ⁊c. que ſcribitur Sap. |
| Rerum cognitio. | viij. Et ponet infra in titu |

lo de ſpũ inuit tia vltima documenta: vcʒ ꝙ homo

Doceatur

Doceatur bona frequentare.
Doceatur dura tolerare.
Doceatur vera cogitare.

Petit ergo iuſtꝰ vt inſtruat ⁊ doceatur. Ad ſequẽdum virtutum regulam. Bonitatem inquit. Ad ferẽdum penarum ferulam. Diſciplinam. Ad habendũ cunctoꝛum ſpeculã. Scientiã doce me. ¶ Pꝛimũ notat bonitatis placidus titulus. Bonitatẽ inquit. Secundũ notat diſcipline rigidus ſtimulus. Diſciplinã inquit. Tertiuꝫ notat ſciẽtie fulgidus oculus. Et ſciẽtiam inquit doce me. Bene ergo dicit. Bonitatẽ ⁊ diſciplinam ⁊ ſcientiã doce me. Dico ergo pꝛimo ꝙ nos debemus petere ⁊ velle doceri: ad acquirendũ virtutuꝫ titulum glorioſum: vt ipſum ſciamus iugiter frequentare. Et hoc oſtenditur cũ dicitur. Bonitatem. Bonitas enim omne genus virtutũ ſignat. Et pꝛocerto omnis homo bonꝰ in bonitate deſiderat edoceri. Iſta eſt enim doctrina peroptima: per quã. ſ. non docetur nec diſcit niſi bonũ. Narrat enim Plinius. ꝙ in quibuſdã partibꝰ abũdãt herbe venenoſe. ⁊ ideo dicit ꝙ apes illarum partium pꝛo eo ꝙ floꝛibus illarũ herbarũ paſcuntur: mel conficiunt venenoſum: ⁊ inde factum ſit vt ait ꝙ populus illarum terrarum tributa faciebat romanis de cera ⁊ nõ de melle. Alie vero pꝛouincie que in talibus abundãt: ſemper mel ſimul cũ cera in tributum poꝛtabãt. Tale ergo mel ꝙuis eſſet dulce: nõ pꝛopter hoc erat bonum: ſed potius peſtiferũ ⁊ nociuuꝫ: ⁊ a cunctis pꝛudentibus pꝛecauendum. Sic vere dicã ꝙ apes. i. doctoꝛes qui in bonis floꝛibꝰ: id eſt in bonis ⁊ ſanis libꝛis paſcuntur ⁊ ſtudent: ⁊ a bonis doctoꝛibus audiunt atꝗ diſcunt: tales dico bonum mel: id eſt bonam doctrinam conficiunt ⁊ componunt. Illi vero qui in floꝛibus venenoſis: id eſt in ſcientijs pernicioſis ⁊ libꝛis ſuperſticioſis ſtudent: mel venenoſum: id eſt malam ⁊ periculoſam doctrinam alijs pꝛopinãt ⁊ docent: quapꝛopter omnis romanus: id eſt quicũꝗ ſapiẽs ⁊ iuſtus talia debet hoꝛrere: ⁊ tanꝗ peſſima refutare. Unde de malis doctoꝛibꝰ hereticis ⁊ coꝛruptis poteſt dici illud quod de illis coꝛruptis populis dicit Deutero. xx. De his autem ciuitatibus nullum ꝑmittes viuere. ne foꝛte doceant te cunctas abhominationes quas ipſi operati ſunt. Bonitatem ergo doce me inquit. ¶ Et ſi vis nota ꝙ ſub nomine bonitatis continentur omnia illa in quibus debemꝰ petere et appetere a deo vel ab homine edoceri. videlicet res et opera virtuoſa. et illa que neceſſaria ſunt ſaluti. Ipſa enĩ animalia docent filios ſuos vtilia eligere noxia pꝛecauere Sicut de vitulo marino legitur. Qui catulos ſuos in terra genitos tandem ad mare ducit. et eos natare docet ⁊ inſtruit. De ceruis etiam legitur: ꝙ filios ſuos ſolent ad pꝛecipitia montium ducere. ⁊ docent eos currere et ſaltare. Aquila enim deſuper volitando. volare docet pullos: et eos exemplariter ad hoc iſtruit et exercet Sic vere chꝛiſtus exẽplariter. in ſcriptura litteraliter. et pꝛedicando vocaliter. eligere bonũ et repꝛobare malum fideles docuit: et bonitatem ſequi et facere eos inſtruxit. quod etiam debẽt pꝛelati et doctoꝛes facere: qꝛ ſcilicet auditoꝛes et ſubditos debent in bonis actibus exercere et exẽplariter et verbaliter edocere. quia ſicut dicitur: Eccleſiaſtici. xxx. Qui docet filium laudabitur in illo: et qui docet filium in zelum mittit inimicũ ſuũ Unde etiam dicitur de Thobia: Thobie. j. ꝙ filium ſuum a puericia timere deum docuit et recedere ab omni peccato: Notabo ergo ꝙ bonitatem docet deus: docet iuſtus. docet impius. Docet inquit deꝰ. Et dico: ꝙ nos debemus per affectionem et contemplationem aſcendere ad deum vt doceamur a deo. ſicut bonus diſcipulus ad ſtudium vt doceatur a magiſtro. Moꝛatur enĩ magiſter noſter deus in loco altiſſimo: ⁊ ideo ipſe vult ꝙ inferioꝛa mundi negocia dimittamus. et ſuperius per amoꝛem celeſtium aſcẽdamus. vt ſpiritualiter doceamur ab iſto: Quod aduertẽs Eſaias dicebat: Eſaie ij. Uenite aſcendamus ad montem domini. et docebit nos vias ſuas. et ambulauimus in ſemitis eius. Que autem ſunt vie dei: per quas peruenitur ad deum. pꝛoculdubio ſunt virtutes. Ipſe enim ſunt vie per quas ipſe voluit ambulare. et per quas nos docet deus incedere et calcare. Pſ. Diriget manſuetos in iudicio. docebit mites vias ſuas. Uniuerſe aũt vie dñi mĩa ⁊ veritas. Magna enĩ mĩa et grã fit illi q debet ire ad loca remota ⁊ ignota ſi qs doceat eũ viam. Et ideo viã eundi ad paradiſum id eſt viam virtutum petebat dauid a deo ſibi doceri cũ dicebat in pſ. Uias tuas domine demonſtra mihi. et ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me. qꝛ tu es ſaluatoꝛ meus. ¶ Dico ergo ꝙ deus docet. D

Uiam equitatis et iuſticie que nunꝗ deficit.
Uiam pietatis et clementie que multos reficit.
Uiam veritatis et ſcientie que falſa reijcit.
Uiam claritatis et ſapientie que cunctis pꝛoficit.
Uiam ſobꝛietatis et temperantie que bonis ſufficit.
Uiam taciturnitatis et moderantie que moꝛes ꝑficit.

Docet ergo deus equitatem et iuſticiaꝫ. Pſ. Bonus es tu et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Item docet pietatem et clementiam: Johã. vij. Clamabat ieſus docens in templo. ſequitur. Qui ſitit veniat ad me et bibat. vnde Eccleſi. xviij. Miſericoꝛdia dei ſuper omnem carnem. qui miſericoꝛdiam habet. docet ⁊ erudit ſicut paſtoꝛ gregem ſuum. Item docet veritatẽ et ſcientiam: Matthei. xxij. Magiſter ſcimus qꝛ verax es et viam dei in veritate doces. Item docet mentis claritatem et ſapientiam: Job. xxxiij. Tace et ego docebo te ſapientiam. Et merito. cum ipſa ſapientia dicit: Sap. vij. Omnium artifex docuit me ſapientia. Item docet ſobꝛietatem et temperantiam: Sap. viij. Sobꝛietatem enim et pꝛudentiam docet. et iuſticiam et veritatem et patientiam: Job. xxxiiij. Si erraui tu doce me. ⁊ ſi male locutus ſum vltra non addam. Et illud pꝛedictum: Job. xxxiij. Tace et ego docebo te ſapiẽtiam. Iſte ergo ſunt bonitates quas docet deus: et qui veniens docuit Jeſus chꝛiſtus: Deutero. iiij. De celo te fecit audire vocem ſuam vt doceret te. De multis tamen dicere poteſt illud: Hieremie xxxij. Uerterunt ad me terga et non faciem cum docerem eos diluculo. Bonitatem igitur docet deus. ¶ Item dico ꝙ bonitatem etiaꝫ docet iuſtus ſcilicet bonus doctoꝛ pꝛedicatoꝛ vel pꝛelatꝰ. E

Et ſic notabis ꝙ boni doctoꝛes docere debent et docẽt
Noxia fugere.
Diuina colere.
Hoſti reſiſtere.
Secure ſiſtere.
Malos conuertere.
Peccata plangere.
Docte diſcernere.
Futura cernere.
Eterna querere.

Docent ergo boni doctoꝛes: immunda fugere. ſancte conuerſando Leui. xv. Docebit filios iſrael vt caueãt immundiciam: Diuina colere. deum reuerẽdo ſeu ſancta frequentando. iiij. Reg. xvij. Cum veniſſet vnus de ſacerdotibus docebat eos quomodo colerent dominuꝫ: Item hoſti reſiſtere minime peccando. Pſ. Docet manus meas ad pꝛelium. ⁊ ij. Reg. j. Pꝛecepit ergo dauid vt docerent filios iuda arcum et ſagittam. ſup. ad impugnadum hoſtes. Item ſecure viuere. timoꝛem pellẽdo: Job. iiij. Ecce docuiſti plurimos. et manus laſſas roboꝛaſti. et vacillantes confirmauerunt manus tue. Item malos conuertere. peccata linquendo. Pſ. Docebo iniquos vias tuas et impij ad te conuertentur. Itẽ peccata plangere. coꝛde penitendo. Hieremie. ix. Docete filias veſtras lamentum. Item bene diſcernere. iuſte meditando. Ezechielis. xliiij. Docebunt filios iſrael quid ſit inter ſanctum et pꝛophanum. Item futura cernere alte contemplando. Danie. x. Ueni vt docerem te que ventura ſunt. Itẽ eterna querere celũ affectãdo Matthei. xxj. Docebat eos de regno. Sic ergo

Ayuntamiento de Madrid

F patet quomodo bonitatem etiam docet iuſtus. ¶ Sʒ adhuc dico. ꝙ bonitatem aliquando docet impi⁹. Cõſtat enim ꝙ multi ſunt mali qui tamen ſunt doctores ſubtiles ⁊ ſcientifici: qui ⁊ ſi non verentur mala facere ſtudent tamen vera predicare ⁊ vtilia dicere ⁊ docere. Sicut enim videmus ꝙ homines in multis fuerunt edocti per bruta ſicut exemplificat. Plini. de ypotamo qui docuit fleubotomiam. De cane qui docuit vomitum. De ciconia que docuit formaciam. De ceruo qui docuit virtutem diptanni extrahendo de corpore ferrū De muſtela que docuit vires ruthe dum dimicauit cōtra baſiliſcum. Sic proculdubio a brutis. i. a peccatoribus ⁊ malis doctorib⁹ ⁊ hypocritis edocemur quotidie multa bona: quapropter ⁊ ſi ipſorum opera imitari non debeamus; eorum tamen documenta retinere debemus: ⁊ que dicunt facere facite; que autē faciūt nequaꝙ̄ facere. Et ſic verificatur illḋ Job. xxxv. ꝙ ſcʒ deus docet nos ſup iumēta terre: ⁊ in auib⁹ celi erudit nos. Et Job. xij. Interroga iumenta ⁊ docebūt te. Audiui enim ⁊ in ſcripturis legi de quadā vinea quā oculis vidi in ciuitate vticeñ. ꝙ fructus eius nec canis nec porcus volunt comedere; vinum tamē qḋ inde fit eſt valde bonum. Sic vere ſunt multi quorum fruct⁹ id eſt quorum opera nec canis nec porcus. i. quicunqʒ ⁊ quantūcunqʒ vilis peccator non dignaretur comedere. i. imitari aut facere ita; ſcilicet ſunt horribilia facta ſua: ⁊ tamen iſti bonum vinuʒ. i. bonam doctrinā faciunt: ⁊ bene docent vtilia que non agunt; tales videntur ab apoſtolo ⁊ a ſaluatore redargui. Dicit enim talibus apoſtolus Roma. ij. Qui alium doces teipſuʒ non doces. Dicis non mechandum mecharis ⁊c. Xp̄s etiam dicit Mat. v. Qui ergo ſoluerit. i. mandata nō fecerit ⁊ docuerit: minimus vocabitur in regno celoꝝ id eſt paruum reputari debebit. Qui autem fecerit ⁊ docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. Patet ergo quomodo bonitatem moralem docet impius iuſtus deus: patet ergo ꝙ debemus edoceri ad acquirendum virtutum titulum glorioſum: qui. ſ. notāter ſub nomine bonitatis. Bonitatem inquit p̄s. In bonitate tua doce me. Et Prouerb. xiij. Doctrina bona dabit gratiam. Et Nee. ix. Spiritum bonuʒ dediſti ei qui docet eos. Et iſtud eſt primum autoritatis. Bonitatem ergo. ¶ Secundo dico: ꝙ nos debemus appete-

G re edoceri ad tolerandum rigoris ſtimulū fructuoſuʒ quod oſtenditur cum dicitur. Diſciplinam. Diſciplina enim aſperitatem correctionis importat; in qua. ſ. patienter ⁊ prudenter ſuſtinenda debemus velle ⁊ petere edoceri. De viſo em̄ legitur: ꝙ cum pre longo ſomno ventrem ſuū conſtrictum: ⁊ viſum ſuū ſenſerit hebetatum lac comedit vt laxetur: ⁊ apib⁹ pungi circa oculos gaudet: vt fluente ſanguine viſus claritas reparetur. In quo quidē inſtruimur ꝙ mel bone doctrine debemus appetere: ⁊ puncturas apū. i. correctiones doctorum: ⁊ reprehenſiones prelatorū ⁊ predicatorū: diligere ⁊ appetere: diſciplineqʒ ⁊ tribulationuʒ actiuā in patientia tolerare. Ex diſciplina enim ⁊ tribulatione timor dei concipitur; qui ſuper oīa neceſſarius eſt homini ⁊ vtilis vt in eo doceatur Deuterono. xj. Docete filios iſrael vt metuāt dominū p̄s. Venite filij audite me: timorem domini docebo vos. q. d. Iſta ſit prima lectio veſtra: q꞉ ſicut dicit̃ in p̄s. ⁊ Eccli. j. Initiū ſapientie timor domini. De diſciplina ℣o dicit̃ Eccli. l. ꝙ doctrinā ſapientie ⁊ diſcipline ſcripſit in codice iſto Jeſus filius ſyrach. q. d. ſapientia ⁊ diſciplina ſorores ſunt: q꞉ ſcʒ de diſciplina ad doctrinam ſapientie peruenitur. Petamus igitur edoceri ad tolerandū rigoris ſtimulum fructuoſum: diſciplinam ⁊ merito q꞉ ꝓ certo illi qui diſciplinati ſunt atqʒ docti reputant̃ ad ſtādum coram regibus eſſe digni. Unde Danie. j. Preceptū eſt preposito eunuchorū vt introduceret pueros: in quibus nulla eſſet macula: eruditos omni ſapientia: decoros forma: cautos ſcientia: ⁊ doctos diſciplina: qui poſſent ſtare in palacio regis: vt doceret eos lit-

teras: ⁊ linguā chaldeorū. ¶ Tertio ℣o dico ꝙ appe- H
tere debemus edoceri ad procurandū ſplendoris oculum luminoſum. Scientiam inquit doce me. Iſtud eſt enim in quo tota natura humana appetit informari: ſcʒ in ſcientia. ⁊ cognitione rerū. Oēs em̄ homines naturaliter ſcire deſiderāt: vt dicit Ariſtote. j. meth. p̄s. Qui docet homines ſcientiā: dn̄s ſcit cogitationes hominū: ſequit̃. Beatus quem tu erudieris dn̄e: ⁊ de lege tua docueris eū. Patet igitur quomodo appetenda eſt a nobis doctrina: que facit ad rerum cognitionē. Doctrina que facit ad mali perpeſſionem. Doctrina que facit ad honeſti perfectionem ſeu ad boni adeptionem. Bene ergo. Bonitatē ⁊ diſciplinā ⁊ ſciētiaʒ doce me, Iſta eſt em̄ bona ⁊ ſana doctrina q̄ habet

| | |
|---|---|
| Subtilitatem. | Habet p̄ico ſubtilitatem Exo. |
| Utilitatem. | xxviij. Pones in rationali iudi- |
| Suauitatem. | cij doctrinam ⁊ veritatem. q. d. |
| Facilitatem. | Iſtam doctrinam cōcomitatur |
| Autoritatem. | iudicium ratio ⁊ veritas. Item |
| Precioſitatem. | habet vtilitatem exinde proue- |

niunt fructus bonorū operū ⁊ virtutum: ⁊ ideo iſta rori ⁊ pluuie comparat̃ p̄s. ⁊ habetur Deuterono. xxxij. Concreſcat in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros eloquium meū. Item habet ſuauitatem Prouerb. xxiiij. Fauum dulciſſimū gutturi tuo: ſic ⁊ doctrina ſapientie. Item habet facilitatem Prouerb. xiiij. Doctrina prudentium facilis. Item habet autoritatem. A deo enim procedit nō ab homine: quilibet enim doctor poteſt dicere Illud Johan. vij. Mea doctrina nō eſt mea ſed eius qui miſit me patris. Item habet precioſitateʒ quia nihil cōparatur eidem: vñ Prouerb. viij. Accipite diſciplinam meam ⁊ non pecuniam: doctrinam magis ꝙ̄ auruʒ eligite. Melior eſt. enim ſapientia cūctis operibus precioſiſſimis. Talem igitur doctrinā tā facilem: tam vtilem: tam nobilem: tam ſubtilem

| | |
|---|---|
| Juſti recipiunt. | Juſti inquit recipiūt Prouer |
| Docti reſpiciunt. | bio. ix. Doce iuſtum ⁊ feſtina- |
| Stulti deſpiciūt. | bit accipere. Docti etiam acci |

piūt Danie. xij. Docti autē intelligent: ⁊ Prouerbio. xviij. Auris ſapientium querit doctrinam. Mali etiā deſpiciūt Prouerbio. j. Sapientiam atqʒ doctrinam ſtulti deſpiciūt. Et ideo bene conſulitur Prouerbio. xxij. In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij tui. Fatui enim. i. obſtinati et malicioſi docere nō debēt: q꞉ doctrinā nō reſpiciūt ſed deridēt Eccli. xxij. Qui docet fatuū; quaſi qui cōglutinat teſtam. q. d. In vanum laborabat. Et ibidem. Compedes in pedibus ſtulti doctrina. Hec igitur de bona doctrina ſufficiāt ¶ Sʒ ſi vis dic adhuc ꝙ mali de bo- I
na doctrina nō curāt: malā aūt doctrinā mūdanā ⁊ vanā diligūt ⁊ affectāt. pʒ de modernis q̄ nō q̄rūt nec addiſcūt niſi ſciētias lucratiuas: leges: canones: medicinā: vel etiā ſciētias pernitioſas ⁊ vanas ſicut eſt nigromācia: piromācia: aerimācia. geomācia: ydromancia ſpatulamācia: augurimācia: ⁊ cetere ſciētie diuinatorie; q̄ ſi forte fundate ſunt in aliq̄ ℣itate: ⁊ ī aliq̄ occulta ⁊ ſecreta nature maieſtate: multū tñ abūdāt ī curioſitate ⁊ vanitate: ⁊ multū diſtrahūt hoīem a ſalutiſ neceſſitate ⁊ vtilitate. cōtra ipſos loquit̃ ap̄ls. ij. Thim. iiij. Erit tñ tp̄s cū ſanā doctrinā nō ſuſtinebunt: ſʒ ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magr̄os pruriētes auribus ⁊ a veritate q̄dē auditū auertēt: ad fabulas aūt cōuertent̃. Siīes illi mōſtro marino qḋ dr̄ halozʒ qḋ pluuia occidit ⁊ excecat: q̄ tñ alios piſces īpiguat: ſicut dicit liber de natura reꝝ. Sic ℣e ſunt multi qb⁹ pluuia deſurſuʒ veniēs. i. doctrina ſctā ⁊ ſana theologica mors eſt ⁊ excecatio ⁊ obſtinatio mētis ſue: tñ bonis eſt īpinguatio graꝝ. Nihil em̄ ita ledit eos ſicut guſtare pluuiā ſalutare. i. audire doctrinā ſalutiferā atqʒ ſanctā. Nihil ēt tm̄ placet eis ſicut audire doctrinā peſtiferā ⁊ inanē. ⁊ tñ ſcriptū eſt Prouer. xxj. ꝙ vir q̄ errauerit a via doctrine in cetu gigātiū cōmorabitur. Notabis ergo ꝙ iſti diligunt et doceri ⁊ docere.

Doctrinam

Ayuntamiento de Madrid

Doctrinam mendacem.
Doctrinam fallacem.
Doctrinam tenacem.
Doctrinam voꝛacem.

Volunt enim edoceri loqui mendaciter Hieremie.ix. Docuerunt linguam ſuam loqui mendacium vt inique agerent laboꝛauerũt. Itẽ ſtudent etiã edoceri fallaciter.j.Thimo.iiij.In nouiſſimis quidem tempoꝛibꝰ diſcedent quidam a fide:attendentes ſpiritibus erroꝛis ⁊ doctrinis demonioꝛuꝫ. Item amant edoceri viuere tenaciter. Doctrine enim mundane ad nihil aliud videntur tendere ꝙ̃ ad auariciam ⁊ ad diuitias obtinendas.Iſte enim ſunt doctrine hominum. De quibus dicitur Mat.xv. Sine cauſa autem colũt me docentes doctrinas ⁊ mandata hominum.Iſti enim affectant edoceri viuere voꝛaciter et carnaliter:ſicut illi qui legem ⁊ doctrinam machometi ſectantur:qui pꝛo eo eam amant:quia gulam ⁊ coitum commendat. De quo Apocalip. ij. Habes inqt tenentes doctrinam Balaam : qui docebat de ſacrificijs idoloꝛum ⁊ foꝛnicari.Sic ergo patet quomodo docere ⁊ doctrina in bono ſignificant ⁊ in malo.

## Doloꝛ. Dolere.

Nota ꝙ doloꝛ multipliciter ſumitur in ſcriptura. Eſt enim

A

Doloꝛ virtuoſus.
Doloꝛ vitioſus.
Doloꝛ tedioſus.

Doloꝛ virtuoſus eſt doloꝛ penitentie ⁊ cõpunctiõis. Doloꝛ vitioſus eſt doloꝛ auaricie ſiue inuidie ⁊ detractionis. Doloꝛ tedioſus eſt doloꝛ violentie ⁊ damnationis.

Pꝛimo
Secũdo — doloꝛe dolent — Perfecti.
Tretio

Perfecti.
Infecti.
Deiecti ſeu damnati.

Doloꝛ ꝯpũctiõis eſt laudabilis p̃s. Dñs opẽ ferat illi ſuper lectũ doloꝛis eius. Doloꝛ detractionis vel ambitionis eſt odibilis p̃s. Sub lingua eius laboꝛ ⁊ doloꝛ. Doloꝛ dãnationis eſt terribilis Eccl's.ij. Cuncti dies eius doloꝛibus ⁊ erũnis pleni ſunt

Pꝛimus doloꝛ eſt appetendus.
Sed ſecũdus eſt fugiẽdus.
Sed tertius eſt foꝛmidandus.

Omnis eñ talis doloꝛ medicinalis eſt anime et ad ſalutẽ plurimuꝫ opeꝛatur. Et ideo talis doloꝛ debet in patiẽtia ſuſtineri.

Dicamꝰ igit̃ aliquid de pꝛimo doloꝛe:ſm.ſ.ꝙ doloꝛ poteſt mihi aſſignare

Mentis cõpunctionem.
Carnis afflictionem.
Rerũ amiſſionem.

doloꝛ eñ infert infirmis:vt ſanitatẽ conſequantur: diſcipulis vt aſſequantur ſagacitatem:pueris vt obliuiſcantur lactis dulcoꝛem ⁊ voluptatem. Cum doloꝛe enim curuantur infirmi. Cum doloꝛe et verbere docentur iuſti.Cum doloꝛe etiam ⁊ amaritudine pueri a lactis vbere ablactant̃.Sic reuera chariſſimi doloꝛ compunctionis ⁊ afflictionis facit vulnera pctõꝝ ſanari: virtutes ⁊ bonos moꝛes addiſci:⁊ lac mũdane dulcedinis obliuiſci.Doloꝛ igitur iſte vtilis eſt ꝙ̃uis pꝛimo det deſolationem:dat tamen multiplicem cõſolationem. Unde in p̃s dicitur.Scõm multitudinem doloꝛuꝫ in coꝛde meo: conſolationes tue letificauerunt animam meam.Dolere debemus igitur in hoc ſeculo : vt gaudeamus in alio.Ita videbatur dolere Iob.vj.dicẽs ſic Verba mea doloꝛe ſunt plena : ⁊ ſagitte domini in me ſunt: ⁊ terroꝛes eius militant contra me.In quibꝰ verbis notatur ꝙ doloꝛ cõpunctiõis ⁊ cõpaſſionis debet ex tribus cauſis in nobis generaliter introduci : pꝛimo videlicet

B

Ex terroꝛe criminis cõmiſſi.
Pꝛe furoꝛe turbinis immiſſi.
Pꝛe timoꝛe luminis amiſſi.

Vel dico ꝙ dolere debemꝰ ex cõmiſſione letalium delictoꝛum Verba mea inquit.Ex immiſſione pꝛeſentium toꝛmentoꝛum.Sagitte inquit domini.Ex amiſſione finalium gaudioꝛum.Terroꝛes inquit eius militant contra me. Debemus igitur dolere pꝛo delictoꝛũ cõmiſſione quod oſtenditur cum dicitur Verba mea doloꝛe plena ſunt.Quando enim coꝛ pꝛo delictis commiſſis dolet ⁊ cõpungitur:verba doloꝛe plena in cõfeſſione ſequuntur.Iuxta illud.j.Reg.j.Ex multitudine doloꝛis meroꝛiſqꝫ mei locuta ſuꝫ.De peccatis enim dolere debet homo:quia ſe videt homo deum offendiſſe gratiam perdidiſſe:infernuꝫ acquiſiſſe:ideo debet quilibet dicere illud Hiere.viij: Doloꝛ meus ſuper doloꝛem in me coꝛ meum merens.Agnus enim valde dolet quando matrem amiſit : et ideo non ceſſat balare ⁊ clamare quouſqꝫ ipſaꝫ inuenerit.Equus etiã ſicut dicit Pli. Letat̃ in pꝛeliando:gaudet ſi vicerit:dolet vero ſi victus fuerit.Sic vere chariſſimi quando homo per peccatum a diabolo vincitur:⁊ a matre ſua.ſ.xp̃o diuiditur ⁊ ſeiungitur:tunc pꝛo certo valde debet per contritionem dolere:⁊ doloꝛoſum balatum per confeſſionem ⁊ oꝛationem emittere:quouſqꝫ iſtam matrem deum poſſimus per penitentiam ⁊ gratiam inuenire vt ſic poſſit dici de quolibet illud Gene.vj.Tactus doloꝛe coꝛdis intrinſecus penituit. Doleamus igitur de peccatoꝛum cõmiſſione. ¶ Secundo debemus dolere de toꝛmentoꝛum immiſſione: ſcꝫ de tribulationibus ⁊ miſerijs huius mundi:que in nobis ⁊ in alijs cernimꝰ omni die.Iſte enim debent nos mouere ad dolendum ⁊ condolendum:⁊ ad mundi ſolatia contemnendum: quod quidem oſtenditur cũ dicitur. Sagitte domini Mundi enim miſerie ⁊ tribulationes ſunt ſagitte domini quibus vulnerat ⁊ affligit. Sagitta enim infixa doloꝛem infert ⁊ querere remedium cõpellit.Sic vere mundi miſeria ⁊ tribulatio debet inferre doloꝛem coꝛdi noſtro ⁊ nos mouere ⁊ impellere:vt alibi ſolatiuꝫ requiramꝰ: ſcꝫ in gloꝛia paradiſi p̃s. Sagitte tue infixe ſunt mihi ⁊ confirmaſti ſuper me manum tuam.Doloꝛ etiam cõpaſſionis de miſeria alioꝛum debet tranſfigere coꝛda.Equus enim ſm Pliniuꝫ dicitur ad modum hominis:affectum compaſſionis habere: et pꝛo moꝛte domini ſui lachꝛymari ⁊ dolere. Paſſeres etiã vno ipſoꝛum illaqueato ſolent dolere: et ibidem cõuenire:⁊ ipſum ſi poſſint de laqueo liberare.Boues etiã ad ſocios ſuos afficiũtur:⁊ ſi ipſos amiſerint pꝛe doloꝛe mugiunt ⁊ triſtantur.De elephantibus etiam dicitur: ꝙ ad caſum ſocioꝛum conueniunt : ipſoſqꝫ ſi poſſint erigunt: ꝙ ſi nequiuerint pꝛe doloꝛe clamãt ⁊ barriunt.Et bꝛeuiter omnia doloꝛe cõpaſſionis tranſfigũtur:⁊ dolentibus alijs condolent pariter ⁊ triſtantur Sic dolebat Dauid.ij.Regum.j.dicens.Doleo ſuper te frater mi Ionatha decoꝛe nimis : ⁊ amabilis ſuper amoꝛem mulierum.Quia reuera chariſſimi de doloꝛe caſu:miſeria:⁊ tribulatione amicoꝛum ⁊ vicinoꝛuꝫ debemus triſtari ⁊ dolere:⁊ ipſos pꝛout poſſumus releuare. ¶ Sed dico etiam adhuc ꝙ doloꝛ tribulationis exterioꝛis debet tranſfigere coꝛda noſtra.Quando eñ a deo exterius ſagittamur: tũc ad doloꝛem ⁊ timoꝛem necnon ad penitentiam incitamur:ꝙ̃uis multi homines poſſunt dicere illud Pꝛouerbio.xxiij.Vulnerauerunt me ⁊ non ſenſi.Miſera enim mundi pꝛoſperitas ita allicit miſeros peccatoꝛes:ꝙ doloꝛem miſeriarum mundi non ſentiũt nec aduertunt. Mandragoꝛa eñ facit homines doꝛmire:ita ꝙ ſi ſcinduntur vel leduntur:non ſentiunt penitus neqꝫ dolẽt.Talem etiam virtutem habet lapis qui dicitur menophitis. Si eñ cũ aqua vel aceto poſitus ſeu tritus: vel permixtus:⁊ inde membꝛa ſecãda fuerint perlinita:ita facit membꝛa obſtupeſcere:ꝙ doloꝛem nõ ſentiunt ſecatoꝛis. Sic vere chariſſimi talis menophitis ⁊ talis mãdragoꝛa eſt pꝛoſperitas tempoꝛalis:quia vere illi qui ipſa fuerint perliniti:virtutem ſenſitiuam amittunt. Ita enim delectantur ⁊ oblectantur in mundi pꝛoſperis: ꝙ ꝙ̃uis magnis tribulationibus feriantur:ꝙ̃uis penis ⁊ miſerijs ſagittent̃:iſti tamẽ nõ ſentiũt neqꝫ dolẽt:ſed letãtur amplius atqꝫ gaudent:nec ꝓpter hoc a ſuis peccatis ⁊ vitijs recedũt.Unde in perſona xp̃i dicitur talibꝰ illud Hierem̃. Percuſſiſti eos ⁊ non doluerunt attriuiſti eos ⁊ renuerunt accipere diſciplinam:indurauerunt facies ſuas ſuper petram et noluerunt reuerti.

C

D

Ayuntamiento de Madrid

Non ſic ergo:ſed doleamus pre tormentorum immiſ
ſione. Sagitte ⁊c. Et ſic nota ꝙ in hoc mundo mul
tiplex ſentitur dolor ſcꝫ
Dolor nature:que ſemper deficit.
Dolor ſenectutis:que multum afficit.
Dolor infirmitatis:que corpus affligit.
Dolor tribulationis:que mundus efficit.
Dolor ſollicitudinis:que mentem conficit.
Dolor peccati: qđ cunctos inficit.
Dolor fortune:que nullum reficit.
Dolor mortis:que nos interficit.
Sentimus ergo hic dolorem nature:que continue ſo
let deficere. De quo Eccleſiaſtes. ij. Cuncti dies eius
doloribus et erumnis pleni ſunt. Item dolorem ſene
ctutis:que finaliter ſolet accedere. Pſalmiſta. Si aūt
in potentatibus, octuaginta anni et amplius eorum
labor et dolor. Item dolorē infirmitatis:que nos quā
doqꝫ ſolet affligere:de qua in Pſalmiſta. Dominus
opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. Item dolo
rem tribulationis:q̄ ſepiſſime ſolet contra nos inſur
gere. Pſalmiſta. Ibi dolores vt parturiētis in ſpiritu
vehementi conteres naues tharſis. Item ſollicitudi
nis que multas curas ſolꝫ adducere. Pſalmiſta. Sur
gite poſtq̄ ſederitis qui manducatis panem doloris.
Et Job. ix. Commuto faciē meā et dolore torqueor ⁊c.
Item dolorem peccati:quod in omnibus videmus re
petere Pſalmiſta. Concepit dolorem et peperit iniqui
tatem. Dolorem dico inuidie. Pſalmiſta. Sub lin
gua eius labor et dolor luxurie. Eſaie. xxj. Lumbi mei
repleti ſunt dolore gule. Job. xx. Cum ſatiatus fuerit
artabitur:et omnis dolor irruet in eum. Detractiōis
Job. iiij. Qui ſeminānt dolores et metūt eos vidi flāte
deo periſſe. De talibus ergo plangebat Job. x. dicens
Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum.
Item dolorem ſentimus fortune:que in eodē nō ſolet
ſiſtere. Prouerbiorum. xiiij. Riſus dolori miſcebitur:
et extrema gaudij luctus occupat. Item mortis dolo
rē qui finaliter ſolet occidere. Baruc. ij. Mortui ſunt
in doloribus peſſimis Talibus ergo doloribus vanis
affligitur anima noſtra. id eſt. vita Pſalmiſta. Defe
cit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Et
iſte ſunt ſagitte quibꝰ continue ſagittatur miſera ſors
humana. Sagitte ergo domini in me ſunt. p̄s. Sagit
te potentis acute cum carbonibꝰ deſolatorijs. Dolea
mus ergo pro tormentorum immiſſione. ¶ Tertio
dico:ꝙ dolere debemꝰ de gaudiorū amiſſione. Nihil
C enī eſt tam doloroſum:tam triſtabile: ſicut amittere
gaudia paradiſi. Iſtud oſtenditur cum dicitur. Terro
res eius militant ſupra me. Iſti enim terrores potiſſi
me debent nos terrere:ſcꝫ timor de amittendo gaudia
celeſtia. Iſte enim dolor eſt de quo loquitur Dauid in
p̄s. Circundederunt me dolores mortis. Mors enim
proprie eſt celeſtium amiſſio gaudiorum. Unde in p̄s.
Dolores tui conturbauerunt me. Et ſic patet:ꝙ dolē
dum eſt multipliciter in hoc mundo:ſcꝫ pro futuro ſo
latio ne amittatur. Pro preſenti ſupplicio ne incurra
tur. Pro cōmiſſo flagitio vt deleatur. De dolore autē
quo dolēt miſeri in inferno notare potes ꝙ ipſe eſt do
lor
Perpetuus qui ſemper durabit.
Continuus qui nunq̄ ceſſabit.
Eximius quem nullus curabit.
Meſticius qui corda grauabit.
Eſt dico dolor perpetuus Hieremie. xv. Factus eſt do
lor meus perpetuus ⁊ plaga mea deſperabilis. Item
cōtinuus Job. xvj. Si locutus fuero non quieſcit do
lor meus: ⁊ ſi tacuero non recedet a me:nunc autē op
preſſit me dolor meus: ⁊ in nihilum redacti ſunt oēs
artus mei. Item eximius Hierem. viij Dolor meus
ſup dolorē. Et Treno. j. O vos oēs q̄ tranſitis per viā
attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Itē me
ſticius ſeu turbaticius. ij. Machabeo. ix. Apprehēdit
eum dolor durus viſcerum. ſ. peſſimū antiochum Hie
rem. l. Anguſtia apprehendit eum dolor quaſi partu
rientem Apocalip. xvj. Cōmanducauerunt linguas
ſuas pre dolore. Beati vero in patria tales dolores nō
ſentient Apocalip. xxj. Abſterget deus omnem lachry
mam ab oculis eorum: ⁊ mors vltra non erit: neqꝫ lu
ctus neqꝫ clamor neqꝫ dolor erit vltra que prima abie
runt ⁊c. Sufficit.

## Dolus.

Nota ꝙ dolus: fraus:aſtutia:deceptio A
idem ſunt. Et eſt proprie dolus quādo
aliquid fit ſub aliena diſſimulatione: quando vnum
intendit ⁊ aliud ſimulatur. Et ſic accipitur Eccli. xix.
Eſt qui nequiter ſe humiliat: ⁊ interiora eius ſunt ple
na dolo. Et ſic dolus ⁊ veritas contrariantur. Sicut
igitur veritatem debemus amare:ſic tenemur dolū fu
gere ⁊ vitare. Et debemꝰ notare ꝙ triplex eſt dolus ſcꝫ
Dolus detractorum.
Dolus auarorum.
Dolus deceptorum.
ſcꝫ hypocritarū. Et dico
dolus detractorum. Ta
les enim doloſe loquunt.
Iſti enim hominem cui volūt detrahere ſolent primi
tus commendare: vt dum charitatiue loqui videntur
eis in detrahendo melius credatur. Sunt enim ſicut
barbitonſor:qui primo vngit poſtea pungit. Iſti ſunt
ſimiles ſerpenti:qui ita ſepe ⁊ cito mouet linguam ꝙ
duas linguas habere videtur. Detractores procerto
duas vidētur habere linguas:quia ſcꝫ nunc dicūt vnū
nunc aliud:nūc vngunt adulando: nunc mordēt ⁊ pū
gunt detrahendo Hierem. ix. Sagitta vulnerans lin
gua eorum:dolum locuta eſt in ore ſuo:pacem cū ami
co ſuo loquitur ⁊ occulte ponit ei inſidias. Iſte eſt do
lus detractorum. ¶ Secundo eſt dolus auarorū. Iſti
enim fraudulēter ⁊ doloſe inuoluūt pauperes in ſuis
contractibus ⁊ vſuris:vt ipſos exheredent ⁊ deuaſtēt.
Similes aranee que occultatur in foramine ſuo:ſꝫ qn̄
videt muſcam captam in tela ſua:ſtatim currit ⁊ eam
occidit: ⁊ humiditatem eius ſugit. Sic vere vſurarij ⁊
auari ſtatim ꝙ percipiunt aliquem ſuis laqueis ⁊ ma
licijs bene ligatum ⁊ inuolutum:ſolent ipſum inuade
re ⁊ exheredare: ⁊ humorem ſuorum bonorum ſugere
⁊ ſubripere ipſumqꝫ depauperare ⁊ vacuare p̄s. Nunc
defecit de plateis eius vſura ⁊ dolus. Item iſte eſt igit
dolus auarorum Hierem. vj. A maiore vſqꝫ ad mino
rem omnes auaricie ſtudent:a propheta vſqꝫ ad ſacer B
dotem oēs faciunt dolum. ¶ Tertio dico ꝙ eſt dolus
proditorum ſeu deceptorū. Tales enim fingunt ſe eſſe
fideles vt de eis amplius confidatur:qui cum ſciuerūt
ſecreta hominis produūt ipſuꝫ. Et. j. Machabeo. j. Lo
cutꝰ eſt eis v̄ba pacifica in dolo Danie. xj. Poſt ami
cicias cum eo faciet dolum. His ergo premiſſis:patet
ꝙ omnis dolus ⁊ fallacia debet deteſtari et nunq̄ dili
gi vel ſectari. Unde nota ꝙ illa debent vitari
Quia doloſos deus deteſtatur.
Quia ipſorum vita breuiatur.
Quia ipſis malum imprecatur.
Quia doloſus bonis aduerſatur.
Doloſus malus predicatur.
Doloſe ſemper meditatur.
Mendaciter loquitur ⁊ fatur.
Fraudulenter mala machinatur.
Cuncta mala dolus operatur.
Dico ergo ꝙ falſos ⁊ doloſos dn̄s deteſtatur p̄s. Uir
ſanguinū ⁊ doloſum abhominabitur dominus. Item
vita talium breuiatur p̄s. Uiri ſanguinū ⁊ doloſi non
dimidiabūt dies ſuos. Itē ſcriptura malum talibus
imprecat p̄s. Diſpdet dn̄s vniuerſa labia doloſa ⁊ lin
guā magniloquā. Itē bonis oībus talibus aduerſat
p̄s. Muta fiāt labia doloſa q̄ loquebant aduerſus iu
ſtuꝫ in ſupbia ⁊ abuſione. Item talis malus predicat.
quia. ſ. vnus doloſus poſtq̄ cognitus eſt ab omnibus
diffamat Prouer. xiiij. Filio doloſo nihil erit boni. Et
Prouerb. xx. Statera doloſa non eſt bona. Item talis
doloſe meditat p̄s. Locuti ſunt vanitates ⁊ dolos tota
die meditabātur

Ayuntamiento de Madrid

dic meditabatur. Itē talia vba falſa continue fat. ps Uerba oris eius iniquitas ⁊ dolus. Cōtra illud. Prohibe linguam tuā a malo et labia tua ne loquant dolum. Itē talis mala ſemper machinatur. ps. Lingua tua ſemper concinnabat dolos. Et alibi. Sicut nouacula acuta fe. do. Itē talis malū ſemper operatur. Omnia enim mala opera ortum habent a dolo: vcʒ

Deceptio cunctorum.
Deſtructio regnoruʒ. Cunctorum dico
Occiſio iuſtorum. eſt deceptio Eccle

ſiaſti. xj. Multe ſunt inſidie doloſi. Et ibi. Ab vno doloſo augetur ſanguis. i. regnorum tranſlatio ⁊ deſtructio. Eccli. x. Regnum transfertur de gente in gentem propter iniuſticias ⁊ iniurias ⁊ moleſtias ⁊ diuerſos dolos. Juſtorum etiam occiſio ⁊ interfectio. Unde de Abner dicitur. ij. Regū. iij. ꝙ adduxit eū Joab ad mediū porte vt loqueret ei in dolo ⁊ interfecit eū ⁊c.

## Dominus. Dominari.

Domin⁹ nomē au
A toritatis ⁊ poteſtatis: iuriſdictiōis: ⁊ platiōis: ſuprioritatis ⁊ ſublimitatis eſt. Et ideo nomen domini in duo principaliter eſt diuidendum: ſcʒ in diuinū ⁊ humanum. Diuinum enim dominium eſt cum omni reuerentia venerandum. Humanum vero cum omni temperantia eſt moderandum. Dicamus ergo primo de dominio celeſti ⁊ ſuperiori. Iſtud enim valde eſt timendum ⁊ honorandum. Omnia enim ſeruiūt ⁊ obediunt ſuo ſuperiori: ⁊ per eius influentiam ſe regulāt ⁊ gubernant. Planete enim dominantur rebus inferioribus. Et ideo ſicut videmus ſm eorum motus et operationes: coniunctiones: oppoſitiones: in ſignis varijs ⁊ diuerſis omnia iſta inferiora mutantur ⁊ diuerſimode gubernantur. Et proculdubio quia ſancti ⁊ deus nobis dominantur ⁊ preſunt. Ideo eis debem⁹ obedire: ⁊ ſm motum voluntatis ipſorum nos regere ⁊ gubernare: noſqʒ in ſuis conditionibus ⁊ morib⁹ cōformare. Bene ergo dicitur Deuterono. vj. Dominū deum tuum time ⁊ illi ſoli ſerues. Ubi aduerte ꝙ iſte dominus eſt timendus: amandus: ⁊ ſeruiendus propter tria: ſerues illi inquit: ſoli ſcʒ

Quia habet cōditionem liberiorem: qʒ dominus eſt.
Quia habet dilectionem vberiorem: quia tuus eſt.
Quia habet prelationem ſuperiorem: quia ſolus eſt.

Eſt igitur liberioris conditionis: quia dominus et per conſequēs non ſeruus. Res enim celeſtes a corruptione ſunt libere Res vero elementares nō ſunt ſine corruptione. Deus ergo qui nō ſolum eſt celeſtis: ſed ſupcceleſtis corruptioni ⁊ mutationi non ſubiacet: ſed ab omnibus liber manet Malachie. iij. Ego domin⁹ qui non mutor. Alij enim domini non ſunt proprie liberi habent enim alium cui ſubſunt: iſte vero nulli ſubijcitur: ſed cunctis alijs dominatur. Juxta illud Dan. xj. Surget vero rex fortis ⁊ dominabitur ditione als poteſtate multa. Ubi nota ꝙ in iſto eſt

Maieſtas incomprehenſibilis: quia rex.
Stabilitas inconcuſſibilis: quia fortis.
Autoritas indepreſſibilis: quia dominabitur ditione

multa Nam ſicut dicit Richar. lib. ij. de trinita. capi. xv. Ille eſt veraciter dominus cuius maieſtas nulla poteſtate premitur: cui⁹ poteſtas nulla poſſibilitate prepeditur. Ueraciter autem dici dominus non poterit qui alieni poteſtate inuitus ſeruit aut ſeruituti ſedit. Impoſſibile eſt ergo plures dominos eſſe Eſt igitur
B iſte liberioris conditionis. Dñm inquit. Item dico ꝙ iſte eſt vberioris dilectionis: quod oſtenditur cum dicitur. Tuus. Ipſe enim factus eſt tuus per charitatem ⁊ pietatem. Ipſe enim dat ſeipſum nobis per ſua beneficia dicens in ps. Ego enim ſum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti. Ita ꝙ quilibet poteſt dicere illud Johan. xx. Domin⁹ meus ⁊ deus me⁹. Ipſe enim eſt de natura lucis: que liberaliter omnib⁹ ſe donat. Statim enim ꝙ homo aperit feneſtrā: lux ſubintrat ⁊ domū illuminat ⁊ illuſtrat. Sic vere deus valde liberalis eſt nature. Ubicqʒ enim per ſuam gratiam ſe dare conſueuit omnibus ſe per diuerſa beneficia diſtribuit: ⁊ ſi feneſtram cordis noſtri apertam ſine obiectiōe peccati inuenerit ibi liberaliter ſubintrabit. Apocalip. iij. Ecce ſto ad oſtiū ⁊ pulſo: ſi quis aperuerit ianuas intrabo ad eum. Iſte ergo eſt dominus liberalis. Unde ipſe eſt ſicut iupiter planeta beniuol⁹ qui eſt dominus ſagittarij ⁊ ſigni piſcium. Et ſub ipſo continetur honor: diuitie: ſapientia: ⁊ ratio ſm aſtronomos. Sic vere chariſſimi: ſi nos fuerim⁹ ſagittarij peccata noſtra ſagittantes per contritionem. Piſces in aqua gratie conuerſantes per deuotionem: tunc vere in nobis dominabitur. Jupiter. i. deus: id eſt iuuās pater qui finaliter in paradiſo honores ⁊ diuitias rationem ⁊ ſapientiam nobis dabit. Ipſe ergo eſt tuus. Bene ergo dicitur Mat. xxij. Diliges dominum deū tuum. Eſt igitur vberioris dilectionis vel compaſſionis. Denicqʒ dico: ꝙ ipſe eſt ſupioris prelationis qd C
oſtenditur cū dicitur. Illi ſoli. Iſte enim eſt ſolus per excellentiam ſingularem: ⁊ ideo ſolus ⁊ ſingulariter eſt amandus. In ſicilia enim ſunt equi qui dominos ſuos cognoſcunt: ⁊ ipſos ſolos ad ſedendum ſupra ſe ⁊ nullos alios admittūt ſm Iſid. ⁊ Solinum. Sic vere nos xpiani debemus dominum noſtrum: ſcʒ deum cognoſcere: et quantum ad fidem ipm ſolum recipere ⁊ ei ſingulariter obedire. Nullus enim alius debet a nobis recipi vel admitti in deum vel magiſtrum: quia ſcʒ non debemus recipere

Mundū qui dominari querit per auariciam.
Non carnem qui dominari querit per luxuriam.
Non diabolum q̄ querit dominari per ſuperbiam.

Immo omnes iſtos dominos debem⁹ reſpuere: ⁊ iſtū ſolummodo per fidem ⁊ charitatem recipere ⁊ habere. Illi inquit ſoli ſerues. Juxta illud Deutero. xxxij. Dominus ſolus dux eius fuit ⁊ nō erat cum eo deus alien⁹. Quod eſt hodie contra multos: q̄ de carne mūdo ⁊ diabolo faciunt deum ſuum ⁊ dominum pariter et magiſtrū: ita ꝙ illi non ſeruiunt deo ſoli: ſed potius dijs pluribus et magiſtris. Sicut enim dicitur Roma. vj. Eius ſerui eſtis cui obediſtis. Et qʒ tales obediunt mundo auare congregando. Carni luxurioſe viuendo. Diabolo ſuperbe ſe habendo: ideo talium dominorum ſeruos ſe efficiunt: et a deo fugiunt ⁊ recedunt. Et tamen ꝙ nos debemus iſtos tres dominos ſcʒ ſuperbiam: auariciam: ⁊ luxuriam: euitare ⁊ fugere: patet per ſcripturam. De ſuperbia enim ⁊ de diabolo dicitur. Thobie. iiij. Superbiam in tuo ſenſu nunꝙ dominari permittas. De auaricia etiam et de mundo dicitur in pſalmo. Non dominetur mei iniquitas: id eſt auaricia que equitatem non ſeruat: quia ſcilicet vni dat ⁊ alij aufert: vni dat multum ⁊ alij parū. Unde et de mundo poteſt dici illud Prouerbio. xix. Non decent ſtultum diuitie: nec ſeruum dominari principibus. De carne vo et de luxuria dicitur. j. ad Thimotheo. ij. Docere mulieri non permitto: nec dominari in virum. Tales dominos et dominia debemus horrere ⁊ abſciſdem fugere ⁊ cauere. Cuius prohdolor fit cōtrarium. Unde de plangendo dicitur Trenorum. v. Serui dominati ſunt noſtri. Et in ps Dominati ſunt eorum qui oderunt eos. Ideo de talibus poteſt dici illud Hierem. xvj. Seruietis dijs alienis die ac nocte: q̄ non dabunt vobis requiem. Eſaie. xxvj. Domine de⁹ noſter poſſederunt nos domini abſqʒ te. Iſti enim dij et domini ſcilicet mundus: caro: demonia: no dant ſeruitoribus ſuis requiem ſed laborem. Notum enim eſt omnibus quantum luxurioſi pro luxuria laborant complenda: quantum ſuperbi pro ſuperbia ſua honoranda militant: quantum auari pro auaricia ſua ſeruanda circueunt ⁊ certant. In ſeruitio enim taliū dominorum non debem⁹ morari: qui ſcʒ nec in die hui⁹ mūdi: nec in nocte alteri⁹ ſeculi requiē ſuis ſeruitorib⁹ donāt. Sicut em̄ dicūt aſtrologi illi in qb⁹ ſignū ſagittarij ⁊ celeſtis ꝯſtellatio dñat ſūt hoies valde mobiles

Ayuntamiento de Madrid

⁊ in motu ꝙ̄ plurimū delectantur. Sic vere chariſſimi
illi peccatores in quibus iſti domini principant̄ ſemꝑ
in motu ⁊ labore viuūt: ⁊ in illo ꝙ̄ pluriū ſe delectant.
Non ſeruiamus ergo talibus dominis qui ſuis ſerui-
toribus dant laborem: ſed ſeruiamus illi ſoli: ſcꝫ deo
qui ſecundum p̄s. Solus eſt altiſſimꝰ in omni terra.
Unde Criſoſt ſuper Math. Chriſtus ſolus eſt domi-
nus: non ſolum animalium: ſed etiā omnium homi-
num. Rom. x. Idem dominus. Et. j. Corinth. viij. No
bis autem eſt vnus dominꝰ ieſus chriſtꝰ. Patet igit̄
ꝙ iſte dominus eſt ſeruandus et amandus: quia ha-
bet vt dictum eſt

Prelationē ſuperiorē. | Et hoc de domino
Dilectionē vberiorē. | celeſti ſufficit quo
Conditionē liberiorē. | ad preſēs. Et ſi vis

adhuc probare ꝙ dominus debet a nobis Honorari:
Amari: ⁊ revereri: notare potes: ꝙ hoc debet eſſe: quia
ipſe procerto eſt

Sapiens ⁊ luminoſus ad cunctos gubernandum.
Potens ⁊ virtuoſus ad malos eneruandum.
Dulcis ⁊ amoroſus ad bonos ſociandum.
Iuſtus ⁊ rigoroſus ad recte iudicandum.
Humilis ⁊ obſequioſus ad cunctis famulandum.
Pius ⁊ ſolatioſus ad triſtes confortandum.
Altus ⁊ glorioſus ad cunctis imperandum.
Placidus ⁊ gratioſus ad bonos delectandum.

Dico ergo ꝙ ille eſt ad nos gubernandum ſeu ad iter
monſtrandum clarus ⁊ luminoſus. Eſai. lx. Erit tibi
dominꝰ in lucem ſempiternam. Item ad malos ener-
uandum potens ⁊ virtuoſus. p̄s. Dominꝰ fortis ⁊ po
tens dominus potens in prelio. Item ad bonos aſſo-
ciandum dulcis ⁊ amoroſus. p̄s. Dominus virtutum
nobiſcum. Et. ij. Paralip. xv. Dominus vobiſcum q̄
fuiſtis cum eo. Item ad recte iudicandum: iuſtus ⁊ ri-
goroſus. Hiere. xxiij. Hoc eſt nomen quod vocabunt
eum dominus iuſtus noſter. Et Eſai. xxxiij. Dominꝰ
iudex noſter dominꝰ legifer noſter. Et Iohe. ij. Recte
vie domini: iuſti ambulabūt in eis. Item eſt ad nobis
famulandū humilis ⁊ obſequioſus. Gala. iiij. Nihil
differt a ſeruo cum ſit dominꝰ omnium. Item ad nos
confortandū benignus ⁊ ſolatioſus. Ezechi. iij. Ma-
nus autem domini erat mecum confortans me. Item
ipſe eſt ad cunctis imperandū celſus ⁊ glorioſus. Eſa.
vj. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum.
Item eſt ad omnes delectandum placens ⁊ gratioſus:
quod potiſſime fiet in patria quādo verificabitur illō
Iohan. xx. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dn̄o. Talis ergo
dominus debet timeri: propter potētiam. p̄s. Timete
dominum omnes ſancti eius. Debet enim vereri: pro-
pter iuſticiam. p̄s. Iuſtus dominus ⁊ iuſticias dilexit
Debet amari: propter clementiam. p̄s. Miſericors ⁊
miſerator dominus patiens ⁊ multū miſericors. Sic
ergo patet: ꝙ eſt vnum dominium ſummum ⁊ celeſte.

D ¶ Secundo principaliter dico: ꝙ eſt vnum dominiū
prelationis. De quo. j. Regū. ix. Ecce vir quem dixerā
tibi iſte dominabitur populo meo. Et hoc eſt huma-
num dominium ſeu terreſtre. Et ſic dominium acci-
pitur pro quacunꝗ iuriſditione: prelatione: ⁊ ſuperio
ritate. Debet igitur homo dominari. Primo ſibi. Se
cundo alijs. Sibi dico. Regulando motꝰ mentis inte
riores: et refrenando actus carnis exteriores: faciēdo
fructus morum vtiliores. Alijs etiam: ſcꝫ ſubditis or-
dinādo ⁊ gubernādo perſonas inferiores. Dominari
ergo debemꝰ interioribus: exterioribus: ⁊ inferioribꝰ
Dominemur igitur interioribus. id eſt mentis appe
titibus ⁊ voluptatibus: quia ſicut dicitur. Prouerb.
xvj. Melior eſt patiens viro forti: ⁊ q̄ dominatur ani-
mo ſuo expugnatore vrbium. Item dominet̄ exteriori
bus carnis deſiderijs ⁊ voluptatibus. Vñ Baruch.
iij. Dominantur ſuper beſtias que ſunt ſuper terram
Item dominemur ſubditis inferioribus. Gen̄. xxvij.
Eſto dn̄s fratrum tuorū. Et Luc. xxij. Reges gētium
dominantur eorum. De talibus igitur dominijs po-
teſt exponi illud. Gene. j. Dominamini piſcibus ma-
ris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuerſis animātibus que mo
uentur in terra. Ubi nota: ꝙ volucres celi ſunt animi
motus. Piſces maris ſunt carnis affectꝰ. Animātia
terre ſunt ſubditorum cetus. De bono igitur domino
qui tam ſibi ꝙ̄ alijs dominatur poteſt intelligi illud
Gene. xxvij. Eſto dominus fratrum tuorum ⁊ incur
uentur ante te filij matris tue. Ecce hic tres conditio
nes que in bono homine: iudice vel domino vel prela-
to debent potiſſime reperiri. Debet enim habere

Conſtantie vigorem. Eſto inquit.
Clementie dulcorem. Fratrum inquit tuorum.
Iuſticie rigorem. Incuruentur inquit ante te.

¶ Sit igitur iudex vel prelatus conſtans ⁊ ſolidus ⁊ E
immutabilis. Dulcis ⁊ fluidus ⁊ incōpaſſibilis. For
tis ⁊ rigidus ⁊ inflexibilis. Habeat igitur dominus
moralis ſcꝫ ſuperior vel prelatus conſtantie vigorem
Debet enim eſſe conſtans ⁊ in bono propoſito perſe-
uerans. Quod oſtenditur cum dicitur. Eſto inquit.
Iſtud enim verbum ſum es. ſignat eſſentie vel exiſten
tie veritatem ad denotandum ꝙ illi qui ſibi ⁊ alijs vo
lunt debite dominari: nō debent eſſe mutabiles ⁊ ina-
nes: ſed magis ſtabiles atꝗ firmi. Superiora enim
ſunt magis ſtabilia ⁊ durabilia ꝙ̄ inferiora. Sicut pa
tet de celo ⁊ ſtellis: quorum eſſentia non mutatur. In
quo inſtruimur: ꝙ illi qui ſunt ſuperiores ⁊ domini de
bent eſſe ſtabiles atꝗ firmi. Superiora em̄ ſunt ma-
gis ſtabilia ꝙ̄ inferiora. Non enim debent variari vel
mutari ad modum puerorum: quia vere nec verba de
tractoria nec adulatoria ſibi dicta debent ipſum facili
ter immutare. Sicut enim dicit ypocras. Subite mu
tationes fallaces ſunt: ⁊ nature penitus inimice. Et
iſta ſunt contra multos ſimiles hyene: que eſt beſtia
mutabilis. Mutat̄ em̄ ſexus de maſculo in femellaꝫ
Similes etiam cuidā fonti ydumee: qui dicitur fons
Iob qui quater in anno mutat colorem. Similes etiā
ſpeculo: qui ad faciem cuiuſlibet ſuperuenientis no-
uam recipit ymaginem. Sic proculdubio multi ſunt
hodie domini et prelati valde varij ⁊ mutabiles. Nūc
enim inueniuntur maſculi per ſtrennuitatem. Nunc
femine per imbecillitatem. Contra illud Deuterono.
Non induetur vir veſte feminea. Et Eſaie. iij. Mulie
res dominate ſunt eis. Ad impreſſionem enim cuiuſli
bet ſuperuenientis: ſiue ſit detractor alios accuſans: ſi
ue ſit adulator ſibimet applaudens nouā faciem oſtē
dunt: ita ꝙ nunc in leticiam: nunc in triſticiam: nunc
in iram: nunc in clementiam vultum vertunt. Nō ſic
debet eſſe chariſſimi quia vere bonus homo vel domi
nus ⁊ prelatus debet habere conſtantie atꝗ propoſiti
firmitatem. Eſto inquit. vnde primi Regum. xviij.
Eſto vir fortis et preliare prelium domini. Et Eccle-
ſiaſti. v. Eſto firmus in via domini. Habeat ergo cō
ſtantie vigorem. ¶ Iterū debet habere clementie dul F
corem. Quod oſtenditur cum dicitur. Fratrum tuo-
rum. Subditos enim debet reputare fratres: et ad
eos vt ad fratres clementer ⁊ benigniter ſe habere. Ge
neſis. xxvij. Fratres tuos viſitabis ſi recte agant. Di-
cat igitur quilibet ſubdito ſuo. Ne queſo ſit iurgium
inter te ⁊ me: fratres enim ſumus. Magis enim de-
bet vti prelatus fraterna ammonitione ꝙ̄ aſpera cor-
rectione. Ut enim dicit Seneca libro de clementia ad
Neronem. Seruis imperare moderate laus eſt. Et
ibidem dicitur. Remiſſius imperanti melius paretur
Quod vtiꝗ eſt cōtra multos dominos ⁊ prelatos qui
non habent clementiam: ſed ſeuitiam: non pietatem:
ſed crudelitatem: non equitatem ſed iniquitatem: ita
ꝙ ipſi non reputant alios fratres ſuos: ſed magis fa-
mulos atꝗ ſeruos. Iſtud patet in iudicibus ⁊ prela-
tis: exactoribus ⁊ tyrannis: qui recte ſunt ſimiles ſcor
pioni. Eſt enim ſcd̄m Plinium genus ſcorpionis quod
quindecim filios parit: ſed poſtꝙ̄ ipſos peperit: om
nes eos interficit ⁊ occidit. Quia vere multi ſunt qui
proprijs filijs: ſcilicet fratribꝰ ⁊ ſubditis taliter ſunt
infeſti

Ayuntamiento de Madrid

infeſti ꝙ per rapinas ⁊ exactiones ipſos depopulant
⁊ occidunt: cum tamen poſſent eos per clementiam
caſtigare. De talibus ergo malis dominis dicit̃ Eſa.
lij. Dominatores eius inique agunt De dyabolo ergo
poteſt dici illud qđ de bachide dicitur .j. Mach. ix. ꝙ
ipſe elegit impios viros et conſtituit eos dominos re-
gionis. Non ſic ergo. ſed habeat clementie dulcorem.
B ¶ Debet inſuper habere iuſticie rigorem qđ oſtendi-
tur cum dicitur. Incuruentur ante te filij matris tue.
Curuare em̃ debet ꝑ iuſticiã illos quos nequit per cle
mentiam emendare. vt dicit Gaius in epiſtola. Qui
corripit peccantem peccare impedit. Et ideo dicitur
Eccli. xxxi. Iugum et lorum curuant collum durum
Animalia enim ſilueſtria verberibus domantur ſicut
vrſus ⁊ elephas Bubalus etiã tãte eſt feritatꝭ ꝙ nũꝗ
vult laborare niſi ꝗdiu anulo ferreo trahitur in eius
naribus immiſſo quo ab agricola ducitur et, tenetur
Sic vere multi ſunt ita peruerſi et ſilueſtres et indo-
miti ꝙ nunꝗ niſi cum manu potenti et brachio excel
ſo poſſunt corrigi vel domari. Neceſſe eſt enim ꝙ cum
anulo ferreo. id eſt cum forti ⁊ dura correctione mann
teneãtur. et ad diſciplinam et obedientiam compel-
lantur. Eſa. xix. Rex fortis dominabitur corū. Et. ps
lxxxviij. Tu dominaris poteſtati maris motum autẽ
fluctuum eius tu mitigas Mare enim ſubditū pro-
teruum et fluctuoſum deſignat Dominus enim ha-
bens bouem cornupetam. non debet ipſum libere di-
mittere ſed magis clauſum tenere. al's ſi hominem oc
cideret teneret̃ homicidij. ſicut dicitur Exo. xxj. Bos
cornupeta eſt ſubditus proteruus et inſolens qui ꝓ-
certo ſub clauſura diſcipline et correctionis debet te-
neri per prelatũ. al's crimina que committeret in pre-
latum ⁊ dominum redundabunt. Incuruentur ergo.
Eccli. xxx. Curua ceruicem eius. id eſt filij tui in iuuen
tute. et tunde latera eius dum infans eſt. Sic ergo pa
tet ꝙ bonus prelatus et dominus debet eſſe rigidus
per iuſticiam. fluidus per clementiam. ſolidus per
conſtantiam. Sed ſi vis inuehere et dic ꝙ moderni do
mini ſuperiores. prelati. iudices et principes non
ſunt tales. immo procerto ſunt molles ſine conſtan-
tia. crudeles. ſine clementia. imbecilles ſine audacia
ignobiles ſine excellentia. Domini ergo moderni ſta
bilitate carent quia ſcꝫ ipſi ſunt effeminati et ſine vir-
tute. Eſaie. iij. Dabo pueros principes eorū et effemi-
nati dominabuntur eis. Item iſti crudelitate arẽt ſeu
feruent Eſaie. xix. Dabo egyptum in manu dominorꝫ
crudelium. Item iſti crudelitate virent: ſeu imbecilli-
tate marcent: quia. ſ. ipſi homines non ſunt niſi mu-
lieres. ij. Eſdre. iiij. Scire ergo o viri vos oportet: quo-
niam mulieres dominantur veſtri. Item nobilitate ca
rent Treno. v. Serui dominati ſunt noſtri: non fuit
qui redimeret de manu eorũ. Serui dico. ſ. vitiorum et
iniquitatum. Et tamen ſcriptum eſt Prouerbio. xix.
Nõ decet ſeruum dominari principibus: id eſt malos
bonis ⁊c. Et hoc de domino ſufficit quo ad preſens.
De domino vero prout ſumitur literaliter reſpectu ſer
uorum nihil volui ponere: pro eo ꝙ opus iſtud non in
tendit agere de rebus niſi prout poſſunt moraliter in
telligi: ⁊ ad ſalutem animarũ exponi.

A **Domus.** Nota ꝙ domus multipliciter ſumit̃
in ſcriptura. Eſt enim domus huma
na: domus diuina ⁊ domus mundana. Primo dico ꝙ
domus humana eſt triplex.
Prima eſt corpus: in qua anima cõmoratur.
Secũda eſt mundus: in qua totus mundus hoſpitat̃
Tertia eſt ſepulcrũ: in qua corpus ſine aĩa copulat̃.
De domo corporis dicitur. ij. Corin. v. Terreſtris do-
mus noſtra huius habitatiõis diſſoluitur. De domo
huius mundi dicitur Hiere. vij. Spelunca latronis
facta eſt domus iſta. De domo ſepulcri dicitur Eccl's
xij. Ibit homo in domum eternitatis ſue. Et in ps. di-
citur. Sepulcra eorum domus illorum in eternũ. Iſte
B ſunt ergo domus humane. ¶ Secũdo dico ꝙ ſunt do
mus diuine: ⁊ iſte ſunt ſex: habet enim deus
Domum interiorem.
Domum exteriorem.
Domum inferiorem.
Domum ſecretiorem.
Domum nobiliorem.
Domum ſuperiorem.
Domus interior eſt conſcientia. De qua poteſt dici illud ps. Domũ tuam decet ſanctitudo. Dom⁹
exterior eſt religio vel eccleſia: de qua Marci. xj. Do-
mus mea domus orationis vocabitur. Domus infe
rior eſt ſacra ſcriptura: de qua Prouerb. ix. Sapiẽtia
edificauit ſibi domum. Domus ſecretior: eſt virgo ma
ria. j. Paralipome. xxviij. Cogitaui edificare domum
in qua requieſceret archa domini. Domus nobilior:
eſt caro propria que ſcꝫ eſt domus diuinitatis. Unde
de hieruſalem: id eſt de beata virgine et de domo pro-
prie humanitatis dicitur zacha. j. Reuertar ad hieru
ſalem in miſericordia: domus mea edificabitur in ea.
Domus ſuperior eſt celi patria: de qua in ps. Domine
dilexi decorem domus tue: ⁊ locũ habitationis glorie
tue. Iſte igitur ſunt domus diuine. ¶ Tertio dico: ꝙ C
ſunt etiam domus mundane: ⁊ ille ſunt ſtatus ⁊ habi
tationes hominum mũdanorum: qui generaliter poſ
ſunt eſſe tres: ſcꝫ
Status mundane proſperitatis.
Status mundane aduerſitatis.
Status inferne penalitatis.
In domo proſperitatis diuites letantur: quia ſicut di
citur in ps. Gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹. In domo ad-
uerſitatis miſeri triſtantur. De quo Eccl's. vij. Meli⁹
eſt ire ad domum luctus ꝗ ad domum cõuiuij. In do
mo penalitatis damnati verſantur: ſcꝫ in inferno dicẽ
tes Iob. xvij. Inferi⁹ dom⁹ mea eſt: ⁊ in tenebris ſtra-
ui lectulum meum. Sic igitur patet ꝙ ſunt alique do-
mus diuine. Alique domus humane. Alique domus
mundane. De iſtis ergo domibus parum intendo di-
cere: q2 ſatis dixi in tractatu de ſermonibus: in ſermo
ne de purificatione qui dicitur Adduxit eum in domo
domini. ¶ Ne tamen ita remaneat iſta materia hic D
intacta poſſumus notare ꝙ eſt
Domus laboris.
Domus honoris.
Domus dulcoris.
Domus horroris.
Prima eſt domus laboris que eſt dom⁹ hui⁹ mũdi. Iſta ẽ enĩ plena miſerijs ⁊ tribulationi
bus infinitis. Iſta eſt illa domus de qua dicitur. ꝙ ve
nerunt flumina ⁊ flauerunt venti: ⁊ irruerunt ſup do
mum illam ⁊ cecidit. Iſtam ergo domum debemus
fugere ⁊ horrere. Formice enim in bono odore delectã-
tur: et ideo ſi qs domos ſuas fumo malo ⁊ fetido ſub
fumigauerit: ipſas continue dimittunt vt dicit Pli-
nius. Taxus etiam inueniens domum ſuam ſtercore
vulpis fetidam dimittit eam. Sic vere chariſſimi: q2
domus huius mundi eſt fumo: ſcilicet ſuperbie ⁊ vani
tatis plena: ⁊ eſt plena ſtercore fetido luxurie ⁊ fedita-
tis. Ideo debemus ipſam dimittere: ⁊ eam cordialiter
abhorrere Eſa. vj. Domus impleta eſt fumo. Et. ij.
Paralipome. xxvj. Polluerunt templum domini.
Iſta eſt ergo domus laboris: qua ibi nulla perfecta
requies inuenitur. Unde iſta eſt ſicut quedaꝫ domus
celeſtis: id eſt quoddam celeſte ſignum ſcilicet quod
dicitur ſcorpius: qđ ſm̃ Miſael eſt domus mortis:
timoris: delicti: ⁊ laboris: belli et dãni. Sic vere cha-
riſſimi mundus poteſt dici dom⁹ mortis: qui ad mor
tem eternam deducit. Prouerbiorum. ij. Inclinata
eſt ad mortem domus eius. Item domus eſt timoris
In mundo enim nulla eſt ſecuritas. Ideo dicitur Ec-
cleſiaſti. xxvij. Niſi in timore domini tenueris te: inſtã
ter ſubuertetur domus tua. Item mundus eſt domus
delicti: laboris belli et damni: quia ad literam in mũ-
do non eſt niſi ſcelus ⁊ corruptio: niſi labor ⁊ vexatio:
niſi bellum ⁊ diſſenſio: niſi damnum ⁊ perditio. Un-
de iſta eſt domus de qua dicitur Hieremie. ix. Aſcen-
dit mors per feneſtras veſtras: ingreſſa eſt domus ve-
ſtras. Et ſic ergo patet: ꝙ iſta eſt domus labo-

Ayuntamiento de Madrid

e ris Prouer.v. Labores tui erũt in domo aliena. ¶ Secunda eſt domus honoris: et iſta eſt domus ſtatus eccleſie et religionis: quia vere ſtatus eſt decoris et honoris. Iſta vero domus debet eſſe mũdiſſima: q2 ſicut dicitur in ps. Domum tuam domine decet ſanctitudo. Apes enim valde diligunt mundiciã: et ideo infra domos ſuas fertiles vbi manent nunq̃ aliquid ſtercorizant: immo vt dicit Plini. Anteq̃ intrẽt domos ſuas foris dimittunt: et eijciunt feces ſuas. Sic vere chariſſimi domum eccleſie vel religionis in quo ſumus: debemus mũdiſſime ſeruare et tenere: nec ipſum debemus fecibus alicuius peccati luxurie maculare: ſed om̃ia foris eijcere et fugare ps. Perambulaui in innocentia cordis mei in medio domus mee. Et debemus notare q̃ in iſta domo debent eſſe flores

Honeſte conuerſationis.
Fructus vbere cõpaſſiõis.
Laudes diuine exultatiõis.

Sit igitur in iſta domo ꝯuerſatio ſpecioſa ps. Plantati in domo dñi in atrijs dñi dei noſtri florebunt. Sit etiam compaſſio vel operatio fructuoſa ps. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tue. Vxor eſt bona voluntas que debet bonis fructibus abundare. Sit inſuper ibi exultatio gaudioſa. ſ. leticia ſpũalis et laus diuina et gratiarũactio ꝛc. ps. Beati qui habitant in domo tua dñe in ſecu. ſeculo. laudabũt te. Sed proh dolor chariſſimi hodie conqueritur dñs de multis malis eccleſiaſticis qui ſunt in iſta domo dicens. Hieremi. xj. Quid eſt q̃ dilecus me⁹ in domo mea facit ſcelera multa. Scelera enim multa in iſta domo hodie cõmittunt ita q̃ de illa domo poteſt dici illud quod dicit Eſaie. xiij Replebũtur domus eorũ draconibus et habitabunt ibi ſtrutiones: et piloſi ſaltabũt ibi: et reſpondebunt ibi vlule in edibus ei⁹: et ſyrene in delubris voluptatis. Dracones enim qui ignẽ ſpirãt ſunt illi qui per auariciam inflãmantur. Strutiones aues ponderoſiſſime ſunt illi qui pigricia aggrauant. Piloſi qui videntur eſſe homines et tamẽ ſunt beſtie: ſunt illi qui per hypocriſim palliantur. Vlule q̃ ſunt aues horribiliter clamantes: ſunt illi qui per inuidiã obloquunt. Syrene que ſunt monſtra feminea: ſunt illi qui per luxuriã maculant. Tales igitur beſtie chariſſimi ſunt pſone in eccleſia ſancta in dei magnis officijs cõſtitute: bone vero et digne extra domũ dimittuntur: et loco earũ maligni et indigni ſubſtituunt. Ideo iſti poſſunt plangere Treno. v. Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtre ad extraneos. Nõ ſic ergo: ſed illi qui ſunt in iſta domo ſint boni et ſancti:

f quia eſt domus honoris. ¶ Tertio dico q̃ eſt domus dulcoris: et illa eſt dom⁹ glorie paradiſi: vbi ſancti dulciſſime recreantur: vbi angeli dulciſſime modulantur vbi deus dulciſſime ſpeculatur: vbi homo dulciſſime iocundatur. De iſta domo dicit Dauid in ps. Letat⁹ ſum in his q̃ dicta ſunt mihi in domũ domini ibim⁹. In iſta domo eſt claritas ſine obſcuritate: fertilitas ſine paupertate: et caritas ſine odio: et ſanctitas ſine faſtidio. Vñ ergo dicit in ps. Replebimur in bonis domus tue ſanctũ eſt templũ tuũ mirabile in equitate. Signũ enim leonis eſt domus ſolis. In iſto eñ ſigno fuit ſol creatus et factus: et in ipſo etiã eſt ipſius ſolis ſumma exaltatio. Et iſta domus ſm Miſael dicit eſſe domus filioꝝ nouorũ veſtimentorũ librorũ pariter et honoꝝ. Iſta domus chariſſimi ẽ paradiſus: que pro certo eſt illa domus in qua ſol iuſticie dei filius fuit eternaliter generatus: et in qua eſt humaniter exaltatus. Quia vere chariſſimi: iſta eſt domus filiorũ: ecce caritas. Nouorũ veſtimentoꝝ. ecce puritas. Librorũ. ecce ſciẽtia. Honoꝝ. ecce eminentia. In iſta eñ domo eſt caritas: quia omnes ſunt eiuſdem patris filij. Eſt puritas: quia omnes ſunt noui. Eſt ſcientia: q2 om̃es ſunt libri digito dei ſcripti. Eſt eminentia q2 oẽs ſunt honorati. De iſta ergo domo dicitur Baruch. iij. O iſrael q̃ magna eſt domus dei et ingens locus poſſeſſionis eius. Iſta eſt igitur domus dulcoris. ¶ Quarto
g

dico q̃ eſt domus horroris: et iſta eſt domus infernalis: vbi vmbra mortis et nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat. De iſta domo poteſt dicere quilibet damnatus vel damnãdus illud preallegatũ Job. xvij. Si dormiero domus mea infernus eſt. Patet ergo q̃ eſt quedam Domus

Abhorrenda.
Affectanda.
Habitanda.
Deteſtanda.

Sed adhuc nota q̃ nos poſſum⁹ loqui

De domo dei ſecretiori.
De domo dei interiori.
De domo dei exteriori.
De domo dei illuſtriori.

Prima eſt virgo maria.
Secũda eſt cõſcientia.
Tertia eſt pñs eccleſia.
Quarta ꝟo celeſtis patria.

Prima eſt frequentanda p deuotionẽ.
Secũda p cõpunctione.
Tertia per orationẽ.
Quarta ꝟo p cõtemplationem et affectionẽ.

¶ Prima ergo dom⁹ frequentãda p deuotionẽ iſta eſt virgo Maria q̃ fuit ſecretiſſima domus dei ꝛc. Hec eſt ergo domus frequentãda: p deuotionẽ. Secũdo dico: q̃ eſt dom⁹ frequentãda per cõpunctionem: et iſta eſt conſcientia. Debet ergo frequẽtari dom⁹ cõſcientie p cõpunctionẽ cõtritionem et cõſiderationẽ. Vnde Lu. xv. dicitur de muliere que dragmam perdidit q̃ accendit lucernam et euertit domũ et querit diligenter donec inueniat Mulier iſta eſt ratio que pro certo quando ſe videt per peccatũ dragmam diuine gratie amiſiſſe: lucernã diſcretionis debet aſcendere: et domũ cõſcientie per cõpunctionem et diſcuſſionẽ debet euertere: et per diligentẽ ſui examinationẽ debet inquirere: vt ſic dragmã quã amiſerat id eſt gratiam et gloriã poſſit retinere vel habere. Iſta eſt domus dei in qua principaliter dormit. Et ideo pro certo debet eſſe. Domus pura. Domus clara. Domus ſecura. Pura dico p innocentiã. Clara per ſapientiã. Secura p ſpẽ et fiduciã. Strata p humilitatẽ. Lata p charitatem. Apta per cõtemplationis ſublimitatem: q2 ſicut dicitur in ps. Domũ tuã domine decet ſanctitudo in longitudine dierũ. De iſta domo poteſt exponi illud qđ dicit ille aſtrologus. Miſael de domo ſolis. i. de ſigno leonis que eſt quedã celi regio: que continet duodecimã eius portionẽ: quia ſicut dicit ipſe ſignum leonis eſt igneum: maſculinũ: diurnũ: firmum. Domus ſolis eſt ſignũ eius exaltatio cuius prima facies eſt ſaturni: ſecunda iouis: tertia martis. Et iſta etiam dicitur domus filiorũ: librorũ: nouorũ veſtimentorum et honorum. Reuera chariſſimi iſta ſcʒ conſciẽtia debet dici

Domus ſolis. i. xpi per gratie habitationem.
Domus ignea per charitatem et dilectionem.
Domus maſculina per probitatem et perfectionem.
Domus diurna per verbi diuini illuminationem.
Domus firma que fundata ſupra firmã petram fide non cecidit ad impulſum ventorũ: ſicut dicitur Mathei. vij. Quis forte de multis poſſit verificari illud Hiere. xliij. vbi dicitur q̃ vnus rex conteret ſtatuas dom⁹ ſolis. Et ideo bene ſequitur q̃ in tali domo bñ debẽt hoſpitari tres hoſpites. i. tres ſpirituales ſtelle ſcʒ ſaturn⁹ iupiter et mars. Saturn⁹ q̃ dr a ſaturãdo ſignat ꝟtutẽ pietatis: que habet alios ſaturare. Jupiter qui ethimologizatur iuuãs pater qui eſt planeta beniuolus: ſignat virtutem benignitatis que habet benigniter adiuuare. Mars qui dicitur deus belli: ſignat virtutem conſtantie probitatis: vel virtutem audacie et ſtrennuitatis: que habet vitia debellare. Quia ꝟe chariſſimi iſte tres virtutes. ſ. pietas et benignitas et ſtrennuitas debent in domo cõſciẽtie noſtre et maxime prelatorũ et eccleſiaſticorum iugiter hoſpitari. Et ſic illa dicetur domus filiorum: librorum et nouorũ veſtimentorũ. Quia vere chariſſimi illi qui ſunt filij dei p adoptionem: qui ſunt libri per literarum eruditionẽ: qui ſunt noua veſtimenta: per innocentie renouationem debent tales domos: ſcʒ cõſcientias puras habere: et in talibus

Ayuntamiento de Madrid

talibus habitare Juxta illud ps. Habitare fecit ſteri⸗
lem in domo matrem filiorum letantem. Jſta eſt er⸗
go domus dei per cõpunctionem frequẽtanda: ſcꝫ cõ⸗
ſcientia que eſt domus ſolis. i. xp̄i qui ibidem per gra⸗
tiam requieſcit. Jſta enim figurantur in illis domibꝰ
in quibus legitur dominus introiſſe: ſcꝫ in domo ſy⸗
monis vbi febricitãtem ſanauit Luce. iiij. Item in do⸗
mo ſymonis leproſi: vbi magdalenam abſoluit Luce.
vij. Item in domo zachei vbi eũ ad adamare elemoſi⸗
nas inſpirauit Luce. xix. Item in domo Jayri vbi filiã
mortuam ſuſcitauit Mar. v. ⁊ ſic de alijs. Quia vere
cum xp̄s domum conſcientie noſtre ingreditur ꝑ gra⸗
tiam: tunc febris auaricie curatur: filia. i. anima mor⸗
tua ſuſcitatur: culpa remittitur: ⁊ mens ad dandũ ele⸗
moſynas dilatatur. Sꝫ ꝓcerto chariſſimi multi ſunt
hodie qui habent domũ conſcientie ruinoſam per in⸗
conſtantiam luxurioſam: per immudiciam obſcurã:
per ignorantiam litigioſam: per diſcordiam fedam et
immũdam per luxuriam. Et ideo procerto xp̄s in tali
domo non quieſcit: immo ſicut taxus inueniẽs domũ
ſuam fedatam a vulpe ipſam abhorret ⁊ deſerit. Sic
xp̄s dominus conſcientiam taliũ a diabolo per diuer⸗
ſa vitia maculatam abhorret ⁊ derelinquit dicẽs Hie
I remie. vij. Speluũca latronũ facta eſt domꝰ iſta. ❡ Et
ſi vis dic ꝙ conſcientia impij poteſt dici domus
Ruinoſa: q2 nimis inaltatur per ſuperbiam.
Lata: quia nimis dilatatur per auariciam.
Obſcura: quia nimis obfuſcatur per ignorantiam.
Non ſecura: quia bellis impugnatur per iracundiã.
Diuiſa: quia nimis diſſipatur per diſcordiam.
Uacua: quia bonis ſpoliatur per nequitiam.
Immunda: quia nimis maculatur per luxuriam.
Eſt deſerta: quia nõ habitatur per gratiam ⁊ iuſticiã.
❡ Dico ergo ꝙ conſcientia malorum domus eſt alta
quia ſuperbia eleuatur ⁊ tamen ſcriptum eſt Prouer
bio. xvij. Qui altam facit domum querit ruinam. Et
Prouerbio. xv. Domos ſuperborum demollitur do⸗
minus. Item domus eſt lata: quia per auariciam am⸗
pliatur. Omnia enim ambit ⁊ appetit. Et tamen ſcri⸗
ptum eſt Prouerbio. xv. ꝙ conturbat domũ ſuam qui
ſectatur auariciam. Item domus eſt obſcura: quia per
ignorantiam obfuſcatur ps. Repleti ſunt qui obſcu⸗
rati ſunt terre domibus iniquitatum. Et Eſaie. vj. Im
pleta eſt domus fumo. Item domus non eſt ſecura: q2
a culpis omnibus impugnatur. Unde Benadab: id
eſt diabolus dicit. iij. Reg. xx. Mittã ſeruos meos ad
te ⁊ ſcrutabuntur domum tuam. Item domus eſt di⸗
uiſa: quia per diſcordiam diſſipatur Prouerbio. xvij.
Melior eſt bucella ſicca cum gaudio: ꝙ̃ domus plena
victimis cuꝫ iurgio. Item domus eſt vacua: quia a bo
nis omnibus ſpoliatur. Prouerbio. iij. Egeſtas a do
mino in domo impij. Item domꝰ eſt immunda: quia
luxurie fecibus inquinatur Job. iiij. Qui habitant do
mos luteas: qui terrenum habent fundamentum cõ⸗
ſumentur velut a tinea. Item domus eſt deſerta: quia
a deo nullatenus: ſed magis a latronibus. i. a demoni
bus habitatur Job. xv. Habitabit in ciuitatibus de⸗
ſolatis ⁊ in domibus deſertis: que in cumulos ſunt re⸗
dacte. Non ſic chariſſimi: ſed habeamus conſcientiã
puram ⁊ mundam: quia procerto iſta eſt domus inte
rior frequẽtãda. ſ. conſciẽtia. ❡ Et ſi vis notare de do
mo conſcientie potes dicere: ꝙ illa debet eſſe domus
Tuta: qꝺ facit fidei fortitudo.
Lata: qꝺ facit amoris amplitudo.
Alta: qꝺ facit ſpei ſeu fidei celſitudo.
Longa. qꝺ facit perſeuerantie certitudo.
Clara: qꝺ facit ſapientie limpitudo.
Clauſa: quod facit diligentie ſollicitudo.
Secreta: qꝺ facit penitentie ſolitudo.
Munda: qꝺ facit continentie gratitudo.
Picta: qꝺ facit apparentie pulcritudo.
Sit igitur tuta ⁊ firma per fidei fortitudinem incon
cuſſibilem Eccli. iij. Benedictio patris firmat domos
filiorum. Benedictio iſta fides. Item ſit lata: per cha
ritatis amplitudinem incoartabilem. Debet eñ iſta
eſſe lata: ita ꝙ amicos ⁊ inimicos valeat continere. ij.
Paralipome. ij. Domus quam edificare cupio ma⸗
gna eſt. Magnꝰ enim eſt deus noſter: quẽ. ſ. charitas
in hac domo debet recipere. Item ſit alta: per ſpei celſi
tudinem indepreſſibilem. iij. Reg. vij. Edificauit Sa⸗
lomon domuꝫ ſaltus lybani. Saltꝰ enim idem eſt qꝺ
altum promontorium. Item ſit longa per perſeueran
tie certitudinem indefectibilem ps. Domuꝫ tuã domi
ne decet ſanctitudo: in longitudine dieruꝫ. Item ſit cla
ra: per ſcientie limpitudinem incõfuſcabilem Mat. v.
Ponit lucernam ſuper candelabrum: vt luceat omni
bus qui in domo ſunt. Item ſit clauſa: per diligentem
ſollicitudinem circũſpectabilem Eſaie. xxiiij. Clauſa
eſt omnis domus nullo introeunte. Item eſt ſecreta ꝑ
penitentie ſolitudinem inacceſſibilem Job. xxxix. Cui
ſcꝫ onagro dedi in ſolitudine domũ ⁊ tabernacula eiꝰ
in terra ſalſuginis. Item ſit munda: per cõtinentie pu
ritudinem immaculabilem. iij. Regũ. x. Uniuerſa ſu⸗
pellex domꝰ ſaltus lybani erat ex auro puriſſimo. Ly⸗
banus interpretatur candor: ⁊ ſignat caſtitatem. Iteꝫ
ſit picta: per apparentie pulcritudinem indeturpabi⸗
lem Eccli. xxvj. Mulieris bone ſpecies in ornamentũ
domꝰ ſue. Jſta eſt ergo domus interior frequẽtãda per
diſcuſſionem. ❡ Tertio dico ꝙ eſt alia domus dei exte K
rior frequentanda per orationem. Et iſta ꝓcerto cha⸗
riſſimi eſt domus eccleſie ⁊ materialis ⁊ ſpũalis. De
qua dicitur Eſaie. lvj. Mat. xxj. ⁊ Johã. ij. Domꝰ mea
domus orationis vocabitur. Quia reuera chariſſimi
illi qui ſunt de domo eccleſie. ſ. viri catholici ⁊ xp̄iani: ⁊
maxime eccleſiaſtici ⁊ religioſi debent vacare dei ſerui
tio ⁊ orationi laudi diuine ⁊ gratiarũactioni. Nam ꝓ
certo de iſta domo videtur intelligi illud qꝺ dicit Mi
ſahel de quadã domo celeſti. i. de quadã regione: et de
quodam ſigno quod dicitur eſſe domus itineris fidei
ſapientie: magiſterij: honoris: aſtrorum: diuinationis
⁊ ſomnioruꝫ: illos etiam qui in eius conſtellatione na
ſcuntur facit in motu literarum: vt dicit idem. Sic ve
re chariſſimi domus eccleſie et religionis: que domus
ſumus nos ſm apoſtolum debet dici domus itineris:
quia procerto nos alij potiſſime eccleſiaſtici debemus
eſſe in mundo: ſicut in itinere ⁊ peregrinatione. ſ. quo⸗
uſq3 ad patriam. i. ad celeſtia poſſimus peruenire: q2
ꝙ̃diu ſumꝰ in corpore peregrinamur a domino. Illud
vtiq3 eſt contra multos qui ſunt in eccleſia ⁊ religiõe:
qui non ſunt ſicut in peregrinatiõe: ſed ſicut in patria
quia ſcꝫ preſentibus nõ vtuntur ſed fruuntur. Itẽ iſta
debet eſſe domus fidei: quia vere fides catholica ⁊ fide
litas amoris debet in religione ⁊ eccleſia potiſſime in
ueniri: qꝺ eſt contra multos qui procerto ⁊ quantum
ad deum ⁊ quantum ad proximũ: ⁊ quantũ ad eccleſiã
ſunt proditores ⁊ infideles: ſicut heretici qui ſunt con
tra deum: ſciſmatici: qui ſunt contra eccleſiã: falſi ami
ci: qui ſunt infideles contra proximum. Ideo Prouer
bio. xx. dicitur. Uirum autem fidelem quis inueniet.
Item iſta debet eſſe domus ſapientie: magiſterij ⁊ ho⸗
noris: quia reuera viri eccleſiaſtici debent eſſe pre cete⸗
ris ſapientes: ⁊ per conſequens magiſtri: ductores et
doctores aliorũ. Et ſic erunt pre ceteris honorati. Jſtã
enim ſe debent habere per ordinem. ſ. ſapientia ⁊ magi
ſterium ⁊ honor. Quod eſt contra multos: qui reuera
non habent ſapientiam ſed ignorantiam: nõ magiſte
rium ſed vituperium: non honorem ſed horrorẽ. Jdeo
de talibus dicitur Hierem. xlix. Non vltra eſt ſapien
tia in theman perijt conſiliuꝫ a filijs. Item iſta debet
eſſe domus aſtrorum ⁊ diuinationis: quia vere chariſ
ſimi de iſtis aſtris ⁊ de celeſtibus. i. de bonis eternis ⁊
perpetuis debemus diuinare: cogitare: ⁊ tractare Ge⸗
ne. xv. Suſcipe celuꝫ ⁊ numera ſtellas ſi potes. Qꝺ eſt
contra multos: qui non diuinant nec precogitant de
eternis ſed potiꝰ de terrenis: ſicut ſunt auari: qui ocu⸗
los ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Item iſta de



Ayuntamiento de Madrid

bet eſſe domus ſomniorum: quia reuera boni ſomniare debent de occultis per conſiderationem ſcilicet cogitando de preteritis.i.de peccatorũ peruerſitate: de preſentibus: id eſt de mundana voluntate: de futuris id eſt de mortis ⁊ iudicij acerbitate: de inferioribus: id eſt de ignis infernalis aſperitate: de ſuperioribus: id eſt de patrie ſupernalis iocũditate. Ideo de talibꝰ ſomnijs dicitur Danie.j. Et danieli dedit deus intelligentiam omniuꝫ viſionum ⁊ ſomniorum. Et ſic bene dico chariſſimi ꝙ ſtatus eccleſiaſticus poteſt dici domꝰ dei que debet frequentari per deuotionem. Quia etiam ſi quis ab iſta domo abierit peccando: ſtatim illuc ꝑ penitentiam reuenire debebit emendando: dicens Luc. xj. Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et de hoc poteſt exponi illud quod de moyſe dicitur Actuum. vij. Nutritus eſt tribꝰ menſibꝰ in domo patris ſui. Tres enim menſes ſunt penitentie partes: quibus oportet in domo eccleſie viuere ⁊ manere. Iſta eſt ergo proprie domus dei: in qua multe ſunt camere: id eſt multi ſtatus ⁊ officia: iuxta illud ſupradictũ Johan. xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Unde de illa domo dicitur. iij. Regum. x. Uidens regina ſaba omnem ſapientiam Salomonis ⁊ domuꝫ quam edificauerat ⁊ cibos menſe eius: ⁊ habitacula ſeruorum: ⁊ ordines miniſtrantium: veſteſqꝫ eorum ⁊ pincernas ⁊ holocauſta que offerebat in domo domini non habebat vltra ſpiritum. Quia reuera chariſſimi pulcrum eſt videre in domo Salomonis.i. in eccleſia ſancta cibos menſe eius: id eſt ſacre ſcripture refectionẽ. Habitacula ſeruorum: id eſt diuerſorum ſtatuum diſcretionem: ordinem miniſtrantium: id eſt dei ſeruorum ordinatã conſcientie conditionem: veſtes eorum: id eſt exteriorẽ honeſtam conuerſationem: pincernas qui vinuꝫ fundũt id eſt predicatores letificantes per conſolationem holocauſta domini.i.bonorum operum immolationem Et ideo de iſta domo dicitur Prouerbio. ix. Sapiẽtia edificauit ſibi domum: miſcuit vinum ⁊ poſuit menſam. Et nota ꝙ eccleſia eſt domus quam debẽt inhabitare: ⁊ in eius dignitatibus preeminere viri boni et non mali. Juxta illud Eccli. xj. Non omnem hominẽ inducas in domum tuam. Sint ergo ibi

Simplices ⁊ innocentes.
Stabiles ⁊ patientes.
Humiles ⁊ abſtinentes.
Pauperes ⁊ indigẽtes.
Concordes ⁊ cõſonãtes.
Flebiles ⁊ penitentes.
Subtiles ⁊ cõtemplantes.
Diuites ⁊ abundantes.

Ibi ergo habitare debent viri ſimplicitatis ⁊ innocẽtie ps. Perambulabã in innocentia cordis mei in medio domus mee. Item viri ſtabilitatis ⁊ permanẽtie. ps. Qui ſtatis in atrijs domus dei noſtri. Iteꝫ viri humilitatis ⁊ abſtinentie. Humilitatis dico ps. Nõ habitabit in medio domus mee qui fa. ſuper. Et abſtinẽtie. Prouer. xxvij. Sufficiat tibi lac caprarũ in neceſſaria domus tue. Item viri calamitatis ⁊ indigentie. Ad domum enim dei non vadunt diuites ſed pauperes: ſic nec ad beneficia eccleſie Luce. xiiij. Uoca pauperes et nudos ⁊ compelle intrare: vt impleatur domus mea. Item viri concorditatis ⁊ amicicie ps. In domo dei ambulauimus cũ conſenſu. Item viri flebilitatis ⁊ penitentie. Unde de Ezechia dicitur Eſa. xxxvij. ꝙ obuolutus eſt ſacco: ⁊ intrauit domum domini. Item viri ſubtilitatis ⁊ eminentie: ſcꝫ viri qui celeſtia contemplantur Eſaie. ij. Uenite aſcendamus ad montem domini et ad domum dei iacob. Item viri ſpiritualis facultatis ⁊ abundantie: ſcilicet qui in virtutibus ſunt diuites ps. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Et alibi in ps. Replebuntur in bonis domus tue. Sed heu proh dolor procerto tales non videntur eſſe habitatores in domo dei que eſt eccleſia. Non enim hodie promouentur tales ſufficientes viri: ſed potius inhabiles ⁊ inepti. Unde Hiere. xxxij. Poſuerũt ydola ſua in domo in qua vocatum eſt nomen meum vt polluerent eam. Idola inquit ſua: id eſt nepotes ⁊ parentes: fatuales ⁊ ignorantes. Et ideo iſta domus iam non videtur a ſeculari ſtatu differre: ſicut enim populus ſic ſacerdos. Eſaie. xxiiij. vnde Ezechie. xxv. Ecce ſicut omnes gentes domus iuda: quia ſicut dicitur Ezechie. xxij. Uerſa eſt mihi in ſcoriam domus iſrael. Et Ozee. vj. dicitur In domo iſrael vidi horrenda. Notabis ergo ꝙ domꝰ eccleſie poteſt hodie dici domus

Ardoris ⁊ auaricie.
Erroris ⁊ ignorantie.
Horroris ⁊ immundicie.
Furoris ⁊ peſtilentie.
Guloſitatis ⁊ caſtrimargie.
Pompoſitatis atqꝫ ſuperbie.
Uacuitatis ⁊ indigentie.
Impietatis ⁊ iniuſticie.
Rapacitatis ⁊ violentie.
Mendacitatis atqꝫ fallacie.
Doloſitatis ⁊ fraudulentie.
Aduerſitatis atqꝫ miſerie.

Dico ergo ꝙ iſta ẽ domus auaricie et ardoris. Abdie. j. Erit domus Jacob ignis ⁊ domus Joſeph flãma. Itẽ eſt domus ignorantie et erroris. Ezechie. x. Domus repleta eſt nube. Item eſt domus immunditie ⁊ horroris. Unde illud predictuꝫ Ozee. vj. In domo iſrael vidi horrendum. et Hiere. v. Equi amatores in feminas in domo meretricis luxuriabantur. Item eſt domus peſtilentie ⁊ furoris. Et tũ dicit̃ Eccli. iiij. Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos. Item iſta eſt domus vinolẽtie ⁊ guloſitatis Amos. ij. Uinum damnatorum bibunt in domo dei ſui. Item eſt domꝰ ſuperbie ⁊ pompoſitatis Amos. vj. Ue vobis qui opulẽti eſtis in ſyõ optimates: capita populorũ ingrediẽte pompatice domũ iſrael. Itẽ domus eſt in indigentie ⁊ vanitatis. Pauca enim bona ſpiritualia ſunt ibi Aggei. j. Domus mea deſerta eſt. Item domꝰ eſt iuſticie ⁊ impietatis. ij. Paralipo. xxxvj. Interfecit iuuenes eorũ gladio in domo ſanctuarij. Itẽ domus eſt violentie ⁊ rapacitatis Eſa. iij. Rapina pauperis in domo veſtra. Item domus eſt fallacie ⁊ mendacitatis Michee. j. Domos mendacij in deceptionem regibꝰ iſrael. Item domus eſt fraudulentie et doloſitatis. Hieremie. v. Domus eorum plene ſunt dolo. Item domꝰ eſt miſerie ⁊ aduerſitatis: quia ſcꝫ propter predicta mala vitia accidunt hodie domui eccleſie multa aduerſa Soph. j. Erit fortitudo eorum in direptionem et domus eorum in deſertum. Non ſic debet eſſe chariſſimi non: ſed potius domus frequentanda per deuotionem. ¶ Quarto dico ꝙ eſt alia domus dei: ſcꝫ celeſtis patria que eſt frequentanda ꝑ affectionem ⁊ contemplationem: quia reuera iſta debet contemplari ⁊ deſiderari: ⁊ hoc quia vere chariſſimi iſta videtur eſſe illa domus ſeu regio celeſtis que dicitur aries: que eſt i m Miſabel ſignum igneum ⁊ diurnum vbi eſt ſolis exaltatio. Et iſtud ſignum dicit̃ domus vite. ſic vere chariſſimi domꝰ paradiſi eſt domꝰ ignea propter feruoreꝫ inextinguibilis charitatis. Eſt domus diurna propter ſplẽdorem inobfuſcabilis claritatis. Eſt domꝰ vite propter vigorem indefectibilis firmitatis: quia ſcꝫ ibi perpetuo viuitur ⁊ ſine fine vnde ps. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et ideo benedicitur: ꝙ ibi eſt ſolis exaltatio: quia vere in domo paradiſi ſol: id eſt boni ⁊ iuſti promouentur et etiam exaltantur: quia reuera iſta eſt domus

Refulgens ⁊ ſpecioſa.
Abundans ⁊ copioſa.
Relucens ⁊ luminoſa.
Suauis ⁊ odoroſa.
Honorabilis ⁊ glorioſa.
Exultans ⁊ gaudioſa.
Delectabilis ⁊ dulcoroſa.
Admirabilis ⁊ ſtuporoſa.

Dico ſpecioſa ps. Domine dilexi decorem domus tue ⁊ locuꝫ habitationis glorie tue. Et Trenorum. ij. Hec eſt vrbs perfecti decoris et gaudium vniuerſe terre. Specioſa Baruch. iij. O iſrael ꝙ magna eſt domus dei Copioſa. vnde in ps. Replebimur in bonis domus tue. Luminoſa etiam: quia ſcꝫ ibi eſt

ibi est beata visio ꝛ ꝯgregatio ps. De⁹ in domi. ei⁹ cog. Item odorosa Johan. xij. Impleta est domus ex odore vnguenti. Item gloriosa. vnde Aggei. ij. Implebo domũ istam gloria. ꝛ Esaie. lx. Domum maiestatis mee glorificabo. Item gaudiosa. vnde illud ps. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorũ laudabunt te. Et alibi. Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum letantem. Et illud ps. Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini. Ite3 dulcorosa: quia sc3 isti est dulcissima fruitio. ps. Inebriabũtur ab vbertate domus tue: ꝛ torrente voluptatis potabis eos. Ite3 stuporosa: quia sc3 ista est pre cunctis admiranda ps. Introibo in locum tabernacu li admirabilis vsq3 ad domũ dei. Ista ergo est domus speciosa: copiosa: luminosa: odorosa: gloriosa: gaudiosa: dulcorosa: stuporosa. Sed reuera charissimi talis domus non est miserabilis sed mũdus: qꝛ vere iste ostenditur esse domus tota contraria ꝛ diuersa. Et ideo de mundo potest intelligi illud quod dicit Misahel de illa domo: seu signo aut regiõe celesti: que dicitur pisces: que est domus inimicicie: ꝛ signat laborem susu rratione: tristiciam: dolum: maliuolentiam ꝛ carcerem. Quia reuera charissimi ad literam. Mundus quidem domus est miserie ꝛ laboris. lamẽtationis ꝛ doloris: tristicie ꝛ meroris: sc3 doli: maliuolentie inuidie ꝛ liuoris: carceris etiam ꝛ lãguoris. Ideo de tali domo loquitur Esa. xiij. Replebuntur domus eorum draconib⁹ ꝛc. Uide ibi. Nõ sic padisus charissimi nõ quia iste est domus dei illustrior. Nõ sic ecclesia: qꝛ est domus dei exterior. Non sic etiam bona conscientia: quia ista est domus dei interior. Non sic etiam beata virgo: quia ista est domus dei secretior ꝛc. Sufficit

A **Donare. Donum.** Quia supra sat] dictũ est de dare: parꝫ dicendũ est de donare. Nota ergo ꝙ est donum dei: donum iusti: donum impij: donum mundi. Deus enim est principalis donator ꝛ dator: quia sicut scriptu3 est Iaco. j. Omne datum optimum: ꝛ omne donum perfectum: desursum est descendens a patre luminum. Primo dico ꝙ deus dat hominib⁹ spiritalia: temporalia: eternalia. Donat spiritalia: sc3 gratias ꝛ ꝟtutes. Gratia enim a solo deo datur. Fides etiam sine merito precedente a dño conceditur ꝛ donatur. Unde Ephe. ij. Gratia enim estis saluati per fidem: ꝛ hoc non ex vobis. Dei enim donum est: non ex operibus vt nequis glorietur. ipsius enim sumus factura. Unde etiam de xp̃o ascendente legitur Ephe. iiij. ꝙ ascendens in altũ captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominib⁹. Dona dico videlicet spiritussancti: quia sc3 de⁹ pater ꝛ deus filius miserunt nobis spiritum sanctum, quem dederunt nobis dispensatorem domus sue: per quem dederunt etiam multa dona. Spiritus enim sanctus dicitur ꝛ donum ꝛ donans. Donum dico Hebreo. vj. Illuminati gustauerũt donum celeste: participes effecti spiritussancti. Donans etiam dicitur: quia sc3 iste est qui dat hominib⁹ septem dona spiritualia: que. s. sibi specialiter appropriantur vc3

Donũ timoris vt deũ in reuerentia habeamus.
Donum consilij: vt bona prudenter eligamus.
Donum pietatis: vt proximo clementer subueniam⁹.
Donum fortitudinis: vt mala valenter sustineamus.
Donum scientie: vt naturalia ꝛ materialia sciamus ꝛ cognoscamus.
Donum intellectus: vt spiritalia contemplemur ꝛ videamus.
Donum sapientie: vt supernaturnalia degustemus et sapiamus.

¶ Isti enim sunt septe3 dona spiritussancti cõmunia que enumerantur Esaie. xj. Ubi de flore qui egredit de radice yesse dicitur: ꝙ requiescet super eam spiritus domini: spiritus sapientie ꝛ intellectus: spiritus consilij ꝛ fortitudinis: spiritus sciẽtie ꝛ pietatis: et replebit eum spiritus timoris domini. Igitur talia dona a spiritusancto dantur: ꝛ diuersis diuersimode cõceduntur. j. Corinthio. vij. vnusquisq3 proprium donum habet alius sic: alius autem sic. Et bene dicitur proprium. Sicut enim video ꝙ vnaqueq3 persona propriã sibi vẽdicat faciem seu faciei ymaginem ꝛ figura3 in quo valde differre videntur vniuersi mortales: sic etiam in facie interiori: sc3 in mente tanta est dissimilitudo et diuersitas ꝙ vnusquisq3 proprium habet donum. Et inde est ꝙ vnus precellit in vno: ꝛ alius in alio: ꝛ ꝙ vnus est sapiens ad vnam sciẽtiam: alius ad aliam: vni placet vna virtus: ꝛ alteri altera: quia sc3 spiritussanct⁹ diuidit singulis dona sua. iuxta illud Ephe. iiij. Unicuiq3 autem nostrum data est gratia ꝑm mensuram donationis xp̃i. Consulit ergo scriptura Actuũ. ij. dicens. Penitentiam agite ꝛ accipietis donu3 spiritussancti. Donum dico fidei que dirigit in credendis. Donum discipline: que dirigit in cauendis. Donum prudẽtie: que dirigit in agendis. De fide dicitur Sapien. iij. Dabitur inquit illi sc3 iusto fidei donum electum: ꝛ sors in templo dei acceptissima: de disciplina dicitur Sapiẽtie. vj. Participes facti sunt amicicie dei: propter discipline dona cõmendati: de prudentia vero dicitur Prouerbio. iiij. Attẽdite vt sciatis prudentiam: donũ bonum tribuam vobis legem meã, ne derelinquatis. Patet ergo ꝙ deus donat spiritalia. ¶ Adhuc dico ꝙ ipse donat temporalia. B Unde etiã Iacob de gregibus missis Esau Gene. xxxiij. dixit. Suscipe donationem ansi benedictionem quam donauit mihi deus. ꝛ ibidem de liberis dicitur. Paruuli sunt quos donauit mihi deus: quasi diceret. Et filij ꝛ bona alia a deo dantur. Deniq3 dico ꝙ deus donat eternalia: sc3 gloriam paradisi. De qua Sapientie. iij. Fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum ꝛ pax est electis dei. Ita ꝙ deus videtur dicere beatis illud Danie. ij. Premia ꝛ dona ꝛ honorem multum accipietis a me. Istud est igitur donum dei quod concupiscendum est. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ inuenitur C donum iusti: quod est remunerandum. Iusti enim ꝛ se et sua consueuerunt donare: ꝛ charitatiue distribuere ꝛ cõmunicare. Speculum enim receptam ymaginẽ continuo representat: et si etiam obijciatur sibi aliud speculum illam quam recipit ymaginem sibi statim cõmunicat. Et si illi aliud speculum obijcitur: etiam ꝛ illud sumptam ymaginem sibi donat. In speculis ergo virtus donatiua ꝛ communicatiua abundat: quia alterum alteri quod habet dat. Talia ergo specula spiritualiter debemus esse: quia bona nostra (proculdubio non a nobis sed aliunde habemus) alterutrum cõmunicare dare et distribuere debemus: exemplo dauid: qui sicut dicitur. j. Regu3. xxx. misit dona de preda senioribus iuda. Talem etiam virtutem liberalem ꝛ donatiuam dicebat se habere Paulus ij. Corinthi. ij. dicens. Si cui autem aliquid donastis: et ego donaui. Et procerto donandum est: quia donum discrete ꝛ liberaliter datu3: iram iudicis solet placare. Amiciciã solet captare: celi gloriam solet prestare. Dicam ergo ꝙ dona bene posita placare solent iracundiam Prouerbiorum. xxj. Munus abscõditum extinguit iram ꝛ donum in sinu indignationem maximam. Et bene dicitur absconditum et in sinu: quia sc3 dona ꝛ munera ꝛ exenia siue dẽtur deo siue pauperibus: siue etiam dentur diuitibus: occulte non publice debent dari: qꝛ dare publice deo esset hypocrisis: pauperi esset iactantia: diuiti esset stulticia. Dico etiam ꝙ dona solẽt amiciciam captare: sc3 amiciam illius cui dantur: ꝛ etiam dei ꝛ sanctorum. vnde Prouerbio. xix. Multi colunt personam potentis: et amici sunt dona tribuentis. Item talia dona prestare solent celi gloriam. Ideo dicitur Prouerbioru3. xviij. ꝙ donum hominis dilatat viam eius: ꝛ ante principes sc3 deum ꝛ angelos spaciũ ei facit. Istud est igitur donum iusti quod est remunerandum. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur donum impij qđ est abhominandum seu vituperandum. Mali enim



Ayuntamiento de Madrid

ſolent dona donare ⁊ accipere. Donare dico: quia cum parum habeant de ſufficientia virtutuꝫ: neſciūt habere recurſum niſi ad munera danda. Exemplo illius menelai qui aurea vaſa furatus eſt de templo: ꝗ donauit vt interficeretur onias: ſicut dicitur. ij. Macha. iiij. Dona enim malorum ſemper dantur vel male. i. de male acquiſitis ſicut patet de illis qui dant elemoſinas de alieno: vel ad malū finem: ſicut eſt de illis qui dant vt' ſpiritualia acquirant: vel vt proximo preiudicium faciant. De talibus enim donis dicitur Eccleſiaſti. xxxiiij. Dona iniquorum non probat altiſſimus. Solent etiam mali libenter dona recipere ſicut patet in malis iudicibus: qui dona accipiunt pro iudicio ſubuertendo: vel in malis prelatis: qui dona accipiunt pro beneficio conferendo. Iſti enim male faciūt qꝛ ſicut dicitur Eccli. xx. Exenia ⁊ dona excecant oculos iudicum. Non ſic debet perſona publica facere: ſꝫ potius cuicūqꝫ dona inhoneſte offerentis debet illud quod Danie. v. ſcribitur reſpondere. Munera tua tibi ſint: ⁊ dona dom⁹ tue alteri da. Sic ergo patet quo modo inuenitur. Donuꝫ dei: iuſti ⁊ impij. Uide ſupra
A de dare vbi multa notaui: vide etiā infra vbi mun⁹ ⁊c.

**Donec.** Cū donec quod idem eſt qđ vſqꝫ vel vſqꝫ quo ſit aduerbium temporis: ſemper ſignans iniquā temporis prefinitionem: terminationē ⁊ preciſionem: ⁊ precedentis ſuſpenſionis ſeu conditionis certificationem ⁊ purificationem: ideo donec ſemper ſupponit aliquid ſuſpenſum ⁊ dubium quod precedit: ⁊ aliquid certum ⁊ ſolidum quod ſuccedit: poſſum bene moraliter dicere ꝙ per iſtam dictionem donec poſſunt ſignificari omnia dubia ⁊ ſuſpenſa: ⁊ omnia etiam prefinita ⁊ certa. Donec enim ponitur quādoqꝫ excluſiue: quia ſcꝫ excludit quicquid eſt precedēs ſicut illud Ps. Perſequar inimicos meos ⁊ comprehēdā illos: ⁊ non conuertar donec deficiant: quaſi diceret Quando defecerint tunc ceſſabit et excludetur perſecutio. Quandoqꝫ etiam ponitur incluſiue: ⁊ hoc quādo ponitur localiter: ſicut cum dicitur. j. Regū. xv. Percuſſit ſaul amalech ab euila donec venit ad aſſur. Donec enim includit illud ſpacium terre: quod erat inter euilam ⁊ aſſur. Quandoqꝫ etiam ponitur adiunctiue ſicut cum Iudicum. iiij. dicitur. Forti manu filij iſrael opprimebant iabin regem chanaan donec delerent eū Iſtud enim donec addit ad precedentem oppreſſionē. Quia tamen donec vt cōmuniter ponitur excluſiue. Notabo ꝙ per donec poteſt intelligi
Tempus aduentus xp̄i qđ excludit legis auſteritatē.
Tempus penitentie qđ excludit culparū peruerſitatē.
Tempus peccati qđ excludit virtutū vtilitatē.
Tēpus future mortis quod excludit mūdi vanitatē.
Tēpus futuri iudicij qđ excludit magnorū nobilitatē
Tempus damnationis ⁊ inferni quod excludit omnē iocunditatem.
Tempus glorie paradiſi quod excludit omnē aduerſitatem.

Iſta ſunt enim ſeptem donec per que omnia ſuſpenſa
B ⁊ dubia terminantur ⁊ etiam excluduntur. ¶ Dicam ergo ꝙ inuenitur donec excludens legales auſteritates. Et iſtud fuit donec aduentus xp̄i: in quo expectatio patrum que ſuſpenſa fuerat ab origine mūdi: fuit terminata: ⁊ legis auſteritas temperata. Ideo bene dicitur Gene. xlix. Non auferetur ſceptrū de iuda ⁊ dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt ⁊ ipſe erit expectatio gentium. ⁊ ſi vis nota ꝙ iſtud fuit
Donec recreatiuum.
Donec informatiuum.
Donec benedictiuum.
Donec caritatiuum.
Donec illuſtratiuum.
Donec roboratiuum.
Recreatiuum dico qꝛ xp̄s veniens egenos ſatiauit. j Regum. ix. Non enī comeſturus eſt populus donec veniat ſamuel: ipſe enim benedicet hoſtie: tunc comedent qui vocati ſunt Informatiuum etiam: quia xp̄s veniens obſcura declarauit. j. Regum. x. Septem diebus expectabis me donec veniam ad te: ⁊ oſtēdam tibi quid facturus ſis. Benedictiuū etiā Mat. xxiij. Non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Item charitatiuum: quia tunc fuit oſtēſa maxima charitas inter xp̄m ⁊ eccleſiam ſponſam ſuā Cantico. ij. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi: qui paſcitur in hortis donec aſpiret dies: et inclinentur vmbre. Illuminatiuum etiam fuit. Unde Eſa. lxij. Eſaias de xp̄i aduentu dicit ſic. Propter ſyon non tacebo: ⁊ propter hieruſalem non quieſcam: donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius: ⁊ ſanctus eius vt lampas accendatur Fuit inſuper ſtabilitiuum ⁊ roboratiuum. Unde ibidē videtur loqui ſanctis patribus de hoc donec: id eſt de xp̄i aduentu dicens. Ne taceatis ⁊ ne detis ſilentium ei donec ſtabiliat: ⁊ donec ponat hieruſalem laudem in terra. Iſtud igitur fuit vnum donec excludens legales antiquitates: ſeu donec confortans ſanctorum patrum anxietates. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt vnum donec C
excludens culparum peruerſitates. Et iſtud eſt donec gratie ⁊ donec penitentie per quas omnia vitia excluduntur: ⁊ bona omnia generantur. ij. Regum. x. Manete in hierico donec creſcat barba veſtra. Hierico luna interpretatur: per quā gratia ⁊ penitentia deſignatur: quibus mens illuminatur: ⁊ barba: id eſt virtutū ceſaries augmentatur. Et nota ꝙ donec gratie ſeu penitentie eſt
Donec virium fortificatiuum.
Donec virtutum continuatiuum.
Donec operum edificatiuum.
Donec hoſtium exterminatiuum.
Donec lachrymarum exuberatiuum.
Donec voluptatum ſuppeditatiuum.
Donec operum fructificatiuum.
Donec orationis accumulatiuum.
Donec diuinitatis recogitatiuum.

¶ Iſtud eſt igitur vnū donec quod vires ſolet fortificare. Unde Iudi. v. Ceſſauerūt fortes iſrael donec ſurgeret delbora. Delbora enim que interpretatur apex: vel eloquens: eſt gratia que eſt apex eloquens per cōfeſſionis anxietatem. Item iſtud eſt vnum donec quod virtutes ſolet continuare Ps. Perſequar inimicos ⁊ comprehendam illos: et non conuertar donec deficiāt: quaſi dicat: ego perſeuerabo donec victoriam obtineam. Item eſt vnum donec quod bona opera ſolet facere et fabricare Nee. iiij. Nos ipſi faciam⁹ opus media pars noſtrum teneat lanceas donec egrediantur aſtra. Itē eſt vnum donec quod hoſtes ſolet exterminare. ij. Regum. xxij. Inimicos meos conteram: ⁊ non conuertar donec conſumam eos ⁊ confringam vt nō conſurgāt Item eſt vnum donec quod fletu ſolet exuberare. j. Regum. xxx. Leuauit dauid ⁊ populus qui erat cuꝫ eo voces ſuas: planxerunt donec deficerent in eis lachryme. Item eſt vnum donec quod carnem ſuppeditat: quia ſcꝫ iſtđ aufert ei delitias. j. Regum. j. Mulier lactauit puerum ſuum donec ablactaret eum. Item eſt vnum donec: quod valde ſolet fructificare: fructus enim bonorum operum gignit. i. Reguꝫ. ij. Repleti prius pro panibus ſe locauerūt: id eſt impinguati et diuites abſtinuerūt ⁊ mendicauerūt et famelici: iſti tandem virtutibus ſaturati ſunt: donec ſterilis: id eſt penitentia peperit plurimos: ſcꝫ plurimas ꝟtutes. Item eſt vnū donec quod orationes ſolet multiplicare Eccli. xxxv. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit: ⁊ donec propinquet conſolabitur ⁊ non deſcendet donec aſpiciat altiſſimus. Item eſt vnū donec quod dei virtutem ſolet manifeſtare. Unde Nabuchodonoſor dicitur Danie. iiij. Fenū quaſi bos comedes: ⁊ rore celi infunderis ⁊ ſeptem tempora mutabūtur ſuper te donec ſcias ꝙ dominet excelſus in regno hoim. Patet ergo ꝙ inuenitur vnū donec excludēs culparū peruerſitates. ¶ Ter D
tio dico ꝙ inuenit vnū donec excludēs ꝟtutū vtilitates: ⁊ iſtud nihil aliud eſt ꝙ peccatū. ſ. qđ eſt vnū

Donec

Ayuntamiento de Madrid

Donec quod excitat diuinum furorem.
Donec quod maculat anime candorem.
Donec quod infestat iustorum valorem.
Donec quod transportat ad orci dolorem.
Donec quod vacuat virtutum vigorem.
Donec quod estuat per mentis ardorem.
Donec quod aggregat pauperum humorem.
Donec quod ſimulat perfectum amorem.

Peccatum dico eſt vnum donec: id eſt vna meta excluſiua quod diuinū furorem ſolet excitare. Unde de peccatoribus dicitur .ij. Paralipome. xxxvj. ꝙ paruipendebant ſermones domini ⁊ illudebant prophetis eius donec aſcenderet furor domini in populum ſuū ⁊ nulla eſſet curatio. Item peccatum eſt vnum donec: quod animi candorem ſolet maculare. Et ideo proprie ſanguini comparatur. iiij. Regum. xxiiij. Sanguinem innoxium multū nimis fudit manaſſes donec impleret hieruſalem ſcʒ ſanguine peccati vſqꝫ ad os. Item eſt vnum donec quod iuſtorum valorem ſeu quietem ſolet infeſtare. Uñ illi impij dicebāt de filijs iſrael Nee. iiij. Neſciāt donec veniamus ⁊ interficiamus eos. Itē eſt vnum donec: quod ad orci ſeu inferni dolorem ſolet tranſportare. Peccatum enim poſt mundi proſperitates tranſfert peccatores ad inferni penalitates. Unde peccatum videtur peccatoribus dicere illud. iiij. Reg. xviij. Egredimini ad me: ⁊ comedat vnuſquiſqꝫ de vinea ⁊ de ficu ſua donec tranferam vos. Item eſt vnum donec quod virtutum vigorem ſolet vacuare. Unde de peccato gule dicitur Eccſi. xiij. Confundet te in cibis ſuis donec te exinaniat. Item eſt vnuʒ donec quod per auariciā ſolet eſtuare Eccſi. xiiij. Inſatiabilis oculus cupidi non ſatiabitur donec conſumat iniuſticiā. Item eſt vnuʒ donec quod per rapinam ſolet diuitias aggregare Eccſi. xxiij. Anima calida q̄ſi ignis ardēs non extinguetur donec aliquid glutiat. ⁊ Nume. xxiij Non accubabit leo donec rapuerit predam: ⁊ occiſorū ſanguinem bibat. Sanguinem inquit. i. diuitias. Itē eſt vnuʒ donec quod perfectum amorem ſolet diſſimulare: ⁊ iſtud eſt peccatum adulationis. vnde de adulatoribus ⁊ fallacibus dicitur Eccſi. xxix. Dum accipiūt oſculantur manus dantis. Iſtud eſt igitur vnū donec

E excludens virtutum vtilitates. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vnum donec excludēs mundanas vanitates. Et iſtud eſt meta mortis: que ſcʒ eſt donec

Omnium immutatiuum.
Terrarum deſolatiuum.
Diuitum relegatiuum.
Statuum varietatiuum.

Eſt dico mors donec immutatiuum. In morte eñ mutatur, ſtatus nature ⁊ ſtatus fortune. Unde Job. xiiij. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Item eſt mors donec deſolatiuū Eſaie. vj. Uſqꝫ quo domine (ſupple veniet homo) et reſpondet donec deſolentur ciuitates abſqꝫ habitatore ⁊ domus ſine homine. Item mors eſt donec relegatiuū Unde de ſedechia a nabuchodonoſor relegando dicit Hiere. xxxij. Ducet euʒ in babylonem: ibiqꝫ erit donec viſitem eum. Item mors eſt donec varietatiuum. Unde in p̄s. Singulariter ſum donec tranſeam. Item eſt igitur vnum donec excludens mundanas proſperitates ſeu vanitates. ¶ Quinto dico ꝙ inuenitur vnum donec excludens magnorum nobilitates. Et iſtud eſt donec ſeu meta iudicij: vbi ſcʒ finis erit ⁊ terminus potentie tyrannorum. Et nota ꝙ iudicium eſt donec

Superborum eliminatiuum.
Meritorum remuneratiuum.
Mortuorum reſuſcitatiuum.
Perfectorum beatificatiuum.

Unum donec in quo ſuperbi eliminabūtur. Unde Eccleſiaſti. xxxv. Dominus inquit iudicabit iuſtos ⁊ faciet iudicium. Sequitur. Donec tollat plenitudinē ſuperborum ⁊ ſceptra ſuperboꝝ contribulet. Item iſtud eſt vnum donec: in quo merita remunerabuntur. Unde ibidem. Donec reddat hominibus ſm actus ſuos ⁊ ſm opera ade: ⁊ ſm preſumptionem illi⁹. Item iſtud eſt vnum donec in quo mortui reſuſcitabuntur: vnde Job. xiiij. Homo cum dormierit nō reſurget: donec atteratur celum non euigilabit. Quando celum atteret i. in iudicio quando celum et terra tranſibunt. Item iſtud eſt vnum donec in quo ſancti ſeu perfecti beatificabūtur vnde Eccſi. xxxvj. Dominus inquit faciet iudicium plebi ſue: ⁊ oblectabit iuſtos miſericordia ſua Patet ergo quomodo eſt vnum donec excludens magnorum nobilitates. ſ. tempus iudicij. ¶ Sexto dico ꝙ inuenitur vnum donec excludens gaudiorum iocūditates. Et iſtud eſt tempus inferni: quod proculdubio poteſt dici vnum donec quod habet F

Gladium conſumptiuum.
Carcerem conſtrictiuum.
Infert tedium ſubiectiuum.
Aufert gaudium refectiuum.

Dico ergo ꝙ infernus eſt vnum donec: quod gladio ſolet occidere Hieremie. ix. Mittam poſt eos gladiuʒ donec conſumantur. Item eſt vnum donec quod carcere ſolet conſtringere Mat. v. Aduerſarius ponet te in carcerem. Amen dico tibi non exibis inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. Item eſt vnum donec quod ſubiectione ſolet deprimere. Unde de excecato ⁊ captiuo ſedechia dicitur. ij. Paralipo. xxxvj. ꝙ ductus in babylonem ſeruiuit regi ⁊ filijs ſuis poſt eum donec imperaret Cyrus rex perſarum: qui ſcʒ interpretatur hereditator. i. deus qui hereditauit in omnibus gentibus: quia ſcilicet damnati ſeruiunt regi babylonis dyabolo donec. i. q̄diu deus imperabit: hoc eſt in eternum. Item infernus eſt vnum donec: quod deſolatiōe ſolet affligere: quia ſcʒ per iſtud relegatur homo a dei preſentia ⁊ ſanctorum: ⁊ ab eorū cōſortio gaudioſo: quod ſm ſanctos maior eſt pena damnatis q̄ ſit ignis inferni. Unde. iiij. Regū. xxiiij. Iraſcebatur dominus cōtra hieruſalem ⁊ contra iudam donec projiceret eos a facie ſua. Patet igitur quomodo eſt vnum donec excludens gaudiorum iocunditates. ¶ Septimo dico: ꝙ eſt vnum donec excludens inferni penalitates. Et iſtud eſt donec ſeu tempus paradiſi qd̕ pro certo eſt vnum donec quod eſt

Dei ſpeculatiuum.
Hoſtis ſubiugatiuum.
Gaudij cumulatiuum.
Deſiderij ſatiatiuum.

Dico igitur ꝙ tempus in quo beati ſunt in patria eſt vnum donec quo deus ſpeculatur Mat. xvj. Sunt de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortē donec videāt filium hominis in regno ſuo. i. q̄diu videbunt filium hominis: quod ſcʒ erit ſemper. Item eſt vnum donec quo hoſtis iugulatur ſeu etiam ſubiugatur p̄s. Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabelluʒ pedum tuorum: donec inquam. i. q̄diu: hoc eſt dictu ſemper. Item eſt vnum donec: quo gaudium exaltatur ſeu cumulatur Job. viij. De⁹ non projiciet ſimplicem: nec porriget manum malignis donec impleatur riſu os tuum: ⁊ labia tua iubilo. i. in illo donec in quo deus implebit riſu os tuum: ipſe non projicet ſimplicem nec adiuuabit malignum. Item eſt vnum donec quo deſiderium ſatiatur ſeu etiam refrigeratur. Unde Job. xiiij. Recede paululū ab eo vt quieſcat donec optata veniat ſicut mercennarij dies eius. Mercennarij dico: qui. ſ. valde gaudet quando finito labore diurno quieſcit: ⁊ quando facto ſeruitio mercedem recipit Sic ergo patet: quomodo iſta dictio donec ⁊ iſtud determinatum tempus ſignificat. Tempus glorie ſupernalis. Tempus triſticie infernalis. Tempus iudicij finalis. Tempus mortis ſeu defluentie corporalis. Tempus ſeu nequitie criminalis. Tempus gratie ſeu penitentie virtualis. Tempus xpi aduētus ſeu penitentie perſonalis. Sufficit: vide de vſqꝫ: et de Uſqꝫ quo ⁊ de quouſqꝫ ⁊c.



Ayuntamiento de Madrid

a **Dormire.** Nota ꝙ dormire pluribus modis ſu
mit in ſcriptura. Eſt eñ dormitio

Uirtuoſa.
Uitioſa.
Doloroſa.
Glorioſa.

¶ Dormitio v̓tuoſa: eſt qes
contemplationis ⁊ deuotio-
nis Mat. xxvi. Dormite iaꝫ
et requieſcite. Iteꝫ eſt dormi-
tio vitioſa que eſt ſtatus peccati. Peccator eñ dicitur
dormiens: q̄r ſicut dormiens caret vſu ſenſuum corpo-
ralium ſic peccator ſpiritualium. vnde. j. Reg. xxvj. In
uenerunt ſaul iacentem ⁊ dormientem in tentorio. Itē
eſt dormitio doloroſa: ⁊ ſic dormitio ſignat mortem.
Unde Job. vij. Ecce nunc in puluere dormiam. Itē eſt
dormitio glorioſa: ⁊ iſta ſignat quietem glorie paradi
ſi: de qua Marci. v. Non eſt mortua puella ſed dormit
Dormitio ergo quādoqꝫ ſignat in bono: quandoqꝫ in
malo. In bono enim ſignat quietem deuotiōis vel cō-
templationis. In malo v̓o ſignat quietem peccati ⁊ in
fectionis ⁊ mundane conſolationis. Dicamus ergo
primo de primo modo dormitionis. ſ. de deuotione et
contemplatione: ⁊ poſſumus dicere ꝙ iſta eſt quedaꝫ
dormitio valde appetenda. Multa enim ſunt anima
lia que cum dormiunt impinguantur: ⁊ illa dormitio
potiſſime accidit in tempore hyemis: ſicut patet de gli
ribus que per totam hyemem dormiunt ⁊ impinguā
tur: ⁊ in tempore eſtatis euigilant: ⁊ a priſtina pingue
dine macerantur. Ut dicit autor proprietatum. Sic ve
re chariſſimi illi qui bene dormiunt per deuotionem ⁊
contemplationem bene impinguantur per virtutum
et gratiaꝝ acquiſitionem. Iſtud vero maxime accidit
in hyeme. i. in tēpore tribulationis ⁊ paupertatis. Tūc
enim ſolet ſomnus deuotionis facilius accidere ⁊ pin
guedo gratiarum ⁊ meritorum amplius abūdare p̄s.
Dormiui conturbatus. Eſtas enim mundane proſpe
ritatis iſtum ſomnum impedit: ⁊ virtutum macredi-
nem ſeu pauperiem introducit. Unde de apoſtolis nō
legitur ꝙ dormirent: niſi quando erant in triſticia et
dolore. ſ. in nocte quando dominus fuit captus: tunc
enim dicitur ꝙ xp̄s inuenit eos dormientes ꝑ triſticia
Luce. xxij. Et in p̄s. Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſum: et
exurrexi: quia dominus ſuſcepit me. De homine igit̄
qui taliter dormit poteſt intelligi verbum illud Job.
xl. Sub vmbra dormit in ſecreto thalami in locis hu
b mentib⁹. ¶ Et aduerte ꝙ qui q̄ete dormire deſiderat
a tribus cauere debet: videlicet
Animio calore. Sub vmbra inquit.
Animio clamore. Ideo debet eſſe in ſecreto.
Animio horrore ſeu fetore. Quia debꝫ eſſe in thalamo
qui ſolet eſſe viridis ⁊ purus. Sic vere chariſſimi illi
qui per deuotionem volūt dormire debent eſſe ſine ca
lore auaricie: quia ſub vmbra. Sine clamore iracundie
in ſecreto. Sine horrore immundicie: thalami. Sim⁹
igitur ſine auaricie feruore. Sub vmbra inq̄t. Umbra
enim ſignat refrigerium pietatis: loci humentes deſi-
gnant dulcedinem benignitatis. Benignitas enim ⁊
pietas ardorem refrigerant cupiditatis. Dormite iā
et requieſcite. De xp̄o legitur Mat. viij ꝙ motus ma
gnus fact⁹ eſt in mari: ita vt nauicula operiretur flu-
ctibus: ipſe vero dormiebat. Ad denotādum ꝙ ſancti
per deuotionem ⁊ contemplationē melius dormiunt
et requieſcunt: quando motus fortiorū tribulationuꝫ
inſurgunt. Exemplo infantium: qui tūc facilius dor-
miunt: quando cunabula eorum nutrices vibrant et
concutiūt p̄s. Dormiui conturbatus. Dicat ergo qui
libet deuotus illud predictū p̄s. Ego dormiui ⁊ ſomnū
cepi ⁊c. Ut per deuotionem homines dormiant ⁊ quie
ſcant Sub vmbra inquit dormit. Unde de helya dicit̄
iij. Regū. xix. ꝙ ille obdormiuit ſub vmbra iuniperi.
Draco eſt animal calidiſſimū: ⁊ ardentiſſimū ⁊ ſcien-
tiſſimum: rariſſime dormit: immo, vt in Plinium qua-
ſi continue vigilat. Ad denotandū ꝙ illi qui per auari
ciam ſunt feruentes: ⁊ qui bona mundi ſunt continue
ſitiētes: ſunt in continua vigilia: ſollicitudine ⁊ labo-
re: ⁊ ſine quietis ⁊ deuotionis dulcedine ⁊ ſapore. Un-
de dr̄ Eccl̄i. v. Saturitas diuitis nōn ſinit dormire eū.
c Simus ergo ſine auaricie feruore. ¶ Adhuc dico ꝙ ſi
volumus per deuotionem dormire: nos debemus eſſe
ſine iracundie clamore: qḋ oſtenditur cū dicitur. In ſe
creto. Sicut enim clamor ⁊ tumultus impedit dormi
tionē: ſic lites ⁊ contentiones: ira ⁊ detractiones impe
diunt deuotiones. In ſecreto enim debemus eſſe: et a
mūdanorū negocioꝝ ſtrepitu ſegregati: ſi per deuotio
nem volumus quieſcere ⁊ dormire. Ut enim dicit Aui-
cen. Aialia enim que habent palpebras: dū dormiunt
claudunt eas. Et ideo piſces nō dormiunt eo ꝙ palpe
bras nullas habent. Sic reuera chariſſimi ſi dormire
volumus per deuotionem: neceſſe eſt ꝙ oculos cordis
claudamus per ſenſuū reſecationē: ⁊ ꝙ a mundi nego
cijs ⁊ tumultibus nos abſtraham⁹ per pacis ⁊ cōcor-
die vnionē. Iuxta illud p̄s. In pace in idipſuꝫ dormiā
⁊ requieſcā. Nā ꝓ certo chariſſimi illi q̄ carēt talibus
papebris ⁊ clauſuris: ⁊ qui ad exercenda negocia exte-
riora: mūdi ſolatia ⁊ litigia: oculos cordis habēt aper-
tos: nunq̄ poſſunt per deuotionē pauſare: nec per cō-
templationē quieſcere vel dormire. In ſecreto ergo ex-
tra turbas: vnde Judith. viij. In ſuperioribus domus
ſue fecit cubiculum ſecretuꝫ ſibi. Superior enim pars
eſt paradiſus in quo procerto debemus cubiculum no
ſtrum facere per cōtemplationem: qḋ debet eſſe ſecre-
tius per exteriorū negociorum reſecationem. Simus
ergo ſine iracūdie ſeu diſcordie clamore. Deniqꝫ ſi volu
mus dormire ſpūaliter: nos debemus eſſe ſine luxurie
fetore. In loco enim florido: viridi: mundo: ⁊ gratioſo
meli⁹ dormitur. Horror enim ⁊ fetor loci impedit dor-
mitionem. Sic vere chariſſimi ſi per deuotionem dor
mire volumus: neceſſe eſt vt floridā caſtitatis mundi
ciam habeamus: ⁊ ꝙ horrore ⁊ fetore luxurie caream⁹
qḋ oſtenditur cū dicit̄ Calami. Calami enim ⁊ iunci in
cameris ſperguntur vt mūdiores ⁊ gratiores habeant̄:
⁊ vt ibi ſopidius dormiatur: vt cuilibet viro mundo et
puro dicat̄ illud Ezechie. xxvj. Stacten ⁊ calamus in
negociatiōe tua. Stactē eñ eſt pura myrrha ⁊ proba
tiſſima: que eſt ſpecies valde amara: per quā penitētia
denotatur: q̄r vere tunc mūdicia optime ſeruat̄ quādo
amaritudo penitētie comitat̄. Apes eñ valde diligūt
locum mundū habitare ⁊ ibi dormire ⁊ cubare. Uerū-
tamen cū mundicia quā habent interius ſemper vo-
lunt habere amaritudinē exterius: quia vt dicit Pli.
Orificium aluearis ſui ſolent ſuccis amaris linire: ne
ſubintrent aialia venenoſa. Et ſic vere chariſſimi. Si
mūdiciam caſtitatis ⁊ puritatis ⁊ charitatis volum⁹
interi⁹ ſeruare: ⁊ in ipſa quieſcere ⁊ dormire neceſſe eſt
ſuccis amaris. i. amaritudine penitentie exteri⁹ nos
linire: ne forte animalia venenoſa. i. vitia valeāt nos
per immūdiciam maculare Dicat igit̄ ille qui taliter
vult dormire illud Prouerb. vij. Myrrha aloe ⁊ cyna
momo aſperſi cubile meum. De quo poteſt intelligi il
lud Eſaie. l. In doloribus dormietis. In doloribus eñ
penitentie ⁊ contritionis debemus per deuotionē dor
mire. Sic bene dico. ꝙ ſi per deuotionem ſeu cōtempla
tionem dormire volum⁹: neceſſe eſt ꝙ immūdicia: diſ-
cordia: ⁊ auaricia caream⁹. Iſta eſt igitur dormitio vir
tuoſa ⁊ appetenda. ¶ Secūdo principaliter dico: ꝙ eſt d
quedam dormitio deteſtāda. Et iſta eſt dormitio pec
cati. Peccator enim ⁊ dormiens equiparant̄. Ut enim
dicit Ariſtoteles. Somnus eſt quedā mortis imago.
Sicut enim dormiēs ⁊ mortuus carent actu oīm ſen-
ſuum corporalium: ſic peccator ſpiritualium.
Iſte non audit: per obedientiā ⁊ ſubiectionem.
Non loquitur: per diuinā laudem ⁊ confeſſionem.
Non ſentit: per clementiam ⁊ cōpaſſionem.
Non ſe mouet: per bonam ⁊ vtilem operationem.
Et ideo bene dico: ꝙ talis dormitio. i. quies ⁊ delecta-
tio peccati eſt vituperabilis ⁊ deteſtāda Ideo nos mo
net ſapiens Prouer. vj. dicēs. Uſqꝫ quo piger dormis.
Et Ephe. v. dicitur. Surge qui dormis exurge a mor-
tuis ⁊ illuminabit te xp̄s. Peccatū eñ ſimile eſt vene-
no aſpidis

Ayuntamiento de Madrid

noaſpidis qđ patientē3 facit dormire: ⁊ duʒ dormit ip-
ſum interficit ⁊ occidit. Sic vere chariſſimi peccatū cuʒ
hominem inuenenauerit: ipſum in vanis delectationi
bus ⁊ affectionibus dormire ⁊ quieſcere facit. Verūta
men dum in peccatis ſuis dormit ⁊ delectatur: ſepe fit
ꝙ morte temporali preuenitur: ⁊ tandē ꝙ morte perpe
tua punitur. Iſti figurant Judicū .iiij. vbi dicit. ꝙ Si-
ʒara potatꝰ lacte obdormiuit: ⁊ tunc venit Jahel: que
in fixo clauo in timporibus dormientis ſoporem mor
ti ſocians defecit ⁊ mortuus eſt. Sic reuera chariſſimi
cum Siʒara: id eſt peccator: lacte ⁊ dulcedine delecta
tionis oblectatus obdormit ⁊ quieſcit in peccato. ſu-
bito dum nō aduertit venit Jahel id eſt diabolus: qui
claua ⁊ clauo mortis temporalis eum infigit: ⁊ ipſum
temporaliter ⁊ eternaliter occidit: ita ꝙ de tali dormi-
tione poteſt dici illud ps Qui dormit non adijciet vt
E reſurgat. Iſta eſt igit dormitio vitupabilis. ¶ Et poſ-
ſumus notare generaliter ꝙ quatuor ſunt que faciūt
hominem in peccato dormire

Primum eſt adulatoris deceptio.
Secundum eſt carnalitatis infectio.
Tertium eſt cupiditatis affectio.
Quartum eſt tepiditatis ſeu negligentie compactio.

Quidam igitur obdormiunt per deceptorum verboſi-
tatem. Et iſti ſunt principes vanigloriꝫ ⁊ ſuperbi qui
libenter audiunt adulatores ipſos cōmēdantes: ⁊ ſua
facta iuſtificantes: in quorū verbis delectantur: ita ꝙ
in verbis dormiūt .i. in peccato ⁊ moriuntur. Iſti ſunt
ſimiles crocodilo qđ eſt maximuʒ animal ⁊ crudele q̄
quando quieſcit iuxta fluuiū: venit ad eum trochilos
auis parua: que in ytalia dicitur rex auiū: qui ante ip
ſum volitans intrat in os eius: ⁊ primo leniter euʒ vn-
guibus ſcalpit: ita ꝙ belua pre delectatione obdormit
⁊ ita trochilos qui pennas habet ſcindētes: in ipſius
ventrē intrat: ⁊ ipſuʒ perforat atq; necat: vt dicit Pli.
Sic vere chariſſimi ante magnos crocodilos .i. an p̄n
cipes ⁊ tyrānos: volitāt ⁊ diſcurrūt adulatores: q̄ reges
auium poſſunt dici: eo ꝙ tales pre alijs generibus ho
minum regnāt hodie ⁊ proſperant in mūdo. Ideo di-
cit quidā verſificator. Si q̄s honorari deſiderat atq; di
tari. Diſcat adulari: q2 tales ſunt modo chari. Iſti igi
tur chariſſimi ſcalpūt ⁊ liniūt eos ſuis blādis ſermo-
nibus: adulationibꝰ atq; verbis: ⁊ ſic aliquando in pec
catis obdormiūt: ꝙ finaliter ꝑ eos depauperant ⁊ tē-
poraliter pereūt ⁊ ſuccūbūt. Adulatores eñ nō q̄runt
niſi verba placētia dicere: niſi homines ſopire ⁊ decipe
re: facta mala eoꝝ iuſtificare: ip̄os a bonis t̄palibꝰ de-
pauperare: ⁊ lucrū ⁊ comodū reportare: ⁊ in ſuis iniq̄ta
tibus enutriri. De tali ergo dormitiōe .i. de ſuperborū
delectatione pōt intelligi illud Eſaie .xiiij. Oēs reges
dormierūt vnuſquiſq; in gloria ſua. Itē iſti adulatores
ſunt ſimiles ſyrenis q̄ dulcedine ſui cātus nautas fa-
ciūt obdormire: vt tandē poſſint carnes dormientiū de
uorare. Totus eñ finis ⁊ intētio iſtorū eſt: vt ꝑ cātus ⁊
dulcia verba hoīes ſopiāt: vt carnes eoꝝ .i. tēporalem
ſubſtantiā ipſoꝝ deuorēt ⁊ cōſumāt. Mercuriꝰ eñ (ſi
cut dr in fabulis poetaꝝ) cū virga ſomnifera: cū dulci
cantu fiſtule: fecit argū dormire: q̄ centū habebat ocu
los: vt vnā vaccā quā cuſtodiebat ſibi poſſet ſubripe-
re ⁊ furari. Sic vere accidit ꝙ adulatores cū fiſtula ſuo
rum dulciū ⁊ fallaciū verboꝝ argū .i. principes ⁊ p̄la
tos: quātūcunq; diſcretos ⁊ oculatos faciūt obdormi
re: ⁊ hoc ſolū vt vaccā quā habēt in cuſtodia .i. officiū
vel bñficiū: vel aliud tēporale lucrū poſſint ſubripere
⁊ habere: vñ de talibꝰ dr in ps. Sicut vulnerati dormiē
tes in ſepulcris: quoꝝ nō eſt memor amplius: ⁊ ipſi de
manu tua repulſi ſunt. Iſtud tñ nō debet eſſe: q2 ꝓcer
to cuſtodes gregū nunq̄ dormire ſed ſemꝑ vigilare le
gunt. Vñ in ps dr. Ecce nō dormitabit neq; dormiet q̄
cuſtodit iſrael. Iſti ergo obdormiūt ꝓpter deceptoriaʒ
verboſitatē. ¶ Sunt aliq̄ q̄ dormiūt ꝓpter infectoriaʒ
F carnalitatē. Iſti ſunt luxurioſi q̄ recte vident ſimiles
elephanti: qui in deſerto audito cantu puellaꝝ vadit
ad eas ad delambendū mamillas eaꝝ: ergo obdormit
⁊ ab eiſdē occidit ⁊ ſanguis pro tingenda purpura re
cipitur ab eiſdē: vt dicit Pliniꝰ. Sic procerto chariſſi-
mi luxurioſi in deſerto huius mūdi cantibus: luſibus
⁊ fallacijs puellarū ⁊ mulierū decipiunt: delectantur ⁊
attrahūtur: qui tūc in earū amore obdormiūt ⁊ indu-
rant: intantū ꝙ dei ⁊ honoris ⁊ fame proprie obliuiſcū
tur: ⁊ ſic ꝑ iſtas mulieres ſpūaliter occidunt: ⁊ ꝑ fur-
ta ⁊ rapinas: ſanguine .i. tēporali ſubſtātia vacuātur.
Ad hoc enim tēdit fallacia mulieris Primo attrahe-
re ⁊ decipere: ⁊ tandē conſopire: ⁊ in amore ſuo inuolue
re ⁊ finaliter ſpoliare atq; rapere. Iſtud proprie figura
tum eſt in Dalila Judi. xvj. que primo fecit Sanſon
ſuper genua ſua dormire: ipſumq; dormientē totūdit
⁊ cū ab eo receſſiſſet fortitudo: ipſumq; deſeruit ⁊ fuga
uit. Sic vere mala mulier ſtatim ꝙ videt hominem ſu
per eius genua dormientē .i. in amorē ipſius intendē-
tem: nō vacat niſi ad rapiendū tondendū ⁊ furandū.
Cū vero receſſerit fortitudo ab homine .i. ſtatus et di
uitie ⁊ proſperitas tēporalis: ipſum pro certo dimitte-
re ⁊ vilipēdere cōſueuit Juxta illud Eccli. xiij. Si ha-
bueris cōuiuet tecū: ſi nihil habueris derelinquet te.
Cōmuniter talibus qui ſic in corporis delicijs obdor-
miūt loquit ſcriptura Amos. vj. Ve qui dormitis in
lectis eburneis: ⁊ laſciuitis in ſtratis veſtris. Iſti igit
obdormiūt ⁊ ſopiunt in infectiua carnalitate. ¶ De-
niq; ſunt qui ſopiunt ⁊ dormiūt per affectiuā cupidi- G
ditatem. Cupiditas eñ q̄q̄ multū ſollicitet ⁊ affligat
in ipſa tñ delectant auari: ⁊ ibi obdormiūt ⁊ induran-
tur ita ꝙ q̄diu vixerint actibus talibus occupantur.
Bona eñ mūdi ſimilia ſunt ſemini papaueris quod
facit hominē dormire. Habet enim virtutē ſomnife-
ram. Quia vere ſemē bonorū tēporaliū facit homineʒ
per auariciā obdormire: intātū ꝙ ex quo iſto vitio im-
butus fuerit nō querit amplius reſilire. Diabolus eñ
eſt ſicut vitulus marinus qui habet duas pēnulas cū
quibus ſe regit in mari in natādo: quorū dextera ſi ca
piti alicuius fuerit ſuppoſita ſtatim in ſomno vehe-
mentiſſimo ſopietur vt dicit Pli. Sic vere chariſſimi
diabolus in mari huius mūdi vtit duabus pennulis:
quarū dextera eſt proſperitas: ſiniſtra eſt aduerſitas.
Illi igitur qui iſtam dexterā habuerint: ⁊ qui in ꝓſpe-
ritate bonorum temporalium fuerint: faciliter in pec
cato auaricie obdormiūt ⁊ ſuccūbunt. Sicut enim ille
qui dormit non cogitat de futuris: ſed per longū cor-
poris ſuper terrā ſe extendit. Sic vere auari nec de futu
ris bonis paradiſi: nec de tormētis inferni cogitāt: ſʒ
ex toto corde ⁊ etiā corpore in terra .i. in temporalibus
ſe occupant ⁊ delectant ps. Dormierūt ſomnū ſuum ⁊
nihil inuenerunt omes viri diuitarū ſuarum in ma-
nibus ſuis. Diuitie enim nihil dicunt: eo ꝙ nullā ſoli
ditatem habere noſcuntur. Diuitie ergo quas in ſuis
manibus inueniūt nihil ſunt: ⁊ qui eas amant tanq̄
aqua decurrens ad nihilū deueniūt Amos. vj. Qui le
tamini ī nihili. ⁊ iſtud chariſſimi nō dʒ eē: q2 vere q̄uis
delitijs affluamꝰ q̄uis delicijs abūdemꝰ: ⁊ q̄uis ī his
delectemur ⁊ dormiamꝰ: ad terrā tñ .i. ad terrena nūq̄
debemus nos ꝑ immoderatū affectū deprimere: nec
ibidem per auariciam inclinare. Apes enim quādo ex
tra aluearе dormiūt dicuntur dormire verſa facie ver-
ſus celum. Apes etiā ſemper ſolent dormire erecto ca-
pite. Elephas etiā quādo dormit nunq̄ ad terrā peni-
tus ſe proſternit: immo ſtans ſuper duos pedes ſemi
erectus: ſuper aliquam arborem ſe inflectit: quibꝰ qui
dem exēplis inſtruimur ⁊ docemur: ꝙ ſi in mundi pro
ſperitate aliquotiens dormire contingat: nunq̄ ex to
to affectu debemus ad terram .i. ad amorem terreno-
rum nos proſternere: ſed ſemper caput cordis noſtri ⁊
faciem mentis noſtre ad deum erigere ⁊ leuare: et ad
deum ⁊ ad bona eterna ſemper principaliter habere di
centes illud Cantico. v. Ego dormio ⁊ cor meum vigi
lat Iſtud potiſſime debet eſſe in prelatis ⁊ paſtoribus
Iſti per negligentiam nunq̄ deberent dormire: ſʒ ſem-



Ayuntamiento de Madrid

per per diligentiam vigilare. Inter grues enim ⁊ apes
ille que excubias cuſtodiũt nunꝙ dormiũt: immo ſem
per vigilare dicuntur dũ ſunt in officio predicto: ſic et
iſti debẽt eſſe ſimiles leoni q.ſ. dormit oculis apertis:
ſic ⁊c. Unde Nume. xxiiij. Accubans dormiuit vt leo ⁊
quaſi leena. Bene ergo cõſulit Apoſtolus. j. Theſſal.
v. dicens. Non dormiamus ſicut ceteri: ſed vigilemus
⁊ ſobrij ſimus. Et pro certo non ſic auari: q: procerto
H ipſi dormiũt per affectiuã cupiditatẽ. ¶ Adhuc ſunt
mali qui dormiũt per neglectiuã cupiditatẽ. Negligẽ
tia eñ cõparatur dormitioni: q:.ſ. ſicut dormiẽs nihil
operatur: ſic negligẽs in nullis bonis actibus occupa
tur. Iſti eñ videntur pati litargiam que occidit homi
nem dormiendo: ſic ⁊ pigricia. Uñ Prouerb. vj. Uſq:
quo piger dormis: paululũ dormies: paululũ dormita
bis: paululum conſeres manus tuas vt dormias: ⁊ ve
niet tibi quaſi viator egeſtas ⁊ paupertas quaſi vir ar
mat⁹. Patet ergo ꝙ inuenitur quadruplex mala dor-
mitio: ſcʒ

Negligentium atq: pigrorum.
Cupientium ⁊ auarorum.
Incontinentium ⁊ immundorum.
Adulatores audientium et deceptorum.

Iſta ergo dormitio vituperabilis eſt que eſt deteſtãda
Iſta eſt enim multipliciter mala dormitio: ex qua pro
certo ſequitur damnũ ⁊ damnatio. Raro eñ legit̃ ex
dormitione bonum veniſſe. Sepe autem inuenitur ex
dormitione malum contigiſſe. Lege obſecro ſcripture
paſſus ⁊ vide vbi vnꝙ niſi rariſſime dormitio profuit
quinimmo magis ſibi vel alijs obfuerit ⁊ nocuerit.
De xpo enim legitur Mat. viij. ꝙ ipſo dormiente na-
uis periclitabatur. De Jona etiã legitur ꝙ ipo dormiẽ
te nauigiũ cũ nauigantibus ſubmergebatur: quouſ-
q: ipſe in mare proijciebatur Jone. j. De yſboſeth etiam
rege iſrael etiã legit̃ ꝙ dum dormiret latrones camerã
eius intrabant a quibus trucidabatur: ⁊ regnum ei⁹
ad exterorum potentiã ⁊ dominium vertebat̃: ſicut di
citur. ij. Reg. iiij. Xps enim legiſlator ſignat prelatos
Jonas propheta ſignat predicatores ⁊ clericos. yſbo-
ſeth rex ſignat mũdi ſeculares principes: iudices ⁊ ma
giſtros: q: vere ſi tales per negligentiã dormiũt: ⁊ per
malas cõplacentias ſomno vitiorũ ſuccumbunt ꝓcer
to tunc nauicule. i. eccleſie vel patrie eius ſubdite ⁊ co
rum regimini cõmendate diſſoluuntur ⁊ fluctuãt: et
ipſi ſubditi naufragãtur ⁊ pereũt. Et procerto de mul
tis neceſſe ẽ ꝙ finaliter de nauicula eccleſie vel patrie
eijciantur ⁊ deponãtur: ⁊ de multis etiã accidit ꝙ ma
le occidũtur ⁊ moriuntur: ⁊ eorũ regna ⁊ regimina ad
exteros deuoluuntur. De alijs vero neceſſe eſt ꝙ ſal-
tem a ſubditis excitentur ⁊ ſtimulent̃: ⁊ vt vigilẽt mo-
leſtentur: ſicut etiam de xpo dormiẽte legimus: ꝙ apo
ſtoli excitauerunt cum dicẽtes. Domine ſalua nos pe-
rimus: vbi ſupra Mat. viij. De ipo etiã legitur ibidẽ
ꝙ excitatus a dormitione imperauit ventis ⁊ mari et
facta eſt tranquillitas magna. Quia reuera ſepe fit ꝙ
prelatus negligens a ſubditis excitatus: impulſus et
ſtimulatus: ad curam paſtoralem euigilat: ⁊ debite re
gendo cuncta pacificat ⁊ tranquillat̃. Unde illud pre-
fatum. Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſum: ⁊ exurrexi. quia
domin⁹ ſuſcepit me. Debet enim rector cõmunitatis
vt dictum eſt: eſſe non negligens: ſed diligens: nõ dor-
miens immo ſurgẽs: ita ꝙ iſte pre ſollicitudine debet
dicere illud Job. vij. Si dormiero dicã quãdo conſur-
gam: ⁊ rurſus expectabo veſperã: ⁊ implebor doloribꝰ
vſq: ad tenebras. Et breuiter ꝯtra malam dormitionẽ
poſſum dicere ꝙ Sanſon dormiens fuit depilatus Ju
dicũ. xvj. yſboſeth dormiens regno priuatus. ij. Regũ
iiij. Jonas dormiẽs fuit naufragat⁹ Jone. ij. Thobias
dormiens fuit excecatus Thobie. ij. Sizara dormiens
fuit trucidatus Judicũ. iiij. Holofernes dormiẽs fuit
detruncatus Judith. xiij. Saul dormiens aqua ⁊ lan-
cea fuit ſpoliatus. j. Reg. xxvj. Xps dormiens fuit exci-
tatus Mat. viij. Marci. iiij. Seruus dormiens incre-
patur: vt poteſt elici ex litera Marci. xiij. Cetus virgi
num dormiẽs fuit a nuptijs relegatus Mat. xxv. Pa
terfamilias dormiens fuit zizania locupletat⁹ Mat.
xiij. Quia pro certo chariſſimi illi qui per negligentiã
dormiũt: more Sanſonis capillis virtutũ ſpoliantur
more yſboſeth vita ⁊ regno gratie priuantur. more Jo
ne in mare. i. in amaritudinem tribulationũ proijciũ
tur. more Thobie a lumine vere ſapientie per ſtercora
bonorum terrenorum excecantur. more Sizare clauo
deſperationis infiguntur. more Holofernis capite re
cte intentionis priuãtur. more Saulis aqua deuotio-
nis ⁊ lancea orationis ſpoliantur. more xpi excitãtur
⁊ moleſtijs ſtimulant̃. more ſerui negligentis ⁊ non vi
gilantis a domino veniente ad iudicium vel in morte
increpantur ⁊ arguunt̃. more fatuarũ virginum a nu
ptijs celeſtis patrie finaliter excluduntur. Et more
patriſfamilias zizania malorũ cogitatuum ⁊ effectuũ
in agro ſue conſcientie per diabolũ ſeminata fructib⁹
malorum operum cumulantur. Non debemus ergo
malo modo dormire: ſed a ſomno negligentie ⁊ penitẽ
tie ſurgere: ⁊ in bonis operibus vigilare. Juxta cõſiliũ
ſapientis Prouerb. vj. vbi dicit ſic. Ne dederis ſomnũ
oculis tuis: ne dormitent palpebre tue. Erue te quaſi
damula de manu: ⁊ quaſi auis de inſidijs aucupis.
Patet ergo quomodo eſt vna dormitio vituperabilis
⁊ vitioſa que eſt deteſtanda: qđ eſt ſcđm principale.
¶ Tertio dico ꝙ eſt quedã dormitio ineuitabilis ⁊ do I
loroſa: que eſt expectanda. Et iſta eſt dormitio mortis
Nomine enim dormitionis mors etiam literaliter de
ſignatur. De qua. iij. Regum. ij. Dormiuit dauid cum
patribus ſuis. Et iſta dormitio procerto eſt iuſtis ſua
uis ⁊ pacifica: eſt malis infelix ⁊ terrifica: eſt cunctis
fatalis ⁊ faſtidica: eſt dico iuſtis amoroſa: q: per hanc
deducuntur ad celi gloriã ps. In pace in idipſum dor-
miam ⁊ requieſcam. Eſt etiam malis terribilis ⁊ dolo
roſa: quia per hanc deducuntur ad inferni miſeriam.
Hierem. lj. Dormiant ſomnum ſempiternum: et non
conſurgent dicit dominus: ⁊ deducã eos quaſi agnos
ad victimam. De iſta etiam dicitur Job. xxvij. Diues
cum dormierit nihil ſecũ auferet. Et de damnatis dor
mientibus in inferno dicitur Ezechie. xxxij. Deſcende-
runt ⁊ dormierunt incircũciſi cum interfectis gladio.
Sequitur. Quorum ſepulchra ſunt in nouiſſimis locis.
Eſt etiã omnib⁹ miſerabilis ⁊ timoroſa: quia per hãc
deducuntur ad priſtinam materiam Job. xxj. Moriũ
tur in amaritudine anime ſue abſq: vllis opibus: et ta
men ſimul in puluere dormient ⁊ vermes operiẽt eos.
Iſta eſt ergo dormitio ineuitabilis que eſt expectãda. K
¶ Quarto dico ꝙ eſt quedã dormitio ſumme laudabi
lis ⁊ glorioſa que eſt affectanda. Et iſta eſt quies ⁊ dor
mitio glorie paradiſi. Sicut enim video ꝙ in dormiẽ-
do infirmitates terminantur: vires corporis reparan
tur: viſiones inſpirantur ⁊ ſomniantur omnes poten
tie ſenſitiue fortificantur: ⁊ membra omnia delectant̃.
Sic vere dicam ꝙ illi qui dormiũt per quietem glorie
paradiſi cunctis infirmitatibus ⁊ languoribus ſunt
abſoluti. Perpetuis ſanitatib⁹ ſunt reſtituti. Uirib⁹
⁊ virtutibus ſunt inſtituti. Claris viſionib⁹ ⁊ ſpecula
tionibus ſunt illuminati et imbuti: et cunctis delecta
tionibus delibuti Job. xxxiij. Quando irruit ſopor
ſuper homines ⁊ dormiunt in lectulo: tunc aperit au-
res virorum: ⁊ erudiens eos inſtruit diſciplina. Et me
rito quia pro certo iſti

Dormiunt quieti ſine laboribus.
Dormiunt ſecuri ſine terroribus.
Dormiunt concordes ſine rancoribus.
Dormiunt illuſtres magnis honoribus.

Dormiũt dico quieti cũctis labori⁹ abdicatis Eccli.
xxxj. Dormiẽdo nõ laborabis. Et Oſee. ij. Arcũ ⁊ gla-
diũ ⁊ bellũ cõterã de terra: ⁊ dormire eos faciam fidu
cialiter. Item dormiunt ſecuri terroribus amputa-
tis Ezech.

tis .Ezech.xxxiiij. Saluabo gregem ⁊ non erit vltra i
rapinam. Sequitur. Ceſſare faciaꝫ beſtias peſſimas
de terra: ⁊ ſecuri dormient in ſaltibus. Et Job xi. De
foſſus ſecurus dormies: requieſces ⁊ non erit qui te
exterreat. Item dormiunt concordes cunctis rancori
ribus.ſ.reſecatis. Job.xxxviij. Concentum celi quis
dormire faciat? Concentus enim celi .i. cōcordia eſt ſan
ctorum. Item dormiunt illuſtres cunctis honoribus
vendicatis. Job.iij. Nunc enim dormiens ſilerem: et
ſomno meo requieſcerem cum regibus ⁊ principibus
terre.i.cum angelis ⁊ ſanctis. Patet igitur ꝙ eſt qua
druplex dormitio: vicꝫ Glorioſa: que fit in ethera. Do
loroſa: que ſopit corpora. Uitioſa q̄ fouet ſcelera. Uir
tuoſa que facit opera. Et hoc de dormitiōe ſufficit ⁊c.
Uide de quiete: requie ⁊ ſomno ⁊c.

## Dorſum.

A Cum dorſum ſit illa pars corporis: que retro eſt ⁊ que non videtur: illa
pars que in fuga oſtenditur, ⁊ obijcitur ac ſi de ea mi
nus curetur que ſemper ſecuꝫ portatur atqꝫ trahitur
illa pars que tanꝗ fortior oneribus ſupponitur aut
verberibus exponitur: illa pars vbi inhoneſtum mē
brum latitat: ⁊ que magis tegitur vel operitur. Po
tero dicere ꝙ dorſum quandoqꝫ ſignat.

Deſpectum et diſplicentiam.
Quandoqꝫ fugam ⁊ deſiſtentiam.
Quandoqꝫ fortitudinem ⁊ patientiam.

Igitur notabo ꝙ in ſcriptura inuenitur dorſum. Dei
qd ſignat ipſius diſplicentiam ⁊ indignationem. Iu
ſti qd ſignat ipſius patientiam ⁊ tolerationeꝫ. Impij
qd ſignat ipſius negligentiam ⁊ obliuionem. Eſt igi
tur dorſum diuine indignationis. Indignatio enim:
reprobatio: condemnatio: contemptus ⁊ punitio: dei
dorſum eius dicitur pro eo: ꝙ ad illos de quibus non
curat immo quos odit ⁊ ad penas reſeruat: iſtud dor
ſum.ſ.indignationem ſuam ⁊ obliuionem vertit ⁊ eos
indignos facie ſue gratie denotat ⁊ oſtēdit. ps. Quo
niam pones eos dorſum in reliquijs tuis. q.d. paruꝫ
de eis curabis ſicut parū curatur de reliquijs. Et iſti
ſunt potiſſime illi qui nunc ꝓſperitate gaudent: ⁊ ini
quitate non carent. Crucifixus etiaꝫ in eccleſia ⁊ ima
gines ſanctorum faciem habent ad occidentem: dor
ſum vero verſus orientem: ad denotandum ꝙ dorſum
diuine indignationis ad orientales.i. ad illos qui cla
ritate proſperitatis rutilant vertitur: facies vero ſue
gratie occidentales: ideſt frigidos ⁊ pauperes ample
xatur. De quo dicit ipſe domin⁹. Hier. xviij. Dorſuꝫ
⁊ non faciem oſtendam eis in die perditionis eoꝝ. De
dorſo vero xpi qd ſignat ipſius humanitatem: q̄ ſcili
cet eſt eius pars poſterior ⁊ idignior poteſt dici illud.
ps. Pēne columbe deargentate: ⁊ poſteriora dorſi ei⁹
in pallore auri. Et etiam de corpore xpi myſtico.i. de
eccleſia poteſt dici: quia ſcꝫ penne eius: ideſt prelati et
doctores deargentati per eloquentiam: poſteriora vo
dorſi ideſt ſubditi aurei eſſe debent per ſanctimoniaꝫ.
Et de talibus dorſis nihil ad preſens. Eſt ergo dorſuꝫ
B diuine indignationis. ¶ Secūdo dico: ꝙ ē dorſum ꝑ
fecte ſuſtentationis. Et iſtud ſcꝫ eſt dorſum ſpiritale
iuſtorum.i.ipſorum patientia que parata eſt aduerſa
tolerare: ſeu eorum ſenſus atqꝫ prudentia que parata
eſt nociua fugere. Dorſum enim habent.i. fortitudi
nem patientie: quam ſupponunt cunctis oneribus:
ſimiles illis cācris orientalibus: de quibus dicit So
linus: ꝙ dorſa habent oſſea: quia ſcilicet illorum pa
tientia debet eſſe fortis ad omnia tolerānduꝫ. Iuxta
illud. ps. Supra dorſum meum fabricauerunt pecca
tores. Et Amos.viij. dicitur. Inducam ſuper omne
dorſum ſaccum: ⁊ ſuper omne caput caluicium. Dor
ſum etiam habent iuſti: ideſt cautelam fuge quā oſtē
dunt cunctis criminibus ⁊ cunctis malis occaſioni
bus. Eſt enim vnum monſtrum marinum quod dici
tur ludolocra ſm libꝝ de natura rerum: quod ſcilicet
duas alas hꝫ in facie: ⁊ duas in dorſo: q2 natat ⁊ volat
facies ſignat preſentiam ⁊ audaciam ad vlterius ⁊ al
terius procedendum. Dorſum vero ſignat fugā ⁊ pru
dentiam ad (ſi neceſſe eſt) retrocedendum. Ale vero ſi
gnant agilitatem ad vtrūqꝫ cum neceſſe eſt faciendū
Igitur iuſti exemplo ludolocre nō ſolum in facie: im
mo etiam in dorſo alas habere dicuntur: quia ſcꝫ non
ſolum debent velociter ⁊ audacter ad vtilia procedere
immo eadem facilitate ⁊ agilitate debent a nociuis ſu
gere ⁊ retrocedere ⁊ dorſum oſtēdere: ⁊ ibi alas ſue pru
dentie extendere: q2 ſcꝫ non tam eſt prudentia in auda
cter aggrediendo: ſicut in prudenter ⁊ celeriter (cuꝫ ne
ceſſe eſt) fugiendo. Quod bene figuratur Ezechie.ix.
in fine. vbi ipſe vidit virum indutum lineis qui habe
bat atramentarium ſcriptoris in dorſo eius. Atramē
tarium enim ſcriptoris prudentiam ſignat que princi
paliter acquiritur ex ſcripturis: ⁊ que in dorſo appen
ditur pro eo ꝙ inueuitur in fugiendis nociuis. Iſtud
eſt ergo dorſum iuſti ſcꝫ cautela mali culpe fugitiua: ⁊
patientia mali pene toleratiua. Dorſum ergo patien
tie iuſtorum oneratur tribulationibus in preſenti ps.
Impoſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Ab ipſis ta C
men liberabitur in futuro ps. Diuertit ab oneribus
dorſum eius. Patet igitur: ꝙ eſt vnum dorſum perfe
cte ſuſtentationis ſeu conſtantis tolerationis. ¶ Ter
tio dico ꝙ eſt vnum dorſum peruerſe obſtinatiōis ſeu
etiam obliuionis: negligentie: iniurie ⁊ ignorātie quo
mali proijciunt deum ⁊ etiam verba ſua. Figurati in
illis qui dorſum habebant verſum contra templū. Ui
de eam bene dilatatam ſupra de abhominatione. Ideo
de verbo ſapiente dicitur Eccli. xxi. Audiet luxurio
ſus ⁊ diſplicebit ei: et poſt dorſum ſuum proijciet illud
Compara malos ſi vis illi qui vult habere vmbrā an
te faciem ſuam: quia talis neceſſe eſt ꝙ dorſum ſuum
vertat ad ſolem. Ad denotandum ꝙ illi qui in vmbra
mundane vite ⁊ glorie delectantur: quiqꝫ eam habent
pre oculis ⁊ in ea gloriantur: ſolem iuſticie xpm retro
ſe ponunt: ⁊ dorſum ſue obliuionis ⁊ obſtinationis cō
tra eū obijciunt atqꝫ vertunt. ij. Paralipo. xxix. Auer
terunt faciem ſuam a tabernaculo dei ſui ⁊ prebuerūt A
dorſa. Patet ergo aliquid de dorſo Impij. Iuſti. ⁊ dei.
Uide infra de tergum.

## Draco.

Cum draco ſit rex ſerpentuꝫ: ⁊ animal re gium reputetur: venenoſum tamen ma
ximum ⁊ potentiſſimum: quod ſolo attractu aues ſur
ſum volantes abſorbet ⁊ deglutit: cauda ſua elephan
tem ligat ⁊ interficit: poſſum dicere: ꝙ per draconem
intelligitur diabolus vel quilibet magnus ⁊ crudelis
tyrannus vel peccator malicioſus ⁊ auarus. Dyabo
lus eſt enim rex ſerpentum cum ⁊ ipſe ſit rex ſuper om
nes filios ſuperbie Job.xl. Aues: id eſt viros ſpiritua
les deuorat cauda ſue malicie: etiam elephātes: id eſt
magnos viros ligat ⁊ caſuꝫ eorum procurat: aeremqꝫ
humane voluntatis flatu ſue tentationis inflāmat.

Dyabolus enim eſt draco
Ad nocendum preparatus.
Ad reſiſtendum angelis ordinatus.
Ad deuorandum animas dilatatus.
A xpo mirabiliter ſubiugatus.
Ad infernum perenniter condemnatus.

¶ Iſte eſt enim contra homines fallax inſidiator.
Pſalmus. Draco iſte quem formaſti ad illudendum
ei ⁊c. Item iſte eſt contra angelos proteruus rebella
tor. Apocalipſis. xij. Michael et angeli eius prelia
bantur cum dracone: et draco pugnabat: et angeli
eius. Item iſte eſt ad animas degluciendum rapa
ciſſimus deuorator. Unde ſibi dicitur Ezechie. xxxij.
Leoni gentiū aſſimilatus es: et draconi qui eſt in ma
ri. Item de iſto fuit chriſtus admirabilis triumpha
tor: qui ſcilicet ipſum vicit in cruce. Pſalmus. Super
aſpidem et baſiliſcum ambulabis et conculcabis leo
nem ⁊ draconē. Itē iſte eſt ⁊ erit inferni ꝑpetu⁹ hitator
Unde de inferno dicitur. Eſaie. xxxiiij. Quod erit cubi

Ayuntamiento de Madrid

le draconum ⁊ paſcua ſtrutionum. Quicunq; etiam peccator draco dicitur: ⁊ quilibet malus draconis nomine deſignat̄. Unde notabis ꝙ draco pōt dici q̄libet.
Superbus ⁊ preſumptuoſus.
Auarus ⁊ ambitioſus.
Iracundus ⁊ litigioſus.
Proditor ⁊ malicoſus.
Guloſus ⁊ delicioſus.

B ¶ Dico ergo ꝙ ſignat ſupbos ⁊ preſumptuoſos. Draco enim ventum attrahit: criſtam ſuper caput portat ⁊ caudam maximam poſt ſe trahit. Sic ſuperbus vēto vane laudis vult paſci: cauda pompe ⁊ magne familie vult aſſociari: ⁊ criſta ideſt mitra vel corona dignitatis ⁊ glorie vult coronari. Hieremie. xiiij. Onagri ſteterunt in rupibus: attraxerunt ventū quaſi dracones. Unde ſuperbus figuratur in dracone babylonico: de quo dicitur. Dañ. xiiij. Erat draco magnus in illo loco quem colebant babylonij: quia ſuperbus ab omnibus vult coli: ⁊ ab omnibus honorari. Item ſignat auaros ⁊ ambitioſos. Draco enim eſt animal ſitibundum: mare pro habendo refrigerio ⁊ pro deuorandis piſcibus inhabitans: ⁊ pro venti deſiderio ſurſum ad nauium malos volās. Sic auarus ſemper ſitit diuitias; propter quod mare: ideſt fluctus mundi negociorū ſolet inhabitare vt poſſit piſces: ideſt ſimplices deuorare. Ad malos etiam nauium: ideſt ad altas dignitates ſolet per ambitionem volare vt ardorē ſue auaritie valeat ſatiare. Draco enim virtutem habet attractiuam ⁊ abſorptiuam: ⁊ auium ſurium volantium inferius detractiuaꝫ; vt dicit Plinius. Sic auarus aliena ſolet attrahere ⁊ abſorbere: ita ꝙ aues ideſt nobiles per vſuras ſuas ad terram ⁊ paupertatē ſcit detrahere ⁊ deducere. Hiere. lj. Abſorbuit me quaſi draco; impleuit ventrem ſuum teneritudine mea.
Item ſignat iracundos ⁊ litigioſos. Draco eñ habet guerram ⁊ odium perpetuum cum elephante. Sic iracundi ⁊ inter ſe inuicem: ⁊ etiam contra alios mouēt bella: vnde de talium iracundia dicitur. Deut. xxxij. Fel draconum vinum eorum. Item ſignat proditores ⁊ malicioſos. Unde Auguſti. in ſermone. Leo aperte iraſcitur: draco occulte īſidiatur. Iteꝫ ſignat guloſos ⁊ delicioſos: draco enim animal eſt guloſuꝫ. vnde Ezechi. xxix. Ecce ego ad te draco magne qui cubas in medio fluminum. Flumina enim moliciem deliciarum deſignāt.
Tales ergo dracones.
Bonis aduerſantur.
Mundo dominantur.
A deo tribulantur.
Et in inferno finaliter relegantur.

¶ Bonis dico ſolent aduerſari. vnde Iob de cōſortio
C aduerſariorum ſuoꝝ conquerens dicit. Iob. xxx. Frater fui draconum ⁊ ſocius ſtrutionum. In mūdo etiam ſolēt dominari quia ſcilicet iſti ſunt qui occupāt hodie totum mundum. vñ Eſa. xiij. Domus eorum replebuntur draconibus. A deo tamen tēporaliter aliquotiens deſtruuntur ⁊ ad infortunia deducunt̄. ps. Contribulaſti capita draconum in aquis; dediſti euꝫ eſcam populis ethyopuꝫ. Conſtat eñ ꝙ tales poſtq̄ bonos moleſtauerint a deo per infortunia contribulantur: ⁊ populis ethyopum. i. balliuis ⁊ alijs exactoribus deuorandi traduntur. Iſti etiam in inferno finaliter ſolent recludi ⁊ relegari. Unde de babylone deſerta loquitur ſcriptura. Hiere. l. dicens: ꝙ ibi habitabunt dracones cuꝫ fatuis ficarijs: ideſt peccatores cū demonibus effrenatis. Ficarij enim idem ſunt ꝙ fani ideſt pani ſatiri: vel piloſi: animalia ſcꝫ humanam figuram habentia ratione tamen carētia. Patet ergo
D quomodo peccator intelligit̄ per draconem. ¶ Si autem per draconem vis intelligere xpm: qui. ſ. draco dicitur: quia noſtre carnis peccati ⁊ venenoſi ſimilitudinem aſſumpſit. figuratus in virga moyſi: que conuerſa eſt in draconem. Exodi. vij. quia dei fili⁹ de celo demiſſus conuerſus eſt in carnē. Et nota ꝙ iſte eſt rex ⁊ dominus omnium. Draco enim dyademate cādido coronatur ⁊c. Si vis etiaꝫ dic: ꝙ draco eſt iuſtus. Draco enim eſt animal cautum: animal etiaꝫ gratū ſicut exemplificat Plinius de dracunculo nutrito: tandeꝫ ī deſertū ducto ⁊ libertati dimiſſo: qui poſt magna tēpora nutritorem ſuuꝫ a latronibus in deſerto oppreſſum intelligens clamantē liberauit ⁊ iuuit. In ethyopia accidit hoc vt dicit. Sic debet q̄libet eē grat⁹ ⁊c. et erga deum ⁊ erga proximum. vnde Eſaie. xliij. Glorificabit me beſtia agri dracones ⁊ ſtrutiones. vñ etiam penitens debet dicere illud. Michee. j. Faciā plāctum velut dracones: ⁊ luctum ſicut ſtrutiones. Patet ergo ꝙ per draconē poteſt intelligi iuſtus: chriſt⁹: impius ⁊ dyabolus. Uide in tabula: q̄r in hoc opere ⁊ in multis locis fit mentio de dracone. A

## Dubitare.

D Cum pro tempore hui⁹ vite cuncta ſint dubia et incerta intantum ꝙ achademici philoſophi dicere voluerunt ꝙ nihil certius q̄ nihil eſſe certi: multa de dubietate dici poſſent: niſi autoritates deficerēt et deeſſent. Conſtat enim ꝙ eſt dubitatio.
Sapientium.
Imbecillium.
Deſperantium.

Sapientes enim nihil temere volunt aſſerere: ſed potius volūt negocia prudenter ſub quodā dubio palliare. Et de hoc dicitur: ꝙ dubitare de ſingulis non eſt inutile. Imbeciles vero ſolent vbi timor non eſt trepidare: ⁊ nunq̄ ſecuri eſſe: ſed in omnibus dubitare: quod ſcilicet pertinet ad ſuſpicioſos: q̄ de omnibus dubitant ⁊ in nullo confidunt. Ad timoroſos qui pro nihilo dubitant ⁊ facile diffidunt. Ad hereticos qui in fide vacillant ⁊ firmiter non credunt: quos reprehendit dominus dicens. Modice fidei quare dubitaſti. Math. xiiij. Deſperantes etiam ſolent dubitare: de ſalute eterna non ſperare: propter quod ſolent ad mala omnia ſe laxare Math. xxviij. Quidam autem dubitauerunt. Uide ergo infra de timere: ⁊ de certitudine ⁊c.

## Ducere. Dux. Ductor.

A Nota ꝙ ducere ideꝫ eſt ꝙ aliquid ad aliquem locum dirigere. Eſt ideꝫ quaſi iter oſtendere ⁊ docere. Et ideo ducere denotat diſcretionem ⁊ iuriſditionem. Duci vero denotat ignorātiam: obedientiam ⁊ ſubiectionem. Per nomē igitur ducis poteſt prelatus vel ſuperior ⁊ predicator: vel q̄cunq; diſcretior deſignari: qui alios habet ducere: regere ⁊ docere: ⁊ quem habent ſequi: ⁊ ei credere ⁊ obedire: iuxta illud. Iudi. ix. Precidentes ramos de arboribus ſequebātur ducem. Sic ergo videmus ꝙ ille qui alium ducit debet eſſe eo diſcretior ⁊ preſtantior. Sic vere prelatus qui alios habet ducere ⁊ regere in ſcientijs ⁊ moribus debet alijs preualere. Dux enim ⁊ rex apum duplo preſtantior ⁊ maior eſt q̄ alie apes. Inter elephantes etiam illi qui maior eſt natu ducit gregē ſicut dicit Plini. In quibus exemplis innuit natura ꝙ prelati ⁊ principes ⁊ alij qui alios habent ducere: debent in ſcientijs ⁊ moribus alijs plus valere. Debent enim eſſe maiores natu: ideſt antiquiores per ſenſum ⁊ diſcretionem. Debent etiam alijs eſſe duplo maiores q̄tum ad moralē perfectionē: vt ſicut ſunt maiores in dignitate: ſic ſint maiores in bonitate. Ideo Ionathas qui erat melior alijs: factus eſt eorum dux. Dicunt itaq; te eligimus hodie eſſe nobis in principē ⁊ in ducem ad bellandum bellum. De quolibet ergo a deo vel a prelato bene ducto poteſt exponi verbum illud Sapien. x. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas et oſtendit illi regnum dei et dedit illi ſcientiam. In quibus oſtenditur: ꝙ prelati et predicatores debent alios ducere: tempore claritatis: per viam veritatis. Ad locum vbertatis. Ad iſta enim tria debet homo gradatim duci. ¶ Primo ad veri cognitionem. Ideo dicitur. Dedit illi ſcientiam. Ad iuſti perfectionem

Ayuntamiento de Madrid

fectionem. Ideo dicitur per vias rectas. Tertio ad bo
ni dilectionem. Ideo dicitur: oſtendit illi regnum dei.
Primum enim debet intelligere. Secunduȝ debet eli-
B gere. Tertium debet diligere. ¶ Ducere ergo debet p̄
latus vel prędicator ſubditos vel auditores ad verita
tis cognitionem. Dedit inquit illi ſcientiam. Ad hoc
enim debet homo conduci: inſtrui ⁊ deduci: vt ſciat q̄
ſunt neceſſaria ad ſalutem. Nemo enim bene cōduci-
tur niſi de die quando habet lucem. Sic nec homo be
ne poteſt ſpiritualiter duci: niſi lumen fidei ⁊ ſcientie
habuerit. Ideo dicitur in p̄s. Deduxit eos in nube diei
⁊ in luce ſtellarū nocte. Lux enim diei ⁊ nubes ro⁊ flue
doctrine neceſſarie ſunt ductori. Aries enī qui eſt dux
gregis: duobus cornibus tortis ⁊ reflexis eſt munit⁹
Quod vtiq; ſignificare poteſt: ꝙ illi qui alios benevo
lunt ducere. Debent duo cornua: ideſt duo teſta-
menta: ideſt duorum teſtamentorum ſcientiam ha-
bere ⁊ ipſam cum ſuis difficultatibus continere: ⁊ vt
ſic ſciant alios inſtruere ⁊ docere. Iſtud ſignant duo
cornua mitre epiſcopalis. Debet ergo ductor: alios du
cere ad veritatis cognitionem. Dedit inquit illi ſcien-
tiam: doce me. ¶ Scd̄o debet eos ducere ad ſanctita-
tis perfectionem: qd̄ oſtenditur: cuȝ dicitur. Deduxit
eos per vias rectas. Vie enim recte ſunt vie virtutum
quibus homo recte deducitur in hac vita vt ad termi-
num veniat paradiſi. Et poſſumus notare: qd̄ tres
ſunt vie recte ad eundum in celum. Una ſecura. Alia
pura. Alia dura.
Prima eſt paupertatis. Via enī que
Secunda caſtitatis. eſt ſine offen
Tertia penitentie vel penalitatis. diculo ⁊ ſine
diuitijs eſt paupertas. Via munda ⁊ ſine carnalitate
eſt caſtitas. Via breuis eſt penitētia ⁊ eq̄tas. In iſtis
igitur tribus vijs debemus deduci duȝ ſumus in hac
vita. Iuxta illud. Prouer. iiij. Ducam te per ſemitas
equitatis: quas cum ingreſſus fueris non artabun-
tur greſſus tui ⁊ currens non habebis offendiculum
Elephantes enim ducunt paruulos ſuos ad fluuiuȝ
⁊ docent eos nataꝛe: ⁊ ſe balneare: et lune et ſyderibus
inclinare. Vitulus etiaȝ marinus in terra dicitur pa-
rere: ſed tandem poſt duodecim dies catulos ſuos ad
mare ducit: ⁊ ipſos ad natandū inſtruit ⁊ docet. Qui-
bus exemplis docemur ꝙ qui alios habent docere et
regere: debent eos ducere ad fluuiuȝ deuotionis: ⁊ ad
mare penitentie ⁊ contritionis: vt purificentur laua-
cro cōfeſſionis: ⁊ vt lune ⁊ ſyderibus: ideſt ſanctis ei⁹
inclinentur per virtutem orationis: vt ſic dicat talis
ductor. Oſee. ij. Ego lactabo eam: et adducam eam ī
ſolitudinem: ⁊ loquar ad cor eius. Debet ergo loqui
ad cor ſubditorum predicando: ⁊ debet eos lactare be
nigniter inducendo vel temporaliter nutriendo. De
bet ipſos etiam ducere in ſolitudinē: ideſt in peniten-
tie aſperitatem ipſos ſalubriter corrigendo. Per vias
ergo rectas non ducunt adulatores quia ſicut dicitur
Prouer. xvj. Vir iniquus lactat amicum ſuum ⁊ du-
cit per viam non bonam. Talis via non eſt via mun-
dane proſperitatis: quia iſta eſt via que videtur homi
ni recta: cuius nouiſſima ducunt ad mortē. Prouer.
xiiij. Ducant ergo eos ad ſanctitatis perfectionem.
¶ Tertio dico: ꝙ ipſi debent eos ducere ad celeſtium
affectionem: vel ad vbertatis repletionem ſcȝ ad re-
gnum eternum. Oſtendit inquit illi regnuȝ dei. Aba-
cuc. iij. Sup excelſa deducet me victor in pſalmis ca-
nenteȝ Debet enim dicere auditoribus illud. Math.
xxv. Venite benedicti patris mei poſſidete paratum
vobis regnum. Et ſic patet: ꝙ ſi bene volumus duce
re: neceſſaria ſunt. Lux. via: terminus. Lux ſcilicet ſci
entie Via iuſticie. Terminus glorie: lux veritatis: via
C ſanctitatis: terminus felicitatis ⁊c. ¶ Adhuc etiam
poſſum notare et dicere: ꝙ ducere pertinet. Ad deum.
Ad iuſtum ſeu prelatum. Ad impium. Ad dyaboluȝ.
Duci vero pertinet ad bonum hominem ⁊ iniquum.
Iſta enim ſunt ſex genera ductionum: quoꝝ quatuor
ſunt actiue ⁊ due ſunt paſſiue. Inuenio igitur in ſcri-
ptura ducere
Autoritatis eterne.
Benignitatis paterne.
Iniquitatis externe.
Felicitatis ſuperne.
Humilitatis fraterne.
Fragilitatis interne.
Ducit enim deus regens ſagaciter.
Ducit prelatus mouens ſuauiter.
Ducit diabolus trahens fallaciter.
Ducitur iuſtus parens humiliter.
Ducitur iniquus currens faciliter.
Dico ergo primo ꝙ eſt ductus dei quo oīa reguntur.
Omnia enim que ſunt per ipſum ſummū ductorē deū
certis ⁊ inuariabilibus legibus ad certos fines ducū-
tur ⁊ ad hoc ſuis proprijs motib⁹ inclinant. Sicut em̄
video ꝙ in oībus rebus ſunt ſue occulte ⁊ proprie qua
litates: q̄ ipſos ducūt ad fines ⁊ terminos ſibi datos a
natura: ſicut eſt virtus ⁊ qualitas leuiū: q̄ ducit ea ſur
ſum: grauiū que ducit ea deorſum: ⁊ ſic de alijs. Sic in
intellectualibus neceſſe eſt dare inhabitare vnā ſupe-
riorem virtuteȝ: ⁊ quandā perpetuā legem. ſ. ipſuȝ deū
qui actus eoꝝ ducit ad finē intentū. Deuterono. xxxj.
Dn̄s deus ipſe eſt ductor tuus. Cōſtat em̄ ꝙ homo per
cipit in ſeipſo: ſi bene ⁊ diligenter attendit: ꝙ occulta
quadā lege magis ducitur ꝙ p ꝓpriū liberū arbitriuȝ
deducat. Nōne firmamentū ducit ſecū planetas ꝯtra
ſuū ꝓpriū curſuȝ. Nōne luna mare circūagitat ⁊ dedu
cit: ⁊ fluxū ⁊ refluxū ipſi⁹ regulat ⁊ cōponit. Nōne nu
trix ducit ⁊ regit puerū cū regere nō valeat ſemetipſuȝ.
pedagogus ēt diſcipulū ad ſcholas ducit: ⁊ eū ad addi
ſcendū ſollicitat ⁊ inducit. Sic dicā neceſſe eſt ꝙ nos
a deo principaliter ducamur: ⁊ ꝙ ab ipſo in agēdis cre
dendis ⁊ cauendis ſpecialiter dirigamur. Iſtā ergo vir
tutē occulte ꝓuidentie actuū humanoꝝ ductiuā atq;
tractiuā vocauerūt philoſophi fatū. Cui⁹ leges credi
derunt incōmutabiles atq; certas: eterna ſerie cauſaꝝ
ſub certi ordinis nexu cūcta inexorabiliter cōſtringen
tes. De tali tn̄ ductu diuino tam ineffabili ⁊ ſtupēdo
nihil intendo dicere: nec de regimine ſapiētie tue: quo
ſcȝ cūctas reꝝ naturas: caruūq; effect⁹ āplectit (cū hoc
vires excedat ingenij mei) nihil audeo diffinire: hoc
ſolū dicēs: q: ſicut dr̄ Sap̄. vij. Sapiētie dux eſt ⁊ ſapiē
tum emēdator. In manu em̄ illius nos ⁊ ſermones no
ſtri: ⁊ oīs ſapiētia ⁊ operū ſciētie diſciplina. Q̄tū tn̄ ad
ductū gratie: quo. ſ. in via morū iuſtos ducere conſue
uit: iuxta illud predictū. Iuſtū deduxit dn̄s per vias re-
ctas: aliq̄d eſt dicēdū. Sicut em̄ video: ꝙ ad hoc ꝙ na
uis diſcrete ⁊ ſine periculo ducat ad terminum multa
ſunt neceſſaria: vcȝ rector gubernās: vētus portans re
migū miniſteriū adiuuās: veli ⁊ cordarū adiutorium
cooperās. Sic dicā ꝙ ad hoc ꝙ anima bene ducat in
via morū p fluctuoſa maria vite eius: neceſſe eſt ꝙ ibi
interſit gubernator. i. deus qui eā ducat: flatus. i. ſpiri
tuſſanctus qui eam deferat: remigum. i. angeloruȝ mi
niſteriū qui opem afferant: vel. i. ſacre ſcripture corda-
rumq;. i. dei mandatorū beneficium qd̄ vires conferat
Sic enim a deo ductore anima deducetur ad portuȝ et
angelis ſanctis: ſcriptura ⁊ lege diuina cooperantib⁹
felicem conducet ad terminum. Cōſtat em̄ ꝙ deus du
cit hominem per viā iuſticie: quādoq; interius inſpirā
do: qn̄q; per angelos conſulēdo ⁊ cōfortādo: quādoq;
per tribulatiōes impellēdo: qn̄q; per ſacrā ſcripturaȝ
predicatores ⁊ doctores viam oſtendendo ⁊ de neceſſa
rijs erudiēdo. Unde proprie de⁹ pater eſt ductor Deu
tero. j. Dominus de⁹ qui ductor eſt noſter ipſe pugna
bit pro nobis. Filius eſt reductor. Deuterono. xix. Re-
ducet te dn̄s deus tuus. Spirituſſanctus eſt deductor
p̄s. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam
⁊ Eſa. lxiij. Spirit⁹ dn̄i ductor eius fuit. Angelus eſt
conductor ſicut Raphael legit dixiſſe thobie Tho. v.
Sanum ducam et reducam filium tuum. Et aduer

Ayuntamiento de Madrid

re ꝙ deus ducens filios iſrael ad terraꝫ promiſſionis adhibuit duo remedia ſcilicet nubem in die que ardorem refrigeraret: et ignem in nocte qui lumen et calorem preſtaret. vnde Exodi.xiij. dicit. Dominus autẽ precedebat eos ad oſtendendum viam per diem in columna nubis: ⁊ per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris in vtroqꝫ tempore. Sic reuera in iſto ductu ſuo vtitur ⁊ columna nubis: hec eſt miſericordia ⁊ columna ignis illuminantis et comburentis: hec eſt iuſticia: quia procerto ſicut paſtor quandoqꝫ ducit gregem ſibilando ⁊ vocando: ⁊ quandoqꝫ percutiendo ⁊ impellendo: ſic deus ſuos ducit ad gloriam: quãdoqꝫ ſibilando: inſpirando: ⁊ conſolando miſericorditer. Exodi.xv. Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti. Et quandoqꝫ impellẽdo ⁊ tribulãdo ſeueriter. Deutero.viij. Ductor tuus fuit in ſolitudine magna ⁊ terribili: vbi erat ſerpens flatu vrens: ſcorpio et dipſas. Et ſi vis nota ꝙ iſte ducit nos ad

Baptiſmum vt ibi mundemur.
Deſertum vt ibi ꝓbemur.
Judicium vt ibi examinemur.
D Paradiſum vt ibi cõiocundemur.

¶ Ducit ergo ad lauacrum purificatiuuꝫ ſcilicet ad baptiſmum. Ezech.xlvij. Ducit ⁊ conuertit me ad ripam torrentis. Item ducit ad deſertuꝫ mortificatiuũ ſcilicet ad ſtatum penitentie. Oſee.ij. Ducam eam in ſolitudinẽ ⁊ loquar ad cor eius. Item ducit ad iudiciũ examinatiuum. Johelis.iij. Congregabo omnes gentes ⁊ ducam eas in vallem ioſaphat ⁊ diſceptabo cuꝫ eis ibi. Item ducit ad palatium glorificatiuuꝫ ſeu ad conuiuium letificatiuum ſcilicet ad paradiſum. Abachuc.iij. Super excelſa deducet me victor in pſalmis canentẽ. Nos igitur habemus bonũ ducem: q.ſ. nos.

Defendit ab hoſtibus venenoſis.
Dilatat virtutibus copioſis.
Exultat honoribus glorioſis.

Defendit dico: ne ab hoſtibus ſuperemur. ij. Para. xiij. Ergo in exercitu noſtro dux deus eſt. Item dilatat nos vt virtutibus fecundemur. ps. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius: plantaſti radices eius ⁊ impleuit terram. Item nos exaltat ſcilicet finaliter in paradiſo: vt premiemur ſeu honoremur. Deute.xxxij. Dominus ſolus dux eius fuit: ⁊ non erat cuꝫ eo deus alienus. Conſtituit eum ſuper excelſam terram vt comederet fructus agroruꝫ: vt ſugeret mel de petra. Patet ergo quomodo eſt ductus dei quo omnia reguntur.

E ¶ Secũdo principaliter dico: ꝙ eſt ductus p̄lati quo ſubditi ducuntur. Prelatus enim ⁊ predicator duces dicuntur: eo ꝙ ſubditi per eos ⁊ per eorum regimen: vitam exemplum doctrinam: ⁊ gloriaꝫ ducuntur. Ad ducem enim pertinet ꝙ ſit audacior ad precedendum Diſcretior ad ordinandum ſeu dirigendum. Ualidior ad propugnandum: debet enim dux plebem precedere vt demat timorem. Plebem dirigere: vt tollat erroreꝫ Plebem defendere: vt monſtret amorem. Sic reuera illi qui vult digne populi dux vocari: ⁊ prelati vel principis digne nomen ſortiri debet eſſe audax ⁊ animoſus alios precedens exemplariter. Debet eſſe ſagax ⁊ induſtrioſus alios ordinans regulariter: debet eſſe viuax ⁊ virtuoſus alios defendens virtualiter. Sit dico audax alios precedendo: quia ſcilicet ad ducem ⁊ rectorẽ populi pertinet: ꝙ bene ⁊ virtuoſe agendo omnibus exemplum det: ꝙqꝫ alios bene agẽdo precedat: ſi vult ꝙ populus ad idem audacter et animoſe procedat: exemplo ſcilicet illius imperatoris famoſi de quo dicit Suetonius: ꝙ legitur militibus dixiſſe: dicitur ꝙ dauid ducem futurum eſſe decreuit: qui primus hoſtes ſcilicet Jebuſeos percuteret: ⁊ primus Hieruſalẽ quam obſidebat intraret: ⁊ fiſtulas domatum tangeret ⁊ cecos ⁊ claudos exinde tolleret ⁊ auferret: ꝙ qꝛ Joab ſaruie filius fecit primus: factus fuit de cetero princeps et dux. Sic vere dico: ꝙ ille dux eſt et princeps eſſe meretur: qui ad hoſtes noſtros: ſcilicet peccata et demones virtutibus impugnandum alios precedere comprobatur: qui etiam de hieruſalem: ideſt de eccleſia ſcit Jebuſeum: ideſt dyabolum repellere: fiſtulas domatum: ideſt falſa dogmata ⁊ doctrinas inde eycere: et cecos ⁊ claudos: ideſt ignorantes et vacillantes inde penitus extirpare. De tali ergo duce ſic aliorum preceſſiuo ⁊ malorum impugnatiuo ⁊ eradicatiuo: dicitur. Judi.x. Qui primus ex nobis cõtra filios amõ ceperit dimicare erit dux. Sit ergo audax alios precedendo. Item ſit ſagax alios dirigendo. Ille enim qui alium ducit debet clare videre. Scriptum eſt enim: ꝙ ſi cecus ducatum preſtet ceco ambo in foueam cadũt. Math.xv. Naute enim ad portum ducunt: eo ꝙ per aſpectum ſtellarum: que ſcilicet luminoſe ſunt dirigũtur. Sic vere dico: ꝙ ille qui ducatum prelatiõis vult recipere: debet per prudentiam videns ⁊ luminoſus eſſe: alias ſi cecus per ignorantiam fuerit: ⁊ ſe ⁊ alios poterit precipitare. Unde de Salomone ſapientiſſimo dixit dauid. iij. Regum. j. Ipſe regnabit poſt me: illiqꝫ p̄cipiam vt ſit dux ſuper iſrael. Item ſit viuax alios defendendo. Dux enim belli debet eſſe fortis: vt ſe ⁊ alios: poſſit defendere: quia ſi per ipſum ſuccumbere cõtingeret: ſtatim totus exercitus defflueret ⁊ periret: qđ etiam eſſe inter apes dicitur: vbi maior ⁊ fortior dominatur. Sic vere prelatus alijs conſtantior ⁊ virtuoſior debet eſſe: vt ſe poſſit ⁊ alios adiuuare: ſicut dicitur j. Parali.vij. ꝙ filij aſer principes cognationuꝫ electi fortiſſimi duces ducuꝫ. Quod ſatis figuraliter in ſaule poteſt videri: quem deus in ducem iſrael mandauit inungi: ſicut dicitur. j. Regum.ix. ꝙ in iſrael ſimilis illi non erat ⁊ ꝙ omnem populum ab humero ſuperiꝰ excedebat. De iſto ergo dominus ſamueli. j. Regum. ix. dicit ſic. Cras mittam ad te virum de terra benyamin: ⁊ vnges eum ducem ſuper populum meum iſrael. F ¶ Ubi nota ꝙ bonus dux deſcribitur quantũ ad tria: videlicet. Quantum ad propriam conditionem: quia debet eſſe vir de terra benyamin: quantũ ad ipſius electionem: quia deus debet eum mittere. Cras inquit mittam ad te: quantum ad ipſius prelationem: quia ipſe debet inungi dux ſuper populum. Igitur dico ꝙ hic deſcribitur. Eius conditio virtuoſa. Eius electio ſerioſa. Eius prelatio glorioſa. Eius dico conditio virtuoſa: quod oſtenditur cum dicitur. Uirum de terra benyamin. Ubi nota primo ꝙ qui vult in duceꝫ eligi debet eſſe.

Etate ꝑfectus.
In mente deiectus
Uirtute perfectus.

Primum facit diſcretio vitalis exiſtentie. Uirũ inquit. Sed ſecundũ cognitio fatalis defluentie: ſcilicet mortalitatis: de terra inquit. Sed tertiuꝫ additio moralis excellentie. Benyamin inquit: qui ſcilicet interpretatur filius virtutum: vt ⁊ ſic. Etatis ratio poſſit viriliter operari. Uiruꝫ. Mentis cognitio poſſit humiliter meditari: ſcilicet ſe eſſe de terra. Moruꝫ perfectio poſſit nobiliter conuerſari. Benyamin. Debet ergo qui debet eſſe dux habere etatis debitum ⁊ ſufficiẽs complemẽtum: quia ſcilicet ipſe debet eſſe vir non puer. Uirum inquit. Nemo enim iuuenes eligit duces: eo ꝙ nõ cõſtat eſſe ſapientes: vt dicit Ariſto. Unde etiam vt ſup̄ dictum eſt: inter elephantes maior natu ducit gregeꝫ In quo docet nos natura: ꝙ illi qui ſunt etatis prouectioris ⁊ de quibus preſumptio eſt: ꝙ plura ſciuerint atqꝫ viderint ⁊ ꝙ maturius debeant in ſuis factis p̄cedere: eligi debent principes atqꝫ duces. Uir inquit. q.d. nõ puer neqꝫ decrepitũ: ſꝫ etate ⁊ prudẽtia virtuoſuꝫ vt ⁊ puerili inſolentia careat: ⁊ decrepitã impotentiaꝫ ⁊ pigriciã non habeat. ij. Para.viij. Ipſi.ſ. filij iſrael erãt viri bellatores ⁊ duces populi: ſepe eñ põt cõtingere: ꝙ prudẽtia ſupplet etatẽ: qꝛ ſicut dicit. Sap.iiij. Senectus venerabilis eſt: non diuturna neqꝫ annorũ numero computata. Sequitur. Cani ſunt ſenſus hominis ⁊ etas ſenectutis vita immaculata. Cõſtat eñ ꝙ multi ſunt etate iuuenes: qui tñ virtute ⁊ prudẽtia

ſunt

Ayuntamiento de Madrid

ſunt viriles: ſicut de illo puero malos ſenes reprehen
dente dicitur. Dan. xiiij. Dixerũt ei ſenes: veni ⁊ ſede
in medio noſtrũ: q2 tibi dedit deus honorē ſenectutis
Et ideo d puero legit. Math. xviij. q xp̄s ſtatuit eũ in
medio et ipſum pretulit alijs cõmendando: dicens.
Qui non humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte non in-
trabit in regnum celorum. De adoleſcente etiam io-
hanne legitur: q ipſum chriſtus iuuenem ad apoſto
latum vocauit: ⁊ eum pre ceteris predilexit: ſicut dicit
Math. liij. et Johannis. xxj. Etiaʒ apud Romanos.
Octauianus fuit viginti annorum conſul et impera
tor electus. Scipio etiam affricanus valde etate tene
ra fuit dux hyſpaniarum effectus: quorum tamen q-
libet alijs in factis egregijs eſt prelatus. Nõ ergo etas
corporis ſemper reſpicitur: quia ſepe fit q iuuenis
prudens ⁊ ſenex fatuus reperitur. Ideo bñ dicit. Eſai.
lxv. Puer centum annorum maledictus erit. Ceteris
tamen paribus dux et prelatus debet eſſe vir: ideſt eta
te congrua pollere: ⁊ virtuoſis viribus renitere. j. Re-
gum. ix. Ecce vir quem dixeraʒ tibi: ipſe dominabitur
populo meo. Unde de prouecta etate prelati poteſt
intelligi illud quod ſcribitur. Prouerbio. xxviij. Uita
dulcis longior erit. Cuius tamen contrarium fit ho-
die: quia ſcilicet non viri: ſed pueri dominantur i orbe
illi ſcilicet qui pueri ſunt et ſapientia et etate. Eſaie.
iij. Dabo pueros principes eorum: ⁊ effeminati domi
nabuntur eis. Non ſic ergo: ſed habeat qui vult eſſe
dux: etatis debitum complementum. Uirum inquit
Exemplo ſcilicet chriſti qui virilis etatis voluit eſſe
anteq̄ predicationis vel prelationis officium vellet
G oſtendere ſeu habere: ſicut dicit. Luce. iij. ¶ Adhuc
dico: q ille qui vult eſſe dux: debet habere humilitatis
ſolidum fundamentũ: quia ſcilicet ipſe ſemper debet
ſe conſiderare eſſe de terra: ideſt eſſe hominem terreũ
⁊ mortalem: et exinde concipere humilitatem ⁊ deie-
ctionem mentalem. De terra inquit. Unde etiã apud
imperatores conſtantinopol. ſolebat eſſe ſtatutum q
die intronizatiõis ſue: vbi erat in maximo feſto ⁊ gau
dio: veniebant duo lathomi coram populo: portãtes
in manibus lapides quoſdam marmoreos ⁊ dicentes
Jubeat dominus imperator de quo genere marmorũ
vult fieri ſepulcrum ſuum: hoc autem introductum
erat: vt conſideratio mortis future: gloriam illam in
anem reprimeret: ⁊ vt humilitate concepta erga ſub-
ditos modeſtius ſe haberet. Sicut etiã apud fiſcanũ
ſolenne galliarum monaſterium ordinatum eſt: q
dum abbas eſt in mẽſa: ſemper omni die certus nume
rus pauperum: puerorũ in aula ſua reficitur: qui co-
ram abbate pluries venientes ſic verba loquuntur.
Domine vos mouemini de terra. Sicut enim dicitur
Eccleſiaſtici. xvij. Deus creauit de terra hominem. et
Eccli. xl. Omnia que de terra ſunt in terra conuertẽ-
tur. Cõſideratio ergo proprie terreſtreitatis vtilis eſt
in duce: quia etiam omnia animalia habẽt vultum
ſuum inclinatum inferius verſus terram. Homo eti
am qui habet ſtaturam erectam ſepius ad terram re-
ſpicit q̄ ad celum. Ad denotandum q omnes debem9
terram noſtre mortalis conditionis reſpicere ⁊ nos de
terra genitos et ad terram redituros iterum cogita-
re. Unde Salomoni qui erat dux et rex dicitur. Eccl.
xlvij. Terram retexit anima tua. et Eſai. viij. dicitur.
Aſpiciet celum ſurſum ⁊ ad terram intuebitur. Sed
prohdolor procerto de multis ducibus ⁊ maioribus
noſtris videtur hodie: q ipſi non credunt ſe eſſe de ter
ra nec eſſe terreos aut mortales: immo magis viden
tur ſe credere eſſe de celo: ideſt deos ⁊ immortales. Ex
emplo illius Alexandri qui ſe vt deum adorari man-
dauit: et ſe Jouis filium appellari: ſicut ponit Sene.
Exemplo etiam illius Gaij imperatoris: qui ſe volu-
it credi deum: et ydolum ſuũ poſuit iuxta Jouis ydo
lum: vt ſimul cum eo adoraretur per populum: ſicut
ponunt hyſtorie Romanorum imperatorũ. De na-
buchodonoſor etiam legitur: q̄ omnes deos terre mã
dauit exterminari et ſe ſolum terre deum vocari. Qui
etſi aliquando recolunt ſui terreitatem: nec tamen ex
inde concipiunt humilitatem. Juxta illud. Ezechie.
xxx. Dux de terra egypti non erit amplius. Et ꝓpter
hoc tales debent timere futuram damnationem ⁊ ad-
uerſitatẽ: q2 ſcʒ Eccli. x. dr q ſedes ducum ſuperborũ
deſtruxit deus. Non ſic ſed habeat dux hũilitatis ſoli
dum fundamentum. ¶ Deniq3 dico: q talis qui vult H
in ducem ⁊ rectorem aſſumi: debet habere moralitatis
inclitum ornamentum: id eſt ornamentum virtutum
quod oſtenditur cum dicitur Benyamin quod inter-
pretatur filius dextre: filius virtutum: filius aſinin9
ſiue filius aſinorum: quia ſcilicet tales debent eſſe filij
propter humilitatem ⁊ charitatẽ: debent etiam eſſe fi-
lij dextre propter perſeuerantie diuturnitatem. Dici-
tur filius virtutum: propter perfectionis multiplici-
tatem: dicitur filius dextre propter bonorum operum
ſtrẽnuitatem: dicitur filius aſinorum propter ſanctõ
rum qui portauerunt onera: imitatem: ſanctitatem:
⁊ bonitatem ⁊c. dic ſicut ſupra de Benyamin. Unde de
tali duce ſic virtuoſo poteſt dici illud Numeri. x. capi.
In tribu Benyamin erat dux abidam fili9 gedeonis.
Abidam interpretatur pater meus iudex. Gedeon cir
cuiens ⁊ diligens laborando. Patet ergo q qui alio-
rum dux ⁊ prelatus digne eſſe voluerit: virtutum no-
bilitatem mentalem humilitatem: ⁊ etatis congrui-
tatem obtinere debebit. Iſta eſt igitur in ducẽ vel prin
cipem promouendi conditio virtuoſa: que oſtenſa eſt
cum dictum eſt in autoritate. Uirum de terra Benya
min. ¶ Secũdo dico q hic oſtenditur ipſius ad duca I
tum ſeu prelatiõis officium promouendi electio ſerio
ſa. Et hoc oſtenditur cum dicitur. Cras mittam ad
te. Quecunq3 enim electio debet
Debite protelari.
Deſuper ordinari.
Subditis deſtinari.
Quia ſcʒ iſta debet eſſe ad tempus dilata: vt debite poſ
ſit examinari. Cras inquit. Unde electores debent al-
ter alteri dicere illud Joſue. vij. Sãctificamini in cra-
ſtinũ: ⁊ illud Exodi. xvj. Cras quodcũq3 eſt operandũ
facite. Cras inquit: hoc eſt dictu: deliberate. Uide ſu-
pra de cras circa principium. De qua quidẽ delibera-
tione poteſt intelligi illud. ij. Regũ. v Tu eris dux ſu-
per iſrael. Non enim dicit tu es: vel tu ſis: ſed tu eris in
futuro. Deliberate enim vult procedere. Quod eſt cõ-
tra illos: qui non cras ſed hodie: id eſt nimis celeriter
ad electiones prorumpunt: quibus vt cõmuniter ma
le cedit: dicentes illud. j. Macha. x. Conſtituimus te
hodie ſummũ ſacerdotẽ gentis tue. Habeat ergo diſ-
cretam dilationẽ ad hoc vt debite ſit examinata. Cras
inquit. Item habeat a deo ſollicitationem ſeu inſpira
tionem ad hoc vt canonice ſit originata. Nulla enim
electio canonica dici debet: niſi illa quam deus inſpi-
rando facit ⁊ promouet. Teſte enim apoſtolo Roma.
xiij. Non eſt poteſtas niſi a deo. Et Hebreo. v. dicit q
nemo aſſumat ſibi honorem niſi qui vocatus eſt a deo
ſicut aaron: hoc eſt quod dicitur hic: quia ipſemet do
minus dicit. Adducam: ſcilicet ego deus: vt ſic de ta-
li deſuper facta a deo ordinatiõe dicat quilibet rite ele
ctus domino regratiando illud. ij. Regum. vj. Elegit
me ſupple dominus et precepit mihi vt eſſem dux ſu-
per populũ ſuum iſrael: quaſi diceret nullus ſe debet
ingerere ſed preceptum: inſpirationem et impulſum
domini expectare Juxta illud Eccleſiaſtici. vij. No-
li querere ab homine ducatũ. Expectet ergo q ipſum
adducat dominus ad ducatũ. Ut ⁊ dominus poſſit di
cere illud Eſa. lvj. Adducã eos in mõtem ſanctũ meũ:
⁊ letificabo eos i domo oratiõis mee. Habeat ergo ele
ctio ducis a deo ꝓgreſſionẽ: vt canonice ſit originata.
Adducam inquit. Item habeat debitam intentionem
ad hoc: vt vtiliter ſit determinata: ſcilicet ad vſum ad

Ayuntamiento de Madrid

vtilitatenm populi. Ad te inquit:ideſt ad vtilitatem tuam. Quod eſt conta multos qui non eliguntur ad te:ſed ad ſe:quia ſcʒ electio ⁊ promotio ſua tota vertitur ad vtilitatem ſui ⁊ ſuorũ:ac ſi deus ad ſe:non ad te ideſt:ad vtilitatẽ propriã non cõmunem creaſſet eos. Contra illud quod dictum fuit. Moyſi duci iſrael. Nume.xxvij. Ibis ⁊ tu ad populum tuum. Etiam cõtra illud quod dicit dominus filijs iſrael preliaturis contra Benyamin de iuda. Judicũ.xx. Judas ſit dux veſter:ideſt ad vtilitatem veſtram creatus. Igitur dico:ꝙ talis electio debet fieri cum populi vtilitate: ad te. A ſuperna diuinitate:adducam. Cum diſcreta maturitate:cras. Et ſic patet ipſius ducis electio ſerioſa

K quod eſt ſecundum principale autoritatis: quod oſtẽſum eſt cum dictum eſt. Cras adducam ad te. ¶ Tertio principaliter dico:ꝙ hic oſtenditur ipſius electi ꝓlatio glorioſa vel fructuoſa:que oſtenditur cum dicit Unges eum directe ſuper populum meuʒ iſrael. Ubi aduerte ꝙ talis ſic conditionatus:electus ⁊ promotꝰ vt dictum eſt debet.

Benigniter conuiuere.<br>
Utiliter dirigere.<br>
Seduliter intendere.

Probat benignitatem dulcedinis vnctura:vnges inquit eum. Probat vtilitatem regiminis ductura:ducem inquit. Probat ſedulitatem ligaminis iunctura:ſuper populum meum iſrael:quia ſcilicet ipſe ſemper debet eſſe ſuper populum per diligentiam circunſpectam. Dico ergo:ꝙ iſte debet cõuiuere valde benigniter. Unges inquit. Res enim vncta magis eſt ſuauis ⁊ dulcis ⁊ minꝰ dulcis:⁊ minus exaſperat contingenteʒ. Et ideo reges ⁊ prelati ⁊ ſacerdotes conſueuerunt inungi:ad denotandum:ꝙ ipſi debent mites:dulces: ſuaues ⁊ miſericordes pre alijs inueniri. ps. Unxit te deus. Et Exodi.xv. Dux fuiſti in miſericordia tua ⁊c. Dic de miſericordia prelati:ſicut infra de rege. Et vide infra:de vngere. Sed reuera hodie nõ ſic:quia nos non habemus duces vnctos: ſed duces vncoſos. Non duces clementes: ſed duces dementes Non duces miſericordes:ſed duces vecordes. Non duces fideles: ſed duces crudeles. De his videtur loqui dauid in. ps. dicens. Herodij domus dux eſt eorũ:mõtes excelſi ceruis:petra refugium erinacijs. Herodiꝰ enim auis rapax:ſignat duces crudeles cum mẽte rapaci. Ceruꝰ animal cornutuʒ ſignat duces ſuperbos cum pompa minaci. Erinacius autem ſpinis indutꝰ ⁊ animal nullius ſtatus:ſignat duces diuites ⁊ minaces cum manu tenaci: quia pcerto illi qui tenent modo celſos:ideſt eccleſie vel ſeculi dignitates:⁊ qui i petra: ideſt in petri nauicula dominantur:aut ſunt rapaces ⁊ furioſi:aut minaces:ſuperbi atqꝫ põpoſi:aut ſunt auari:tenaces atqꝫ ſpinoſi:⁊ more ericij in ſeipſis conſtricti:parci viles:⁊ inglorioſi. Itaqꝫ ſi diu es ſunt herodij ad rapiendum. Si eges: ſunt cerui i altis mõtibus:ideſt dignitatibus ad deſpiciendum. Si iure vrges:ſunt ericij ad ſe ſpinarum:ideſt violentiarum armis defendendum. Dilata ſi vis de conditionibus: herodij:cerui ⁊ ericij contra modernos duces contra quos dicitur. ij. Eſdre. j. Duces populi domini multa inique geſſerunt:⁊ impie geſſerunt ſuper immundicias gentium:⁊ polluerunt templum domini. Non ſic

L bonus dux ⁊ vnctus:debet ergo conueuire valde benigniter. Unges ei inquit. ¶ Adhuc dico:ꝙ iſte debet dirigere ſuos vtiliter. Et hoc importat etiam nomẽ ducis: qui dicitur a ducendo. Duceʒ inquit:quia reuera iſte tenetur ducere ⁊ dirigere ſuos ſubditos per ſemitas equitatis. Math. ij. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum iſrael. Et ſi vis notare:potes dicere ꝙ bonꝰ dux debet ſubditos ducere.

Ad
Montem contemplationis.<br>
Fontem conſolationis.<br>
Pontem eruditionis.<br>
Sortem tribulationis.<br>
Artem diuine famulationis.<br>
Partem eterne delectationis.

¶ Iſti ergo ſunt boni duces qui ſubditos ſuos ducũt ad contemplationis monteʒ. Judi. iiij. Duc exercitũ in montem thabor. Thabor enim interpretatur luminis aduentus:quia ſcilicet prelatus debet alios ducere ad montem eterni luminis contemplandum. Exẽplo chriſti: de quo dicitur. Math. xvij. Aſſumpſit ieſum Petrum Jacobum ⁊ Johannem:⁊ duxit eos in montem excelſum ſeorſum. Et bene dicit ſeorſum:q2 contemplatio melius ſit ſeorſum: et ſecrete:⁊ ad partem ꝙ in publico. Item eos deducunt ad conſolationis fontem. Jud. vij. Duc eos ad aquas et ibi probabo eos. Aque enim que refrigerant:conſolationem deſignant. Itẽ ducunt eos ad eruditionis pontem. Doctores enim et predicatores pontes ſunt:quibus mediantibus pertranſimus in celum. Actuum. ix. Barnabas autem apprehenſum. Paulum duxit ad apoſtolos. Item ducunt eos ad tribulationis ſortem:ſcʒ ad laborem penitentie. Oſee. ij. Ducam eum in ſolitudinem et loquar ad cor eius. ⁊ Math. iiij. Ductus eſt ieſus in deſertum vt tentaretur ⁊c. Et etiaʒ ad pugnã contra vitia. Unde. j. Regum. xvij. Duxerunt aciem ad pugnandum contra philiſtijm. Exemplo chriſti: de quo ſcribitur. Eſaie. liij. Sicut ouis ad occiſionem inquit:ideſt ad mortis ⁊ tribulations tolerationem ducetur. Item ipſos ducunt ad artem diuine famulationis:artem:ſcilicet ad ſeruitium dei. Exemplo Samuelis. De quo dicitur. j. Regum. j. ꝙ mater ſua duxit eum vt appareret coram domino. Iteʒ finaliter ducunt eos ad eterne delectationis:parteʒ ſcilicet ad gloriam paradiſi. Heſter. ij. dicitur. Quod Heſter ducta eſt ad cubiculuʒ regis:vbi etiam ipſi conſequũtur ſuperne promotionis ⁊ exaltationis partem ſeu ſortem Unñ in. ps. Duxit eum in montem ſanctificationis. Patet ergo quomodo bonus dux debet dirigere ſuos vtiliter. Ducem inquit. j. Machabeo. ix. Nunc itaqꝫ te hodie eligimus eſſe in principem ⁊ in ducem ad bellandum bellum noſtrum. ¶ Deniqꝫ dico ꝙ bonus M

dux debet aſſiſtere ſuis ſeduliter: quod oſtenditur cũ dicitur. Super populum meum. Sicut enim gallina ſuper pullos incubat vt eas cuſtodiat et foueat diligenter:ſic bonus ſuperior ſuper ſubditos ſuos incubare debet: ſcilicet ipſos viſitando: mouendo: fouendo:et curam paſtoralis regiminis diligentius exercẽdo. Super populum inquit meum. Unde. ij. Regum. vij. Ego te tuli de paſcuis ſequentem greges:vt eſſes dux ſuper populum meũ iſrael. Quod eſt cõtra multos:qui ſcilicet ſuper populum ſuum per diligentiam non incubãt:nec eum per perſonalem preſentiam viſitant aut frequentant:ſed ſumptis ſpolijs ⁊ emolumẽtis de ſubditis nihil curant. Iſti ergo non ſunt ſuper populum: ſed retro populum:de quibus loquitur dominus. Hiere. xxiij. Ecce ego ad paſtores qui paſcunt populum meum:vos diſperſiſtis gregem meum:eiciſtis eos ⁊ non viſitaſtis eos ⁊c. Iſta etiam ſunt contra aliquos alios malos duces:q̇ ſcilicet ſunt plusꝙ neceſſe eſt diligentes: quia ſcilicet bene volunt eſſe ſuper populum ipſum:ſcilicet viſitando:crimina inueſtigando:exactiones faciendo:machinamenta adinueniendo:⁊ populum multipliciter moleſtando:contra quos dicitur. Super populum tuum malignauerunt conſiliuʒ: cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos vt habetur in. ps. Uide eam ſupra: de aduocato. Nõ ſic ergo:ſed ſit dux ſuper populum:quia ipſe debet aſſiſtere ſuis ſeduliter. Super populum inquit. ij. Regum. xvj. Poſui te ducem ſuper populum meum iſrael. Igitur patet quomodo ſm autoritatem ille qui digne dux ⁊ ſuperior eſſe voluerit ſuis ſeduliter debet aſſiſtere. Suos vtiliter debet dirigere: cunctis benigniter debet conuiuere Et hoc quantum ad fructum ſue ꝓlationis. Item patet quõ iſte debuit eſſe mature

electus

Ayuntamiento de Madrid

electus a deo datos: ſubditis oblatꝰ: et hoc q̃tum ad
actuꝫ ſue electionis. Item patet quomodo iſte erat
etate ꝓuectus. In mente deiectus. Uirtute perfectus.
Et hoc quantum ad ſtatum ſue conditiõis. Et ſic pa
tent tria preſentia ⁊ nouem ſubprincipalia in autori-
tate predicta. Cras adducam ad te virũ de terra. Ben
niamin: ⁊ vnges eum ducem ſuper populum meum
Iſrael. Et ſic patet ſecundum principale. ſ. ꝙ eſt ductꝰ
M prelati quo ſubditi ducuntur. ¶ Tertio dico: ꝙ eſt du
ctus iniqui per quem mali aguntur. Sicut eniꝫ boni
duces ſolent ad bonum deducere bonos: ſic mali du-
ces ſolent ad malum ducere malos. Omnia eniꝫ que
violenter ducuntur: ſolent omnia que ſibi adherent
ſecum ducere: ⁊ ad eam partem ad quam tendũt om-
nia ſe ſequentia inclinare. Patet in rota que clauos ĩ
ſe infixos ſecum ducit ⁊ voluit. Sic reuera mali quos
dyabolus quadaꝫ male conſuetudinis neceſſitate du
cit ad impia: alios ſibi adherentes: ſcilicet ſuam ſocie
tatem ſectantes: ſuo dominio ſubiacentes: ⁊ doctrinã
malam ſuam audiẽtes: facile ducũt ad ſimilia. Mus
maris animal eſt: quod in terra facta foſſa oua ponit
⁊ terra operit. Poſt triginta vero dies aperta foſſa ca
tulos genitos reperit: quos tandem ad mare ducit et
ad natandum erudit: ſicut ponit liber de natura rerũ
Et Plini. libro. ix. capi. xviij. Sic vere mali pullos: id
eſt ſubditos ⁊ filios: auditores ⁊ diſcipulos: ſolent in
terra: ideſt in terrenorũ amore parturire: ⁊ eos ad ma
re: ideſt ad peccatorum fluctus ⁊ ad inferni amaritu
dinẽ verbis ⁊ exẽplis ducere: ⁊ eos in vitijs enutrire.
Patet de malis prelatis ⁊ hereticis doctoribus: de vſu
rarijs ⁊ mundanis peccatoribus: qui omnes nituntur
filios ſuos tam naturales q̃ ſpirituales, ſocios: ſcili-
cet ⁊ vicinos: ſubditos: diſcipulos ⁊ parentes in amo
re ⁊ induſtria terrenorum gignere: ⁊ ad peccata plus
q̃ ad virtutes pro preſenti tempore: ⁊ ad mortem eter-
nam plus q̃ ad gloriam ducere ⁊ docere. Ductio eniꝫ
talium nihil aliud eſt: q̃ quedam tractio ad mortem
eternam ⁊ ad mare. i. ad amaritudinem infernalem.
Oſee. ix. Effraym ducet ad interfectionem filios ſuos
Iſti enim ducunt eos in via mala ſcꝫ in via errorum
vitiorum ⁊ mũdi fluctuum negociorum. Et procerto
tales vie: licet prima facie videantur eis recte: ducunt
eos tamen ad terminum tormẽtoꝝ: quia ſicut. Prouer.
xiiij. Eſt via que videtur homini recta: nouiſſima au
tem eius ducunt ad mortem. Quia ſcꝫ ſicut iuſticia ẽ
via: que ducit ad paradiſum: ſic mundi proſperitas ⁊
nequicia vie ſunt que ducunt homines ad infernum.
Prouer. xij. In ſemita iuſticie vita: iter autem deuiũ
ducit ad mortem. Et ſi vis notabis: ꝙ mali per ſuos
malos ductores: ſcꝫ per dyabolum ⁊ peccatores: ꝑ pro-
ſperitatem ⁊ mulieres ducuntur atq̧ trahũtur ad vo
luptates: que mentes maculant luxurie fece. Ad di-
gnitates que mentes iugulãt ſuperbie nece. Ad facul
tates que mentes ſtimulant vulcanica face. Ad ſerui
tutes que malos vinculant baratrica cruce. Ducuntur
ergo mali.

Ad luxurie feces.
Ad ſuperbie neces.
Ad auaricie faces.
Ad eterne peſtilentie cruces.

Ducuntur dico ad
feces luxurie: que
carnem maculant
Unde de iuuene a
mala muliere allocuto: dicitur. Prouerb. vij. Quod
ſtatim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam
⁊ neſcit ꝙ ad vincula ſtultus trahatur. Unde etiam
de Salomone narratiue dicitur. Nee. xiij. ꝙ ĩ multis
gentibus non erat ſimilis illi: ⁊ tamen ad peccatum
ipſum duxerunt mulieres alienigene. Item ducunt
ad artes ſuperbie que malos iugulant. Unde. Lu. iiij.
dicitur: ꝙ illi mali iudei duxerunt ieſum ad precipitiũ
montis: ſuper quod ciuitas ſua ſita erat vt precipita-
rent eum quod feciſſent niſi diuertiſſet. Item ducun
tur ad faces auaricie que mentes ſtimulant: contra
illud. Deuterono. xviij. Non inueniatur in te qui lu-
ſtret filium ſuum aut filiam ducens per ignem. Item
finaliter ducuntur ad cruces infernalis continentie
ſeu peſtilentie que captos vinculant: ſcilicet ad penas
et ad ſeruitutem inferni. Ibi enim ducuntur vt capti-
ui nunq̃ euaſuri. Ut peregrini nunq̃ redituri. Ut dã-
nati penas ſubituri. Dico vt captiui quia carcere
nunq̃ exeant. Eſa. v. cap. Propterea captiuus ductꝰ
eſt populus meus: quia non habuit ſcientiaꝫ. Et Tre
no. j. Paruuli eius ducti in captiuitatem a facie tri-
bulantis. Item ducuntur illuc vt peregrini qui nun-
q̃ redeant. Eſaie. xxiij. Longe ducent eum pedes eius
ad peregrinandum. Item ducuntur vt damnati qui
penas ſubeant. Baruch. iiij. Ducti ſunt vt grex dire-
ptus ab inimicis. Illi ergo nõ ſunt boni duces qui ad
tales terminos ducunt ſuos. Unde nota quod multi
ſunt hodie duces in eccleſia et in mundo qui ſcꝫ ſunt:

Duces pauperes et indigentes.
Duces inſcij et imprudentes.
Duces crudeles et ſeuientes.
Duces infideles et mentientes.

¶ Dico ergo quod iſti ſunt duces miſeri quibus ni-
hil poteſt ſufficere. Unde Prouerbiorum. xxviij. Dux
indigens prudentia multos opprimet. Item iſti ſunt
duces inſcij qui neminem ſciunt inſtruere. Unde Mi
chee. iij. Duces domus iſrael: nunquid non veſtrum
eſt ſcire iudicium qui odio habetis bonum et diligi-
tis malum? Item iſti ſunt duces crudeles atq̧ impij
qui nemini volunt condeſcendere. Ideo cuilibet tali
dicitur Ezechi. xxj. Prophane. impie dux iſrael pone
cydarim: tolle coronam: quaſi diceret. Dux crudelis
non eſt dignus tenere regimen vel ducatum. Item iſti
ſunt duces infideles atq̧ noxij qui amicos ſolent de-
cipere. Ideo bene dicitur Michee. vij. Nolite credere
amico: et nolite confidere in duce. Igitur tales mali
duces digni ſunt ad inferos duci. et ibidem concuti et
confringi: quod vtiq̧ faciet dominus finaliter quan-
do ipſos iudicabit ſeueriter. Hieremie. lj. Collidam
in te duces et magiſtratus. Et Nume. xxiiij. Conſur-
get virga de iſrael et percutiet duces Moab. Sic ergo
patet ꝙ eſt ductus impij quo multi ſternuntur ſeu le-
duntur. ¶ De alijs autem generibus ductionũ nihil
amplius: quia bene poſſunt ſub precedentibus conti-
neri. Bene ergo dicitur ꝙ eſt.

Ductio mali rectoris.
Ductio boni pretoris.
Ductio ſummi creatoris.

¶ Quia ſcilicet omnia ſicut dictum eſt vel actiue vel
paſſiue diuerſimode poſſunt intelligere ⁊c. Uide ſupra
de adducere et deducere. Et infra de introducere et in
ducere.

## Dulcedo. Dulcis.

Nota quod dulcedo multipliciter ſumi- A
tur in ſcriptura. Eſt enim Dulcedo.

Deteſtabilis et vitioſa.
Commendabilis et virtuoſa.
Appetibilis et doloroſa

¶ Dulcedo vitioſa eſt triplex ſcilicet.

Dulcedo mundane proſperitatis.
Dulcedo carnalis impuritatis.
Dulcedo verbalis fallacitatis.

¶ De dulcedine proſperitatis et iocunditatis: poteſt
intelligi illud Eſaie. xxiiij. capitulo. Ceſſauit gaudiuꝫ
tympanorum: quieuit ſonitus letantium: conticuit
dulcedo cythare cum cantico non biberunt vinum.
amara erit potio bibentibus illam: Proſperitas ſimi
lis eſt quibuſdam fructibꝰ qui dicuntur mirabolani.
qui in principio dum ſunt virides ſunt dulces in fine
vero quando maturi ſunt: ſunt amari. Sic vere chariſ
ſimi mundi proſperitas modo eſt dulcis finaliter ta-
men accidit ꝙ in inferno inuenitur amara. quãdo ſcꝫ
omnis mundana dulcedo in amaritudineꝫ conuertet.
Job. vj. Anima eſuriens ideſt anima damnata. etiam
amarũ pro dulci ſumet. ideſt penam eternam loco mũ
dane proſperitatis. contra quam dicitur de diuitibus

Ayuntamiento de Madrid

Eſai.xxiiij. Ceſſauit gaudium tympanorum: quieuit
ſonitus letantium: conticuit dulcedo cythare: cũ cã
tico non biberunt vinum: amara erit potio bibentibꝰ
illam. Item de dulcedine carnalitatis poteſt dici illõ
Prouerbio.v. Fauus diſtillans labia meretricis ⁊ ni
tidius oleo guttur eius: nouiſſima vero illius ama
ra velut abſinthium: ⁊ lingua eius acuta velut gladi
us biceps. Mala enim mulier ſimilis eſt cuidam pi
ſci qui dicitur falten. In cuius ore: vt Ioratb autor eſt
aqua maris dulceſcit: cuiꝰ aque dulcedine allecti alte
ri piſces intrant in os eius ⁊ abſco deuorantur. Sic ve
re cariſſimi mulieres per dulcedinẽ oris ſui attrahũt
homines ad peccatum: quos finaliter temporaliter
deuorant ⁊ conſumunt: ⁊ infernus ipſos poſt mortẽ
cruciat atqꝫ damnat. Ideo dicitur Prouer.vij. Dic ſa
pientie vt cuſtodiat te a muliere extranea: que verba
ſua facit dulcia: Contra carnales etiam ⁊ guloſos: fi
naliter poteſt dici illud Ioe.j. Ululate qui bibitis vi
num in dulcedine: quoniam periijt ab ore veſtro. De
dulcedine vero fallacitas: ſcꝫ adulationis ⁊ deceptio
nis dicitur. Prouer.xx. Suauis eſt homini panis mẽ
dacij. ⁊ Iob.xx. Cum dulce fuerit in ore eius malum:
abſcondit illõ ſub lingua ſua. Et illõ. Rom.xvj. Per
dulces ſermones ⁊ benedictiones decipiunt mẽtes in
nocentium. Iſta eſt igitur triplex dulcedo vitioſa.

B ¶ Itẽ dico ꝙ eſt dulcedo virtuoſa: ⁊ illa ſimiliter tri
plex eſt ſcilicet.

| | |
|---|---|
| Dulcedo ĩ ore. | Dulcedo oris eſt locutio ṽbalis. |
| Dulcedo ĩ corde | Dulcedo cordis ẽ deuotio mẽtalꝭ. |
| Dulcedo ĩ ope. | Dulcedo opis eſt opatio realis. |

Sit igitur in nobis.
Dulcis locutio.
Dulcis deuotio.
Dulcis compaſſio.

Ut ſic dictum ad
iſta quilibet poſ
ſit dicere illud.
Eccleſia.xxiiij.

Spiritus meus ſuper mel dulcis. Ubi oſtenditur ꝙ
in nobis debet eſſe.
Dulcedo locutionis
Dulcedo deuotionis.
Dulcedo compaſſionis.

Primum oſten
ditur cum dicitꝭ
ſpũs: qꝛ per ſpi
ritum intelligitur locutionis flatus. Secundũ oſtẽ
ditur: cum dicitur: mel: quia per mel intelligitur deuo
tionis virtus. Tertium vero oſtenditur cum dicitur:
dulcis: per quod intelligitur compaſſionis actus: qꝛ
ſcꝫ res dulces melius nutriunt. Habeamus igitꝭ dul
cedinem locutionis. Dulciter enim ⁊ benigniter debe
mus loqui inferioribus: ⁊ reſpondere ſuperioribꝰ: qõ
potiſſime pertinet ad predicatores: qui dulcedine ver
borum debent alios attrahere ad virtutem: vt ſic eis
poſſit dici illud: Canti.ij. Oſtende mihi faciem tuam
ſonet vox tua in auribus meis. Uox enim tua dulcis:
⁊ facies tua decora. Nihil eñ nobis debet eſſe ita dul
ce: ſicut ſcientia nobis per ſtudium vel per predicato
ris eloquium ꝓpinata. Ezech.iij. ⁊ Apoc.x. vbi dicitꝭ:
ꝙ liber comeſtus fuit in ore ſicut mel dulce. Nos enĩ
debemus habere pulcritudinem in pelle conuerſatio
nis: ⁊ dulcedinem in voce locutionis: ſimiles panthe
re: quod eſt animal quod habet pellem pulcerrimam
et ex ore emittit vaporem ſuauiſſimum. Et ideo vt di
cit Plini. Omnia animalia ipſum ſequũtur diligunt
⁊ admirantur: ⁊ in odore oris ſui ⁊ pellis pulcritudi
ne delectantur. Sic vere cariſſimi nos debemus habe
re in pelle: ideſt in conuerſatione: pulcritudinem ho
neſtatis. Et in ore: ideſt in locutione dulcedinem be
nignitatis: ⁊ ſic fiet ꝙ a cunctis hominibꝰ diligemur
Sicut enim dicitꝭ. Eccli.vj. Uerbũ dulce multiplicat
amicos: ⁊ mitigat inimicos. Habeamꝰ ergo dulcedi
nem locutionis. Spiritus inquit. Per ſpiritum enĩ
quandoqꝫ intelligitur flatus ⁊ locutio que procedit
ab ore. Unde Ioe.iij. Stillabunt montes dulcedinem
⁊ colles fluent lac. Montes enĩ ⁊ colles dici poſſunt
Unde predicatori poteſt dici illud. pſal. Emitte ſpiri
tum tuum: ideſt verbum tuum: et creabuntur et re
nouabis faciem terre. Spiritus oris noſtri chriſtus
dominus. Et alibi. Uerbo domini celi firmati ſunt: ⁊
ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Quamuis pro
certo de multis poſſit dici illud. pſ. Neqꝫ enim eſt ſpi
ritus in ore ipſorum. Item debemus habere dulcedi
nem deuotionis. Mel inquit. Per mel intelligitur
dulcedo deuotionis ⁊ contemplationis: quia procul
dubio debent viri ſpirituales nutriri: ⁊ maxime litte
rati. Apes enim que paſcuntur in floribus temperatꝭ
ſicut amigdalorum: faciunt mel valde dulce. Sumen
tes vero flores herbarum amararum: ſicut eſt abſin
thium faciunt mel minus dulce. Sic vere cariſſimi il
li qui verſantur circa flores dulces: ideſt circa ſcienti
as ⁊ ſcripturas diuinas: mel deuotionis ⁊ cõtempla
tionis faciunt dulcius. Illi vero qui herbas amaras
ſcientiarum mundialium ⁊ negociorum terrenorum
frequentant: mel deuotionis non conficiunt ita dul
ce. Bene ergo dicitur. Prouerbio.xxiiij. Comede fili
mi mel quod bonum eſt: ⁊ fauum dulciſſimum gut
turi tuo. Habeamus ergo dulcedinẽ deuotionis. Si
mus ſimiles ſalmoni: qui poſtꝙ inuenerit aquã dul
cem: nunꝙ redit amplius ad amaram. Sic vere nec
nos poſtꝙ deuotionem dulcedinis inuenerimus: ad
amaritudinem peccatorum vel bonorum terrenorũ:
nunꝙ redire debemus. Cuius tamen contrarium fa
ciebant filij iſrael: qui manna dulciſſimum abhorren
tes Pepones egyptiacos affectabant: ſicut dicitur.
Nume.xj. Habere ergo debemus dulcedinem deuo
tionis: dicentes domino illud. Quã dulcia faucibꝰ
meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. Demum dico: ꝙ
habere debemus dulcedinem compaſſionis: que oſtẽ
ditur cum dicitur. Dulcis. Res enim dulces ſunt ma
gis nutritiue: ad denotandum: ꝙ illi qui per compaſ
ſionem ⁊ pietatem ſunt dulces: egenorum ⁊ pauperũ
ſunt nutrices. pſ. Paraſti in dulcedine tua pauperi.
Iſta eſt igitꝭ dulcedo virtuoſa. ¶ Tertio dico: ꝙ eſt dul C
cedo glorioſa: ſcilicet dulcedo glorie paradiſi. Et iſta
ſimiliter eſt triplex ſcꝫ.
Dulcedo viſionis.
Dulcedo fruitionis.
Dulcedo dilectionis.

Ibi enim dulciter de
us videtur. Eccl'i.xj.
Dulce lumen ⁊ dele
ctabile eſt oculis videre ſolem. Ibi etiam deus dulci
ter guſtatur. vnde. pſ. Guſtate ⁊ videte quoniam ſua
uis eſt dominus. Ibi inſuper deus dulciter amatꝭ. pſ.
Dulcis ⁊ rectus dominus ⁊c. Patet quod eſt triplex
dulcedo ſcilicet glorioſa: que conſiſtit in viſione: fru
itione: dilectione. De qua ſcilicet in. pſ. Quã magna
multitudo dulcedinis tue domine: quam abſcondiſti
timentibus. Uirtuoſa que conſiſtit in locutione ver
bali: in deuotione mentali: in compaſſiõe reali. Canti.
ij. Fructus eius dulcis gutturi meo. Uitioſa: que con
ſiſtit in proſperitate carnalitate ⁊ ṽboſitate. De qua
Iaco.iij. de eodem fonte ſtillat dulcis ⁊ amara aqua
quia ſcꝫ talis mala dulcedo plus habet de amaro ꝙ
de dulci.

## Duo.

Nota ꝙ numerus binarius multipliciter A
in ſcriptura reperitur. Signat enim in bo
no ſcilicet ⁊ in malo. Ille enim numerus ſignat diſtin
ctionem ab vnitate: ⁊ ſic ſcḋm ariſmeticam: iſte vocatꝭ
numerus infamis: quia primus ab vnitate recedit: et
ſic ſignat diſcordes contrarios ⁊ diuerſos: quia vere
iſti ab vnitate amoris ⁊ concordie recedũt. Tales eñ
non ſunt vnum per caritatem: immo ſunt duo per di
uerſitatem ⁊ contrarietatem. In celo eñ ſunt due ſtel
le ſeu due circulorum ſtellarum ſectiones: quarũ vna
dicitur caput draconis: alia cauda draconis: ⁊ iſta ita
diuerſe ⁊ contrarie ſunt: ꝙ quando vna eſt in oriente
alia ſemꝑ eſt in occidente: quia ſi vna eſt in vno ſigno
alia ſemper eſt in oppoſito. In ſigno enim geminorũ
due ſunt ſtelle: quarum vna dicitur caſtor alia pollux
qui tantam intra ſe habent contrarietatem: ꝙ ut eſta
te dum vna nobis oritur: alia occidit. Et ideo a poetꝭ
ficte ſunt fuiſſe duo fratres: quorum vnus celos aliꝰ
inferos dicitur poſſediſſe. Polus etiam articus et
polus

Ayuntamiento de Madrid

polus antarticus due ſunt ſtelle immobiles: que tamē
in duobus celi angulis oppoſitis dyametraliter ſunt
locate. Ecce igitur quomodo dualitas diuerſitatem ſi
gnat ⁊ quomodo illa que conſtituta ſunt in dualitate
ſunt conſtituta in contrarietate et diuerſitate. Bene
igitur dico. ꝙ ꝑ numerū binarium intelliguntur illi
qui ab vnitate charitatis recedunt et diuiduntur: et
qui in diuiſione diſcordie conſtituuntur. Eccli. xxxiij.
Intuere in omnia opera altiſſimi: vnum contra vnū.
duo contra duo. Sic igitur numerus iſte ſignat in ma
lo. Et ideo de diſcordibus qui ſemper ſunt duo ⁊ nūq̄
ſunt vnum poteſt dici illud Lu. xij. Quod duo in tres
et tres in duo diuidentur Et illud Math. xxvij. Velū
templi ſciſſum eſt in duo. Unde etiā de concordia viri
et vxoris dicitur. Math. xix. Itaq; iam non ſunt duo
ſed vna caro. ¶ Sed adhuc dico ꝙ iſte numerꝰ ſignat
in bono et ſic ſignat aggregationē: caritatē ⁊ coniun
ctionem concordiā et vnitatem. Iſte enim numerꝰ eſt
primus in quo vnitates plures inuicem aggregantur
et ideo ille videtur concordiā et amorem deſignare per
quem plures perſone inuicem vniuntur et ſociantur.
Math. xviij. Ubi duo vel tres congregati ſunt in no-
mine meo: ibi ſum in medio eorum Gregorius etiā di
cit ꝙ minus q̄ inter duos charitas haberi non poteſt
In ſignum cuius prout dicitur Luc. x. xp̄s diſcipulos
ſuos binos ante faciem ſuam miſit. Et aduerte ꝙ iſte
numerus. ſcilicet dualitas charitatis eſt numerus ma
gne ꝓrogatiue. Iſte enī inuenit̄ i multis naturis. Iſte
B deſignatur in multis figuris. Iſte ꝯmendat in multis
ſcripturis. ¶ Dico igit̄ ꝙ iſte numerꝰ in multis natu
ris inuenit̄. Et vide primo in animalibꝰ quomodo mē
bra omnia ſunt binata. Homo enī habet duos pedes
duas manus: duas aures: duos oculos: duas nares.
Uide etiam in ſexibus quomodo deus poſuit ibi dua-
litatem. Non enim voluit ꝙ in generatione conueni-
rent tres vel quatuor: ſed duo ſolum: ſcʒ maſculus ⁊ fe
mella. In quibus procerto innuitur ꝙ ſi perfecti eſſe
volumus ſemper duo et bini ideſt per charitatē ligati
eſſe debemus. Natura enim ſolitudinem abhorret: et
ideo ſub dualitate videtur omnia generaſſe. Iſte igit̄
numerus inuenitur in naturis. ¶ Itē dico ꝙ iſte nu
merus deſignatur in figuris quas de dualitate reperi
mus. Uide pro deo quot in ſacra ſcriptura figuras de
dualitate reperimus. Due enim fuerunt fidei tabule la
pidee. Exo. xxxiiij. Due fuerunt tube argentee Nume.
x. Due etiam fuerunt colūne erecte ſcʒ in templo Salo-
monis. iij. Reg. vij. Duo fuerunt cherubin in propicia
torio. Exo. xxvij. Duo fuerunt altaria in tabernaculo.
ſcilicet altare holocauſti et thimiamatis. Exodi. xxvij.
Duo inſuper fuerunt oſtia in templo. Ezech. xlj. Apo
ſtolorum etiam fuerunt duo gladij. Luce. xxij. Circa ſe
pulcrum inuenti ſunt duo angeli. Luce. xxiiij. Aſcen-
dente inſuper domino: allocuti ſunt apoſtolos duo vi
ri. Actuū. j. Ecce igitur quomodo dualitas charitatis
⁊ amoris in figuris deſignatur. ¶ Sed adhuc illa dua
litas in ſcripturis commendatur. Et hoc procerto in
veteri et in nouo teſtamento Dicitur enim Eccl'ſ. iiij.
Melius eſt eſſe duo ſimul q̄ vnum. In nouo vero teſta
mēto dicitur ꝙ in his duobꝰ lex pendet tota ⁊ prophe
te. Math. xxij. Ecce igitur patet quomodo per iſtū nu
merum intelligitur liga et copula caritatis: ita ꝙ de
talibus poteſt dici illud Apoc. xj. Hi ſunt due oliue. ⁊
duo candelabra lucentia in cōſpectu domini terre ſtā-
tes In quibus verbis aduerte ꝙ ſicut illi qui ſunt duo
ſunt clementiores. ſunt ſcientiores: ſunt conſtantiores
Clemētiores dico. quia vnus poteſt alij miſereri. Sciē
tiores etiam: quia vnus poteſt ab alio doceri. Conſtan
tiores inſuper: quia vnus poteſt ab alio adiuuari ⁊ tue
ri. Sic vere dico ſpiritualiter ꝙ illi qui ſunt duo ideſt
charitatiue combinati.

Habent clementiam ampliorem: quia ſunt due oliue
Habent ſcientiā clariorē: q2 ſunt duo candelabra.
Hñt cōſtantiā fortiorē. q2 ſunt ſtātes in cōſpectu dei.

¶ Dico ergo primo chariſſimi quod ſi fuerimus duo
per charitatem: nos erimus clementie largioris. Due
inquit oliue. Palme enim quando hinc et hinc ſunt plā C
tate: melius ſolent fructificare. et ideo agricole quādo
ſeminant illa. ſemper ſolent ſimul duo germina pone
re: vt ſic due plante naſcantur. ſcilicet vna maſcula:
alia femella. Ut etiam ſic per vnius influentiam alia
fructuoſior habeatur. Sic vere chariſſimi illi qui ſunt
coniuncti per charitatem: ſunt vt communiter fecun
di et fructiferi per pietatem. Illi qui ſunt charitatiui
ſunt elemoſynarum emiſſiui Et ideo bini et bini ſunt
plantādi. vt in pietatis opibꝰ ſint fecundi. Quod quidē
oſtenditur cum dicitur ꝙ iſti debent eſſe due oliue.
Oliua enim a qua oleum eliquatur. ſignat viros pios
a quibus pietatis et elemoſynarum oleum diſtillatur
quando per charitatis ſcilicet copulam combinantur
Iſtud figuratur in iſtis duobus cherubin qui verſis
inuicem vultibus ſuper propiciatorium ponebantur:
qui quidem de lignis oliuarum facta fuiſſe perhiben-
tur ſicut dicitur. iij. Regum. vj. Iſta enim cherubin q̄
erant figure et ymagines aquilarū ſignificant viros
pios. Aquila enim eſt auis valde liberalis. alijs diſtri
buens predam ſuam: Et ideo iſti dicuntur duo per ca
ritatem. De oliuis per pietatem: dicuntur ſe mutuo re
ſpicere per bonorum ſuorum communicationem. Di-
cuntur etiā propiciatorio incumbere: per facilem iniu
riarum indulgentiam et remiſſionē. Et ſic breuiter di
cetur illud zacha. iiij. vbi queritur quid ſunt due oliue
iſte. Et reſpondetur poſt pauca. Iſti ſunt duo filij oli-
uarum. Et nota ꝙ per oliuam pax et concordia deſi-
gnatur: In cuius ſignum legati romanorū cum oliua
rum ramis ſolebant mitti. In ſignum etiam cuius co
lumba deū mundo placatum denūcians: cū ramo oli
ue ad Noe dicitur rediſſe: ſicut habetur. Gen. viij. In
quo procerto docemur: ꝙ ſi duo per charitatem et ami
ciciam: pietatemq; ſeruauerimus. tunc pacem et con-
cordiam habebimus. Amor enim ⁊ pietas ſunt due ſo
rores que ſe ſemper inuicem comitantur. Unde zach.
vj. Conſilium pacis erit inter duo. Simus ergo duo vt
ſic ſimus clementie amplioris. ¶ Secundo debemus D
duo eſſe vt ſimus ſcientie clarioris. Duo inquit cande
labra lucentia. Melius enim illuminant luminaria
quando ſunt duo q̄ quando non eſt niſi vnum. Sic ve
re viri ſancti: quando ſunt duo ideſt per charitatem iū
cti et combinati: melius lucent per ſcientiam et meliꝰ
illuminant per doctrinam. Scientia enim vnius ad-
dit ad ſcientiam alterius. Et ideo quantumcunq; ſit
modicus ſocius: nunq̄ eſt vilipendendus. quia ſepiſſi
me fit ꝙ ab vno egeno et ſimplici ſcitur: quod a docto
ribus ignoratur: Ideo bonum eſt charitatiue cum om
nibus ſe habere. vt ab omnibus poſſimus addiſcere:
et ſic per ſcientiam lucere et per doctrinam docere. Cā
delabra inquit lucentia. Iſtud habemus in ſcriptura
et in natura. Deus enim a principio fecit duo lumina
ria principalia ſcilicet luminare maius ⁊ luminare mi
nus: et hoc vt lucerent ſuper terram ⁊c. quod vtiq; dr
in ſcriptura. Gene. j. In quibus innuitur ꝙ illi qui vo
lunt eſſe luminaria lucentia per doctrinam ⁊ predica
tionem: debent eſſe duo per charitatem ⁊ dilectionem
et per bonorum aſſociationem. Unde hugo in dida ſco
lon dicens quomodo illi qui volunt eſſe ſapientes de-
bent omnes diligere: et ab omnibꝰ qđ eis deficit inqui
rere: nullius ſocietatem vilipendere: dixit ſic: Sicut in
quit qui ab omnibus accipiuntur ſunt omnibꝰ ditio
res. ſic qui ab omnibus volunt diſcere fiunt ſapientio
res Audi inquit. Criſiphum in prouer. Que tu non no
ſti fortaſſis nouit ophillus. Simus ergo duo vt ſimus
ſcientie clarioris. Candelabra inquit. vt de quolibet di
catur illud zach. iiij. Uide candelabrum aureum totū
¶ Tertio ſimus duo: vt ſimus cōſtantie fortioris: qđ E
oſtenditur cum dicitur. Stantes: Duo enim meliꝰ por
tant onus q̄ vnus. Duo etiam melius reſiſtūt vni ad
uerſario q̄ vnus ſolus. Sic vere chariſſimi illi qui ſunt



Ayuntamiento de Madrid

duo per charitatem: ſunt fortiores per conſtantie pro-
bitatem. Melius enim ſuſtinent tribulationum ⁊ ten
tationū aduerſitatem: quia vnus ab alio adiuuatur:
et tam precibus ꝙ conſolationibus roboratur. Unde
etiam dicitur. Prouerb. xviij. Frater qui adiuuat a fra
tre: quaſi ciuitas firma. Ideo dicit Eccl'ſ. iiij. Si quiſ-
piam preualuerit contra vnum duo reſiſtent ei. Iſti er
go ſunt ſtantes in conſpectu domini dei terre. Sap. v.
Stabunt iuſti in magna conſtātia aduerſus eos qui
ſe anguſtiauerunt. Et ſic igitur patet ꝙ nos debemus
eſſe duo per charitatē. Ut poſſimus ſuſtinere potēter.
Ut poſſimus lucere patenter. Ut poſſimus indulgere
clementer. Uel vt habeamus clementiā ad miſerandū
Scientiam ad informandū. Conſtantiā ad ſuſtinen-
dum. Sed heu proh dolor multi ſunt hodie qui iſta ca
rent dualitate idest amore et charitate. Hodie enim
quaſi omnes volunt eſſe ſoli per ſingularitatem ⁊ par
tialitatem: et ideo non habent conſtantiā. ſcientiā vel
pietatē Eccl'ſ. iiij. Ue homini ſoli: quia ſi ceciderit nō
eſt qui ſubleuet eum: Duo igitur ſimus: et dualitatē
ſcilicet amorem et charitatem habeamus. Aquila enī
ſemper in nido ſuo duos lapides echites dicitur habe
re: vt facilius poſſit parere: et vt pullos poſſit a reptili
bus defendere. Sic vere chariſſimi ſi nidum cordis no
ſtri a venenoſis reptilibus idest a malis cogitationib⁹
volumus defendere et a tentationibus volumus cuſto
dire et ſi partum bonorū operū volum⁹ celeriter emit
tere nos procerto duos lapides. i. duplicē charitatem
et amorē ſcʒ dei et proximi ibi debemus ponere ⁊ tene
re. Et ſic nidus iſte a predictis reptilibus tutus erit: et
partus bonorū operum faciliter parietur. Uiri enim
pleni caritate: ſolent emittere bona opera ſine difficul
tate. In eſtate enim calor ſolis mirrham arborē precio
ſum liquorem: qui ſtacten dicitur facit voluntarie et
ſine difficultate aliqua diſtillare. vt dicit Iſido. Quia
vere quando ſol ⁊ calor perfecte caritatis corda noſtra
inflāmat. tunc ſine coactione liquorē pietatis ⁊ bono-
rum operū a nobis diſtillare procurat. Ut enim dicit
Greg. Nunꝙ eſt amor dei ocioſus. operatur enī ma-
gna ſi eſt. ſi autem renuit operari: amor non eſt. Sic
igitur patet chariſſimi ꝙ eſt quedam dualitas virtuo
ſa. Quedam dualitas vitioſa. Si vis notare de iſtis ꝗ
f ſunt duo: et qui ſunt in bono combinati aſſociati et
coniuncti. dic ꝙ

Fulgent clariſſime.
Sciunt doctiſſime
Gemunt triſtiſſime.
Uolant citiſſime.
Pugnant fortiſſime
Fantur veriſſime.
Meditantur profundiſſime.
Federātur coniunctiſſime
Famulantur attentiſſime.
Contemplant limpidiſſime.

Dico igit ꝙ duo. i. viri charitatiui cō uerſando ſunt cla-riſſimi. Fecit deus duo magna lumi-naria. Itē cogno-ſcendo ſunt doctiſ ſimi vnde iſti ſunt cherubī qui inter pretantur plenitu
do ſcientie. Exodi. xxxvij. Fecit duos cherubin ex auro
puriſſimo. Item penitendo ſunt triſtiſſimi. Unde iſti
figurantur in turturibus ⁊ columbis deo oblatis: que
ſunt volucres gemebunde Leui. xiiij. Offeret duos tur
tures aut duos pullos columbarū. Item iſti diſcurrē-
do ſunt citiſſimi quia valde cito debent diſcurrere ope
ra virtuoſa. Iohan. xx. Currebant duo ſimul. Item iſti
propugnando ſunt fortiſſimi. Deut. xxxij. Duo fuga-
bant decem milia. Item iſti ad proloquendū ſunt veriſ
ſimi. Deute. xvij. Et. ij. Corin. xiij. In ore duorum teſtiū
ſtat omne verbum. Item iſti meditando ſunt profun-
diſſimi. ſcilicet meditando de morte. j. Regū. x. Inue-
nies duos viros iuxta ſepulcrum rachelis. Item iſti fe
derando ſunt coniunctiſſimi. Iſti ſunt enim duo. de
quibus dicitur. Mathei. iiij. Uidit ieſus duos fratres
Symonem et Andream. Boni enim ita ſunt inuicē
confederati et charitatiue ligati: ꝙ magis videnť vnū
ꝙ duo. ij. Regum. vj. Opus vnum erat in duobus Itē
iſti famulando ſunt attentiſſimi. Unde iſti ſunt diſci
puli qui bini et bini fuerunt miſſi: ſicut dicitur Luce.
x. Unde. Marci. xj. dicitur. ꝙ ieſus miſit duos diſcipu
los ⁊ ait illis: Ite. Item iſti contemplando ſunt certiſſi
mi vel limpidiſſimi Unde Marci. xvj. dicitur. de duo
bus diſcipulis euntibus in emaus: oſtenſus eſt ieſus
in alia effigie. Item iſti laborando ſunt occupatiſſimi
Mathei: xxiiij. Erunt duo in agro. Item quieſcendo
ſunt deuotiſſimi. Ibidem erunt duo in lecto. Et breui
ter dico ꝙ de illis qui dualitatem charitatis et bone
ſocietatis ſectantur dici poteſt ꝙ ſint.

Duo arietes.
Duo leones.
Duo boues.
Duo paſſeres.
Duo agni.
Duo viri.
Duo filij.
Duo deuoti.

Duo dico arietes: quia alios prudenter ſolent de ducere. Exodi. xxix. Tolle arietes duos immacula tos ⁊c. Item ſunt duo leo nes: quia impios per iu-ſticiam ſolent corrigere ſeu corrodere. Unde in ſe-
dili throno ſalomonis erant duo leones ſculpti altri-
ſecus: ſicut dicitur. ij. Paralip. ix. Item ſunt duo bo-
ues quia omnibus per patientiam ſolent ſuccumbere
iij. Regum. xviij. Dentur nobis duo boues. Item ſunt
duo paſſeres: quia per dei prouidentiam ſolent ſe rege
re. Math. x. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt: ⁊ vnus
non cadit in terram ſine patre veſtro idest ſine proui-
dentia patris. Item ſunt duo agni: quia mentalem in
nocentiam ſolent eligere. Numeri. xxviij. Offeres ag-
nos anniculos immaculatos duos. Item ſunt duo vi
ri qui per fortem patientiam ſolent ſubſiſtere. Nume-
ri. xj. Remanſerunt in caſtris duo viri Et Luce. xxiiij.
Ecce duo viri aſtiterunt. Item duo filij: quia per veraʒ
amiciciam ſolent diligere. Mathei. xxj. Homo qui-
dam habebat duos filios. Item ſunt duo deuoti. quia
humiliter ſolent petere et appetere. Luc. xviij. Duo ho
mines aſcenderunt in templum. Ecce ergo quomodo
dualitatem caritatis concomitantur alia bona. Ideo
de talibus duobus idest de quibuſlibet charitatiuis et
iuſtis poteſt dici illud predictum Gal. iiij. Abraham
duos filios habuit. Quia reuera omnes tales ſic dua-
litati et combinati poſſunt dici abraam. idest dei fi-
lij et cognati. Et ſi vis adhuc commendare duos ſan-
ctos vel duas ſanctas vel duo charitatis precepta: ſeu G
etiam duo ſcripture ſacre teſtamenta. dic ꝙ iſti ſunt.

Duo brachia.
Duo oſtia.
Duo vbera.
Duo ligna.
Duo talenta.
Duo calami.
Duo anuli.
Duo gladij.
Due tabule.
Due columne.
Due tube.
Due cathene.
Due virge.
Due penne.
Due menſe.

Dico ergo ꝙ hec ſunt duo brachia ad nos amplexā dum. Uñ de thro no. Salomonis. dicit. ij. Para. ix. Mō habebat bra chiola duo altri ſecus. Item duo oſtia nos ad fidē introducendum Ezechi. xlj. Duo oſtia erant in tē-plo. Iteʒ duo vbe-ra ad nos lactan
dum et conſolanduʒ. Unde ſponſe dicitur Canti. iiij.
Duo vbera tua ſunt duo hynnuli. Item duo ligna ad
nos ſuſtentandū et inuitandum. iij. Regum. xvij. En
colligo duo ligna ⁊c. Item duo talenta ad nos ditan-
dum et redimendum Mathe. xxv. Domine duo talen
ta tradidiſti mihi: ecce alia duo ſuperlucratus ſum.
Item duo calami ad veritatem ſcribendum atꝗ do-
cendū. Exodi. xxv. Sint ſpherule ſub duobus calamis
Item duo anuli ad nos eterna gloria ſubarrandum et
honorandum. Unde de corona que dicebatur aureola
dicitur moyſi Exodi. xxx. Facies duos anulos aureos
ſub corona. Et Exodi. xxviij. dicitur. Facies duos anu-
los aureos et pones in ſummitate rationalis iudicij.
Item ſunt duo gladij ad verum a falſo truncandum et
diuidendum. Luce. xxij. Ecce duo gladij hic. Iteʒ ſunt
due tabule

Ayuntamiento de Madrid

due tabule ad legem dei continendum et oſtendendū. Exo.xxxij. Reuerſus eſt moyſes de mōte portās duas tabulas ſcriptas ex vtraq; parte: factas opere dn̄i. Itē ſunt due colūne ad nos per ſpem ⁊ fiduciā ſuſtinendū iij. Reg. vij. Finxit duas colūnas ereas quas ſtatuit in porticū templi. Item ſunt due tube ad nos ad fidem ⁊ penitentiam vocandū et excitandū. Nume. x. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles quibus cōuocare poſſis multitudinem. Itē ſunt due cathene ad nos infra dei mandata tenendum et alligandū. Exo. xxxix. Anulos poſuerunt in vtroq; latere rationalis. ex quib⁹ pēderent due cathene aurec. Item ſunt due virge ad nos dirigendum ⁊ corrigendum. zacha. xj. Aſſumpſi mihi duas virgas: vnam vocaui decorē: alteram vocaui funiculum. Item ſunt due penne ad ſurſum volandū et celeſtia contemplandum. Apoc. xij. Date ſunt mulieri ale due et volauit. et Eſaie. vj. Duabus alis velabant faciē eius: et duabus velabant pedes eius. ⁊ duabus volabant. Item ſunt due menſe ad nos nutriendū et ſpiritualiter refocillandū. Ezech. xl. In veſtibulo porte due menſe hinc. et due mēſe inde. et breuiter omnes iſte dualitates poſſunt applicari.

H Ad duo teſtamenta deitatis. Ubi ſunt oſtia.
Eſt ſponſa charitatis que habet vbera.
Eſt ſilua venuſtatis que habet ligna.
Eſt burſa largitatis que habet talenta.
Eſt candelabrum honeſtatis quod habet calamos.
Eſt rationale veritatis quod habet anulos.
Eſt manus ſeueritatis que hab; gladios: ⁊ ſic de alijs

Si etiā de ſanctis hominibus id diceris dic ꝙ iſti habent duo brachia. ideſt duos amplexus charitatiuos ſcilicet amorē dei et proximi. Duo oſtia ideſt duos affectus hoſpitatiuos: quia ſcilicet notos et ignotos debent recipere. Job. xxx. ca. Oſtium meū viatori patuit Duo vbera ideſt duos effectus conſolatiuos ſeu pietatiuos. ſcilicet opera pietatis corporalia et ſpiritualia. Duo ligna ideſt duo brachia crucis et paſſionis deuotionem. Duo talenta ideſt rectam intentionem et bonam operationem. Duos calamos ideſt veri. et falſi deſcriptionem. Duos anulos ideſt fidei et charitatis ſubarrationem Duos gladios ideſt ſui et aliorū correctionem et punitionem. Duas tabulas ideſt noui et veteris teſtamenti cognitionem. Duas columnas ideſt in proſperis et in aduerſis ſtabilem perfectionem. Duas tubas ideſt de virtutibus et vitijs eloquentem predicationem. Duas cathenas. ideſt appetitus carnis ⁊ mētis coertionem et vinculationem. Duas virgas. ideſt ſui et aliorum directionem. Duas pennas. ideſt ad cōſiderationem inferni et paradiſi volatū et meditationem. Duas menſas ideſt ſpiritualem et temporalem: ſcilicet ignorantiam et pauperum refectionem ⁊c. Allega ſicut ſupra. Dicat igitur quilibet illud deo Prouerbio. xxx. Duo rogaui te ne denegas mihi. Duo inq̄t ideſt quamlibet dualitatem predictā: Patet ergo quomodo dualitas ſignat bonam concordiam et virtuo

I ſam. ¶ Sed adhuc notabis ꝙ non ſolum dualitatem virtuoſam ſed etiā vitioſam eſt inuenire. ergo dico ꝙ in malo ſignificato inuenitur.
Dualitas diſtractiua.
Dualitas deceptiua.
Dualitas coniunctiua.
Dualitas diſiunctiua.

Eſt igitur quedā dualitas diuidens ſubiectum: et iſta eſt quando quis per variam mentis varietatem et inconſtantiam: ab vnitate et integritate conſtantie: et ſoliditate mentis diuiditur in ſeipſo. De quo poteſt dici. Marci. xv. Uelum templi ſciſſum eſt in duo. Et talis ſic diuiſus non poteſt habere quietem: ſed potius ſollicitudinem et dolorem: ſicut bene dicitur Eccli. iij. Cor ingrediens duas vias: non inueniet requiem. Itē eſt quedam dualitas illudens obiectū. Et iſta eſt dualitas duplicitatis: quando ſcilicet homo habet duas intentiones: vnam apparentem: et aliam occultam: et quando creditur eſſe fidelis et ſimplex. et ipſe varius atq; duplex. Quādoq; enim mōſtruoſe contigit ꝙ in vno corpore ſunt duo capita. ſic in vno opere duo intētionū genera. Et tales figurantur in veſte lana linoq; contexta: de qua precipitur. Leui. xix. Ueſte que ex duobus texta eſt non induceris. Et ideo talis maledicitur. Eccli. ij. vbi dicitur ſic. Ue duplici corde: labijs ſceleſtis: manibus malefacientibus: et peccatori ingredienti terram duabus vijs. Itē eſt alia dualitas coniungēs affectum et iſta ſignat malam concordiam: combinationem vel ſocietatem malorum. De qua ſocietate poteſt dici illud quod ſcribitur Luce. xxiij. Ducebantur alij duo nequam vt interficerentur. Teſte enim plinio Inter ſerpentes ſunt coniugia: duoq; ſimul cohabitare ſolent ſcilicet maſculus ⁊ femella. Sic vere inter malos ſunt ſocietates: federa et conſortia: quia ſcilicet iſti adinuicem combinantur ad faciendum opera ſua mala. Hiere. xxiiij. Ecce duo calati pleni ficis. et ſequitur. Ficus malas: malas valde. Item eſt alia dualitas diſiungens effectū ſeu continens deſpectum. ſcilic; dualitas parcitatis diuiſionis: inuidie et diſcordie ſeparate. De quo. iij. Regū. xvj. Tunc diuiſus eſt populus iſrael in duas partes vna pars ſequebatur amri. et alia ſequebatur zambri. et illud Geneſis. xxv. Duo populi ex ventre tuo diuidentur. Hoc autem de duobus pueris in ventre rebecce collucantibus. ſcilicet. eſau ⁊ Jacob fuit dictum. Quocunq; predictorum modorum mali poſſunt dici duo. et ſic dices quod mali: duo merito dici poſſunt quia.

Duobus funibus ligantur.
Duobus oculis priuantur.
Duobus aſinis comitātur.
Duobus filijs orbātur.
Duob⁹ cornib⁹ ornātur.
Duobus vitijs grauantur.
Duobus vitulis famulant.
Duabus vijs peregrinantur.
Et ſic ꝓcerto iſti qui tales dualitates habent poſſunt dici.
Duo falſi.
Duo ceci.
Duo vrſi.
Duo eunuchi.
Duo domini.
Duo dracones
Duo latrones.
Duo debitores.
Duo ſenes.
Due meretrices
Due deglutrices.

Dico ergo ꝙ tales dicunt duo: q: duobus funib⁹ ligātur quod facit obſtinatio ⁊ iſti duo funes ſunt complacentia faciēdi malū. ⁊ difficultas faciēdi bonum et de hoc iudicum. xv. dicit. ꝙ philiſtei ligauerūt Sāſonē duobus funibus. Itē iſti duob⁹ oculis priuātur: qđ facit indiſcretio: q: ſcilicet iſti perdunt diſcretionem declinandi a malo et faciendi bonū Unde de Samſone legitur Nā philiſtijm abſtulerunt ſibi duos oculos ſicut ipſemet ſupponit Judicum. xvj. vbi dicit Redde mihi ocus priſtinam fortitudinem. vt pro amiſſione duorum luminū vnā recipiam vltionem. Item iſti duobus aſinis aſſociantur quod facit rationis hebetatio. quia ſcil; hebetes ſunt ad preſentia gubernandum et ad futura preuidendū Unde de leuita dicitur. Judi. xix. ꝙ ipſe habebat ſecum vnum puerum et duos aſinos. Puer enim ſignat carnalem immundiciam. Aſini vero duo ſignificant preſentium et futurorum ignorantiam et inaduertentiā et talibus procerto accidit ſicut leuite predicto cuius vxor a viris gabaa fuit oppreſſa et abutendo necata: quia ſcilicet vxor ideſt caro ſeu voluntas talium ab immundis actibus vel cogitationibus opprimitur: ⁊ per diuerſa vitia ſuffocatur. j. Regnm. xxx. Due vxores dauid captiue ducte fuerant. Item iſti duobus filijs orbātur: quod facit eneruatio. Anima enim hab; duos filios ideſt duas fortiſſimas virtutes. ſcilicet fortitudinem ad acquirendum paradiſum: et ad euitandū infernū: qui tamen filij dum peccat anima moriuntur. j. Regum. iiij. Duo filij tui mortui ſunt. Uel dic ꝙ duo filij anime ſunt intellectus et affectus quia ſcilicet qñ peccat homo: intellectus moritur male opinando affe



Ayuntamiento de Madrid

ctus male concupiſcendo. Item iſti duobus cornib⁹ ornantur: quod facit ſuperbia et elatio. Iſti enim duplici cornu ſuperbie ſunt elati. ſcilicet de ſe preſumendo et alios contemnendo Danie. viij. Efferatus hircus in arietem comminuit duo cornua eius. Hircus eſt mors. Aries eſt ſuperbus. Item duobus vitijs grauantur; quod facit mali executio et boni obmiſſio et declinatio. Mali enim habent duo generalia vitia: que ſunt declinare a bono et facere malum Hiere. ij. Duo mala fecit populus meus. Dereliquerunt fontē aque viue: et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas. Item iſti duobus vitulis famulantur: quod facit verbalis adulatio: quia ſcilicet adulatores vitulos aureos id eſt diuites auro locupletes et aureis refulgentes adorant et honorant. Unde. iij. Reguꝫ. xij. dicitur ꝙ hieroboaꝫ fecit duos vitulos aureos et dixit: Iſti ſunt dij tui iſrael. Et ſic procerto qui tales dualitates malas habent poſſunt dici duo teſtes falſi quia carent vera locutione. Potiſſime autem adulatores dicūtur duo falſi teſtes: quia ſcilicet iſti falſo vituperant commēdanda: ſimiles lamie monſtro quod faciem habet humanam: pedes equinos: quod duabus mammis catulos lactat poſt eos laniat: ſm̄ Iſid. Sic iſti predictis duabus mammis lactant ⁊c. Math. xxvj. Nouiſſime autem venerunt alij duo falſi teſtes. Item ſunt duo ceci quia carent vera diſcretione. Math. xx. Ecce duo ceci ſedentes ſecus viam. Sunt duo vrſi: quia deuorant cum guloſa comeſtione. Urſus enim animal eſt guloſum. iiij. Regum. ij. Egreſſi ſunt duo vrſi de ſaltu et lacerauerunt eos. Sunt duo eunuchi: quia carent bonorum operum generatione. Unde iſti ſunt illi duo mali eunuchi qui machinauerant occidere aſſueruꝫ. Heſter. ij. Sunt duo mali domini: quia alios premūt tyrannica iuriſditione. Mathei. vj. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Sunt duo dracones quia inflāmati ſunt auara et ambitioſa affectione. Heſter. x. Duo autem dracones ego et aman. Sunt duo latrones: quia ſuſpenduntur in eterna damnatione. Mat. xxvj. et Luce xxiij. Crucifixi ſunt cum eo duo latrones Sunt duo debitores: quia preſſi ſunt vitiorum obligatione. Luce. vij. Duo debitores erant cuidam feneratori. Sunt duo ſenes: quia indurati ſunt peruerſa obſtinatione. Unde iſti ſunt duo mali ſenes qui accuſauerunt Suſannam. Danielis. xiij. Sunt due meretrices: quia fetent carnali inquinatione. iij. Regum. iij. Due mulieres meretrices venerunt ad regem Salomonem Sunt due deglutrices: quia feruent alienorū bonorum cupiditate et ambitione. Prouerbiorū. xxx. Sanguiſuge due filie ſunt dicentes: affer: affer: Sic ergo patꝫ quomodo dualitas poteſt ſignificare in malo diuerſimode ⁊c. Uide. ſ. vbi binus.

A **Duodecim.** Duodenarius numerus poteſt ſignificare in bono et in malo. Numerus enim iſte conſtat ex denario et ex binario. Et ideo per iſtum numerum ſignificatur perfectio legis veteris et legis noue. Lex enim vetus conſiſtit in denario decalogi. lex vero noua conſiſtit in binario charitatis. Et ideo per numerum duodenarium bene poteſt omnis virtus atq; perfectio denotari. Unde videtur quod iſte numerus in exemplis commēdatur igitur ⁊ in rerum naturis. Pauo enim duodecim oua ponit. Camela duodecim menſibus partum ſuum portat. Lepus duodecim vicibus et diebus in anno generat. Celuꝫ duodecim ſigna continet. Dies artificialis duodecim horas habet. Iſte ergo numerus exemplis commendatur. Item iſte figuris deſignatur. Duodecim enim fuerunt fontes in helym. ſicut dicitur Exodi xv. Duodecim fuerunt filij Jacob Geneſis. xxxv. Erant autem filij Jacob duodecim. Duodecim enim fuerunt apoſtoli chriſti. ſicut dicitur. Luce. ix. et Mathei. x. Item iſte numerus in ſcripturis predicatur. Unde Johannis. vj. Nonne duodecim vos elegi? et Johā. xj. Duodecim ſunt hore diei. Aduerte ergo generaliter quod per iſtum numerum poteſt intelligi. Utriuſq; legis perfectio: Operum pietatis impletio Diſcipulorum chriſti collectio. Articulorum fidei deductio. Duodecim enim ſunt legis mandata. ſcilicꝫ decem legis antique: et duo legis noue. Duodecim ſunt pietatis opera. ſcilicet ſex corporalia et ſex ſpiritualia. Duodecim ſunt articuli fidei Duodecim apoſtoli chriſti. Eſt igitur.

Quedam duodena tenenda.
Quedam habenda.
Quedam credenda.
Quedam imitanda.
Quedam affectanda.
Quedam deteſtanda.

Duodena eſt tenenda. ſcilicet duodena mandatorum legis antique et legis noue. Iſta enim ſunt duodecim
B ſigna celi ſacre ſcripture: in quibus et infra quorū ambitum planete. ideſt viri perfecti dum ſunt in vita preſenti ſolent cōtinue peragrare. Figurata in duodecim panibus propoſitionis: qui in menſa coram domino ſemper eſſe debebant quos ſacerdotes in fine ſeptimane: et illi qui de tribu ſacerdotali ⁊ mundi erant comēdebant quia mēſa ſcripture iſtos duodecim panes cōtinet: quos nullus niſi ſacerdos. ideſt vir bonus ⁊ ſanctus comedit aut adimplet. Leui. xxiiij. Accipies ſimilam et coques ex ea duodecim panes. Iſta eſt ergo duodena tenenda. ¶ Secunda duodena eſt habenda. ſcilicet duodena operum pietatis. ſcilicet ſex corporaliuꝫ que in iſto verſu ponuntur. Ueſtio. Poto. Ciboq;. Recolligo. Uiſito. Cōdo. Et ſex ſpiritualia que in iſto verſu notantur. Inſtrue caſtigaq; remitte ſolare fer ora. Iſta ſunt duodecim oua. que pauo ideſt quilibet vir ꝑfect⁹ debet ponere emittere et producere. Iſti ſunt duodecim fontes in helym quod interpretatur deficiēs: qꝛ ſcilicet deficientes et pauperes debemus cum duodecim fontibus. ideſt cum duodecim pietatis operibus refrigerare: et ipſos ſpiritualiter et corporaliter recreare. Et ſic erimus ſicut illa arbor Apocal. xxij. que ſingulis menſibus fructus duodecim afferebat. et erant fructus eius in cibum: folia in medicinaꝫ. Duodecim enī fructus. ſunt duodecim opera pietatis quibus eſuriētes tam ſpiritualiter ꝙ̃ corporaliter recreantur. Et iſta poſſunt figurari etiam in duodecim cophinis fragmētorum que ſuperauerunt de panibus et piſcibus multiplicatis: ſicut dicitur Mathei. xiiij. Marci. vj. Luc. ix. et Johannis. vj. In iſta enim menſa chriſti plus ſuperfuit ꝙ̃ appoſitum fuerat ad ſignificandum ꝙ qui per pietatem alios paſcit: bona ſua deus taliter multiplicat. ꝙ magis recipit ꝙ̃ expendit. Folia vero: bona ſunt verba et documenta quibus ſpiritualiter peccatorum vulnera medicantur. ¶ Tertia duodena eſt cre-
C denda. ſcilicet duodena articuloruꝫ fidei. Iſte ſunt enī duodecim hore diei: et duodecim diſtinctiones et particule veritatis et chriſtiane fidei. Iſti ſunt duodecim anni quos chriſtus habebat quando in templo cuꝫ doctoribus diſputabat: ſicut dicitur Luc. ij. Ad denotanduꝫ quod illi qui duodecim fidei articulos perfecte credunt: de fide in veritate coram ſapientibus loqui poſſunt. Iſti etiam ſunt duodecim porte et duodecim fundamenta pietatis ciuitatis hieruſalē. ideſt eccleſie ſancte dei. De quibus fit mentio. Apocalip. xxj. ſcilicꝫ articuli fidei ſunt porte quibus ad dei cognitionem intramus: ⁊ fundamenta quibus ſuſtentamur ne per errores deficiamus. Iſta eſt etiaꝫ illa linea duodecim cubitorum que mare templi ambiebat. iij. Regum. vij. quia ſcilicet fides. ideſt mare que nunc fluctuat: militantem eccleſiam ambit que. xij. cubitos ideſt duodecim articulos habet ⁊c. Iſta igitur duodena eſt credēda. ¶ Quarta duodena eſt imitanda. Iſta eſt duodena apoſtolorum per quam etiam denotatur cetus omnium ſanctorum et virorum quorumlibet perfectoruꝫ qui pro tanto duodecim dicuntur: quia duodecim apoſtolos imitantur. Duodecim articulis imbuuntur.

Duodecim

Ayuntamiento de Madrid

Duodecim mandata predicta ſequuntur et exequuntur. Duodecim gaudia ſpiritus preſtolantur. Iſta eſt ergo duodena imitanda. ¶ Quinto dico quod inuenitur duodena affectanda. Et iſta eſt gloria paradiſi. que ſecundum Bernardum. in quodam numero duodenario continetur. Unde ipſe dicit in quodam ſermone quod ibi erit memoria ſine obliuione. Ratio ſine deuiatione. Uoluntas ſine perturbatione. Impaſſibilitas ſine corruptione. Corporis claritas ſine obſcuritate. Agilitas ſine recordatione. Subtilitas ſine obuiatione. Diligere proximum ſicut te. Uidere proximum diligentẽ te ſicut ſe. Diligere plus ꝙ ſe. Diligere ſeipſum tantummodo propter deum. Uidere deum diligentem te plus ꝙ diligas teipſum. Iſta ſunt duodecim gaudia anime beate de qua poteſt dici illud. Apocalipſis. xij. Ubi dicitur. quod ipſe vidit mulierem amictam ſole et luna ſub pedibus eius. Et in capite eius corona ſtellarum duodecim. Mulier eſt anima beata. que ſole veſtitur. ideſt immortali claritate: ⁊ calcat lunam ideſt mutabilem mortalitatem: et que coronam habet duodecim ſtellarũ; Mulier eſt anima beata que ſole veſtitur. ideſt immortali claritate ideſt predictorum gaudiorum duodecim multiplicitate.

D Iſta eſt ergo duodena affectãda. ¶ Sexto dico quod inuenitur duodena deteſtanda. Et iſta eſt congregatio omnium iniquorum: qui ſcilicet duodena dicuntur. quia ſcilicet duodecim articulis et duodecim miſericordie operibus contrariantur. Et iſti ſunt proditores pleni fallacia. Mathei. xxvj. et Luce. xxij. Iudas autem ſcarioth vnus de duodecim iuit ad principes ſacerdotum ⁊c. Sunt carnales et luxurioſi: figurati in muliere. que duodecim annis patiebatur fluxum.

Sunt diſcordes et litigioſi figurati in pallio aye quod diuiſit in duodecim partes. iij. Regũ. xj. Iſti ſunt duodecim leunculi quos leo de iuda chriſtus noſcitur genuiſſe: quibus rugientibus per predicationem terra tremuit Et ideo iſti figurantur in duodecim lenuculis aureis qui erant ſub ſex gradibus throni eburnei ſalomonis. iij. Regum. x. Figurantur etiam in duodecim bobus ereis qui portabant mare eneum in ingreſſu templi ſicut habetur. iij. Regum. vij. Iſtud mare eneũ quod erat quoddam lauacrum in ingreſſu templi vbi ſacerdotes lauabantur poteſt figurari eccleſia militans et fides chriſtiana: per quam et in qua peccatores purificantur. Per thronum vero eburneum deſignatur eccleſia triumphans. vbi beati ſedent et quieſcantur. Per ſex gradus iſtius throni poſſunt ſignificari ſex pietatis opera: per que ad iſtum thronum aſcẽditur et intratur. Iſti ergo duodecim leones et duodecim boues ſignãt duodecim apoſtolos qui reuera fuerunt.

Boues per patientiam.
Leones per audaciam.
Aurei per ſapientiam.
Erei per eloquentiam.

¶ Iſti igitur ſuſtentauerunt mare eccleſie militantis: ⁊ predicãdo et docendo per mũdum portauerunt. Iſta eſt ergo duodena imitanda: et etiam honoranda: quia ſcilicꝫ ibi ſunt qui a deo per predeſtinationis gratiam ſunt ſignati. Apocalip. vij. De tribu ruben duodecim milia ſignati: qui etiam ſub duodecimo numero continentur: et iſti etiam ſunt qui in ciuitate hieruſalem finaliter collocantur: et hoc eſt quod ſupponitur Apocalipſis. xxj. Ubi illius ciuitatis porte anguli: lapides: fundamenta et tituli ſub titulo duodenario continentur. ⁊c.

## A Duplex. Duplicitas.

Illud dicitur duplum quod bis eſt multiplicatum et additum. Et poſſumus notare quod multiplex duplicatio ſeu duplicitas reperitur in ſcriptura. Eſt enim

Duplicitas gratie: quam debes querere.
Duplicitas culpe quam debes fugere.
Duplicitas pene: quam debes tremere.
Duplicitas glorie quam debes petere.

¶ Eſt ergo quedam duplatio virtuoſa et iſta eſt duplatio meritorum: et operum virtuoſorum et bonorũ quam ſcilicet ſancti appetunt et requirunt. dicentes illud. iiij. Regum. ij. Fiat ſpiritus tuus duplex in me. Diuites enim non vno veſtimento contenti ſunt: immo vt communiter habent plura et dupla veſtimenta. Etiam corpora animalium membra habent raro ſingularia: immo ſemper multiplicata et duplicia: ſicut patet quod oculi: aures nares. manus. pedes. alc. cornua. et alia ſimilia omnia ſunt dupla. Uoluit enim ſagax omnia duplicare natura. vt ſi vnum membrum caſu aliquo deperiret: ſaltem aliud regnaret. Sic vere dico quod omnes virtutes in anima debent eſſe duplate et multiplicate. et continue in melius augmentate. Si enim vnam virtutem acquirimus ſtatim melius proficiendo ipſam duplicare debemus. Exemplo illius negociatoris qui a domino duo talenta recepit: qui propter hoc commendatur: quia ipſa duplicata domino reportauit. Mathei. xxv. Et Eſaie. lxj. In terra ſua duplicia poſſidebunt. Et bene duplicia ſcilicꝫ oculos diſcretionis in ſpiritualibus et terrenis. Aures auditionis tam correctionum ꝙ conſolationum. Nares odorabilis meditationis tam ſuauitatis ſupernorũ ꝙ fetoris infernorum. Et ſic de alijs: quia vero omnes virtutes debent in nobis eſſe duplices ſcilicet in ꝙtum poſſunt cernere deum et proximum vel in ꝙtum reſpiciunt ſpiritualia et terrena figurate in illo indumento Aaron quod dicebat rationale: quod quatuor precioſis coloribus erat contextum: et quadrangulum et duplex erat ſicut dicitur. Exod. xxviij. Sic veſtis virtuoſe conuerſationis iuſtorum debꝫ vt dictum eſt duplex eſſe. ⁊c. Expone. Unde de domeſticis eccleſie. id eſt de ſanctis hominibus dicitur quod omnes domeſtici eiꝰ veſtiti ſunt duplicibus. Et Eccleſiaſtici. xlij. Omnia duplicia. Iſta eſt ergo duplatio virtuoſa ¶ Secundo I dico quod inuenitur duplatio vitioſa: et iſta eſt duplatio vitiorum: ſicut quando peccator habet duplex odium ſeu contemptum: ſcilicet dei et proximi duplicem luxuriam ſcilicet mentis et carnis: duplicem auariciam ſcilicet acquirendi et retinendi duplicem ſuperbiam. ſcilicet de ſe preſumendo et alios contemnendo et ſic de alijs modis eſt pare. Eccleſiaſtici. xij. Duplicia mala inuenies. Et aduerte quod duplicitas inconſtãtie eſt potiſſime vitioſa quando ſcilicet homo non eſt fidelis aut certus: nec integer: nec ſolidus: ſed duplex varius et incertus ſimilis lepori qui duplicem habet ſexum. Similis taxo qui in cauerna ſua ſemper duplicem habet introitum. Similes quibuſdam hominibus ſchytie qui ſicut patet compatriotis vicinis: duplicem habent vultum: humanum ſcilicet et taurinũ quia reuera tales in omnibus inueniuntur duplices: et variꝫ et infideliter ſe habentes vnum realiter exiſtentes et aliud viſibiliter apparentes. Semper enim volunt habere duos exitus: vel etiam duos vultus: ita vt vbicunqꝫ ſe verterint nunꝙ appareant eſſe idem. iij. Regum. vj. Utrunqꝫ oſtium duplex erat. Quibus loquitur ſcriptura. Iac. iiij. dicens. Emẽdate manus peccatores: purificate corda duplices animo. Et aduerte quod iſti ſunt duplices. corde. ore. opere Habent enim duplicitatem in cordiali intentione. In verbali locutione. In manuali operatione ſeu in viſuali conuerſatione Dico ergo quod quidam habent duplicitatem intentionis et iſtud procerto fit quando. ſcilicet homo non põt in vna cogitatiõe ſeu ꝓpoſito ꝑmanere: ſꝫ de vno ad aliud ſolet faciliter ſe trãſferre. Alia eſt duplicitas oris: ⁊ iſta ẽ duplicitas adulatorũ et detractorũ qui mõ dicũt vnũ: mõ aliud. In preſentia adulantur: in abſentia obloquuntur. Item eſt duplicitas operis. Et iſta eſt duplicitas hypocritarum. qui vnum habent in cõſcientia: aliud in apparentia. Unum faciunt in publico. et aliud in occulto. Unum apparent et aliud ſunt.



Ayuntamiento de Madrid

Notemus igitur ꝙ eſt duplicitas.
Cogitationis.
Adulationis.
Simulationis.
C ¶ Et ideo de iſtis tribus poteſt exponi illud Eccleſia-
ſtici.ij. Ue duplici corde labijs ſceleſtis manibus ma-
lefacientibus: et peccatori terram ingredienti duabꝰ
vijs. Ue inquit duplici corde: ecce duplicitas in inten-
tione. Et labijs ſceleſtis. ecce duplicitas in locutione.
Et malefacientibus manibus ⁊c. Ecce duplicitas in
operatione. ¶ Quidam igitur habent duplicitatem
intentionis: que proculdubio eſt contra naturaz. Na
tura enim non dedit niſi vnum cor homini. ad denotā
dum ꝙ ipſe debet habere vnitatem et ſtabilitatem in
tentionis. Jaco.j. Uir duplex animo inconſtans eſt in
omnibus vijs. Plinius. tamen libro.xj. capitu.xxxviij.
dicit: Quod ſemel prodigioſe accidit quod cum mar-
cellus ſacrificaret cor duplex in hoſtia fuit inuentum.
Sic tales duplicem habent mentem. contra illud. Ec
cleſia.j. Et ne acceſſeris ad deum duplici corde: nec fue
ris hypocrita in conſpectu hominum Et.j. Paralip.
xij. Non in corde duplici: quia ſicut dicitur Jacobi.j.
Uir duplex animo incōſtans in omnibus vijs. ¶ Alij
habent duplicitatez locutionis: quia tales cito mutāt
et duplicant linguam ſuam loquendo. et pro et con-
tra. Similes catto qui linguam habet valde flexibilē
et vertibilem: valde etiam leuem et ſuauem. Similes
etiam quibuſdam ſcorpionibus qui duplices habent
aculeos. ſicut dicit. Plinius. Similes etiam illis ſer-
pentibus quos Alexander vidit in India ſicut ipſe di
cit in epiſtola: qui duo habebant capita: et in quoli-
bet capite linguas duas. Quia vere multi ſunt qui lin
guam habent variam et duplam: ita quod ad omnem
partem flectunt et duplicant verba ſua. Nunc ſcili-
cet ad adulandum: nunc ad detrahendum. Unde Ec
cleſiaſtici.v. Peccator probatur in duplici ligua. Iſta
eſt ergo duplicitas locutionis. ¶ Alij habent dupli-
citatem operationis. Et iſta eſt duplicitas hypocrita-
rum: qui ſimiles ſunt hermafroditis qui ſunt homi-
nes habentes vtrunqꝫ ſexum. ſcilicet ſexum maſculi-
nū et femininū: qꝛ iſti in pñtia ſunt maſculini ideſt bo
ni. In abſentia vero feminei ſunt ideſt mali. Similes
enim ſunt ſambuco que eſt arbor habens duplicez cor
ticem. et cuius flores redolent et fructus fetent. Cor-
tex enim ſue exterioris conditionis duplex eſt: quia ſci
licet flos ſue conuerſationis eſt redolens: fructus vero
ſue operationis eſt fetens et olens. ⁊c. concorda. Uide
in titulo de conſtantia. Eccleſiaſtici.xlij. Omnia du-
plicia vnum contra vnum. Iſta eſt ergo duplatio vir-
D tuoſa. ¶ Tertio vero dico. quod inuenit duplatio do-
loroſa. Et iſta eſt duplatio tormentorum. quia ſcilicet
tormenta malorum duplicia dicuntur: pro eo quod in
corpore et anima patiuntur. Pro eo quod bonis per-
petuis priuabuntur. et malis perpetuis affligentur.
Hoc eſt dictu quod pena damni et pena ſenſus mu-
tabuntur. de quo Hieremi.xvij. Duplici contritione
contere eos domine deus noſter Et illud Eſaie.xl. Su
ſcepit de manu domini duplicia pro omnibus pecca-
tis ſuis. Unde dominus de mundo et damnato pecca
tore loquitur ſic Apocalip.xviij. ad malos dirigens ver
ba ſua: et dixit ſic in figura babylonis deſtructi.
Reddite ei ſicut et ipſa reddidit vobis: duplicate
duplicia ſecundum opera eius. in poculo quo mi-
ſcuit vobis miſcete ei duplum. Iſta eſt ergo dupla-
E tio doloroſa. ¶ Quarto vero dico quod eſt duplatio
gaudioſa: videlicet glorie paradiſi que pro tanto du-
plex dicitur. quia de diuinitate et humanitate chriſti
perficietur. Uel quia in anima et corpore recipietur:
quando ſcilicet homo ſtola duplici: hoc eſt dictu: glo
ria anime et corporis veſtietur. Cuncti enim domeſti
ci dei veſtiti ſunt duplicibus: quando corpus reſurget
et glorificabitur. Tunc enim gloria quam nunc habꝫ
anima beata ſeparatim: duplicata dicetur. in ꝙtum.
ſcilicet in corpus chriſti diffundetur. Talis enim du-
plex gloria dabitur: patientibus: preſidentibus: largiē
tibus: Patientibus dico: mundanas tribulationes.
Unde de Job patiente: qui interpretatur dolens. dici-
tur. Job.xlij. quod poſt eius percuſſionem addidit do
minus omnia que fuerant Job duplicia. Preſidenti-
bus per multas dominationes: quia ſicut dicitur.j.
Thimo.v. Qui bene preſunt preſbyteri duplici honore
digni ſunt. Largientibus etiam. ſcilicet elemoſynas ⁊
ſubuentiones. Eccleſia.xx. Eſt datum cuiꝰ retributio
duplex. Sancti enim et iuſti ſunt primogeniti de qui-
bus ſcribitur Deute.xxj. quod ipſi dabuntur de bonis
patris ſui cuncta duplicia. De manna etiam cibo dul
ciſſimo legitur. quod duplum die veneris recolligeba-
tur: vt inde in die ſabbati (in quo non erat laborare li
citum) viueretur ſicut dicitur Exodi.xvj. Ad denotan
dum quod dulcedo duplicande glorie paradiſi in ſex-
ta die ideſt nunc in iſta ſexta etate preſentis vite debet
promerendo recolligi: et per merita apud iuſticiam di
uine retributionis a nobis per bona opera pro noſtris
futuris vſibus aggregari vt inde in ſabbato eterne et
future requiei. quando laborare vel amplius mereri
non poterimus poſſimus viuere et ſurſum cum deo
gloriari. Exodi.xvj. Die ſexta collegerunt cibos dupli
ces. Patet ergo quomodo inuenitur quadruplex du-
platio. videlicet Glorioſa. Doloroſa. Uitioſa ⁊ Uirtuo A
ſa. Uide ſupra de duo.

## Duricia. Durus.

Nota quod duricia
in ſcriptura ſumitur
multis modis. Sumitur enim in bono et in malo.
In bono enim deſignat: Aſperam correctionem. Sta
bilem durationem Conſtantem perfectionem. Boni
enim duri ſunt contra impios corrigendos diu perſe-
uerando. Res enim dure diutius ſolent durare. Item
conſtanter ſuſtinendo. Sicut enim res que eſt dura
melius ſuſtinet res duras. Sic homo fortis: conſtans
et perſeuerans melius ſuſtinet res aſperas et duratas
ſcilicet correctiones: tribulationes: penitentias et af
flictiones. Pſalmiſta. Uerba labiorum tuorum ego cu
ſtodiui vias duras. ¶ Item duricia in malo deſignat
Mentis obſtinationem. Morum indurationem.
Mundi tribulationem. Inferni afflictionem. Dica-
mus igitur generaliter quod tam in bono ꝙ in ma-
lo accipiendo. Eſt.
Quedam durities virtuoſa.
Quedam vitioſa.
Quedam doloroſa.
¶ Prima eſt habenda.
Secunda cauenda.
Tertia timenda.
¶ Eſt igitur duricia virtuoſa que debet haberi et iſta
eſt duricia conſtantie. penitentie ⁊ iuſticie. Duri et cō
ſtantes debemus eſſe more adamantis: qui ita durus
eſt quod nec igne poteſt ſecari. quia vere ita debemus
eſſe conſtantes et patientes: quod nullus ictus tribu-
lationis: nullus ignis tentationis: debet nos per pec-
catum deſtruere. nec per impatientiam diſſipare. Un
de Ezechielis.iij. Dedi frontem tuam duriorem fron
tibus eorum quaſi ſilicem et adamantem faciem tu-
am. Item duri iuſti et rigoroſi nobis et alijs debemus
eſſe ſicut malogranatum. quod eſt pomum interius
valde humidum exterius valde durum: corticem enī
habet duram exterius. medullam vero valde habet hu
midam interius. Sic vere chariſſimi in cortice exte-
rioris conuerſationis debemus habere magnam du-
riciam. ſcilicet duriciam penitentie et conſtantie ꝙ-
tum ad nos. Duriciam vero correctionis et iuſticie ꝙ
tum ad alios. Sed reuera interius in corde debemus
eſſe molles et teneri per pietatem et compaſſionem
humidi

Ayuntamiento de Madrid

humidi, et fluidi per pietatem et deuotionem. Iſtud potiſſime pertinet ad prelatos quia vere ſemper debẽt eſſe duri quia iuſti exterius in apparentia: molles vero: pij et benigni interius in conſcientia. Duros enim iuſtos et rigoroſos ſe debent exterius oſtendere: ne forte familiaritas pariat contemptum: et ne forte facilitas venie ſit alijs occaſio delinquendi. Quicquid tamen agant exterius: ſemper interius in corde humorem pietatis et compaſſionis: gratie et deuotionis debent habere. ita quod poſſint exteriorem iuſticiam tẽperare: Similes enim debent eſſe oſſibus que q̃uis exterius valde ſint dura: intus tamen medulla ſunt plena. Sic proculdubio iudices et prelati quamuis ſint exterius duri iuſticiam exequendo tamen intus debent eſſe medulloſi clementiam conſeruando: vt de quolibet tali poſſit dici: illud Mathe. xxv. Scio quia homo durus es. Iſti enim debent eſſe homines quod eſt animal manſuetum per pietatem et compaſſionẽ Et debent eſſe duri per iuſticiam et correctionem.

Quod eſt contra multos qui ſolam habent iuſticiam et non clementiam rigorem et non dulcorem ſeueritatem et non pietatem vt ſic ſubditi iuxta dictum domini ſcilicet Deutero. xxxij. Sugere valeant mel de petra: oleumque de ſaxo duriſſimo. Iſti ſunt ſimiles oſſibus leonis: que ita ſunt dura et ſolida quod nihil habent interius de medulla. Ita etiam ſunt ſicca quod ex colliſione eorum exit ignis. Sic vere multi ſunt iudices et prelati qui intus per crudelitatem: et exterius per auſteritatem ſunt duriſſimi: quia nihil habent de medulla pietatis interius. et ideo ignem crudelitatis emittunt exterius. Treno. j. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis. Iſti debent conſiderare illud quod ſcribitur. Tertij Regum. xij. Vbi dicitur. quod cum populus peteret a Roboam filio Salomonis quod minueret paululum de iugo duriſſimo quo ipſos grauauerat pater ſuus. Reſpondit populo dura: propter quod ab eius dominio receſſerunt et alium regem elegerunt. Conſtat enim quod duricia et auſteritas quando nimis excedunt in ſuperiore: faciunt et multa mala damna. Exodi. vj. Non acquieuit populus propter anguſtiam et opus duriſſimum. Non ſic chariſſimi non ſimus ex toto duri: ſed potius ſub exteriori duricia: benignitatem et molliciem interiorem habeamus Iuxta illud Deutero. octauo. Eduxit riuos de petra duriſſima. Non ſic ergo ſed cum duricia habeamus clementiam et ſic erit duricia virtuoſa que debet haberi.

B ¶ Secundo dico quod eſt duricia vitioſa que debet caueri. Et iſta eſt duricia obſtinationis male conſuetudinis et crudelitatis. Tales enĩ duricias non debemus habere. ſed ipſas fugere et cauere: quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici. iij. Cor durum male habebit in nouiſſimo. Obſtinati enim ſimiles ſunt crocodilo quod eſt animal cuius cutis et dorſum ſunt dura: quia nec ictibus leduntur nec gladijs perforantur. Sic vere chariſſimi multi ſunt ita duri per obſtinationem: et ita indurati per malam aſſuefactionem. quod q̃uis a deo vel a mundo ictibus tribulationum feriantur: q̃uis a prelatis et predicatoribus iaculis correctionũ et reprehenſionum percutiantur: ipſi tamen non penetrantur nec emendantur per conuerſionem ipſis ergo dicitur illud Eſaie. xlviij. Sciui enim quia durus es tu et neruus ferreus ceruix tua. In egypto enim creſcunt fabe que ita dure ſunt quod nullo igne coquuntur: nec vlla aqua poſſunt mollificari: vt dicit Plinius. Sic vere multi ſunt ita obſtinati in malis conſuetudinibus et indurati: quod nec igne correctionis vel tribulationis coquuntur nec aqua dulcis monitionis et inductionis ad compaſſionem aliquam inclinantur. Iſtud patet de multis peccatoribus: maxime in auaris et parcis: et etiam luxurioſis: et multis alijs fatuis et obſtinatis: qui nec aqua nec igne poſſunt corrigi vel decoqui: nec a ſua duricia temperari. Vnde cor eius indurabitur quaſi lapis: et reſtringetur quaſi malleatoris incus Iob. xlj. Et nota quod mali duri ſunt.

In verbo dure reſpondendo.
In intellectu parum retinendo.
In corde fidem non credendo.
In capite non obediendo.
In opere ſeu manibus alios grauando.

Verbo dico Geneſis. xlij. Locutus eſt nobis dominus terre et dure tamen dicitur. Prouerbiorum. xv. quod reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus excitat furorem. Item in intellectu. Eſaie. xlvj. Audite me duro corde et qui longe eſtis a iuſticia. et tamen. Prouerbi. xxviij. dicitur. quod qui mentis eſt dure corruet in malum. Item in corde. Vnde de incredulis dicitur. Marci. xvj. Quod ieſus exprobrauit incredulitatem illorum et duriciam cordis. quia his qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderant. Item in capite. Exodi. xxxiij. Populus dure ceruicis es. Et actu. vij. Dura ceruice et incircunciſis cordibus ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Item in manu. Vnde pauperes poſſunt dicere illud j. Regum. v. Dura eſt manus eius ſuper nos. Iſta eſt ergo duricia vitioſa que debet caueri.

C ¶ Tertio dico quod eſt quedam duricia doloroſa que debet timeri. Et iſta eſt duricia infernalium tormentorum. et iudicij domini. Deus enim meus eſt ſicut agnus peccatores benigniter ſuſtinendo ſed procerto in fine. ideſt in iudicio erit aries cum duris cornibus peccatores dure iudicando: et in inferno durius condemnando. Quia reuera chariſſimi noſtris peccatis exigentibus: ſic fiet quod ille qui dulciſſimus eſt et benigniſſimus: crudelis fiet et duriſſimus: ita quod quilibet damnatus poterit ſibi dicere illud. Iob. xxx. Mutatus es mihi in crudelem. et in duricia manus tue aduerſaris mihi. Sic enim de deo eſt ſicut de corallo qui quamdiu eſt in aqua iuxta mare vbi generatur radix eſt lignea atque mollis: quando vero de aqua extrahitur tunc in naturam lapidis induratur. Sic vere chariſſimi: deus modo latitat infra mare paradiſi in iſto intermedio vſque ad diem iudicij. in quo a mortalibus non videtur: ille proculdubio eſt ſicut radix lignea ſcilicet plicabilis atque mollis per pietatem atque benignitatem: quia ſicut dicitur. Sapientie. xj. Ipſe diſſimulat peccata hominum propter penitentiam. Sed vere quando apparebit et quando exibit extra illud mare in die iudicij: quando de paradiſo ad vallem Ioſaphat veniet: tunc procerto indurabitur contra peccatores per iuſticiam et rigorem: et lapis efficietur ad ipſos percutiendum per damnationis furorem. Ipſe enim vt dicitur. Sapientie. v. Acuet iram duram in lanceam: et pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos. De iſta ergo duricia diuina poteſt dici illud. Iob. xxviij. In ſimilitudinem lapidis durantur aque. Sic ergo chariſſimi dico. quod iſta eſt duricia timenda. Alia vero eſt que eſt cauenda. Alia autem que eſt habenda rc. Sufficit.

## Dum.

A Nota quod dum: dudum: et nondum ſeu necdum ſunt aduerbia temporis. ſemper enim ſignificant tempus preſens preteritum vel futurum. Dum enim ſignat tempus preſens. Dudum ſignat tempus preteritum. Nondum ſignat tempus futurum. De dudum autem propter defectum autoritatum vocalium nihil pono. Sed vide vbi olim et quondam. De nondum et necdum: vide in loco ſuo. De dum vero aliquid eſt dicendum. Notabis ergo quod dum aduerbium temporis ſemper ſignat tẽpus preſens cum quadam tamen ſuſpenſiua ſeu defluxiua dilatione. Vnde dum ſumitur pro cum: vel pro quando ſeu pro tempore quo: ſicut cum dicitur Geneſis. xxiiij. Dum hoc mecum tacitus voluerem ap-

Ayuntamiento de Madrid

paruit rebecca ideſt tempore quo ſeu cum vel quando talia mecum voluebam. Nota ergo quod nos inue-nimus in ſcripturis.

| | |
|---|---|
| | Deſfluxibile. |
| | Non durabile. |
| Unū dum. | Miſerabile. |
| | Terminabile. |
| | Commendabile. |
| | Execrabile. |
| | Formidabile. |

¶ Primū eſt dum. Nature labentis. ſ. vite.
Secundū eſt dum. Fortune fluentis.
Tertium eſt dum. Fortune ledentis.
Quartum eſt dum. Iacture ſequentis. ſ. mortis.
Quintum eſt dum. Gratie valentis.
Sextum eſt dum. Peccati fetentis.
Septimū eſt dum. Tormenti furentis ſeu inferuētis.

Igitur dico ꝙ nos inuenimus vnum dum nature in-fluentis quod eſt ſingulorum. Et iſtud nihil aliud eſt ꝙ vita noſtra: que ſcilicet non eſt niſi vnum duꝫ ideſt vnum modicum temporis ſuſpenſiuuꝫ: breue videlꝫ et incertū. Et iſtud eſt vnū tēpus valde dubium. qꝛ ſcilꝫ vbi perſeuerare creditur terminatur. Iuxta illud Eſa. xxxviij. capi. Dum adhuc ordirer ſuccidit me. Et ideo ſicut homo qui modicum habet temporis determina-tum ad aliquid faciendum ſolet pro viribus in aſſum-pto negocio feſtinare ſicut patet in electionibꝰ per viā ſcrutinij et in alijs pluribus. vbi certa candela ardens electoribus aſſignatur que dum durat poſſunt ad ele-ctionem procedere et ea finita amplius nihil poſſunt. Cauent enim omnes electores vt dum durat candela faciant et compleant quod ceperūt ne forte ipſa extin-cta amplius nihil poſſint. Chariſſimi vita noſtra can-dela proprie poteſt dici. vbi ſcilicet ignis. ideſt anima. groſſe materie ideſt corpori eſt coniuncta. Dum enim ignis et candela. ideſt corpus et anima ſimul viuūt. ho-mines bene operari ⁊ bene mereri poſſunt. Ipa vero mor-tua vel extincta: virtus merendi nobis prorſus excludi-tur. Et ideo neceſſe eſt ꝙ homo dum viuit ⁊ durat cā-dela vite preſentis bonum opus celeriter operetur vn-de Gala. vj. Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes. Figura ad hec. Mathei. v. vbi dicitur. Eſto conſentiens aduerſario tuo dum es in via cum eo. ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici ⁊ iudex tradat te miniſtro ⁊ in carcerem mittaris. Amen dico tibi nō exibis inde. chariſſimi. Aduerſarius noſter eſt ſindere-ſis conſcientie noſtre. Iſte eſt eniꝫ procurator fiſci. ideſt dei: quem. ſcilicet pro iure ſuo ſeruādo poſuit in curia cordis noſtri. Statim enim ꝙ aliquid mali facimus: iſte protinus contradicit et clamat. et pro poſſe ſuo in quocunqꝫ actu peccati nobis obuiat et rebellat. Igi-tur dum ſimus in via vite preſentis. ſimul cum iſto ad-uerſario viuimus. ipſumqꝫ pro peccatis noſtris nobis aduerſari. et per remorſum rebellare et pro iure dei ⁊ iu-ſticie ſtare ſentimus. nos procerto ſibi conſentire. ⁊ cū eo pacem facere. et ſibi per penitentiam ſatiſfacere de-bemus. dicendo ſcilicet. ſibi illud Geñ. xiij. Ne queſo ſit iurgium inter me et te. fratres enim ſumus. Alias proculdubio iudici deo tradimur et per ipſuꝫ miniſtro dyabolo ſubijcimur et carceri perpetuo mancipamur. Bene ergo dicitur de iſto dum. Eccleſiaſti. xxxiij. Duꝫ adhuc ſuperes ⁊ aſpiras non immutabit te omnis ho-mo ſupple a bono opere et propoſito. Bene ergo dicit ille verſificator. Fac bene dum viuis poſt mortem viue-re ſivis. Ut ⁊ de corpore noſtro dicatur illud eccleſiaſti-ci. xxx. Tunde latera illius dum infans eſt. Patet ergo ꝙ eſt dare vnum dum nature fluentis. ¶ Secundo di-co quod eſt dare vnum dum fortune florentis ſeu etiā

B labentis. Mundana enim gloria non eſt niſi vnuꝫ dū ideſt vnum tempus modicuꝫ et vna mora breuis. quia ſcilicet gloria mundana poſſeſſores ſuos et ſi in mun-danis honoribus alte leuat: ipſos tamē ſubito detra-hit atqꝫ grauat. Unde in ps. Deieciſti eos dum alleua-rentur. Sequitur. Facti ſunt in deſolationem. ſubito de-fecerunt perierunt propter iniquitatem ſuam. et bene dicit ſubito quia ſcilicet iſti dum ſunt in mundi pro-ſperis taliter excecantur ꝙ de futuris nihil aduertunt quare ſubito diſſipantur. Eſaie. xxx. Subito dum non ſperatur veniet contritio eius. Et merito tales ſubito pereunt quia procerto ſuum breue dum ideſt ſuam du-rationem modicam non attendunt immo ſuper alios per ſuperbiaꝫ ſe erigunt. et pauperes ſuppeditant atqꝫ ledunt. Pſa. Dum ſuperbit impius incēditur pauper. Iſtud eſt ergo vnū dum. fortune labentis ſeu florentis. ¶ Tertio dico ꝙ eſt dare vnū dū fortune ledentis. Ad-uerſa enim fortuna ſicut ⁊ proſpera habet ſuuꝫ dum. i. ſuam durationem tranſitoriam atqꝫ breuem. dum ta-men iſta eſt in furore ſuo. conſtat ꝙ illi qui per eam op-primuntur. ſuſtinent. multa mala videlicet

Mordaces detractiones.
Nugaces deriſiones.
Audaces inuaſiones.

¶ De mordacibus detractionibus dicitur in Pſal. Dum appropiant ſuper me nocentes vt edant carnes meas qui tribulant me inimici mei. De nugationibꝰ deriſionibus. dicitur in Pſal. Dum confringuntur oſſa mea exprobrauerunt mihi qui tribulant me ini-mici mei. dum mihi dicunt per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. De audacibus autem inflictionibus et op-preſſionibus. dicitur in ps. Contriſtatus incedo dum affligit me inimicus. et dum confriguntur oſſa mea. Iſtud eſt igitur vnum dum fortune ledentis. ¶ Quar-to dico ꝙ inuenitur vnum dum iacture prementis ſeu clauſure ſtringentis. Hoc eſt dictu: mortis cuncta fi-naliter terminantis. Mors enim eſt vnum dum. ideſt ideſt vna breuis hora ad quam oportet finaliter perue-nire. vt de qualibet perſona poſſit dici illud Iohannis xx. Dum ergo fleret inclinauit ſe et proſpexit in monu-mentum. ¶ Quinto dico. quod eſt dare vnum dum. gratie fulgentis. Status enim gratie eſt vnum dum. C ideſt vna certa dimenſio in qua iuſti manent et tran-ſeunt dum rite ſeruiunt creatori et dum ad patreꝫ trā-ſeunt de hoc mundo. Et ſic notabis de iſto dum: ideſt de tempore et ſtatu gratie ꝙ hoc eſt.

| | |
|---|---|
| | Dolentis contritionis. |
| Unū dum | Stringentis purgationis. |
| | Fluentis compunctionis. |
| | Feruentis affectionis. |
| | Petentis orationis. |
| | Splendentis diſcretionis. |
| Unū dum. | Manentis durationis. |
| | Loquentis inſtructionis. |
| | Sequentis ſaluationis. |

¶ Dico ergo quod in iſto dum. ideſt in ſtatu gratie inuenitur dolens contritio que mentem ſtimulat ps. Conuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpi-na. Ut ſic hō penitens et abſtinens dicat illud. ij. Reg. xij. Propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui et fleui. Item ibi inuenitur ſtringens purgatio que ani-mam et corpus per penitentiam cruciat Iob. xiiij. Ca-ro eius dum viuet dolebit. et anima illius ſuper ſemet ipſo lugebit. Item ibi inuenitur fluens compunctio. q̄ ſeſe vapulat. et ſic dauid dicebat in Pſal. Super flumi-na babylonis illic ſedimus et fleuimus. dum recor-daremur tui ſyon. Item inuenitur ibi feruens affectio que querens circulat. quia ſcilicet affectio circuit per omnes vias iuſticie dominum querens Eſaie. lv. Que-rite dominum dum inueniri poteſt. Item inuenitur petens oratio que laudes iubilat. Eſaie. lv. Inuocate eum dum prope eſt. Item inuenitur ibi ſplendens diſ-cretio que clare rutilat. Iob. xij. Ambulate duꝫ lucē ha-betis vt non tenebre vos comprehendant. Et ibidem Dum lucē habetis credite in lucem vt filij lucis ſitis. Item inuenitur ibi manens duratio que nunq̄ tremu-lat. ideſt

Ayuntamiento de Madrid

lat.ideſt perſeuerantie virtus.De qua ſcilicet dr. Ju-
dith.v.Quod filij iſrael vſq3 dum non peccaſſent in con
ſpectu dei fuerant cum eis bona.Item inuenitur ibi
ſermocinatio que verba pullulat quia ſcilic3 iuſti dum
in ſtatu gratie viuunt. predicando et ſermocinando
alios inſtruunt.Predicator enim eſt ille de quo dicit
Luc.viij.Math.xiij.Quod exijt qui ſeminat ſemina
re ſemen ſuu3.Et dum ſeminat aliud cecidit ſecus viã
aliud ſupra petram.aliud inter ſpinas.aliud in terra3
bonam ꝛc.Dum enim predicator predicat ſemen ver-
bi dei diuerſimode recipitur per diuerſos. predicator
autem dum tamen debitum ſuum faciat.meritum a
domino ſemper reportat.j.Machabeoru3.ij. Caleph
dum teſtificatur in eccleſia accepit hereditatem.Ite3
inuenitur ibi plena ſaluatio que bona cumulat. ſcil3
finalis gloria paradiſi De qua.j.Machabeorum.ij.
Jeſus dum impleuit verbum factus eſt dux iſrael.He
lyas dum zelat zelum legis receptus eſt in celũ.Ibidẽ
Iſtud enim dum.i.ſtatus et duratio glorie paradiſi.
Caret timore. Caret dico timore. qꝛ ſcil3
Fragrat odore. beati nõ timent in patria
Pollet honore. dum vident peccatores in
inferno.ſtupẽtes.Et ideo iſti dicunt in ps.Non time
bimus dum turbabitur terra.et tranſferentur mon-
tes in cor maris.Fragrat etiã odore.Unde anima bea
ta poteſt dicere illud Canticorum.j.Dum eſſet rex in
accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum.Pollet
inſuper honore.vt ſic de beatis ad regnum paradiſi p
motis dicatur illud Pſal.Dum diſcernit celeſtis re-
ges ſuper eam niue dealbabuntur in Selmon. mons
dei mons pinguis.Selmon eni3 interpretatur parvel
ſenſus.ſeu virtutis vmbraculum.Mons ergo dei Sel
mon qui eſt mons pinguis et omnibus bonis opulen
tus dicitur.ſignificat paradiſum.vbi ſcilicet eſt.
Pax eterna que non perturbatur.
Lux eterna que non obſcuratur.ſcilicet ſenſus ꝛ cogni
tio certa et vera.
Umbraculum et refrigerium.
Pugnaculum et magiſterium.
Magiſteriu3 dico regie maieſtatis in quo beati a deo
diſcernuntur et conſtituuntur et niue candoris ꝛ ſplẽ
doris et perpetui candidantur.Sic igitur patet quod
eſt dare vnum dum gratie fulgentis.Sexto vero dico
ꝙ eſt dare vnum dum peccati nocentis.Status enim
peccatorum dum dicitur pro eo ꝙ ſemper differũt bo
num facere.et ꝙ a bono faciendo plus debito ſuſpen
duntur.et pro eo ꝙ dum in iſto ſtatu permanẽt mul-
ta mala facere comprobantur et ſic nota ꝙ apud im-
pios inuenitur vnum dum quod querit.
Iras. De talium ira dicitur.Eccleſia
Turbationes ſtici.xxviij.Ipſe dum caro ſit re
Dilationes. ſeruat iram. De talium turba-
tione dicitur in pſal.Quare contriſtatus incedo dum
affligit me inimicus.De talium dilatione ſeu inepta
occupatione dicitur Mathei.xxv. De fatuis virgini-
bus ꝙ dum irent emere venit ſponſus et clauſa eſt ia
nua.¶ Septimo dico ꝙ eſt vnum dum tormenti fu-
rentis ideſt pene infernalis.ſeu damnatorum.Miſe-
ra enim damnatorum conditio dicitur.Dum.quod ſi
gnificat preſens tempus.quia nulla eſt eis ſpes de tẽ-
pore future liberationis.ſed eis ſemper preſens eſt ca-
lamitas horride paſſionis.de talium finali deſperatio
ne et damnatione dicitur in ps.Dum non eſt qui redi
mat neq3 qui ſaluum faciat.Et ſic ergo patet quomo-
do eſt dare.vnum.dum:quod eſt.
Damnatorum.
Peccatorum.
Juſtorum.
Mortuorum.
Miſerorum.
Mundanorum.
Singulorum ſeu viuorum.ꝛc.ſufficit.

Explicit prima pars Dictionarij per magiſtrũ.Con-
radum henſogel.de nuremberg reuiſa ac denuo emẽ
data Lugduniq3 per magiſtrum Jacobum Sachon.
impreſſa.Anno domini Milleſimo quingenteſimo
decimoſexto die autem tertia menſis decembris.

Regiſtrum.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P omnes ſunt
quaterni preter P.qui eſt ternus.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid